IO. FRANCISCI SCAGLIONI

I. C. NEAPOLITANI.

COMMENTARIA

SVPER REGALIBVS PRAGMATICIS Regni excussa.

NVNC PRO OMNIVM IVRIS PROFESSORVM commodo proprijs Auctoris Additionibus aucta, denuò Impressa, vnà cùm Summarijs, Indiceque adiectis.

Quibus accesserunt aliquæ Allegationes nonnullorum præstantissimorum Iurisconsultorum, decisionibus Regiorum Tribunalium decoratæ; vnà cùm Additionibus Io: Baptistæ de Thoro I. C. Neap. & Almi Collegij Neap. Senatoris.



NEAPOLI, Ex Typographia Dominici Maccarani, M. DC. LIII.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. HECTORI CAPYCIO LATRO

MARCHIONI TORELLI, PATRITIO Neapolitano, Olim Aduocatorum facilè Principi.

Postmodùm Sac. Reg. Conſ. Sanctæ Claræ, nunc pacis, ac belli Supremo à latere Conſiliario, & Reg. Canc. Regenti meritiſſimo,

Ac pro pacis ad Potentiſſimum Monarcham, & Regem noſtrum PHILIPPVM IV. Exlegato fortunatiſſimo.



ICET enim Imperatoriæ legis Arcanorum dogmata innumerabilia, quaſi ad infinitum continuò emicant, & relucent: denuò Neapolim cum inter auguſtiſſima nobiliorũ Proſapia iuriſperitorum, & Principum tua Illuſtriſſima dominatio ex antiquiſſimis capitibus ſenſus, intentiones, & ſententias æquè latrando reſurgis: ibi tui irreprehenſibilis iudicij haſta, fulgurantis ſplendoris per totum Terrarum Orbem vniuerſis, & ſingulis condigna acclamatione innoteſcis: Auſtriaca enim Monarchia piè, doctè, accuratè, & diligentèr de tua ſcientia inſimul, & iuſtitia requirendo cognouit, affirmauit, & confirmauit. Equidem ibi, & alibi latratus tui diuini intellectus ſapientiſſimè reſonat, ità vt ſi leges (per impoſſibile deperirent) tù conditor nouiter, & melius extiteris: nam cum humanę ex diuinis leges dependeant, tua æquilibrata cõſciẽtia, & ſciẽtia vnũ ſunt. Capyciũ multoties rerũ imperſcrutabiliũ fuiſſe, & vltrà capacem probatum eſt; nam caput Capycij capiens eminentiùs ad intelligendum erectum. Hector inuocatus in litteris, & armis Neapolim, quaſi Troię Hęroum genetrix, cui Romanorum

Colo-

Digitized by Google

Colonia inoffensis immortalissimæ famæ tuæ sacrarum alarum pennis vsq; ad sydera cum pompis eternalis fausti vtriusq; Iuris prosperè, & feliciter elevaris; itaque, & Partenopi equum, tibi leo sex laureatus stigmatibus (cui nunquam est frenum) in armis Illustrissimæ, & antiquissimæ domus tuæ triumphans, o, magnum. Ipsa tamen, vt tua patria, & mater tuorũ nobilissimorum germinum tenellum ortum claris in auspicijs contemplatur. Nam in primordijs vaticana trium coronum laureata Sedes Maiestatem primati officij erigit, & exornat: inde & Neapolim horrescit, ammiratur, amplectitur. His omnibus, & mille alijs dignitatibus occurrentibus, cum non sint mihi mens angelica, & lingua magniloqua quamquam meritorum dispar animum, deuotionem, seruitutem pro viribus, vt ostenderem tuæ beneficentissimę magnificentiæ, ista Io: Franciſci Scaglioni super Regijs Pragmaticis Commentaria, Additionibus celeberrimis V.I.D. Io: Baptistæ de Thoro adornata, vnà cum nonnullis Allegationibus Solertissimorũ Iurisconsultorum ascribo, & dedico talia, qualia, & ipse de hac professione celeberrimè insignitus, & doctor luculentissimè scripsit & commentatus est; tuus, & ego vt seruus non aliundè huius dedicationis, non equidem meliorem protectorem inueniri posse. Vnde tuo in austissimo nomine in lucem dare excogitatus sum. accipe ergò animi promptitudinem, solertiam calami, deuotionis reuerentiam, in quibus & spero gratum fore, quia gratitudini, clementiæ benignitati tuæ cum ardentissimo affectu offero, in qua oblatione vsque ad terram reuerẽter, & humiliter prostratus, finem facio. Neapoli pridie idus Martij, millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio.

Dominationis tuæ Illustrissimæ

Seruus additissimus

Ioseph Maccaranus V.I.D.

Digitized by Google

BENEVOLO ET CANDIDO LECTORI.



Sſiduè ſtudij lectionem, & maximè ſi ad officij munus pertineat hominem doctum facere experientia probatum eſt: nam generoſos animos ſtudioſorum labor ſuauiſſimè nutrit. Prudentia, diſciplina, & ſapientia vnde? antiquorum, & modernorum ſcientificos vſus ex quo? niſi ex lectione. Ideò & ſi quis quaſi totali ex rerum omnium cognitione ſeipſum aterna fama laureare deſiderat, iſta Commentaria accuratiſſimè, & actentè legat. Nam deauratis cornibus, & deargentatis vnguibus ex huius Tauri aratro fructus vtriuſq; meſſis pro ſe, & clientulorum ſuorum beneficio (inoffenſo pede) vberrimè eſt colligendum. In cuius virtutum omnium totius Vrbis, & Orbis accumulationum augmento iugiter perſeuerans. Vale.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM

EPIGRAMMA.

FRangere diuini sit te venerabilis horror
Arcanique sauos non sinit eloquij.

Accipe de Toro solertia, quos tibi sensus
Cęlesti tractos è Regione tulit.

Hic Lex nũc docet, oblectat, mouet, acriter vrit,
Et tactos dulci mollit amore animos.

Hinc geminę in nobis crescunt, quibus ocius alę
Expressis vitæ lingua rigatur aquis.

Tũc magno applausu Doctorũ dogma sequẽdo
Sic lumen purum candide lector eris.

Imperium præbes sanctum si leges, & adsunt
Iustitiam populo, munera grata Deo.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIA
SVPER PRAGM. REGNI NEAPOL.
IOANNIS FRANCISCI SCAGLIONI
I. C. NEAPOLITANI PRAESTANTISSIMI.
DE MODO PROCEDENDI IN CAVSIS CIVILIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Dictio modo quid significat, & de compositis ab ea veluti.*
2 *Nullo modo.*
3 *Solummodo.*
4 *Simili modo.*
5 *Quodamoda.*
6 *Quemadmodum.*
7 *Simodo.*
8 *Dummodo.*
9 *Omnimodo.*
10 *Quoquomodo.*
11 *Admodum.*
12 *Quæ differentia sit inter modum conditionem, & causam.*
13 *Modus in Regijs Pragmaticis datus respectu personarum interuenientium in iuditio.*
14 *Ordo iuditiarius quot partes habet.*
15 *In quo versatur officium Iudicis.*
16 *Iudex debet esse peritus.*
17 *Qui Iudices possunt emendare eorum sententias.*
18 *Processus procedere quid denotent.*
19 *Quis tenetur instruere processum.*
20 *Contestatio litis olim, & hodie quomodo fiat.*
21 *Quot sunt genera causarum.*
22 *Iudex pedaneus, quis sit.*
23 *Media causa, quæ dicatur.*

QVid importent supradicta verba ista oportet scrutari, ad quem finẽ pagine promulgationis harũ pragmaticarũ fuerunt posita, vnde mihi persuadeo, potius ex euentu: quam ex re processisse, quia qui supradictas easdem pragmaticas curauerant, non mentem, nec verba inspexerunt, idcirco deue-

1 niendo ad rem ipsam † modus est nomẽ substantiuum simplex *l. fin. C. vnde. vi. §. omnes autẽ scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere, munus tribus modis ff. de verbor. & rer. signific.* sed aduerte quod vbi simpliciter ponitur non proposito, seù sequenti adiectiuo: significat tempus: scilicet, modo veni, modo id ago, vt refert *Cornucopius colum. 47. num. 40. in suis fragmentis lingue Latine. & colligitur ex suis, vbi iuncti cum adiectiuo nullo*

2 *V tputa † nullo modo l. si possessor §. restituere ff. de petit. hæredit.* ibi *aut si recuperetur ab emptore, eas nullo modo possit*: alias cum hac dictione solum

3 efficit. † *Solummodo l. vtrum ff. de petit. hæred. §. fin. ibi licet de prætio Solũmodo Senatus, sit locus, item cum dictione simili, &*

4 *fit † simili modo l. act. vbi §. si quis re sua ff. eodem titul.* ibi similimodo, si pecuniam mutuam accepit, & insuper cum relatiuo quodam:

5 sit † quodammodo *l. pænes te ff. de verb. & rer. signif.* ibi *pænes te esse, quodammodo à te possidet, & Bart. in l. 1. ff. rer. amotar.* dicit quod est dictio impropriet atis, aliàs significat similitudinem. *V t-*

6 *puta † quemadmodũ l. pater familias peculium ff. de verb. & rer. significat.* aliàs denotat condiciones *V tputa addita si*

7 *vt † simodo l. fugitiuus ff. de verb. & rer. signific.* ibi *si modo eius mentis sit*, idem

8 significat addita dictione dum, & fit † dummodo, & est signum continuatiuũ, *l. dummodo ff. de procur. dicitur in præcedenti l. qui procurator. absens dari potest*, sequitur *dummodo certus sit, & ratium habuerit*, & non facit conditionẽ, *l. si verò, §. quod si patronus ff. de tutel.*

Digitized by Google

item † omnimodò denotat omnem conatus,& voluntatem *l. omnimodo C. de Inofficioſ.teſt.* item pro modo, idem p menſura, & quantitate, & qualitate facultatum, *l. officium.ff. vbi pupillus educari debet.* vbi ponitur pro termino pro determinatione modus: ibi *modus autem ſiquidem prætor arbitratus, etiam his ſeruari debet, & in l. ius alimentorum ff. eo. tit.* modum autem patrimonij ſpe-
10 ctare debet; item dictio † quoquomodo ideſt omnimodo, *l. fideiuſſoris autem, ibi neque enim quoquomodo eiuſque*
11 *intereſt ff. de pact.* alias cõdictio † admodum pro valde *l. 1. ff. quod quiſq; iuris: ibi paucis admodum in cauſis.* Item, & dictio modus denotat paruitatem, & magnam quantitatem, *l. cum hi §.*
12 *modus ff. de tranſact.* differt † modus à cõdictione primo, quia fit diuerſis verbis, item, & à cauſa, nam, condictio fit per ſi, modus prout, & cauſa, pro quia. Secundo, quia reſpectu principij euentus, & exitus habet diuerſam ſignificationem, ſeù exequutionem, nam legatum ſub modo à principio peti poteſt, præſtita cautione de adimplendo: ſecus in legato, ſub conditione, vt tenet *gloſſ. in l. 1. & 2. C. de hijs, quæ ſub modo, &* facit, *tex. l. demonſtratio falſa §. final. ff. de condi. & demonſt.* & ex hijs, quæ ſuperius collegi poteris: hanc dictionem modo interpretari.

13 Item † in materia de qua agitur, aut modus reſpicit perſonam Iudicis, aut perſonam actoris, aut rei, aut aliorum vtiliter in iudicio ſeruientium de primo: loquitur pragmatica, quæ incipit *diſpendia litium*, & alia, quæ incipit *relationem citationis*, ibi *procedatque ad primi decreti interpoſitionem*, & alia, quæ incipit *comparente reo*: ibi *Iudex infra alios quinque dies*, & in alijs ſequentibus, de quibus inferius dicemus; de ſecundo loquitur pragmatica, quæ incipit *quilibet agere volens*; de tertio loquitur pragmatica, ſeù ritus, *qui incipit comparente reo, ibi conuentus* de alijs perſonis loquuntur ceteræ, pragmatica v3. de apparitore, ſeù nuntio, aut vt dicti ſeruit in Magna Curia Vicarię de alguzerio pragmatica, *quilibet agere volens*; de examinatore loquitur pragmatica, quæ incipit *reſponſionibus viciſſim factis* de magiſtro actorum loquitur pragmatica, quæ incipit, *& ſi per examinatorem cum* alijs ſequentibus de teſtibus pragmatica: quæ incipit *ſtatuimus de notarijs* pragmatica: officium Notariorum, & de alijs perſonis, vt ſerioſius videre poteris.

Redeo ad Iudicem, & primo quẽadmodũ ſeruare debet; Iudex in iudicio: & quia iudiciũ habet formã ſubſtantialẽ, formam eſſentialem, & materialem; idcirco oportet nos, materiam noſtram altius exordiri, vt intelligatur: id de-
14 quo diſputetur ordo, † Iuditiarius tres habet partes: ſcilicet præparatiuam, diffinitiuam, & diſpoſitiuam, prima, quę dicitur diſpoſitiua, & præparatoria, cuius terminus eſt litis cõteſtatio, omnis actus vſq; ad conteſtationẽ litis, ſeù dationẽ termini, dicitur diſpoſitiua, ex quo actor non dicitur egiſſe, ſed agere velle, in qua parte actor præparat ſe ad litem per agendam, de qua parte loquitur *teſtus. l. 1. ff. de edend.* ibi *qua quiſq; actione agere vult: prius eam edere debet*; nam æquiſſimum videtur eum, qui acturus eſt edere actionem, vt per inde ſciat reus vtrum cedere, an contendere vltra debeat, & ſi contendere vult, veniat inſtructus ad defendendum cognita actione, qua experitur, & antequam edat, actor debet libellum concinnare, & benè adaptare, & taliter eius intentionem narrare, per quas poſſit deliberare reus, & in hoc verſatur actor, & Iudex, cũ in initio, ante quam actor, & reus veniant ad locum, pugnæ tenetur actor, ſeù debet, ne cadat à iure ſuo, diſpicere, quas probationes habet, & ſit alloqui teſtes videre, ſcripturas conſulere, ſuper hijs aduocatos, quibus vti, ac edere expediat, *l. 1. Cod. de edendo*, & vbi decreuerat agere, & porrexit libel-
15 lum Iudici, † in hoc verſatur officium Iudicis: cognoſcere de cauſis, admictere perſonas, reſpuere libellos, ſilere facere

aduo-

Digitized by Google

aduocatos, constituere ordinem postulatorum, emanare edicta, ad compescēda crimina, nè incedant de nocte, nisi pulsata Campana, vel aliter, prout moris est, secundumque exposcerint negotia, & alia facere, quæ spectat ad Iudicem, prout *glo. super l. 1. ff. de. of. assessor.* & insuper comprimere arrogantes, nè voce elata, sed quadam honesta, & moderata voce *gloss. in clementina sæpè de verb. signific.* verbo exceptiones, dicit, q; cultum Iustitiæ perditur quando sententia Iudicis obstrepensiū turbo p̄fundit, nudato capite; vt nouella pragmatica super reformatione Tribunalium disponit sub rubrica.

16 Item† Iudex debet esse peritus, & actus instructus, & non instruendus, alias se ingerendo liti, dicitur esse in culpa, vt *glos. in §. illi Autent. de iudicibus*, vt *nullatenus*, &c. in verbo, *qui ex se latius tractat*, diffinitiua incipit à litis contestatione vsq; ad sententiā incluſiuè, nam in ea Iudex se instruit de meritis causę, & vbi pronunciandi necessitas tenet, non subitas, sed deliberatione habita, post negotium, sententias ponderatas, sibi ante formarent eas emendatas, statim in libellum, secuta fidelitate cōferrent, scriptasque ex libello præsenti-
17 bus legarēt, † postquam lecturam non dare alterius corrigendi, & emendandi causa, nisi essent viri eminentissimi præfecti prætorio, vel alij, de quibus *lex. hac lege C. de sent. exper. recitandis* quos compararem hodie cū Dominis de Consilio, Reg. Cam. Summariæ, & de Collat. Consilio, apud quos vidi sæpius sententias corrigi, sed non obseruari reliqua, quia ipsi cognitis meritis causæ referunt, ea in aula qua residēt, & relata votant, deinde dant votum actuario causæ, qui compositam sententiam, & reuisam, ac subscriptam per magnificū causæ Cōmissarium, legunt iunctis aulis, & ea lecta ascribunt diem, & testes, qui interfuerūt modo infrascripto, v3. die tali lecta lata, &c. coram talibus, verū equidem vidi aliquos processus antiquos in M. Cur. cum voto integro Commissarij per eum subscripto, & deinde sententias, cum dicto voto inserto scripto, & subscripto, p Cōmissarium causę, & primo sententias per eos scriptas, subscriptas legi; deinde subscriptas legi, hodie legūtur, etiā in Mag. Curia per actuarios causę, ex quodam vsu, propter frequentiam causarum, & multitudinē sententiarū, de quibus *Baldus in dicta l. hac lege latius disputat.*

Dicitur vlterius in rubrica de mo-
18 do procedendi, † procedere est quid facti, *l. consilio ff. de curat. furiosi*, & significat progressum totius litis, ab initio vsque ad sententiam incluſiuè, quæ est terminus, & in eo nuncius deputatus, olim à principio vsq; ad finē seruiebat, *l. 1. Cod. de sport.* & causam instructam offerebat Iudici, alias puniebatur arbitrio Iudicis, *l. 2. Cod. eo. tit.* & vbi causa delegare potest, delegatus eligere exe-
19 quutorē *dict. l. 2.* † hodie causā instructam offert actuarius, & sic tenetur, vt dicitur infra de modo p̄cedendi in rieu, seù pragmatica, quæ incipit *cunctusione facta*, & licet postulatio, editio libelli sit de processu, tamen instantia incipit à contestatione litis, *l. 1. Cod. de litis contest.* ibi *lis enim tunc videtur contestata, cum Iudex per narrationem causarum audire cœperit*, olim contestatio litis fiebat in forma, quæ est secūdum glosam in verbo, *cum Iudex* dictæ
20 *legis primæ*, † exemplum Titius mihi decem debet, Titius dicit nego, vel non est verum, vel quid simile, erat in Mag. Cur. primo ante Regiā Pragmaticā, forma hęc, narrabatur factū propositum in genere, & reus asserebat, nego narrata, & exposita, prout narrantur, & exponuntur: remansit talis forma, hodie in causis criminalibus: vbi reus dicit nego & refero exposita, & narrata, & refero me ad depositionem per me factam, cum reus, primo examinatus antequā litem contestetur, vel quando opponit exceptionem peremptoriam, iuris iurando, rei iudicatæ, satisfactionis, vt est loco contestationis litis, secus si reus dicat non teneo respectu Iudicis, actoris,

Digitized by Google

ris, vel temporis, quia tunc declinat iudicium, conſueuit, quãdoq; dici reſponderiq; non animo conteſtandi litem, vt *ſup. arg. l. ſi debitor* §. 1. *ff. quibus mod. pignus, vel Hypp. ſolut.* vbi verò confitetur non proceditur, ſed fit præceptũ à Iudice, & ſic non expectatur diffinitiua *l. 1. ſi debitori ff. de iudi.* principium proceſſus dicitur exordium litis, & intermedia dicũtur certamina negotij, vſque ad ſententiam diffinitiuam, *l. 3. Cod. de pluspetit.* ibi *ſin autem, & liti præbuit exordium*, & *in certaminibus negotij permanens arguitur*, procedit actor quãdo inſtructus poſtulat, edit libellum, reo interrogta conteſtando litem, & in reliquis partibus iudicij procedit exequutor, quando citat, & refert citaſſe, procedit Iudex, quando admittit actorẽ procedentem, interrogat eos, altera parte poſtulante, vel ex officio in caſibus de iure permiſſis, procedit indulgẽdo dilationes dilatorias reo. *Aut. offeratur Cod. de lit. conteſt.* quando ad ſe inſtruendum, *l. 1. Cod. de dilatio.* ſed vbi emergit quæſtio, ſeù incidens aliquod, & interloquitur, explicando impedimentum, ex altera parte oppoſitũ, ſeù procuratum, non differt expeditionem cauſæ, *l. à præcedente C. de. dilatio.* ſed procedit ad ſententiam diffinitiuam. Dicitur in cauſis ciuilibus ad differentiam cauſarum criminalium, cauſa quid ſit, quid differat à lite, & quid ſit cauſa ciuilis, & quid ſit cauſa criminalis, dixi in verbo cauſa: infra, in prima
21 pragmatica, remanet ſolũ videre † quot ſunt genera cauſarum, & in hoc dic quot ſunt tria, ſecundum gloſam in *l. 2. Cod. de pedan. iud. in verbo placet*, minima, media, & maxima: minima, quæ dicebantur leuia in modo procedendi, in cauſa delegandi, quia paſſim, huiuſmodi cauſas, Iudex ordinarius delegare poterat, ſiuè occupatus eſſet, ſiuè non vt hodie in cauſis infra vntiarũ ſex, &
22 Iudex † pedaneus, quando ordinarius cœpit cognoſcere, & deinde delegare dicitur delegans, vt *notat. in gloſ. in verbo Iudices legis finalis Cod. de pedaiudicib. & gloſ. in l. 3. in verbo ceſſabit ff. ne quis eum, qui in ius. vocatus eſt vi exim.* vbi verba à principio cõſtituũtur dicitur ordinarius vt cõſueuerat commicti, quãdo Iudex ſedit pro Tribunali & Curia, & pedanei ſedent, per ordinẽ, & olim dicebatur minima vſque ad tricentum ſolidos, infra quam ſummam Baiuli vti defenſores Ciuitatis cogno-
23 ſcebant † media cauſa dicitur quando ſummam excedit tercentum ſolidos, vt notat dicta *gloſa in verbo placet*, & in ea habet mixtum imperium, quia poteſt multare facere cõtumaces, & retinere perſonas pro exequtione ipſarũ, & non poſſunt delegare, hodie niſi ex cauſa, vbi fortè propter impedimentum non poteſt cognoſcere, vt in dicta *gloſa in verbo placet*, notare dicitur maxima cauſa delegare non poteſt proprer occupationem, ſed ſolum propter abſentiam tantum, vt in dicta gloſa notatur.

ADDITIO.

COnuenit ante omnia ad ornatũ iſtius Rub. de modo procedendi in cauſis ciuilibus enucleare qualiter in antiquis codicib⁹ pragmaticarũ fitmatarum in hac rubrica, poſt modum in libro nouo pragmaticarum, inſpiciuntur ſituatę ſub titulo de ordine iudiciorum, & propterea licet videantur rubricæ ipſæ in verbis differre, in ſubſtantia tamen videntur ccoordari, ſuppoſito quod talis dictio (modo) aliquando accipitur pro ordine, cum ordo ſit inter plura, forma autem eſt de vno actu ex Baldo in l. prolatam num. 7. C. de ſent. probat Galgagn. in tract. de condit. & demoſt. par. 1. cap. 92. nu. 23. & quot. & qui ſunt modi diſtincti, & ſeperati procedendi in iudicio oſtendit Ottau. Corſet. in ſuis quæſtionibus forenſibus lib. 2. quæſt. 1. per totam, vbi talem materiam latiſſimè proſequitur, ſed attingendo tantum verbum ordinis, deriuatum à modo, erit cõſiderandum ordinem ipſum originem habuiſſe ex Paradiſo, vt poſt Troijs, in ritu M. C. 2. num. 11. & ibi Carau. num. 3. Scaccia de re iud. Gloſ. 9. num 2. aſſerentes per exempla ordinem, vbilibet eſſe neceſſarium omnibus terreſtribus, & cæleſtibus, præſertim Scacc. ibi num. 5. nam vbi ordo non eſt, confuſio erit, poſt Carau. ibi nu. 10. Scacc. ibidem num. 13. quo circa nil melius ordine, potiſſimum in iudicijs Io: Bapt Schuauart. in proceſſu iudic. lib. 1. cap. 2. num. 1. cuius vis magna eſt in omnibus, vt ſubdit Scacc. loco relato numer. 10. & 12. & ſi ipſius ordinis etimologia, atque definitio deſideretur,

licet

licet remissiuè Troij.ibidem nu.10.tradat,ibique, tamen Carau. num. 1. melius tamen Io: Ferrar.in suo processu iudic.lib.1.cap.2.vers. ordo aliter definiuit,at cum variè recensentur illius definitiones, seù descriptiones, vt inquit Scacc.supradicto loco num 16.prætermissa tñ tali definitione, de qua apud eos erit videre, refertur ordinem duplicem esse,aliter de substantia,alter de iustitia,vt inquit Carau. in ritu 288.num.2. ordo substantialis dicitur, quidquid placuerit Principi, quod obseruetur idem Scacc.de iudic. tom. 1. cap. 53. sub num.13.vers.si consideremus,& talia substantialia iudiciorum ostẽdit.Ottho.in eius summam de ordine iudiciorum;& ex nostratibus idem Io: Franc. Scagl. post eius Coment. eũ Ritus Mag. Cur. Vic. ad nostram praxim,ad deduxit per singulos actus quamquam And. Gail.Pract.obseru.lib.1.obseru.75.nu.8. dicat alium esse ordinem positiuum, quo Princeps non obligatur,alium esse naturalem fundatum super naturali iure,vt ibi per eum,nihilominus considerato ordine iuris ciuilis, refertur talem ordinem iudiciorum diuersum esse in multis, quemadmodum per exempla ostendit Io:Bapt.Schuauart.loco citato num.7.& propterea supposito, quod talis ordo iudiciarius sit inuentus ad inuestigandam veritatem, & euitandas deceptiones à malis iudicibus q̃ ver titur in subuersionem meritorum causæ,sicut ibi Scacc.d.glos.9.num.14.& 15.asserit, postquam ipsi in perquirenda veritate attendere debent,id quod verisimile est Præs. de Franc. dec.153.num. 5. Idcirco in omnibus Iudicijs peculialiter erit ordo seruandus, ità indifferenter probat Marius Burg. in suo Tract. de modo procedendi ex Abrupto quæst.9.num. 4.adeo, quod si Princeps mandaret fieri iustitiam,ordo iuris non erit sublatus. Anna in alleg. 74. num 11.taliter quod tali ordini iudiciario partes derogare nõ poterint, si inter eos conuentum fuerit, quod talis ordo iudiciarius non seruetur. Campagn. in cap. item quod prædicti num.10.talis igitur ordo iudiciarius est,vt possessor citetur,libellus offeratur,lis contestetur, iuretur de calumnia, & sententialiter condemnetur,idem Camp. in cap.item statuimus quod si procuratores nu. 5.qui vt Plenius,Scacc.ibidem nu. 20. & si in iudicijs ordinarijs requiratur, vt dictum est, nõ tamen in iudicijs sũmarijs,vt latiùsprobat idem Burgius eod. Tract.9.q.41.nu.5.Octau. Corset.d.quæst.forens.quæst.13.nouissimè D. Consiliar.Carleual.de iudic.tom.2.tit.2. disp. 4.sub num. 5. hinc non prætermictenda erit difficultas nouiter excitata, dum in Regno isto Neap.omnes causæ ciuiles sunt Sũmariæ ex dispositione cap. detestantes, & prag. dispendia litium, ex qua Campag. in cap. iniunxit nobis num. 17. hanc conclusionem assequitur Carau.in ritu 72. num. 6. ergò cessare videtur talis ordo, quòad omnia iudicia siuè ordinaria,siuè Sũmaria, sed facilis redditur illius resolutio, postquam non quia mandatum sit,quod procedatur in causis Sũmarię simpliciter, & de plano,sint omnes causæ terminandæ absque ordine iudiciario, nam in magnis causis, in quibus de magna re agitur sollemnis requiritur ordo, secus tamen in exiguis,& similibus relatis per eundem Scac. vbi supra num. 19. & per exempla ostendit Maur. Burg.d.quæst. 9. per totam, vbi causæ Sũmariæ recensentur, quibus non adhibetur ordo iuris, sicque stante diuersitate causarum ac earum dissimilitudine cum aliæ sint ordinariæ,& aliæ Summariæ, relatæ per Marant. in suo Specul.par.4.dist.9. per totam,diuerso iure censentur,quemadmodum expressim cauetur in d.cap.iniunxit,ibi in alijs autem causis,& cognitionibus ad te pertinentibus cum rato iure,& iudicij ordine iustitiam obseruabis, hæc quòad particulas modi, & ordinis conueniunt, sed tantum omissis sollemnitatibus terminantur omnes Carau. d. ritu 288. num. 4.

Quo verò ad alia verba(causarum, & iudiciorum)dicta sunt, videntur pariter inuicem conuenire, ex quo licet causa in iudicio deducta, sit matetia ipsius iudicij Maraz. in d. specul.par.2. sub num. 10. quarum causarum specierum, aliæ sunt ciuiles, aliæ criminales, aliæ mixte,Cauens.in ritu 55.num.8. & 11. & ritu 144.num.2.& 3.

Adhuc tamen diuerso modo, & ordine in prædictis proceditur, siquidem in causis criminalibus inspecta iuris communis dispositione proceditur iuxta ordinem recollectum per Pileum in suo opere,seù ordine de causarum ciuilium,& criminalium causarum iudicijs per totum, & melius iuxta praxim nostrorum Tribunalium per Foller. in sua doctissima praxi.Crim. respectu causarum ciuilium proceditur tam ordinariæ, quàm Summariæ,iuxta praxim Roberti Marante,& melius per aliam recollecta.à Berardino Muscatello in sua praxi Sac. C.& nouissimè exaratam,& reassumptam per Iul.Ces. Callupp. in praxi. S.C.nam quo ad praxim M. C. V. tàm respectu causarum criminalium, quàm ciuilium extat notoria praxis Nuntij Tartagliæ, vbi omnia recollexit.

Respectu verò particulæ(iudiciorum) non erit imorandum,cum nostri Doct.de eis satis superquæ loquuti sunt,tum respectu eiusdem iudicij definitionis, tum etiam eiusdem definitionis, de quibus per Marant. iud.eius specul.par. 2.

Quantum demum pertinet ad harum dictionum enucleationem, erit videndum apud subscriptos Doct. eas declarantes nempe.

Dictio modo Barbos. in Tract. de Dict. dict. 171. Gratus eod .Tract. dict.125.

Dictio nullo modo Barbos.d.Tract. in dict. 19. Borgn. dec.16.num.60.par.3.

Dictio solummodo idem Barbos.in dict.328.

Dictio quodamodo idem Barbos.d. Tract. dict. 278.Grat.d.Tract.dict. 216.

Dictio quemadmodum idem Barbos. d. Tract. dict.263.

Dictio omni modo idem Barbos.ex Tract.dict. 205.idem Grat.d.Tract. dict. 149. Fusar. de substitut.q.622.num.17.& cons. 52.num. 40.

Digitized by Google

Dictio quoquomodo idem Barboſ. eod. Tract. dict.286.Gratus d.Tract.dict. 221.
Dictio dummodo idem Grat. in d. Tract. dict. 48.Ciarlin.controu. foreſ.cap.92.num.1.Anchar.lib.2.quæſt.30.num.8.Surd.dec.299.n.4. & vltra eas conueniunt aliæ ſimiles dictiones nempè quouismodo, aliquomodo, de quibus per Borgn. vbi ſupra, & dictio hocmodo de qua per eumdem Borgn.dec. 18. num. 28.46. 47.& 98. part. 3. dictio tantummodo Oſaſc. dec.167.num.14.Grat.d.Tract.dict.271. & ſimiles.

Circa differentiam inter modum,& conditionem videndus Galgag.in Tract.de cõd.& demoſtr. par.1.cap.102. num. 4.

De iudicis officio, quod ſit refert Aſin. in ſua praxim.iudic.§.31.cap.10. num. 4. & alia agitur Io: Bapt. Schuauart. in proceſſ. iudic. lib.1.cap. 4 num. 11. eiuſque officium reſidet in ſua perſona Carau.ritu 262.num.18.& non impartitur niſi patenti Cauenſ. in ritu 245. nu.16.& in quibus caſibus reſtringitur oſtendit Cauenſ.ritu 68.num.3. & multa alia pertinentia ad Iudicis officium refert Aſin. d.praxi §.31.cap.33.& 34 & §.32.cap. 24.

Io:Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Diſpendia quæ dicantur.*
2 *Compendia quæ dicantur.*
3 *Ad quem ſpectat remouere diſpendia.*
4 *Lis quid ſit, quid ſignificat.*
5 *Termini agris ad quem finem poſiti.*
6 *Lis cauſa, & controuerſia an ſit idem, vel in quo differat,& 23.*
7 *Litem ſuam facere quis, & quando dicatur.*
8 *Litem in rem ſuã vertere, quis dicatur.*
9 *Litem extimare ad quem ſpectat.*
10 *In litẽ iurare quid, & ad quẽ ſpectat.*
11 *Litem perferre, eſt litẽ ad finẽ perducere.*
12 *Lite pendente nihil innouandum, & de reuocatione, attentatorum.*
13 *Lis pendere quando dicatur.*
14 *Sed ſuperare litem quando dicimur.*
15 *Cedere actionem nemo põt lite pendente.*
16 *Priuilegium impetrari non poſſt, lite pendente.*
17 *Nec dedicari poteſt res litigioſa.*
18 *In quibus caſibus, poteſt alienari res litigioſa.*
19 *Litigioſa quando dicatur.*
20 *Quando fructus lite pendente ſequeſtrari poſſunt.*
21 *Quãdo reuocãtur attẽtata, lite pẽdẽti.*
22 *Pendente dilatione, officium Iudicis cõquieſcit.*
24 *Renuncians liti, quomodo intelligitur.*
25 *Lite conteſtata, quibus excludimur 27.*
26 *An poſſit purgari mora, in cauſa appellationis.*
28 *An tranſfertur poſſeſſio in aliam, lite pendente 29.*
30 *Remoueo quid ſignificat, cum alijs ab eo deriuatis.31.32.33.34.*
35 *Ciuiles cauſæ criminales, & miſtæ, quæ ſint, & quid differãt inter ſe.36.37.*
38 *Iudices ordinarij delegati, & arbitri qui dicantur.39.40.*
41 *Verbum de plano, quid importet.*
42 *Quid important illa verba ſine figura Iudicij, & quid operentur. 57. 58. vſque ad 63.*
43 *Illa verba ſola facti veritate inſpecta, quid important, & operentur.46.47 55.56.64.65.66.67.68.69.70.71. 72.73.*
44 *Qualiter præſtatur cautio expenſarum iudicijs.*
45 *Quid important illa verba gradatim conditionaliter, & ſucceſſiuè.*
48 *Litem cõteſtari quid importat, & quomodo fiebat olim, & quomodo hodie. 49.*
50 *Quæ nullitates reddunt retrò iudicium nullum, & quomodo opponantur, & procedatur.51.52.*
53 *Et qua differentia ſit inter decretum, & ſententiam, & an præſumatur pro ea. 54.*

Diſpendia: Litium Remouentes Sancimus in cauſis: ciuilibus: vel Mixtis: coram quibuſcunque iudicibus: & delegatis procedi: ſine figura. Iuditij facta, veritate inſpecta: dum tamen pro libello procedat talis qualis petitio: ex qua reus: delibe

rare

Digitized by Google

rare possit an velit cedere vel contendere.

Declarantes per præsentē dispositionem, nec per capitulum detestātes, circa ꝓbationes necessarias, nō intelligi derogatum: iuris vel sacrarum regni constitutionum, vel capitulorum dispositioni.

DECVRSIS Temporibus vniuersa tribunalia: Regni Neapolitani fluctuabant litibus, efficiebātur quæ immortalia iurgia: Nec non etiam post decisas causas, maiores emergebant lites, placuit, Sereniſſimæ Reginæ decidi, & breuiari, exclusis tot nullitatibus, vt demonstrabitur; idcirco statuit prohibēdo dispendia, hoc primum caput regiæ
1 pragmaticæ, quod incipit † dispendia litium: & sic remouit damna, & impensas, quæ emergunt post litem vltra extimationē litis, & facit in argum. *l. fin. C. de pen. iudic. qui, male, iudicauit*: ibi *non solum æstimationis dispendij, sed etiam litis discriminis præbeantur*: idq; facere consueuerunt suprēmam potestatem habentes, clem. *dispendiosam de iudic.* ibi *dispendiosam prorogationem litium quam interdum, & subtilis ordinis iudiciarij, obseruationc causarum docet experientia prouenire: restringere cupientes, &c.* Vbi glosa exponit dispendiosam: idest dannosam. Nam quod actori, vel reo decidit ascribitur damno, & sic pro damno capitur dispendium *clem. 1. de for. comp.* ibi *ne ob defectum: iustitiæ dispendium patiantur, & cap. 2. extra de. const.* ibi *vt dispēdijs præterita non commendet*, & facit ad idem *c. dispendia. de rescript. in 6.* vbi dicitur *dispendia litium æquitatis compendio: volentes qua possumus industriæ coartare*, vbi glosa exponit: dispendia vocari: inutilia, & longa dispendia,
2 idest expensas, & è conuerso † compendia breuia, & vtilia, impendia, sic vtique remouit per hanc regiam pragmaticam inutilia, & longa dispendia, quæ consumebantur in apparatu, in alijs emergētibus in lite, & grammatici vocauerūt dispendia, scilicet expensas; quæ vel in curia, vel negligentia, vel immoderatione dispendimus. Plinius bubulas carnes caulis caprificī, magno lignorum compendio perquoquunt. Idem & magno id lignorum: dispendio fit addito
3 sale: † & ad iudicem spectat remouere huiusmodi dispendia, etiam in processu causæ *l. mediterraneæ C. de anno. & tribut. lib.* 10. Litium † lis græcæ *ſichis* controuersia dicitur alimine, ideſt termino, ꝙ primò à limine, vbi controuersiç inter homines orte sunt *probat. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur.* ibi *ex hoc iure gentium introducta sunt bella discrete gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, & ædificia collata*, & sic ad tollendas dissentiones
4 iurgia, & lites quæ oriri poterant ex
5 confusione agrorū fuerunt † positi termini, ꝙ alibi limina dicuntur, & tamen non satis fuerunt: quoniam & hodie etiam emergunt lites, ex confinibus agrorum, & ad hoc emersit titulus, dicitur, id lis à contensione agrorum, seù liminis. *C forus extra de ver. signifi.* & Virgilius, limes erat positus, limē vt
6 discerneret agros, lis † causa controuersia eiusdem prope modum significationis esse ostendunt verba. *Vlpiani in. l. litis nomen. ff. de verb. & rer. signifi. l. causas. C. de transac.* vbi dicitur quod lis præfert actionem in rem, & in personam, & Imperator dicit quod lites legitimis: transactionibus finitas, imperiali rescripto, resuscitari non oportet, & sic cum eadem sit causa, cōtrouersia, & lis, falsa est illorum opinio, quod dicunt ante cæptum iudicium causam, & post iudicium cæptum litem dici, & vl-
7 terius declarando litem: † dicitur litem suam facere, quod ita alienam litem

vel

vel cauſam ſuſcepit, vt propriam defen dere videretur, vnde iudex litem ſuam facit, quod alterum ex litigatoribus fouet; & in eum propenſus eſt, & male iudicat. §. *pri. inſt. de oblig. quæ ex qua: mal. naſcu. l. fin. Cod. de pena iud. qui malè iud.* vbi elicitur ex dicto. §. 1. quod tunc iudex non dicitur propriè ex maleficio obligatus, neque ex contractu, neque dicitur peccaſſe, licet per imprudentiam, & ideò videtur quaſi ex maleficio teneri, & inquãtum de ea religioni iudicantis videbitur, penam ſubſtinebit, & Cicero de oratore dixit. *Quid ſi cum pro altero dicas, litem tuam facies,* hinc iudex quod pretio, prece, pro alio iudicat ſuam litem facit. *l. ſi iudex. ff. de var. & extra, cognit. l. ſi filius familias ff. de iudit.* ſed ſi iudex habet aſſeſſores ipſe non tenetur, niſi ex dolo, quia impetię aſſeſſorum annumerabitur. *l. 2. ff. quod quiſque iur.* ſi vero eſt iudex pedaneus quod non habet aſſeſſores, ex quo ipſe ſcire leges debuit, vel conſulere
8 peritos, *Autentico de iud.* §. illi autem † item litem in rem ſuam vertere dicitur quando iudex ita cum litigãtibus agit: vt ei iure ſuo cedant, vt fecit ille Roma nus arbiter miſſus ad diuidendos agros Nolanos, & Nucerinos, q̃ ſemotis arbitris ſibi locum differentiæ adiudicauit, & tunc exponitur rem inter duos controuerſam quodãmodo ſibi ad iudicare
9 item † litem æſtimare ad iudicem pertinet, quod de damnis, & intereſſe actoris taxatione facta pronunciat, & certe pæcuniæ reum conuentum damnat, & huiuſmodi ſent. quę actionibus appendix eſt, dicitur lis æſtimata. *l. lex Iulia 2. ff. ad l. Iul. repet.* ibi *neue quis ob hominem condennandum, vel abſoluendum, neue ob litem æſtimandam aliquid*
10 *acceperit* in † litem iurare ad litigatores refertur: nam per iuramentum declarat, & aſſerit quantam pecuniam nõ tantum ſumptus litis, ſed etiam cauſam æſtimat: cum omnibus damnis: *l. videamus. §. iurare cum. l. ſequenti. ff. de in litẽ iur.* & dictum iuramentum præſtari debet taxata quãtitate per iudicem, quoniam actor iuraret in infinitum, item litem perire dicebatur olim pro amictere litem, ſeù cauſam *l. 1. §. qui autem ac-*
11 *cepit 2. §. fin. ff. de calum.* Item † litem perferre, ideſt ad finem perducere. *l. pater ff. de coll. dot. ibi pater filium emancipatum inſtituit, & filiam exeredauit, quæ in officioſi, lite pro lata partem hæreditatis dimidiam abſtulit* ob litem indubio conſtruimur de re certa. *l. ſcri-*
12 *ptus hæres. ff. de Carbono edict.* lite † pendẽte nihil eſſe innouãdũ *per totũ titul. C. l. diuus Pius la 2. ff. de pet. hær. l. 2. C. de probat. l. vlt. C. de rei vend. & nouella in medio litis non fier. ſacr. form.* §. *illud quoque c. 2. vt lit. pendente clem. 2. eod. tit. c. dudum de priuileg. c. 2. de ſequeſtr. poſſeſſ. l. defenſionis. l. falſitas Cod. de iur. fiſc. libr.* 10. quando reuocantur tur actenta lite pendente vide *Innocentiũ Felin. Ant. de Butrio Decium Io: Andream, Bal. in cap. cum M. Ferrar. extra de conſt. in cap. 1. & 2. vt lit. pend. Abbatem, & alios in cap. dilectè de exceptio Gemin. Io: Andream Io: Monacum in cap. non ſolum de appell. in 6. Bal. in l. 1. & in l. appellatio. C. de appel. Abbatem Philippum Decium, & alios in c. ex ratione in cap. dilect. cap. bona, & cap. conſtituimur ex de appellatio. Angelum, Bal. & alios in l. tale pactum* §. *qui pro-*
13 *uocauit ff. de pact.* Item † lis pẽdere dicitur ab inſinuata citatione, vſq; ad ſententiã ſecundæ, & tertię inſtantię, ſi fuerit appellatum, quoniam eadem lis manet, licet alia ſit inſtantia *gloſ. in dicta clem. 2. vt lite pend. in verbo, cum lite, & in l. 1. & 2. C. vt lite penden. ff. nil innouari lit. pend.* Nouata lite pendente reſtituuntur in integrum officio Iudicis ſinè libello facta inſtantia per partem, & ſine vllo ordine iudiciario. *l. nullus præſes. C. de iudi. c. ſollicitationem de app. cap. à memoria, vt lite pend. cap. cum M. Ferrarien. de conſtit. cap. veniens de iur. iur. 11. quæſt. 1., quia res Innocentius in cap. bone de app. gloſ. in dict. clem. 2. vt lit. pend.* lis cum imminet, nihil eſt innouandũ per fraudẽ. *ff. de alien. mutuand.*
14 *iud. cauſa* † ſuſcipere litem, ideſt ſuſci-

pere

Digitized by Google

pere defensionem. *l. minor viginti annis. ff. de minor. l. is cuius. ff. de procur.*
lis apud Iudicem peragitur suo ordine
15 *l. si quis rem. ff. de calumniat.* † Item nec actionem pendente lite quis cedere
potest, & alij, postquã deducta est in iu-
16 ditio. *l. 2. C. de litigio.* Nec priuilegium † impetratum de re litigiosa valet. *cap. causam de restit. 16. quæst. 1. placuit. l. auctoritatem C. unde vi. l. si qua. C. de*
17 *fun. & salt. reip. lib. 11.* † Nec lite pendẽte res litigiosa, potest dedicari. *l. vlt. Cod. de litig.* quia dedicatio nulla est, & puniuntur scientes. *cap. Ecclesia, vt lit.*
18 *pend.* in † casibus tamen alienatur; Vtputa ex causa dotis, transactionis, donationis propter nuptias, legati, diuisionis, & quando seruari non potest. *l. alienationes. ff. fam. herciſ. l. diuus. ff. de pet.*
19 *hæred.* † dicitur litigiosa de cuius dominio, vel quasi causa vertitur, inter petitorem, & possessorem, iudiciaria conuentione, vel precibus Principi oblatis, & parti intimatis, aut eidẽ cognitis, vt
20 in principio *Authentice de litig.* † Item nota, quod si possessor est forsan suspectus, quod dilapidet bona, & fructus debent, & possunt sequestrari, & vendi. *c. 1. vt lit. pend.* & pẽdere dicitur lis, nõ dũ lite cõtestata *c. ex parte el. 2. de ver. sign. l. 1. C. quando libell. princip. obl.* etiã si ad hoc nõ sit impetratus. *l. 1. C. vt lit. pend.* eo fortius quando ad hoc reperitur impetratus *c. suggestum. de appel.* & maximè vbi est cauta commissa. *c. causam extra de off. deleg. & cap. gratum*
21 *eod. tit.* & † sic attentata lite pendẽte, ideſt post citationem, vel commissionẽ reuocantur officio iudicis. *cap. cum M. de const. cap. ad dissoluendum de desponſ. impu. cap. cum olim de accusat.* verum vt dicatur lis pendere, necesse est secundum dictam *Clementiam primam, vt lite pendente*, talia in prima citatione inferere, per quæ possit reus deliberare, & se possit informare de meritis causæ, alias non induceretur litis pendentia. Nam si dicit Iudex: compareas tali die responsurus. Titio super libello præsentando, scilicet super domo, &c. non erit sufficiens expressio, per quam reus possit reddi certus. *c. 2. de dolo, & contum.* sed capiat consilium hoc actor, vt inducat litis pendẽtia, & inferi faciat in prima citatione libellum. *cap. 2. de dilat.*
22 *clem. causam de elect.* † Item pendente dilatione: iudicis officium conquiescit. *l. siue pars. C. de dilat. cap. significante, de appell.* & pendente lite cõtra vnum electum non potest alter eligi. *cap. 1. & 2. vt lit. pend.* & innouata lite pendente: reuocantur per modum attentati. *c. non*
23 *solum de appell.* Lis, † & causa quomodo inter se differãt vide Docto. *in l. causas C. de transſ.* causa assumitur pro iure in iudicium deducto. *l. 1. cum gl. ff. solut. matrim. Bar. in l. quod Romæ. ff. de verb. oblig.* & dicit textus in *cap. forus de ver. sign.* quod causa dicitur à casu, lis, quãdoque pro instantia capitur. *l. cum lite, mortua. ff. iudi. sol.* aliquando pro ipso iure in iudicium deducto. *l. litem C. de procur.* & lis propriè dicitur post litem contestatam, causa ante, & post. *l. cau-*
24 *ſas de transact.* † Renuncians liti, non solum intelligitur renunciare instantiæ, sed causæ, & actioni non vigore necessarij præambuli, sed ex proprio significatu, vt tenet *Iaſon. in l. postquam liti*
25 *num. 11. ff. de pact.* lite contestata † excludimur in pretorijs, & iudicialibus obligationibus, à purgatione moræ. *Paulus de Castr. in l. si post tres dies ff. si quis cautio, num. 7. l. si insulam. ff. de verb. oblig.* & vbi non est pœna, admittitur etiam post contestationem, idẽ Paulus vbi supra *num. 8. l. interdum §. final. ff. de verb. oblig. l. sed. si alia ff. de const. pecun. & in cap. potuit, locati glos. in ver. cleri. tenet*, vsque ad sententiam, & sic
26 vidi obseruari pluries in Sac. Consi. † An possit purgari, in causa appellationis vide *Ludouicum Romanum in singul. f. 16.* & in Regno admittitur post litem contestatam. *cap. quod in vtrip. Legem veterem fo. 23. nu. 225. alias 227.* vbi dicitur quod moræ iudiciali renunciari nõ
27 potest, † litis contestatio excludit exceptiones excommunicationis, recusationis, & alias moratorias exceptiones, & præbet

præbet Iudici cauſam ſequeſtrandi fructus, & priuat quandoq; comodo poſ-
28 ſeſſionis *cap. frequens nu. 206. fol. 19.* † & ſi poſſeſſio in alium transfertur, nihilominus finietur iudicium ceptum. *cap. conuentus n. 148. fo. 15. & Conſt. Regni* quæ incipit. *eorum fraudibus fol. 121. l.*
29 *2. C. de litigioſ.* † & lite pendente ſuper feudo Baronis mortui, non debet fiſcus in alium feudum transferre. *cap. dudum alias cap. ex præſumptuosè fol. 22. alias*
30 *25. nu. 223.* † Remouentes, ideſt auferentes, & deducitur à moueo, quod eſt excito, & ſimul moueo, remouet dilationes, & obiectiones, per quas cauſan-
31 tur diſpendia, & abreuiantur iudicia. † Remota loca dicuntur loca longinqua. *c. vltimo extra de eo, q. mittitur in poſſ. cauſa rei ſerua. & Archidiaconus in c. 1. extra de teſt. cap. nihil de elect. cap. 2.*
32 nullus vbi *Io: And. de tempo. ord.* † Remoto appellationis obſtaculo, quando dicitur vide. *c. exconquæſt. §. penul. de reſt. ſpoliat. cap. vt debitus extra de app. l. fin. C. de ſent. paſſ.* & ibi Albericus, & Remoueo verbum capitur quandoque in bonam, quandoq; in malam partem.
33 *l. 2. ff. de ſenat.* † Remotum à iure dicitur, ideſt contrarium iuri. *l. iuriſgentiũ.*
34 *§. ſed ſi vir. ff. de pact.* Remouetur † officialis ab officio, ex negligentia. *l. ſi quos. C. de offi. præfect. prætor. orient.* & ibi Albericus, *(in cauſis ciuilibus, &c.)* ciuiles cauſæ dicũtur, vbi id quod petitur parti
35 applicatur † criminales, vbi pœna fiſco
36 applicatur, † prout dicit *Bar. in l. 3. ff. de ſepul. vio. & l. fin. ff. de priu. delict. & glo. in dicta l. 3. in verb. centum, aureorum.*
38 *Iaſon in rub. num. 5. C. de iudit.* † mixte vbi pœna vtriq; parti, & fiſco applicatur licet textus, & *gloſ. in c. tuæ de procurat.* aliter diſponant, & proponunt exemplum in quærela in officioſi teſtamenti, vbi qui eam proponit, exibet petitionẽ hæreditatis. *l. qui de inoffic. ff. de inoff. teſt.* eſt q criminalis, quia apponitur cauſa, quod ſi non venit die ſtatuta poſtea non auditur. *l. Papinianus §. 1. ff. eo. tit.* hodie in Regno extat declaratio Sereniſſimi Regis Ferdinandi *in capitulis regni, quæ incipit grauiter impreſſa in capitulis per Modernos Cãpaniæ car.* 202. vbi ad ſunt iſta verba. *declaramus omes caſus culpas, & crimina, pro quibus pœna mortis naturalis, ſeù ciuilis, ſeù membri mutilatio, principaliter infligenda non venit pertinere ad iuriſdictionem ciuilem, in quibus venit imponenda mors naturalis ciuilis mutilationis membri principaliter ad criminalem ſpectare iuriſdictionem, coram quibuſcunque iudicibus, ſcilicet ordinarijs,* quoniam hic ſtrictè loquitur per illud,
38 quod ſequitur etiam delegatis, † iudicum enim alij ſunt ordinarij, alij delegati, alij auditores, alij aſſeſſores, alij arbitri, alij arbitratores *Spec. 1. pri. par. de legat. in principio* alij ſunt maiores, alij minores, ordinarij ſunt Conſules Præſides Quæſtores alij matimi, vt ſuper illuſtres, alij magni, vt illuſtres, alij medij, vt ſpectabiles, alij minimi, vt clariſſimi, alij infimi, & alij pedanei, & de hijs vide *per totum tit. ff. de iuriſd. omni. iudi. & in l. omnes quæſt. C. de epiſ. & cler. l. iudi-*
39 *ces C. de anno, & tribut. lib. 10.* † iudices arbitrarij nullam habent iuriſdictionẽ, ſed notionẽ. *l. notionem ff. de ver. ſigni. 2. quæſt. 6. cap. de arbitris, & notatur in*
40 *l. penul. ff. de arb.* † iudex debet eſſe peritus, nec debet quærere quid oporteat loqui *Bert. in cap. ſuſcitatus extra de reſcri. Auten. de iudit. coll. 6. c. ex literis in fine extra de conſangui. & affi.* licet, quandoq; vbi illiteratus habet peritiam & conſuetudinem iudicandi poſſit eſſe iudex. *l. certi. C. de iud.* ſed Iudex Eccleſiæ ſemper debet eſſe peritus, ſaltim mediocriter ſcientia iuris. 20. *diſt. c. 1.* laicus poteſt in iudicem eligere non ſuum, clericus non *l. 1. l. priuatorũ. C. de iuriſdict. om. iudi. c. ſignificaſti extra de foro. compet. in 6.* (Sequitur *procedi ſine figura iudicij facti ſola veritate in ſpectat*) hæc verba, quãdoq; ſeperatim ponuntur, & quid ſignificent, exponamus
41 & primo; illa verba † (*de plano*) exponit *gloſ. in c. nouit de iudicijs*, non in forma iudicij, ſed in modum denunciationis, & alibi *gloſ. in cap. cum in tua extra de*

ſponſ.

Digitized by Google

ſpõſ. exponit, qvbi cõmictitur cũ eiſdem verba de plano, ſufficit ſummaria cognitio ſine ſtrepitu iudiciorum idem ſignificati *cap. olim extra de accuſat. in verbo iudiciorum, & Bart. in l. nec quicquã §. de plano ff. off. Præconſ.* dicit quod important poteſtatem iudicis, per quam poteſt abreuiare dilationes, & alia remittere, dummodo non ſint ſubſtantialia iudicij, & procedere tempore feriato, licet hodie nouella pragmatica certos dies prohibuit, certos admiſit, vt ex ea videre poteris, quãdoq; dicitur de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vbi nullum ordinem iudiciarium tenetur ſeruare, vt tenet *Inno. in d. cap. olim de accuſ. in verb. de plano.* quãdoq; de plano infert, quod teneatur ordinẽ iudiciarium ſeruare, & plenam adhibere cognitionem, verum poteſt procedi parte abſente contumaciter, & refrenare multitudinem teſtium, ſtrepitum partium, procuratorum, & aduocatorũ, & à ſuperfluis partes, compeſcere ſententiam ſine ſcriptis, & ſine libello proferre, item etiam remouere partium, procuratorum, & aduocatorum ſtrepitus, & rumores, necnon omnem ſuperfluam, ac ſuperſtitioſam ſollemnitatem altitudinem, & declamationem vocum vt tenet *Bar. in verbo, ſine ſtrepitu in extrauant. ad reprimẽdum*, (*ſine figura iudicij*) exponas interuenientibus actore, reo, & Iudice, † iudicium eſſe in figura, alias olim contrahi hermocidium & abſoluebatur reus ab obſeruatione iudicij, quando cauſa determinari non poterat *l. properandum. §. & ſiquidem C. de iudi.* aliæ perſonæ licet vtiles non conſtituebant iudicium, erant vtiles, pro maiori explicatione, vt *in dict. §. 2. ſiquidem*, ibi *licentia erit iudicij per exequutores negotij adhibere requiretur. l. qui reſtituere ff. de reiuend.* alibi figura iudicij exponitur, vbi ſedebat pro tribunali, & poſtulationibus litigantiũ dabat reſponſũ ſicut hodie, quãdo regitur curia. *l. 2. §. in bo. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeruet.* alibi figura iudicij capiebatur pro ordine actorum, qui graduari debebant ſuo ordine. *l. prolatam. C. de ſente. & inter omni. iud.* hodie verò ſublata eſt iſta ſubtilis obſeruatio, per hãc regiam pragmaricam, ſunt, & erant aliquæ cauſæ, quæ de plano expediebãtur ſcilicet cauſa obſequij præſtandi patronis, q̃ expedire poterat ſedẽdo de ambulando p tranſitũ, *vt in dict. §. de plano.*

42

43 Sequitur †(*ſola facti veritate inſpecta*) important iſta verba, quoniam obſeruatio dura, quæ diſponitur in *l. properandum tollitur.* cum Iudex ſi ſibi exactis, & geſtis coram ipſo conſtat de veritate negotij, non obſtante abſentia partis iudicabit ſecundum eum, qui habet iuſtitiam *gloſ. penul. in l. vinum ff. cert. pet.* licet hæc noſtra pragmatica hoc non ſentiat, ſed ſolum repellat formulas libelli, & actionis per illa verba, quę ſequuntur, videlicet *dum tamen pro libello præcedat talis, qualis petitio, etiam oretenus facta*, & non immeritò, quoniam olim offerebatur libellus iudici, vt illum probaret, vel improbaret. *l. 1. ff. de offi. aſſeſſo.* & inſcriptis inſinuabatur pacti aduerſæ. *Authentico offeratur, & Authentica libellum. C. de litis conteſt.* alibi libellus capitur diuerſimode, vt *in dicta l. nec quicquam §. vbi decretum ff. de of. pro conſul.* (dicitur *talis qualis petitio*,) ex qua reus poſſit deliberare, ad quam deliberationem olim dabatur dilatio viginti dierum, vt in dicta *Autentica offeratur*, & *Bal. in l. generaliter. C. de epiſcop. & cler.* quibus elapſis procedebatur ad litis conteſtationem, & dationem termini, olim conſignata copia & præbitis ſportulis, dabatur fideiuſſio de proſequendo litem, remanſit hodie in ſolo contumace, quod non admictitur, niſi refectis impenſis, & præſtita

44 cautione de ſtando iuri, quod eſt idem † & cautio, quæ præſtatur expenſarum eſt, ne iudicium eludatur, quæ non excludit reum contumacem, quando non poſſit petere ſe remicti ad Iudicem competentem, vt in dicta *Autentica offeratur, ibi vel recuſet, per quæ nota*, quod exequtiones habent quoſdam gradus, proinde in exequẽdo ordinari debent,

hinc

Digitized by Google

hinc orta eſt practica, quod practici opponunt in fine petitionis, illam clauſulam, †*gradatim conditionaliter, & ſucceſſiuè*, vt dicemus infra in *pragmatica comparente reo, ſub rubrica de modo procedendi*, ſed ſi reus fuit citatus cum termino addicendum opponendum aduerſus ſupplicata expoſita, & petita, tunc non poteſt petere copiam, nec debet habere dilationem ad conſulte reſpondendum, quoniam ſufficit præponi ea ſubſtantialiter, per quæ Iudex inducitur ad ſententiandum, vt tenet *Bal. in dicta Authentica offeratur per l.* 1. §. *edere. ff. de eden.* & ad eam ſe cõformem Iudex reddere debet. *l. vt fundus ff. comun. diuid. not. in Specul.* §. *reſtat, &* §. *ſi etiã delibelli concept.* ſequitur (*declarãtes per præſentem diſpoſitionem, & per capitulum deteſtantes, circa probationes neceſſarias non eſſe derogatum, &c.*)† & eſt verũm, quoniam vbi contingit ex defectu ommiſſæ ſollemnitatis iudiciariè proponi allegari dici, vel excipi eſſe proceſſum nullum, & acta nulla, & liquet denegotio, & mæra ſubſtantia veritatis propoſitione, & allegatione huiuſmodi non obſtante, tunc ad finalem deciſionem cauſarum ipſarũ procedatur, vt *in prag. Reginæ Iſabellæ, quę incipit Iſabella*, ibi *ipſa ſola dumtaxat veritate inſpecta*, & in his cauſis in quibus proceditur ſummariæ, & non exigitur illa † antiqua ſollemnitas litis conteſtationis, quę olim fiebat per verba formalia præcedente actoris interrogatione, ſeù narratione, & ſubſequuta in continenti, ſeù modico, non ſuper vacaneo interuallo interiecto, reſponſione, nego, aut confiteor narrata, vt narrantur animo litis conteſtandi, vt *Cynus, & cæteri poſt eum in l.* 1. *God. de litis conteſt.* † *conteſtari* nihil aliud erat, niſi ſimul teſtari, & conteſtatio litis nihil aliud erat, niſi negotij principalis, hinc inde apud acta, ſeù iudicem facta conteſtatio, ſeù vera narratio, & ſubſequuta reſponſio, ſiuè negando, ſiuè confitendo, & olim quandoque inducebatur per exceptionem peremptoriam, & in ſummarijs per quamcunque exceptionem, & vbi alterutrum non præceſſerit, ſcilicet libellus, ſeù ſaltim qualis, qualis petitio non poteſt dari ſententia, & idcirco vbi præceſſit libellus, & ſequitur confeſſio debet proferri ſententia, vbi verò confeſſio abſque petione fit præceptum, & hodie per *Clementinam diſpendioſam, de iuditijs, & clem. ſæpè de verb. ſignificat.* non requiritur litis conteſtatio,† & inſuper nec refert, quod petitio non excludat, dum modo narrentur talia, per quę ordinentur verba concluſionis, ſcilicet peto condemnari condemnatumq; cogi, &c. vt tenet *Abbas in cap.* 1. *de litis conteſt.* quoniam per hãc regiam pragmaticam auferuntur illæ antiquæ ſollemnitates eſt videndum modo, † quæ nullitates reddant iudicium nullum, & recurrendo ad *Bart. in l. ſi expreſſim. ff. de appell. & rela. in l. ſæpè. ff. de re iud. in l.* 1. *Cod. quor. appellat. non recipi.* in quibus locis *Angelus, & Imola ſequuntur Bart. & in l. ſi vt proponis. Cod. quomodo, & quando iudex dicunt*, aut nullitates reſpiciunt. vniformiter acta exemplum reſpectu litigantium, quando eſt litigatum cum minore indefenſo, reſpectu iudicis quãdo eſt litigatum coram Iudice incompetente *l.* 1. *C. ſi à non competent. iudic.* quia nullus maior defectus quam iudicis, & iuriſdictionis. *c. at ſi clerici extra de iud*, aut nullitates reſpiciunt ſententiam ſolam, quia fuit lata die feriata. *l.* 1 *C. de ferijs*, vel parte non citata. *l. de vno quoque ff. de re iud*, & tunc poſt in hoc ſecundo capite ex eiſdem actis, iterum determinari cauſa, aut nullitates reſpiciunt ſententiam, & aliqua acta exemplum, quando eſt proceſſum contra mortuum, ſeù lata eſt ſententia contra mortuum, & infirmum, & tunc acta, quæ præceſſerunt ſunt valida, & quę ſequuntur ſunt nulla, *vt in l. penult. Cod. quorum ſent. ſine appell. reſcind. & in dicta l. cum quærebatur*, † & agitur de nullitate vno modo incidẽter, alio modo principaliter, incidenter exemplum cum petitur exequutio, excepit contra

quem

Digitized by Google

quem fit executio de nullitate. *l. si prætor §. Marcellus ff. de iudi.* secundò modo, quando vna partium petit, iterum sententiari, dicens sententiam primo loco latam esse nullam. *l. 1. Cod. de sent. & l. hæc sententia. C. quæ sent. sine cert. quant. profer.* principaliter agitur de nullitate, quando petitur principaliter pronunciari sententiam nullam, vt nec *glosa in l. 1. ff. quæ sent. sine app. rescin.* & tunc vt dicit *Innocentius in c. 1. extra de offi. iudi.* & notatur *in l. 1. §. 1. ff. de fer. & in l. si pater. C. quando prou. nõ est necess.* quod agitur officio iudi. vt tenet etiam *Bar. in l. 1. C. quando prou. non est necess.* & dicit *Bart. in dicta l. si expressim in penul. colum. num. 14.* quod quando agitur de nullitate sententiæ iudicis delegati, tunc agitur coram iudice delegante, aut de nullitate sententiæ ordinarij, & tunc coram eodem, vel superiore, *& dicit Bar. in l. cum quæreretur,* † quod nullitas est vitium, quod emendari potest ex eisdem actis, quandoq; oportet, quod citatus iterum citetur, vtputa quando scienter impeditus infirmus fuit citatus *l. in summa. l. quæsitum ff. de re iud.* & tunc cum non possit iudicari ex eisdem actis inualidis, debet citari, quod altera die compareat, & vlterius pronũciatur ex eisdem actis, quando nihil extrinsecus est probandum ad fundandas nullitates, quando vero aliquid extrinsecus veniret probandum, tunc primo debet cognosci ad finem, vt Iudex fit certus de meritis causæ, vtputa quando est probandum, quod erat minor, & indefensus, quando mortuus allegatur, & similia. *l. sed si tua ff. de acquir. hæred.* vel quando fuit præsens, vel citatus, & tunc Iudex si est idem, quia potest esse certus si fuit citatus, vel præsens potest ex eisdẽ actis pnũciare sup. nullitate, si verò alius tũc quia non potest esse certus, debet cognoscere de nullitate, *arg. ad prædict. l. cum saljum ff. de aquir. hæred.* & aduerte quia dicit *Bar. in dict. l. cum quærebatur* q, aut principaliter petitur pronunciari super nullitate, & tunc debet declarari sententia nulla per aliam sententiam, aut incidenter, & sufficit, iterum pronunciari super negotio principali, & ex his vides, quomodo proceditur super nullitate, inferius gratia exempli aliquas enumerabimus nullitates, & primò, quando sententia est lata contra ius esset nulla, tam si est expressus in sententia iuris error, quam si non sit expressus, vtputa ex defectu iurisdictionis. *cap. at si clerici de iud.* ex defectu iudicis, quia excomunicatus *cap. ad probandum de re iud.* item ex defectu litigatorum, quia esse litigatum cum minore, indefenso. *l. si curatorem habens C. de in integr. rest. l. clarum C. de autor. præst.* item respectu temporis, quia die feriato *cap. fi. de fer.* vel de nocte *c. consulari de offi. deleg.* vel ratione loci, quia in ecclesia per iudicem secularem. *cap. decet de immu. eccle. lib. 6.* vel ratione personæ, vtputa per mulierem, per minorem. *l. cum prætor ff. de iud. cap. sisscitata extra de integr. rest.* vel est lata pro bannito, cui est denegata defensio in *Specul. de sent. prolat. §. iuxta, vbi Ioannes Andr.* & pro pleniori intelligentia istius articuli dic, aut sententia est lata contra ius, iuris errore nõ expresso, & tunc dic, aut contra ius concernens merita causæ, & est valida. *cap. cum inter de re iudi.* nisi sit notoria iniquitas, & iniusta *l. cum prolatis. l. pgrsas ff. de re iud. l. ingenuum. ff. de statu. homi.* aut fuit in sententia iuris error expressus, quia pronunciauit testamentum factum per minorem valere, & dixit pronuncio factũ testamentum, per talem minorem 4. annorum valere, secundò, & principaliter quando est lata contra ius, non cõcernens merita causæ, sed aliam iniustitiam, etiam quod non sit expressus error in sententia est nulla, nam regulariter quicquid sit contra ius, est ipso iure nullum. *l. non dubium Cod. de leg. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. cap. contra ius de reg. in 6. cap. non vides* 10. dist. hinc dicunt præsumendum † esse pro sententia ob lapsum decem dierum. *cap. in præsentia test. cap. causam*

Digitized by Google

de re iud. ſed quid ſi eſt expreſſus iuris error, & cõtrarium eſt probatum; *dicit Abbas in 4. col. cap. 1. extra de re iud.* quod ſententia valet, quoniam non habet vitiare iſta falſa expreſſio ſententiam, & præiudicare veritati, & limitat prædicta, idem Abbas; vbi ſupra quando iuris error expreſſus reſpicit totam ſententiam, ſecus quãdo aliqua capita: quia reliqua valent, & ſuſtinentur, ſecus quando eſt vnum caput, & ſuſtinetur etiam quando eſt iudicatum
54 contra ſtatutum non incorporatum,† ſed quid ſi aliquis eſt miſſus in poſſeſſionem rei alienæ, dic quod decretum valet, & præſcribit *l. iuſtè poſſidet de acquir. poſſeſſ.* licet poſſit reſtitui ille, contra quem actor eſt nullus. *l. à diuo pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iud.* & nota, quod eſt differentia inter decretum, & ſententiam, quoniam quando decretũ fuit iniuſtè latum, etiam quod tranſiuit in rem iudicatam, ex officio Iudex poteſt illud reuocare, ſecus in ſententia, quæ poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, Iudex eſt functus officio ſuo, & nõ poteſt illam reuocare, ità in *dicto cap. 1. Abbas col. 6. per l. quod iuſſit ff. de re iud.* & ità fuit iudicatum in cauſa magnifici Anelli Saxi referente eximio, ac magnifico Marino Frezà Regio Conſiliario, fallit vbi notoriæ conſtaret de iniquitate, quoniam ſi eſſet ſententia Regia, poſſet idem Rex reuocare, vt tenet *Ioan. de Anania in cap. qualiter, & quando, il pri. de accuſat. extra, cap. veniam. cap. apoſtolicæ. cap. ſententiam 35. quæſt. 9.* Item quædam ſunt nullitates, quæ reſpiciunt ſubſtantialia cauſæ videlicet factum quędam ſunt, quę reſpiciunt ordinem iudicij, illa quæ reſpiciunt acta cauſæ, vel litis, vt ſunt atteſtationes confeſſiones, quæ important factum, iſta quæ reſpiciunt acta iudicij, ſunt citationes ſatisdationes, & ſimilia & important iudicij ordinem, vt dicit *Hoſtienſis, & Innocentius in cap. canon el piccolo de teſtibus:* & licet verba ſuperius examinata tollant aliqua, ex his quæ ordinant iudicium, non tollunt illa, quę inſtruunt, & decidunt cauſam,
55 & proinde Iudex taliter datus, † non debet, nec poteſt ommictere legitimas probationes, & defenſiones, quoniam taliter occultaretur cognitio veritatis, *vt in clem. ſepè de ver. ſign. vbi Imola latius*, illa verò quæ reſpiciunt partes, vel alteram, ſeù Iudicem poterunt ommicti *l. ſi ſeruus ventus. ff. de leg. pri.* & in hoc caſu non refert, quod in petitione ego petierim rem depoſitam, & probauerim rem fuiſſe commodatam, quia attenditur veritas facti. *Bar. in l. 2. §. fin. ff. ſi cer. petat. l. ſi debitorem. ff. de nouatio, & Imola in dicta clem.* ſepè
56 & in † hoc aduerte, quia per hęc omnia non ſunt ſublata, quando debeat libellus offerri, vbi peritur, ſeù ſaltim qualis, qualis petitio, per quam poſſit reus deliberare, nec terminus, nec defenſiones, nec citationes, prima ſcilicet ſaltim, & vltima ad dicendum, nec exceptiones neceſſariæ, vt ſubreptionis reſcripti recuſationis, Iudicis dilationis, ſolutionis, feriarum, ſcilicet aliæ, Vtputa ſollemnitas formalis libelli conteſtatio litis illæ deliberatoriæ, ſic ample dilationes, & aliæ fruſtratoriæ exceptiones, vt latius poteris videre per *Imolam in clem. pri. de re iud. clemen. diſpendioſam de iud clementina ſepè de verbor. ſignificat. & in eiſdem locis per gloſas. & in cap. pri. de ſequeſtr. poſſeſſio.* ad quæ pro deciſione dictorum capitum aſſumptorum per me, & pro intellectu præſentis Regiæ Pragmaticæ me remicto. (*In verbo figura*) quod quædã concernunt factum, & ſic ordinem iudiciarium, prout *in l. prolatas C. de ſent.*
57 *& interlo. Iud.* † & ſic proceſſum, in quo continentur acta, Vtputa citationes, relationes, exceptiones, replicationes, interloqutiones, dilationes, examinationes; publicatio, concluſio, citatio, ad dicendum, & ſententia, & tunc vbi prædicta interceſſerint ſecundum ordinem debitum iudicium habet eius figuram, & ſic ſua ſubſtantialia introdu-
58 cta, etiam de iure ciuili, † & iſta tolluntur per illa verba *ſine figura*, non natu-

ralia

illa inuenta à iure naturæ, seù gentium, & sic Iudex, & partes releuantur per illa verba ab obseruatione dictorũ
59 † solemnium, & tantum important illa verba *Summaria de plano, & sine figura iudicij*, quantum illa verba sola *sine figura iudicij*, vt notat *glosa in clemen. sapè de verbo significat in verbo figura, & Bal. in verbo figura, in extrauagãt. quo modo in lesæ maestatis crim.*
60 *proced.* vbi quæritur vtrum sit necesse † quod pars citetur, quod sic. *Clement. pastoralis de re iud.* vtrum sit necesse, quod personæ comparentes legiti-
61 mentur, † an requirat petitio saltim qualis qualis, etiam oretenus facta sufficit, & quod petitio saltim habeat factum taliter narratũ ex quo possit deliberari, etiam quod absit conclusio in petitione porrecta. Ità tamen q̃ intelligatur saltim quid actor velit ex tali narratione facti, † & quod nõ sit tanta incertitudo, quod auferat defensionẽ
62 personis, † cum non possit auferri deliberatio, *vt venet Bal. in l. de pupillo §. qui renunciat. ff. de nou. oper. nũt. nu.* 63. ex his verbis, Iudex potest repetere exceptiones, quæ differunt, & frustantur veritatem negotij, & tolluntur feriæ ad honorem, & necessitatem hominum inducẽ, quoniã Iudex hijs diebus quibus renunciare partes possunt, Iudex inuitis partibus procedit, *glos. in clement. sapè. 1. de verbo. significat. in verbo ob necessitates*, non ob honorem Dei.
63 Item non exigitur lis † contestari ex eo ipso, quo partes tractant negotium, vel merita causarum, tractari incipiunt lis præsumitur ex sola contradictione lis contestari, & potest dari terminus, scilicet legitimatis personis, & oppositis exceptionibus hinc inde, vel fortè
64 in positionibus sufficit quocunque non caperit agitari lis, *l. nihil C. de probationib.* sublatumque propterea est iuramentum de calũnia, † non de veritate
65 dicenda, nec sunt sublatæ propterea dilationes, sed concessum arbitrio Iudicis si velit breuiare dilationes à iure statutas, non tamen sic dilationes bre-

65 uiet Iudex, quo † tollantur probationes actori, & defensiones reo, & sufficit si fiant in termino, licet sine dilatione, vt notatur *in l. vnius §. cognitarum ff. de quæst.* & in causa circa dilationes,
66 seruari vsus, & dari vnica dilatio † ex igitur, quod testes iurent recipiantur parte præsente, vel absente per contumatiam, alias auferetur parti defensio,
67 quæ est æquitate naturali fundata † debetque testibus examinatis fieri publicatio, quia propterea auferetur defensio, nam facta publicatione potest testes, & eorum dicta impugnare, si vult, & post dicta testificata non posset pars testes producere, cum immineat timor subornationis, & hoc ex quadam naturali æquitate, cum ne-
68 plias sit quod alter alteri insidietur, † & per dicta verba est sublata conclusio, quæ est de iure ciuili, quia statim postquã liquet Iudici de causa potest sententiare causam ipsam, exigitur tamen citatio ad dicendum, & illa solemni-
69 tas, q̃ feratur Iudice sedente † pro Tribunali sententia est de iure ciuili, & si non interuenit, non propterea sententia est nulla, nec est q̃ feratur in scri-
70 ptis, sed scriptura exigitur, vt probet † nam soli Papæ creditur in iudicialibus, *vt notat plenius in verbo figura in extrauagant imperialis clementis in rub. quomodo in lesæ maestatis crimi prottd.*
71 Et per hæc verba † sine figura iudicij, ac sola facti veritate inspecta, non derogare probationi faciendæ, nec subsistere sententia lata absque probationibus, si ex alijs non posset iustificari sententia, nam quædam sunt acta causæ, & litis, quædam iudicij acta causæ, & litis sunt confessiones, & attestationes, & probationes, acta iudicij, sunt citationes, & alij actus iudiciarij, & propterea non tolluntur per supradicta verba, *est glos. singularis in clement. sapè de verbor. signific. in verbo defensiones*, & ità cum verteretur quæstio in Sac. Conf. super executione sententiæ M. C. V. super sententia in causa vertente inter Franciscum Antonium de

Digitized by Google

Fenice, & filios, & hæredes noſtri quõdam Joannis Petri de Fenice, referente magnifico V. I. D. Domino Cõſalvo Hermudes Regio Conſiliario, & cauſæ Commiſſario per Sacrum Conſilium fuit iudicatum, ſcilicet, quod ſuſpenſa executione procedatur in cauſa appellationis, & tuebar equidem partes dictorum hæredum ex dicto capite, quod non erunt deducta requiſita, nec verificata in iudicio aſſiſtentiæ, non obſtantibus allegatis per partem, & maximè *deciſ. 29. magnifici Mazei*, quia pars conuenta non erat eiuſdem ætatis ex cuius confeſſione Iudex potuiſſet moueri, & in diſcuſſione fundari eius ſententiã, nec erant ſublatæ probationes per Cap. deteſtantes, & Cap. Reginæ Iſabellæ, nec etiam per iſta verba, per quæ in Regno omnia iudicia ſunt extraordinaria, & Summaria cum intenſio condentis leges iſtas, non fuit tollere, quæ ſunt iure naturæ, ſed tantum introducta à iure ciuili, & licet adſit petitio ſollemnis, non ſuppletur probationibus, ſed è contra, per probationes ſuppletur defectui petitionis, quia dicta verba *ſine figura* exigunt factum ſimplex, tanto fortius, quando adſunt in petitione illa verba ius, & iuſtitiæ complimentum miniſtrari, vel omni meliori modo ratio eſt, quia prædicta ſunt acta producere actum aſſinentiæ, & ius quod verè competit, *vt notatur per adductos in deciſ. Capitij n. 10. in fin. 23. & alijs ſequentibus numeris.*

72 Verum per hæc verba ſit ſublatum quo minus Iudex poſſit recuſari dic. q. non vt *glo. eſt in clement. ſæpè de verbor. ſignifis. in verbo litis conteſt. in fin.*

73 Quis poſſit comittere cauſas ſine ſtrepitu, & figura iudicij, *vide Abbatem conſ. 61. in 1. volum.* quod incipit in cauſa, & quæſtione. Laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

ISta Pragmatica nedum comparitur Comentata poſt Auctorem à Dom. Reg. Scipione Rouito, & Io: Maria Nouario, ſed etiam à Marcello Calà de modo articulandi, & probandi. Gloſ. 1. §. 1. Io: Antonio de Palma in ſua praxi rerum notab. iuris cõmunis, & Regni p. 1. in præfatione, apud quos erit latius videre, & de hac eadem Pragmatica meminerunt Marant. in ſpecul. p. 4. num. 94. & 95. & p. 5. ſub num. 50. Camp. in cap. item ſtatuimus, quod tam ruſticari ſub num. 48. & in cap. de violentijs num. 19. Alber. Oliua in ritu 23. Archiep. Neap. vbi Campanil. in addit. Muſcatell. in praxi S. C. lib. 1. gloſ. libellus in 1. & lib. 3. gloſ. partis nu. 45. & ſeq. quo circa intuendo verba ipſius pragmaticæ loquentis de cauſis ciuilibus, & mixtis, de quibus ſigillatim proſequitur idem Marcel. Calà d. tract. in gloſ. 2. & vltra eum Cauenſ. in ritu 75. nu. 8. & 11. declarat eaſdem cauſas ciuiles, criminales, & mixtas, de ciuilibus idem Cauenſ. in ritu 144. num. 2. & poſt eum Scaccia de re iudic. gloſ. 6. nu. 2. Palma eadem praxi gloſ. 3. per totam, de mixtis idem Palma d. praxi gloſ. 4. ex quo participat de ciuili, e criminali ideo duplex dicitur cauſa Scaccia, vbi ſupra num. 2. & 3.

Intuendo quoque clauſulas expreſſas in hac pragmatica, cuius naturæ ſint, & primo circa clauſulam ſine figura iudicij, de qua vltra Rom. ſing. 792. Marant. d. ſpecul. p. 4. dilt. 9. ſub num. 11. Marcell. Calà d. tract. §. 1. gloſ. 3. & gloſ. 4. nu. 92. melius Palma ea. praxi gloſ. 5. per totã, vbi ipſam benè declarat, & Marta in tract. de clauſ. p. 1. clauſ. 148.

De altera clauſula ſola facti veritate inſpecta, vltra Carau. in ritu 288. num. 18. Fuſcum in ſing. 58. lit. C. Scaccia de iudic. cap. 53. nu. 38. Marta eo. tract. clauſ. 250. eiuſdem partis primæ, latiſſimè Marcell. Calà eo. tract. §. 1. gloſ. 4. à num. 42. Barboſ. in tract. de clauſulis in clauſ. 101. And. Gail. Pract. Obſeru. lib. 1. Obſeru. 42. nu. 2. & Obſeru. 150. num. 18. Mining. ſingul. Obſeru. Cent. 2. Obſeru. 44.

Ad verbum talis qualis petitiua de Camp. ritantem hanc prag. in cap. ſubditorum num. 137. Marcell. Calà eo. tract. §. 1. gloſ. 3. num. 3. & 4. latiſſimè Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. p. 1. gloſ. petitur à nu. 22. ad 26. declarat verba ſit talis, qualis petitio, quem effectu habeant, & omicti poſſint, vel ſi omittatur nullitas reſultaret, & an ſine ſcriptis locum habeat, hæc clauſula quomodo autem differat libello, ibi demonſtrat in princ. poſt eum idem Palma, eadem praxi gloſ. 10.

Verba autem illa cedere, vel contendere hodie non ſunt in vſu Aff. in conſt. dilatorias num. 3. ſuper quo vide Muſcat. ind. praxi 1. gloſ. contendere per totam.

Demum reſpectu Capit. deteſtantes, ſuper quo Cometum egit Paris de Puteo de Sindicatu, vt refert Palma ead. praxi gloſ. 10. nu. 10. ibi illud declarat poſt Carau. in ritu 288. & ad quid fuerit particulariter facta diſpoſitio Cap. deteſtates oſtendit Muſcat. d. praxi cod. lib. in p. 1. gloſ. libellus num. 13. aſſeruit ib. gloſ. petitur num. 8. quod diſpoſitio d. Cap. deteſtantes, & pragmatica diſpendia publicam vtilitatem reſpiciunt.

Io: Baptiſta de Thoro [illegible]

SVM-

SVMMARIVM.

1 Aduersarius primo iuius vocandus est.
2 Citatio quandoq; fit viua voce.
3 Citatio quandoq; fiat per actuarium. causæ.
4 Forma citandi quid sit.
5 Citatio quando potest fieri domi.
6 Citatio exigit Iudicis authoritatem.
7 Officialis quando potest constituere nuntium ad citandum.
8 Citatus, seù citatio quando dicatur.
9 Citatio, quæ exigat, & 59.
10 Citatio pro tempore citationis.
11 Citatio quando potest fieri die feriato.
12 Citatus quando venit ante diem, num teneatur expectare diem 74.
13 Contumacia prima quando accusetur.
14 Citari vbi debet. 70. 71.
15 Citari præsens, an debeat.
16 Citatio quando non continet tempus, quid faciendum.
17 Citari quãdo potest fieri sine cõmissione
18 Citatus in causa criminali, quando debet comparere.
19 Citare qui debent.
20 Citatus mortuus, quid faciendum.
21 Procurator non Idoneus, num impediat vocari citationes.
22 Citari, in quo loco debeat, & ad quem locum, vt non compareat.
23 Citatus ad vnum actum, quando potest recedere.
24 Citatus pro causa, iam teneneatur respondere in alia causa.
25 Citatio, quid continere debet.
26 Citatio debet continere dilationem secundum distantiam locorum.
27 Citatio quando non procedit legitimè est nulla, & 47.
28 Citationis dies non computatur.
29 Citans quod salarium debet habere.
30 Quando vnus Iudex citet in territorio alieno.
31 Quod si in citatione non exprimitur causa.
32 Quando Citatio non continet penam. quæ pena intelligitur apposita.
33 Litera citatoria cui committitur.
34 Forma citationis inuẽta, secundũ quã actuarius debet exequi, & 60. & 61.
35 Locus respecta feriarum diuersarum qui attendatur.
36 Citatus expectatur in duo post primã contumaciam.
37 Nuncius faciens relationem falsam punitur, & 45.
38 Citatus ter, an intelligatur cõfexus, & an possit pueniri ad sẽtẽtiã 49. & 53
39 Cito verbum quid significet.
40 Citatio quomodo explicari debet.
41 Reus in quo loco citandus.
42 Habitatio, quomodo capitur.
43 In citatione num requiratur verbum peremptorium, & 73.
44 Contumax verus, quando dicatur.
46 Citatus sufficit, quod demostratur ex circumstantijs.
48 Princeps num possit tollere citationẽ, & an tollatur per hãc pragmaticam 54.
50 Citatus si sua putauerit interesse.
51 Vxor vbi citari debet.
52 Citatus coram diuersis Iudicibus coram quo comparere debet.
55 Finis agendorum spectãdus 56. & 57.
58 Obseruatio in citatione tempore Imperatoris Federici.
62 Reus an possit probare se non citatum.
63 Quando dicitur plenè defensus,
64 Excusatio quando procedit, & ea cessante quid faciendum. 65. 66.
66 Quomodo intelligatur Capitulum post contractum delictum.
68 An procurator possit constitui ad allegandnm absentiam. 69.
72 Quando ignoratur locus, vbi citari debet.
75 Citatio vbi est fraus, quid faciendum.
76 Citationes non debent fieri in angustia temporis.

De forma citandi reum, & aliorum quarumqunque citationum.

Quilibet agere volens aduersarium (Iudicis commissione præcedente) citare faciat personaliter:

Digitized by Google

vel ad habitationis domum, per citatorias literas, continentes ipſius citationis cauſam.

De qua citatione per relationem Nuncij conſtet: cum ſuſcriptione duorũ teſtium, qui preſentes dictæ citationi fuerint, ſi fiat in loco, vbi copia illorum haberi poſſit, alibi autem ſufficiat corã duobus, non aliter ſe ſubſcribentibus, dum tamen nuntius in relatione mẽtionem faciat de eorum nominibus ad pœnam tarenorum decem à nuntio exigendam, & citatio aliter facta non valeat: niſi reus cõparuerit, quo caſu habeatur pro ſollemniter, citato.

Non tamen præſens citationis forma requiratur in caſibus: in quibus de iuris diſpoſitione citatio per edictum, vel proclama admittitur.

De forma citandi reum, &c.

DIcitur hic de forma citandi reum, quoniam omnium actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſcitur, qua prætor edicit de in ius vocando: vtique in primis aduerſarius in ius vocandus eſt, ideſt ad eum vocandus, qui ius dicturus eſt. §. *omnium autem inſt. de pœna tem. litig.* & hęc † citatio fit viua voce, quando Iudex ore proprio citat, & præfigit partibus terminum ad comparendum. *l. ceſſante C.* 2 *quomodo, & quando Iudex*: vel per notarium actorum, ad quem tuendę pacis 3 vigilantia pertinet. *cap. circumcelliones 23. quæſt. 5. vel per Nuntium. l. magis puto.* §. *ne tamen ff. de rebus eor. qui ſub tut. cap. prudentiam extra de offic. del. cap. cum parati extra de app.* † dicitur 4 hic de forma citandi, ideſt modo citandi reum, quoniam forma eſt integritas ſpeciei, per quam datur eſſe, & differt à figura, *vt Cicero in lib. 1. off.* & ſic forma hic non capitur pro integritate citationis, quæ plura exigit, vt inferius dicemus, ſed capitur pro modo citãdi, vbi eſiguntur ad probationem relationis nuntij citantis duo teſtes, qui interfuerunt citationi, cum voluit quod non credatur nuntio, vbi agitur de præiudicio citati. *cap. ſacro. vbi gloſ. in verb. probari extra de ſent. excom. licet gloſ. in verb. ſuus nuntius c. cũ parati de appell. teneat*, quod creditur idoneo, & fideli nuntio in eius officio, ſed intelligitur iudicio meo, vbi voce citatio fit, & alibi forma citationis dicitur quando in corpore citationis eſt datus modus citandi, vbi eſt dictum, quod citetur perſonaliter, quia tunc citatio ad domum non valet, ſed ſi eſt dictum hoc modo ſi perſona reperiri non contingerit, facta diligenti perquiſitione, &c. tunc præmiſſa ſollemnitate prædicta, & facta diligenti perquiſitione, de qua in relatione fieri debet mentio, poteſt ad domum citari, vt in Conſtitutione edictorum, & citationis literę realis forma, ideſt modus citandi non fuerit obſeruatus corruit, & proinde dicitur forma, commiſſio data de citando, quæ diligenter attendi debet. *l. diligenter. ff. mandati cap. cum dilecta de reſcript. faciunt notata per Bal. in cap. nouit. de app.* & quando non poteſt inueniri, vt dicitur in citatione eſt recurrendum ad Iudicem, qui adhibeat alium modum citandi per edictum, vel aliter, vt res

vt res exegerit *cap. fin. de dolo, & contumac.* † & intellige semper, quod tunc est citandus ad domum, vbi de persona reperiri non potest, & tunc maximè potest procedi contra eum, quãdo post citationem discessit. *cap. causa iuncta glos. in verb. ad domum eo. tit. cap. si aduersarius extra de eo qui mittit in possessione*, & an, & quando credatur nuntio vide *in cap. quoniam contra falsam de probat. in verbo citationes*, & idcirco debet præcedere præceptum, & mandatum Iudicis de citando, vt in textu istius pagmaticæ, & disponitur in iure *l. neminem C. de exibẽdis reis*, & deinde sequi relatio nuntij, qui citauerit cum aliter non possit perueniri ad diffinitiuam sententiam. *l. multum interest, vbi Bar. nu. 3 ff. de condictio. & demonstrat.* Nec requiritur, quod partes sint præsentes relationi faciendæ per nũcium, sed commissioni aduersus, quam datur ei facultas opponendi, *vt tenet Bart. nu. 10. & 11. in l. Theopõpus. ff. de dot. præleg. & Ludouicus Romanus cõs. 20. & Bal. in l consentaneum. C. quomodo, & quando iud. in 7. col. in glosa in verbo cum monstratio*, & vbi nuncius est mortuus, antequam faciat relationem, tunc poterit probari per testes, seù per instrumenta; *vt dicit Bal. in d. l. consentaneũ*, vbi dat formam quomodo nuntius citare debet reũ conuentũ, vbi dicit, quod debet nuntius ire ad domũ, & interrogare vtrum citandus sit domi, & si dicatur, quod non est domi, dimictat ibi literas, vt perueniat ad eius notitiam, & tunc non est necesse perquirere eum per totam Ciuitatem, sed satis est, quod eat ad domum, *glos. est singularis in* §. *si verò etiam, Aut. de exiben. reis. l. pupillus* §. *præscribere ff. de exercit. actio.* quando verò citatur per edictũ pro vt olim in rostris apud Romanos. *l. 2. §. 2. ff. de orig. iur.* & deinde in albo prætoris, vel in foribus illius Ciuitatis, vel in foribus Ecclesiæ, vbi præcedit Iudex Ecclesiasticus, *vt in c. causã de elect. in clem.* citatio ad hoc vt valeat, & sit legitima debet interuenire petitio partis, & authoritas Iudicis *c. 1. de iud. c. significasti, & cap. penul. de foro cõpet. c. pri. de dolo, & cont. lib. 6. l. ad peremptorium ff. de iudic. vbi Bar. & Bal. in l si accusatoribus C. de accusat.* & requiritur authoritas Iudicis, † quod videat si sit citatio iusta, vel iniusta, vt tenet *Bal. 1. l. cũ clericus C. de Episcop. & clerie.* & vbi videtur sibi iusta, committitur nuntio, quod reus ad instantiam actoris citetur, & compareat tali die, & in tali loco, *vt Speculator tenet in tit. de citat.* §. *sequitur versic. vtrum autem citatus*, & † vbi non habet nuntium, potest constituere quem vult *l. 1. C. de sport. notatur in Authentico de iudicibus* §. *necessitatem, & est textus, & ibi Abbas in cap. pastoralis.* §. *item cum totum de officio deleg. & Bar. in extrau. ad reprimẽdum in verbo per nuntium*, † & ista commissio citandi, seù datio signi, non est citatio: sed tunc dicitur citatio, quando nuntius exequitur mandatum, non quando fit commissio. *Bal. in l. si sponsus* §. *si quis rogatus ff. de donat. inter iur. & vxor.* hanc facultatem citandi, non solum nuntio, sed parti potest concedere Iudex, *vt est glos. satis notabilis in l. si vt proponis la. 2. C. quomodo, & quando Iudex, & alia in l. miles.* §. 1. *ff. de re. iud.* verum vbi requiritur causæ cognitio, semper debet præcedere præceptum Iudicis, vbi verò non requiritur causæ cognitio sufficit, quod habuit licentiam à principio officij, ità tenet *Ioan Baptista Cazalupo, alias Pal. Ruteos in repetitione c. per vestras in* §. *venio ad notabilia fol.* 122. *de don. inter vir. & vxor.* & quoniam † loquitur de forma citandi consideramus in hoc, aut tempus expeditionis citationis, aut citationis nuntij, aut tẽpus comparitionis rei conuenti, primò casu, vbi citatio residet in persona Iudicis, dic, aut expeditur die feriata ad honorem Dei, aut die feriata messium, & vindemiarum, quando ad honorem Dei nullo modo potest expediri, & vitiatur expeditio citationis, quando verò expeditur tempore messium, & vindemia-

demiarum, & confertur dies comparitionis in diem non feriatum, & tunc poteſt expediri nõ obſtante, quod dicatur vox præconis horrida ſileſcat eo die, *vt tenent Cynus, & Bal. in l. in minoribus C. de in integr. reſt. quia non attenditur* principium, ſed finis, & effetus citationis. *l.* 3. §. 1. *ff. de minor. l. ſæpè* §. *ſi quis amico. ff. de contrahenda emptio.* nec mireris ſi dicatur citare, tunc Iudex. *l. ſi patri. ff. de manumi. vindicta* quando citare dicitur, qui
10 mandat, quod citet, alia † dicitur citatio, ſeù tempus citationis, & ſic ſecundo, & tunc quia reſidet in perſona nũtij, & ſic exequtio iſtius citationis poteſt fieri tempore meſſium, & vindemiarum, vt notatur *in cap. final. extra de iudic.* non tamen tempore aliarum feriarum ad honorem Dei. *l. dies feſtos.*
11 *C. de ferijs*, † niſi in caſibus, vbi morarrahit periculum, vt tenet *Azo. C. de ferijs*, tertio caſu, vbi attenditur dies comparitionis, tunc debet citari, vt compareat die non feriato, alias ſi incideret in diem feriatum teneretur comparere die ſequenti. *l.* 2. *in fin. ff. ſi quis in iuſ. voc. non ier.* eſt verum, quod ſi præciſæ diceretur, quod compareat tali die feriata eſſet nulla citatio. *Innoc. in cap. conqueſtus de ferijs*; ſed ſi ſolum fit mentio, quod compareat octaua die, aut infra octo dies, & tunc poteſt die ſequenti non feriata comparere, quia talis dies intercalatur, & occultatur. *cap. dilecti de dol. & cont.* licet dicatur, quod ſi non comparet die terminato circunducitur citatio. *l. arbiter*
12 *Kalen. ff. de arbitr.* ſed † ſi reus aut actor præueuit ante diem comparitionis, num teneatur expectare dĩe, quod ſic quod non habet locum in dilatione probatoria, quoniam poteſt hoc medio tempore facere moneri partem producere teſtes, vt notatur per *Bar. in l. ſi quando Cod. de teſt. & in l. in illa. ff. de verbo. obligatio. extat ritus M. C. V. qui incipit. Item ſeruat dicta Curia car.* 4. & aduerte, quod dies citationis non computatur in termino *eod. fol. extat ritus*, qui incipit *Item obſeruat ipſa curia*, & an, & quanto tempore durat *citatio, extat ritus M. C. qui incipit Item*
13 *ſi quis impetrat car.* 4. & † quando debet accuſari contumacia extat *ritus. qui incipit. Item ſeruat dicta curia in citatione car.* 4. & in eo loco citari debet, vbi maior pars anni habitauit: no-
14 tatur per *gloſ. & †* Bar. *in l. maiore par-*
15 *te. ff. de verbo. ſignifi.* † prælens non debet citari, quoad illum actum, ſecus quoad alios. *Bal. in Authentico ſi omnes*
16 *C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin.* † quando in citatione non apponitur tempus intelligitur tantum tempus, quantum
17 ſufficit *l. continuus ff. de conſtit. pecun.* † citatio poteſt fieri abſque literis per nuntium, fallit quando citatur perſona Illuſtris *l. quoties C. de dignit. lib.* 12. ci-
18 tatus in cauſa criminali ſi confidit. † de ſua innocentia debet comparere dicit *Bal. in* §. *ſi iudex de pace tenen. Andreas, & gloſ. in Conſtitut. citationis*
19 *literę*, dant formam quando † officialis camerarius, magiſter iuratus, aut ſeruiens Curiæ citare debeat, quando reperit reum citandum, & quando non reperit reum cõuentum in domo, quod relicta copia familiæ vxori, agnatis citari referat in præſentia duorum, vel trium fide dignorum illum citaſſe, & quando inuenit domum clauſam affigat copiam in foribus, & quando reperit cõpiam citationis det citato ſi vult, & ſi nullam reperit perſonam in domo, quia non dimiſit valet, modo prædi-
20 cto: † an mortuo citato, vel actore, qui citari fecit expiret citatio, ità quod ſit opus noua citatione in perſona hæredis, *dicit Andreas in dicta conſtitutio.* quod expirat citatio, & opus eſt noua
21 citatione, idem † etiam quando actor miſit procuratorem non idoneum in
22 vltimo peremptorio, & debet † citari in loco honeſto tuto, alias non tenetur comparere, etiam ſi offeratur ſecuritas ic. accedens, *vt lite non conteſt. Andreas*
23 *in Conſtitut. quorundam de priuilegio.* † reuocatur, & quando vtatur ad vnum actum, non poteſt recedere ſine licentia,

Digitized by Google

tio donec perficiatur ille actus, quando verò ad plures non potest recedere, donec omnes actus consumentur, *vt notat Glos. & Andreas in Constitutione*
24 *in pecuniarijs*, † & si citetur in vna forma, & pro vna causa non tenetur respondere pro alia causa, vt tenet *Andreas in Constit. si vassallus de fideiuss. maxalle*: per dictum *Inno. tenens in c.*
25 *consultationibus de officio deleg.* & † citatio continere debet tempus, infra quod comparere debeat, quod infra regnum erat triginta dierum, extra sexa-
26 ginta dierum † locum, personam Iudicis actoris rei, & rem ipsam, ac commissionem de citando, vt in Constitutione
27 *edictorum*, vbi *Andreas* latius, & vbi † citatio nō procedit, legimē est nulla. *l. eo quæ. C. quomodo & quando Iudex*,
28 & alibi citatio † debet habere dilationem trium dierum, computato die quo citatur, & infra Prouinciam extra tamen Ciuitatem secundum distantiam locorum, vt quartum, vel quintum, ac octauum diem, facta dinumeratione miliarium ad rationem viginti miliarium quod quolibet die quando itur per terram, quādo verò per mare quinquaginta miliarium, vt tenet *Decius in cap. cum sit Romana col. 2. versic. vltima nota, extra de appell. ita tenet Andreas in constitutione ciuilibus sub rubrica de*
29 *apparit.* & † quando nuntius accedit extra Prouinciam, tunc debet habere pro eius salario granū vnum pro quolibet miliare, citare debet ille Iudex, vel alius nomine ipsius ad requisitionem dicti nuncij, vel Iudicis citantis vt *in Authentico, vt nulli Iudicū §. si verò*,
30 & † quando vnus Iudex cicet in territorio alterius quando subsunt sub eodē Rege, vel sub diuersis. *vide Bar. in l. 2. ff. de requirend. reis & Andream in constitut. edictorum §. si verò de liter. cita.*
31 & † quid si non exprimitur causa, aut est certus & non debet exprimi, aut nō est certus, & debet exprimi, vt *idem Andreas in dicta Constitut. edictorum*, vbi etiam dicit, quod Iudex potest in citatione apponere pœnam, quam vult attenta qualitate negotij, & vbi in citationibus Principis non est apposita pœna, est pœna sacrilegij, in citationibus aliorum pœna stellionatus, in Con-
32 stitutione verò *in pecuniarijs* dicit † quod vbi est grauior pœna pecuniaria, quam sit tertia pars mobilium apposita, sigitur tantum pecuniaria, & in Constitutione *pœnam contumaciæ* tenet quod non posset apponere pro cōtumacia pœnam omnium bonorum, & vt res nō remaneat intacta, dicit *vide*
33 *M. C. ad car. 4. qui incipit item* † quod litera citatoria non committitur, nisi habenti officium, & alterius quod post incusatam contumaciam non amouetur à Cassero magno, nisi instante eo, quem tangit, hodie istud non obseruatur, quoniam post primam contumaciam consignantur actuario, à quo fuerunt expeditæ, vt in vltimo peremptorio vocari possunt, & ad finem, vt reus conuentus possit illas reperire, & conseruantur in fasciculo vocandarum, deinde consignantur in vltimo peremptorio tubicæ Magnæ Curiæ, & eis vocatis restituuntur actuario, ille quæ non committuntur iudicibus pedaneis, quoniam ille, quæ committuntur distri-
34 buuntur inter subdetarios, extat etiā † forma inuenta, quomodo actuarius debet expedire citationem, vel mandatum, scilicet quod sub certa pœna iniungat reo comparēdo, quod soluat, restituat, aut faciat ad instantiam actoris, vel sequenti die, aut infra duos dies in dicta Curia comparcat allegaturus causam rationabilem, quare ad ista non tenetur, *extat ritus, qui incipit item, si aliquis, vel aliqua car. 4. &*
35 attenditur † locus factæ, seu explicatæ citationis respectu feriarum, *vt dicat ritus, qui incipit item prælibata Curia*,
36 & † citatus post primam cōtumaciam expectatur triduo, vt extat dispēsatum *per ritum M. C. car. 4. qui incipit item nota, quod si fit mandatum citatus ad aliquem actum* si fiat aliter, quam in citatione non valet. *l. aut qui aliter ff.*
37 *quod vi, aut clam.* Nuncius faciens relatio-

Digitized by Google

relationem falsam punitur pœna falsi. *Guido Papa quæst. 19. & qualiter nun-*
38 *tio credatur decis. 628.* † ter citatus ad instantiam fisci habetur pro confesso, & non potest purgare moram, ita tenet *Angelus in l. & si post tres dies ff. de iudi cijs*, & si fuit dictum, quod infra dies nouem compareat, vltima dies computatur in termino Veronensis in *l. si quis sit ff. de verbo signifi. & notatur in l. 1. ff. si quis cautio.* & redeundo ad rem ipsam dicitur *quilibet agere volens*, & sic omnis admittitur ad agendum, etiã iudeus, hæreticus, excommunicatus, minor pupillus, mulier sine mundualdo filius familias, sine authoritate patris, monacus sine consensu sui superioris, & cæteri, vel libertus non petita, & obtenta venia, quod non est verum. *l. 2. C. de sum. trinit. & fid. catbol. l. vniuersi. C. de precib. imper. offer. l. 1. C. qui admitti* 17. *quæst. 1. C. monaci cap. ex literis extra de transact. cap. audientiã de rescrip. de etat. & qual. cap. cum bona extra de rescrip. c. dilecti.* & proinde exponitur *quilibet agere volens*, dummodo legitimam personam habeat cõparendi in iudicio, & dicitur *volens*: quia nemo inuitus cogitur agere. *l. est in arbitrio. C. de actio. & obligatio. & C. vt nemo inuitus.* sequitur Iudicis cõmissione procedente, quoniam Iudicis proprium est cognoscere de citatione.
39 *l. 1. ff. de offic. assesso.* † *citare faciat*, citare est vocare, mouere, & commouere; vt clarius compareant; & venit à cio. *hinc Cicero citat eum non respondet citat accusatorem, idem citetur salamis clarissimè testis victoriæ*, & sic citare hoc est, vocare faciat eum gratia iuris experiundi. *l. 1. ff. de in ius vocan.* (*personaliter*:) quãdo de persona reperiri contigerit, & sic nuntius tenetur, quando illum reperire potest de persona personaliter illum citare, vel saltim quando non potest illum reperire ad habitationis domum, & sic ad domum habitationis, ideſt in locum, in quem habitat familiariter. *l. 1. ff. de lib. agnoscend. Ant. de Brut. in cap. causam de dolo, & contum.* & tunc sufficit fieri ad domum, quando copia personæ haberi non potest, nisi causa fit, quæ celeritatem desideret, & quando ab initio stet in iudicio sufficit, quod fiat domi licet postea sit absens, sed quando reperitur absens à Ciuitate, debet fieri discussio
40 in Ciuitate, & erit forma † citationis, talis Iudex commisit tali nuntio, vt vadat, & diligenter perquirat per Ciuitatem, & si eum reperiet, præcipit, quod compareat tali die, & si eum non inuenerit, citet ad domum, si non habet habitationem propriam, fiet ad prędium, ibi legendo citationem, vel affigendo, &c. & si non habet certitudinaliter domum citatur in loco, vbi conuersari consueuit, & relatio nuntij debet esse magis latè, vt tenet *Bar. in l. dies cautioni §. prætor ait ff. de damno infecto.*
41 Nec † est citandus in hospitio taberna, apoteca, quando habet certam domum, vt idem *Bartol. in dicto §. prætor ait*, & domus quomodo intelligitur, dicitur *in l. 1. §. hoc autem senatus consul-*
42 *tum ff. ad sillania*, quod † est habitatio contenta inter aliquos parietes, vel dicitur hospitium continẽs plura membra inter eosdem confines, infra quos etiam horti comprenduntur, & omnes existentes, ibidem dicuntur esse in domo, vbi voce exaudiri possunt, vel dicitur domus idem *contiaue. §. eodem in-*
43 *tio ad l. 2. requiritur.* † in citatione verbum *peremptorium*, & quando dicit cito te, hac citatione pro omnibus *l. 3 iuncta §. fin. ff. de re iudic.* idem in
44 portat, & † verus contumax etiam dicitur, quando non solum, dixit nolo venire inuentus. *l. ex consensu ff. de appellat.* sed quando tacuit. *l. vbi origines ff. de cdend.* & citatus ad locum inhonestum non tenetur comparere. *Bar. in l. ex quaqunque ff. si quis in ius voc. non ier. l. recusare. Si quis ex alio ff. ad trebell.* citatur nominatim quando est certus, alias citatio per proclema. *Bar. in l. bona. §. si damna ff. de bonor. possess.*
45 & an † teneatur pœna falsi, quãdo plures citari fecit, quam posuit, vide *Bar. in l.*

Digitized by Google

in l. si mulier. S. si seruus. ff. rerum amot. dicitur *reum conuentum*, quoniam inuitus citatur *l. plerique ff. de in ius voc. vbi Bar.* & vbi nuntius asserit perquisiuisse, & non iuuenisse, & proinde citasse ad domum citatio valet. *Bar. in l. si tamen ff. de legat. 2.* citatio quando fit per edictum non est necesse, quod perueniat ad notionem citati. *Bar. in l. & post. ff. de iudit.* & tunc, quia non potest fieri ista citatio, nisi ab ordinario, & delegato Principis. *Bal. in Authentica qui semel. C. quomodo, & quando Iudex* dicitur *per citatorias literas*, idest per mandatum, vel citationem continentem ipsius citationis causam, ità etiam cauetur in Constitutione edictorum, vbi cauetur, quod citatio debet continere rem, de qua agitur, seù causam propter quam vocatur, vbi possūt in eadem citatione plures cumulari causæ, vt dicit *Bar. in l. edita. ff. de eden.*

46 nisi † se ad vnam astrinserit ad probādum, & sufficit, quod citatus possit demonstrari ex alijs circumstantijs, quādo erratum est in nomine, vel cognomine. *Soccinus in l. demonstratio falsa ff. de cond. & demonstrat.* de qua citatione: hæc est forma, de qua in rubrica plura diximus, & est conformis iuris dispositioni, & per eam tollitur omnis suspitio, quæ caulabatur ex nimia crudelitate, quæ adhibebatur nuntijs, qui vt plurimum sunt viles personæ, quoniam quando fiunt non seruata Regia nouella pragmatica, & decreto Magnę Curiæ, vel interueniat approbatio, & fideiussio de fideliter exercendo officium, vt antiquitus in eorum exactione

47 obseruabatur, & sic † quando forma relationis si non fuerit obseruata actus est nullus, *vt in pragmatica cauetur*, & dicitur nuntius facere relationes contra formam Regiæ pragmatices, quæ vlterius procedendo annullat actum. *l. non dubium. S. fin. C. de leg. l. cōtra legem ff. eo. tit. Tiraquel. in tractatu retractu lignager. S. 8. glos. 3. num. 1. fol. 439.* nisi reus comparuerit, quia tunc habetur per sollemniter citato. *l. 1. ff. de actionibus* empti certioratus, non debet amplius cerciorari, & huiusmodi forma relationis non habet locum, vbi citatio fit per edictum, vel per proclama, de

48 quibus omnibus dixi supra. Restat † videre, num possit Princeps tollere citationem, & dicit *Boerius decis. 247. nu. 5. 28. in 2. parte*, quod non per plura, vbi allegat *Bar. in extrauag. ad repri. in verbo figura, & Doctores antiquos, & modernos in l. vt vim ff. de iust. & iur. & Alexandrum in l. de vnoquoq; ff. de re iud.* ex quo est de iure diuino, & *Bue-*

49 *rius quæst. 255. tenet*, † quod non potest peruenire ad sententiam, nisi ter reus fuit citatus: citatio ad sententiam est de substantia, fallit in sententia Principis, quia sufficit citatio ad dicendum. *Capitius dec. 1. & alibi decis. 8.*

50 citatus † ad causam, si sua putauerit interesse est reus voluntarius, & si habet priuilegium fori, potest petere se remicti, & quod insufflatione spiritus vitæ, non exigitur citatio, idem *Capi-*

51 *cius decis. 165.* † item vxor sufficit citari in domo mariti. *Guido Papa quæst. 445.* & quomodo citatur vniuersitas, & Ecclesia vide. *Guidonem Papa quæst. 321.* & citatus coram diuersis iudici-

52 cibus † eodem die, vbi, & coram quo teneatur comparere, *idem quæst. 276.* & quid si citatur ad omnes actus, & fuit apprensus personaliter, potest procedi contra eum vsque ad sententiam inclusiue seruata forma citationis, quādo vero domi non potest procedi ad diffinitiuam sententiam, & ratio est, quod ad sententiam non sufficit vna citatio, nisi quando est apprensus per-

53 sonaliter, † quando agitur de maiori præiudicio, vt *Rota* tenet *decis. 245. Innocentius in cap. cum ad petitionem extra de accusatio. Felinus in cap. consuluit de officio de legat. in 4. col. versic. ad audiendam sententiam*, & inferius, & fallit, & ratio rationis est, quia videtur verè contumax. *l. ex cōsensu. S. eum*

54 *qui ff. de appellat. & rel. vbi Bar.* † Nec tollitur ista citatio per pragmaticam *dispēdia litium*, & alia Capitula Regni,

vbi

vbi Summariè proceditur, vt conſuluit *Soccinus conſ. 12. in 2. colum. in prima parte*, & non ab re, quoniam licet citatus in vero actu, ſi non comparuit non eſt amplius citandus, fallit, quo ad alios actus, & vbi ad omnes actus citatus comparuit, & perſtetit, debet in alijs actibus citari, ità tenuit *idem Soccinus conſ. 95. in fin. in verbo confirmantur in 2. parte, & Federic. de ſenis conſ. 171.* & aduerte ad prædictam citationē, quod non debet admicti, niſi citandus ſit, valde remotus conſuluit. *Paulus de Caſtro conſ. 50. & Bald. conſil. 238. in 3. lib. & 279. in 4. lib. & Bar. in conſ. quod incipit pluries contingit num. 176. Alexander, Immola: Angelus, & Iaſon. in l. qui ante calendas ff. de verbo. obligatio. & Bar. in l. Statu libero. §. 1. ff. de ſtatu liber.* vbi *Alexander ad Bart.* cumulat plura, & *Innocentius in cap. conſuluit de officio deleg. in cap. auditis in cap. cōſtitutus extra de procurator. Paulus de Caſtro in l. conſentaneum. C. quomodo, & quādo Iudex, & Bal. in Authent. qui ſemel eo tit. Angelus in l. ſi prætor. ff. de iudic. & in tractatu maleficiorum in verbo, qui Iudex monuit*, quod ſingulis diebus, & horis, ſed vbi in præmiſſo caſu, nec actor, nec reus comparuit, circunducitur citatio, & virtute ipſius citationis, ſi proceditur proceſſus eſt nullus; ità conſuluit *Baldus conſ. 268. in 1. par.* & plura de citatione quomodo, & quando, & in quo loco fieri debeant, vide *Tiraquellum in tractatu de retractatu. §. 9. gloſ. & vlterius* aduerte, q̄ dicit *Bartolomeus Caſſaneus, in conſuetudinibus ducatus burgundie. in rubricis miſſiens, & ſergens ſonti ereuz §. 6. cart. 71. num. 2.* & quod relatio fiet quandoque per nuntium viua voce, & habet locum in his inferioribus iudicibus, & tunc ſcribitur per actuarium in actis, quandoque fit in ſcriptis, & tunc quando ſcit ſcribere, ipſe facit huiuſmodi relationem, quando verò neſcit, tunc fit per Notarium ſeruata forma, vt ſupra diximus, quando verò viua voce hodie obſeruatur, quandò vocantur coram Excell. Domino Regente vel coram Magnificis Iudicibus M. C. & quoniam dixi ſupra quod vbi quis citatur domi, & conſtat fortè, quod nō malitioſè eſt, nec erat abſens, tunc non poteſt procedi, niſi ad primum actum facit. *ad hoc cap. conſultationibus extra de off. deleg. l. Fulcinus. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſio. eat. Io: Faber. in §. omnia inſt. de pen. tem. litig. & Stephanus Auferius in interpretationibus ſuper ſtilu parlamenti ſupremarum curiarum ſub rubrica de adornamētis*, ibi fallit hoc in caſibus. Dicitur *quilibet agere volens*: ſi igitur quiſpiam rerum agendarum eſt finis, & ad humanam igitur vitam magnam huiuſque cognitio opem af-
55 fert. † Natura, vt ſaggittarij ſignum habentes omnes dirigunt ſaggittas, ad ſignum: talem ſe ſe offert; ipſa ciuilis facultas hæc erint, & quas ſcientias in Ciuitatibus eſſe, & quales quemq; diſcere, & quouſque oportet: inſtituere ſolet, verba ſunt *Ariſt. in cap. 2. de moribus.*

Nam meritò eius facultas exiſtit, quæ maximè dominatur præſidetque Vtputa, quæ omnia in Ciuitatibus inſtituat; vt quæ diſciplinæ ſequendæ quid diſcere oporteat, & quantum, & quid fugere, ergò eius eſt ſummus agibilium finis, hic actor ſtatuti, aut ritus loquitur in volente agere dando ei diſciplinam in agibilibus, vt patet ex litera, & virtutis eſt operatio, actio ipſa agenda, & agebilia ſunt operariones
56 ex virtute, † lex etiam, & iuſtitia eſt adminiſtratoriæ Dei prouidentiæ quōdam ſignum, ſeù imago, & ſi hac morali diſciplina nulla ſit accomodatior Regibus, & optimatibus omnium rerū agendarum adminiſtraroribus, nulla item ſubditis vtilior. Nam hæc diſciplina in illis gubernandi, & ad beatam vitam dirigendi, habet authoritatem in inferioribus obſequendi legem, item autē Demoſtenes, aut lex eſt, cui omnes homines decet obedire propter multa, & varia; Ciuitatis comunis compoſitio, ſecundum quam omnes decet

inue-

Digitized by Google

viuere, qui in Ciuitate sunt. *l. nam, & Demosthenes. ff. de leg & Teodosius, & Valen. Augusti*, Cuò præfecto prætorio dicunt, quod leges, & Constitutiones futuris certum est dare formam nego-
57 rijs. *l. leges C. eo. tit.* † hic datur forma in agendis in posterũ, non rethrotrahitur ad p̃terita, vnde si aliter fuit obseruatum in p̃teritum remanet firmum. *l. de vsuris C. de vsur.* & vsque ad tempora Federici Imperatoris, qui fuit actor *Constitutionis edictorum seruabatur*, &
58 † obseruabatur, quod per se, vel per nuntium, aut per epistolam, Iudex adesse litigatores iubebat. *l. sed interpellare* §. *arbiter ff. de arbitr.* & oriebantur difficultates inter actorem, & reum, quia vt plurimum, vt dicit *glos. in dicta Constit. edictorum.* inficiebatur citatio, seù relatio nuntij per *l. 1. C. de decurio.* & idcirco præcipitur dicta Cõstitutione, quod comitatur viro probo, qui citet eum in præsentia testium, vt *in Constitut. quæ incipit citationis literæ*, & extat *ritus M. C. sub rubr. de citatione, & mandatis*, qui incipit *item quod litera citatoria*, vel alia per ipsas curias, siuè alteram ipsarum non comitatur, nisi habenti officium publicum, & curia ipsa consueuit facere mandata, quod soluant conuenti infra tot dies, & si causam habent in cõtrarium compareant allegaturi, &c. vt in ritu sub dicta rubrica, qui *incipit itẽ si aliquis, vel aliqua*, & per proximis diebus euertit in causa forisiudicationis Fabij de Leonibus inquisiti de homicidio quondam Antonij Magloli in banca egregis Ascanij de Caro, quod citati agnati, & cognati ad dicendum aduersus forisiudicationem fuit comparitum pro parte Io: Iacobi de Leonibus patruelis eiusdem, & inter alias nullitates allegatum, quod relatio Nuntij erat nulla, cum Nũtius retulit citando eum ad capitula, eum citasse in domo Tomasinæ Batimellæ solitæ habitationis, & sic in domo aliena, & illa addictio solitæ habitationis erat superflua, petebatur terminus ad docendum, non esse domum solitæ habitationis, & procul dubio militabat, quoniam Nũtio creditur in relatione, sed non in excessu relationis, iam constabat relationem esse factam in domo dictæ Tomasinæ, & sic erat integra, & perfecta vsque ibi vlterius, quod esset solita habitatio negabatur, & in hoc
59 nõ erat credendum. *l. 1. C. de decurio.* † attenditur enim in relatione præsens tempus, idest eius, quo prætenditur citatus. *l. dies Cautioni* §. *prætor ait vbi Bar. ff. de dãno infect.* sed quia Magnificus, Fisci patronus Dominus Octauianus de Curtis post allegatam nullitatem, fecit diligentiam, & examinari fecit testes, per quos, vt dicebatur, constabat, eundem in dicta domo habitasse tempore relationis, & proinde fuit per Magnam Curiam, vt aiunt, processum ad forisiudicationẽ, & successiuè confirmatum per Sacrum Consilium referente Magnifico, V. I. D. Domino Hyeronimo Sforsia, sed arguendo non recedendo ab eo, quod est determina-
60 tus in M. C. & S. C. & primò † datur forma, qua citari debet *in Constitut. citationis literæ* §. *quod si vbi sit, ibi volumus, quod denuntiatio fiat domi, in qua vxor eius, vel filij, vel alia specialis familia, commoretur recepto Sacramento, quod citationem factam quã primum poterunt ad notitiam citati perducant*, hic dicitur citari faciat personaliter, vel ad habitationis domum, de qua citatione, constet per relationẽ Nuntij cum suscriptione, &c. Et sic sufficit fieri domi habitationis, & sufficit etiam, quod non fiat recepto Sacramento eius in alternationis. Sufficit vnam partem esse veram. *l. si quis ducent* §. *vtrum ff. de reb. dub.* remittitur propterea illa diligens perquisitio, de qua in *Constitutione edictorum*, & *citationis literæ*, & quando valet citatio ad domum, vide *Bal. in l. de pupillo.* §. *nunciationem ff. de op. noui. nunciat.* & *Ioannes Faber in* §. *final. inst. de pena. tem. litigant.* dicit, quod Curia Franzæ admisit, citationem domi, factam

Digitized by Google

dummodo intimetur alicui de familia ribus, idem tenet *Dinus in l.1. ff. de liber. agnoſcẽd.* ſed communiter teneri, quod dicitur in præſenti Conſtitutione *citationis literæ*, & in ſubſidium dicunt Doctores *in cap. cum cauſ. extra*
61 *de dolo*, *& contum.* † fallit in alijs ſequentibus citationibus poſt primam. Andreas de Iſernia dicit in dicta Conſtitutione, quod non valeret, quando vxor, & familia eſſent in alia domo, & alibi citantur. Sed ſi non reliquit aliquem, ſufficit fieri in domo, in qua conſueuit habitare, quando erat præſens, alias quilibet effugeret iudicium, dum ſciret, & opinaretur debere citari, recedere, nullo relicto in ſua domo, cum deberet reliquere procuratorem
62 191. ſicut Vrgere † concludit tamen Andreas in dicta Conſtitutione, quod reus poſſet probare eo die, non fuiſſe citatum. *l. optimam C. de cõtrah. emptio.* Sed agnati, & cognati, an debent admicti ex quo ſapit naturam defenſionis. *Clem. fin. de teſtib. iuncta gloſa in*
63 *verbo directo, perquire*, differt † enim defendere, & plenè defẽdere, hic agnati admictuntur ad defendendũ, nam ad plenè defendendum, & ſic ad allegandum cauſas abſentiæ, infirmitatis car cereris, vel ſimilis excuſationis. *l. inter accuſatorem. ff. de publi. iud. l. abſens l. ſeruum quoque §. publicè iuncta gloſa. ff. de procur. l. 2. Cod. qui accuſat. l. 3. & l. tunc conuenti ff de accuſat. l. accuſatore §. ad crimen ff. de public. iudc. l. Lucius. ff. de appell. l. 1. § fin. ff. an appellat. proſequi, &c. cum ſimilibus*, dicitur plenè defendere, qui docet directò de innocentia inquiſiti, & non eſt mirum, cum dixerat de iure antiquo, vbi coniunctæ perſonę, vel amici defendebant reum annotandum, circa ea quæ reſpiciebant excuſationem, reſpectu bonorum annotandorum, cum purgatio innocentiæ, reliquebatur reo inquiſito in eius aduentu. Ergo idem in caſu, de quo agitur, & *Tiraquellus in tractatu*
64 *cauſa* † *ceſſante num. 99.* dicit, quod ceſſante cauſa, ceſſat excuſatio. §. *item reipublicæ inſtit. de excuſatio. tutor. Bal. in l. generaliter C. de epiſcop. & cleric.*
65 † ſed quid ſi maior fuit abſens, vtrum reſtituatur. *Boerius quod ſic deciſ. 63. num. 13. in prima parte*, quid de longiſſima abſentia, dic quod æquiparatur morti, vt tenet *idem Boerius deciſ. 88.*
66 *nu. 2. in prima parte*, † quid ſi infirmitas durat, durat excuſatio. *l. ſi cum §. tamdiù ff. quibus ex cauſ. maiores l. ſemper §. negotiatores ff. de iur. immunit. & idem Tiraquellus, vbi ſupra num. 17.* & quia calumniosè quandoque allegabatur abſentia, vel emanauit Cap. *poſt delictũ* car. 23. quo cauetur, quod ſi eodem die, vel præcedenti, aut ſequenti, fuit viſus non admictitur, quando fuit legitimè citatus *idem Ca-*
67 *uetur. in ritibus car. 11.* † cauſę excuſationis ſunt abſentia, infirmitas, & aliæ de quibus loquitur. *l. ex. qui cum vno §. fin. ff. de re. milit.* & aduerte quod allegans huiuſmodi cauſas non debet. Cauent. de Rato *gloſ. in l. in eo §. nemo ff. de re iudic. & Bar. in l. ſi vero §. de viro. ff.*
68 *ſolut. matrim.* & † an procurator conſtitui poſſit ad allegãdas cauſas abſente *Mazeus deciſ. 289. nu. 9.* & quod non poſſit conſtitui in cauſis arduis procurator, *idem Mazens deciſ. 50. & Capicius deciſ. 144.* & plenè de materia excuſationis loquitur Andreas in dicta Cõſtitutione *edictorum*, remanet, ergò concluſio firma per prædicta, quod vbi relatio fit hoc modo, creditur Nuntio referenti, videlicet refero intimaſſe talem domi ſolitæ habitationis, quia fit formiter, cum incipiat relatio à domo ſolitæ habitationis, ſecus fortè vbi diceret, refero citaſſe talem in domo Margaritæ ſolitæ habitationis, quia inter domum, & ſolitam habitationem, extat dictio Margarita, quæ præocupat, & qualificat primo domum, & ſic creditur quod citauit in domo Margaritę, quatenus ſequitur ſolitæ habitationis in hoc credi non deberet, quia eſſet facere domum Margaritæ, habitationem
69 citati, & aduerte, † quod in criminalibus, vbi de vita hominis agitur, cautius

eſt

Digitized by Google

est agendum. *l. vbi C. de falsi.* & idcirco primò personaliter citari debebat, vt notatur in *l. absentē ff. de pœnis, & Mas-*
70 *uerius in tit. de pœnis*, & in domo † citabantur in subsidium. *l. 1. §. item cum ex edicto ff. quæ sent. fin. appell. recip. l. 4. C. de accus. l. ea. quæ C. quomodo, & quando Iudex, & Doctores omnes in l. de vnoquoque ff. de re iudic. cap. 1. extra qui matrim. accus. poss.* & citatur do-
71 mi, † in qua adesse solet, vel debet. *cap. ex tua, extra de cler. non re iud.* & erant primo casus, in quibus domi citari poterat, scilicet quando non permictebat
72 † se citari, vel citabatur per edicta, quando non erat tutus accessus, quando citatur incerta persona, quando ignoratur locus loci citandi, quia tunc permictitur propter vim, quam infert non patiendo se citari, quod domi citetur. *l. 3. §. toties ff. de damno infect.* per edicta quando non est tutus accessus. *clement. pastoralis de re. iud. & Bar. in Constit. ad reprimendum in 13. colum.* & Speculator in ti. de carcere circa principium.

73 Citatio Baiuli, debet continere peremptorium, & dilationem trium dierum intus Ciuitatem, computato die, quo citatio explicatur, & dies quo tenetur cōparere extra Ciuitatem, iuxta distantiam locorum, & extra Prouinciam, dilationem vnius mensis, *vt notatur in Constitut. quæ incipit, in ciuilibus sub rubrica de apparitoribus: & eorum salario*, & de dilatione danda, vide Constitutionem, *quæ incipit si quem nostrorum.*

74 Sed quid si citatus infra dilationem venerit, vtrum teneatur comparere, *dicit Andreas de Infernia in cap. 1. col. 3. vers. 5. quid ergò de controuers. inuest. inter vaxallum, & alium, & Mazeus in dicta Constitutione, & Tiraquellus in tractatu cessante causa in 1. parte num 81.* & quid si est concessa dilatio, & certum est non posse fieri infra dictā dilationem, quod Iudex iussit, potest Iudex reuocare dilationem, *vt notat Tiraquellus in prima parte tractatus cessante causa num. 87. & glos. in dicta Constitutione si quem nostrorum in verbo eā perfecta.*

Dicitur hic de Iudice delegato, vel ad vnam causam, vel ad vniuersitatem causarum, & ille qui est Iudex delegatus ad vniuersitatē causarū habet territoriū, & est ad instar ordinarij, *vt tenet glos. in l. Pompo. ff. de re iud. & Petrus Ancaranus in c. licet de off. deleg. & Angelus in l. qui procuratores. ff. de procurator. & in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & in l. 2. C. de censi. & interlo: omnium iud.* secus in delegato ad vnā tantum causam, quia non potest se intromictere de alijs, *vt notat Salicetus in l. præses C. quomodo, & quando Iud. & Io: Andr. in cap. vt debitus extra de app.* quod delegatus super articulo appellationis ab interloquutoria pronuntiat benè appellatum, & malè iudicatum, poterit cognoscere de causa principali sine noua commissione, quia de sui natura deuoluit negotium principale, & hoc quando fuit commissa cum suis annexis, & connexis choerentibus, & dependentibus, secus si simpliciter, vt tenet *Io: de Imola in l. Iudex ff. de re. iud. & Salicetus in l. 1. C. quando prouoc. non est necess.* non differunt quoad appellationem, quia in vtroque recurritur ad delegantem, vt tenet *glosa in l. proponebatur ff. de iudi. & Alex. in l. prætor. ff. de iur. omn. iud.* & in huiusmodi citationibus generalibus consueuit fieri fraus, quia quandoque sunt rustici citati in eorum domibus non habent familias, sagaces vigi-
75 lantes, & circumspectas, quæ inuestigent, & circumspiciant formam citationis, & exposita in eis, nec suscriptiones Commissariorum, & Actuariorum, vel Tribunalium, ascriptiones titulos, & vt plurimum circumueniuntur, & cōtra eos proceditur in contumaciam, & quod est extremum iudicij, scilicet exequutionem sentiunt, & obtinuit hactenus, propterea obseruari in Sacro Consilio, vbi floruerunt, & floreſcunt maximi viri, vbi primò loco asserit ex

Digitized by Google

relatione Nuntij, etiam ſollemniter facta non procedi, niſi ad primum actũ dationis termini, & mandari, quod iterum citarent, cum inſerto decreto termini dati, & tunc ſi de perſona non reperitur, ex iſto geminato actu procedi ad ſententiam diffinitiuam in contumaciam, & non aliter; & ità ſeruatur, etiam hodie, & fundatur de iure cum maior ſit contumacia contracta ex actu geminato, olim dicetur contumax, qui tribus edictis euocatus, vel vno pro tribus, præſentiam ſui facere contemnit. *l. contumaciam §. contumax ff. de re. iudic. & gloſ. in l. ex conſenſu §. final. in verbo rectè ff. de appellat.* hodie vbi eſt peremptorium in prima citatione ſufficeret, vna nunciatio, quãdo fuiſſet perſonaliter apprenſus, & eſſet verè contumax, ſed quando non eſt verus contumax reiteratur, vt poſſit peruenire ad diffinitiuam ſententiam, & *gloſ. in l. & poſt edictum dicit*, quod hodie ſeruatur micti exequutores ad domos rei, & quod ſufficit ſollemniter domi citari *l. ab eo C. quomodo, & quando Iudex, & gloſ. in l. 1. §. item cum ex edicto in verbo propoſitum ff. quæ ſent. ſin. app. reſcin.* etiam, quod non peruenisſet ad notoriam conuenti operatur hoc ſollemnitas citationis, ideſt forma obſeruata, & proinde ſententia non poteſt dici nulla, & tenetur appellare, & vbi non appellauit tranſijt in rem iudicatam, *vt gloſ. notat in verbo, ab eo. dictæ l. ab eo.* tanto fortius cum dicta cautela, vbi reiteratur arguit hoc geminata cõfeſſio, quæ multũ operari. *l. cũ ſcimus Cod. de ærgent. agricul. & cenſit. lib. 10.* & mora magis nocet repetita interpellatione. *l. mora ff. de vſuris.* delictũ reiteratum magis grauat. *l. 3. Cod. de epiſcop. audient. l. ſi cui §. hiſdem ff. de accuſat. cum alijs ſimilibus.* Concluditur igitur, quod vbi ſollemniter citatus domi ſolitæ habitationis, dico ſollẽniter, ideſt ſeruata forma data per hanc Regiam Pragmaticam, dicitur contumax, etiam quod non peruenerit ad eius notitiam, & contra ipſum poſſet procedi, ſi in prima citatione adeſt peremptorium, etiam ad omnes actus, ſed equitate Sacri Conſilij receptum eſt, ad magis conuincendum conuentum, vt non poſſit vlterius conqueri, quod iterum citetur, vt poſſit procedi contra eum ad diffinitiuam iuxta obſeruationem tantorum patrum.

76 Citationes non debent tamen fieri in anguſtia temporis c. 1. 5. 9. 2. & Iudex in hoc feſtinari non debet, vbi conſtiterit ei de anguſtia iſta. *l. ſi finita §. ſi fortè ff. de damno inſect.* fieretque citato iniuria, ſi artaretur ad comparendum, vt *not. in l. 2. ff. de re. iud.* & peremptoria citatio non debet nimis maturari *Authentica, qui ſemel Cod. quomodo, & quando Iudex*, & durante peremptorio non eſt aliquid proponendum. *l. final. ff. de decret. ab ord. faciend.* & contra terminum ſtatutum non datur reparatio, niſi probetur impedimentum. *l. ob commiſſa C. de adul.* & regulariter inducias citationis cedere arbitrio Iudicis. *cap. ſi ægrotans 5. quæſt. 3. cap. cum ſit Rom. extra de appellat.* dicitur temeraria citatio, anguſta reſpectu dilationis, nam impoſſibile præceptum non ligat. *l. final. ff. quæ ſent. ſine app. reſcind. & Caſſaneus. in §. 8. dies iuriſdictionis*, quomodo terminus debet eſſe completus, & quãdo incipiat currere. Item citatus, cui ſunt aſſignati plures termini ad competendum ſi comparuit in primo termino, non poteſt fieri contumax in vltimo, & abſolutus ab vna contumacia, qui pluribus citationibus eſt effectus contumax, ſi purgauit cauſam in alia remanet contumax. *Bal. in l. de pupillo §. ſi in pluribus ff. de oper. nou. nuntiatio.*

Io: Franciſcus Scaglionius V. I. D.

ADDITIO.

HAnc eandem Pragmaticam comentauerũt Anibal Trouſius, D. Reg. Scipio. Rouit. & Io: Maria Nouarius, nouiſſimè Io: Ant. Palma in eius praxi rerum notab. iuris communis, & Regni p. 2. gloſ. 1. de ea meminerunt Affl. in conſt. in ciuilibus. num. 5. & in conſt. edictorum ſub num. 5. Franc. Ant. de Iudice in tract.

Digitized by Google

tract. de liquidat. in 4. consider. in principio idem D. Reg. Rouit. in Pragm. 3. de citat. nu. 12. latè Muscatell. in praxi. S.C. lib. 1. par. 2. glos. intimato num. 1. & seqq.

Ex hac igitur Pragmatica resultare videtur, qualiter antiquitus dicebatur in literis citatorijs, vt rescribat citator coram quibus ipse citauit, vt citatus contumax dicat se non fuisse citatum, possit per eos citatio facta reprobari. And. in const. citationis literæ sequitur Luc. de Penna. in l. 1. C. de curs. & stat. lib. 12. hodie tamen est innouatum per dispositionem istius Pragmaticæ, quæ dat formam citandi, quæ est necessaria ad principium cuiuslibet iudicij, etiam vbi procederetur sine figura iudicij, ex rationibus deductis per Marcell. Calà de modo articul. & prob. glos. 3. §. 1. num. 60. probans esse de iure etiam diuino, & ideo cum ipsa sit iuris naturalis nemini auferenda erit Mising. cent. 6. obseru. 6. num. 3. Vant infra num. 9. nimirum si in quolibet actu iudiciario requiratur. And. Gail. lib. 1. obseru. 48. num. 2. cum alijs apud Andriolum controu. 45. num. 20. & vnde dicatur citatio, & deriuatur. Ostendit Muscat. in praxi. S.C. lib. 1. p. 2. glos. intimato num. 3.

Verum quia in omni citatione tria extrema requiruntur, nempè vnum ex parte iudicis, qualis est cõmissio de citando, & duo ex parte Nuntij, nempè ipsa citatio, seù executio cõmissionis, & relatio citationis factæ, vt probat ex cap. Romana 9. contrahentes de foro comp. Mising. Cent. 1. obseru. 77. num. 1. ex quibus vno deficiente, citatio non valebit, ex Bald. Felin. & Marant. ibi citatis, de quo satis apud Vant. in tract. de nullit. Rub. de nullit. ex defectu citat. & c. & respectu primi requisiti, nempè Iudicis quia eius iussu fieri debet. tradunt And. Gail. lib. 1. obseru. 54. n. 1. Vant. vbi supra. n. 32. & post Bart. Brunat. in suo iudic. inst. tit. de modo citandi nu. 10. & insuper de requisito eiusdé cõmissionis de citãdo, de qua expressim mẽtio fit in ista Pragmatica, ex quo ipsa citatio decerni, & committi debet per Iudicem, vt inquit ibi Vant. num. 32. & ea precedente commissione, proceditur ad citationem, vt quoq; ex nostratibus firmat Affl. in Const. in ciuilibus, & in Const. edictorum num. 2. & 3. vbi plura Berard. Pand. de præt. instr. p. 4. declar. 2. nu. 6. 8. 11. & 12. iterũ in 3. declar. num. 20. & 25. Marcell. Calà de modo articul. glos. 3. §. 1. nu. 65. post Marant. in specul. p. 6. de citat. num. 57. vbi declarat istam Pragmaticam, & refert quantum ad hoc de commissione fuisse derogatum huic Pragmaticæ de consuetudine, & praxis quotidiana obseruat, in qualibet parte litera citatoria, vel exequutoria dici Nuntijs, & seruiẽtibus, vt latius per Carau. in ritu 112. latè Muscat. d. praxi. lib. 1. p. 2. glos. intimato num. 9. & 10.

Attenta ipsa cõmissione citandi aduertẽdũ erit si in ea subintelligatur forma solita citandi, qñ simpliciter fuit facta, §. potius ad domũ, quam personaliter Pet. Benint. dec. bon. 57. quærit si in relatione fuerit simpliciter dictũ citasse, non aliter expresso in domo, vel in persona, quomodo erit intelligendum, postquam Nuntius debet facere omne possum, vt personaliter citet reum. Marant. in d. specul. d. p. 6. de citat. nu. 126. in fine per verba istius pragmaticæ dicit sufficere, vel domi, vel personaliter fuisse citatum, & hoc credo ob dictionem illam positam in medio, vel quę de sui natura est alternatiua, vt probat Barbos. de Diction. in dict. 360. num. 2. postquam citationis decretum intelligitur, secũdũ formam iuris: ideò commissio de aliquem citando intelligitur in persona primò, maximè in principio causæ Vant. ibi 83. & in alijs casibus relatis per Feder. Schenc. in virid. concluss. in concluss. 44. alioquin domi idem Vãt. d. Rub. num. 95. & num. 123. iuxta ordinem, & potissimum in criminalibus multũ instatur, vt personaliter citetur Præs. de Franc. decis. 322. quo circa erit facienda diligentia per Nuntium in perquirendo citandum per loca, vbi erit citandus, tradit Palma in d. prax. p. 3. glos. 20. num 1. post Barto. Brunat. in sua iudic. instit. tit. de modo citandi num. 13. & inde eum domi citari, adeò quod si in relatione non referret feciſſe talem diligentiam non valeret citatio subdit, ibidem Vant. nu. 99. cum præcedere debeat diligentia, vt ibi num. 36. postquam talis citatio domi regulariter fieri non potest, nisi in subsidium, vt ibi Vant. num 90. asseruit, nihilominus, quia de iure Regni potest fieri ad domum, tàm in ciuili, quàm in criminali refert Palma d. prax. ead. p. 2. glos. 20. num. 6. & 12. dummodo fiat in domo suæ habitationis solitæ, Vantius vbi supra num. 8. ideò admicti videtur.

Adeò, quod si in relatione fuerit dictum per Nuntium aliquem citasse modo, & forma, vt supra, non tamen dictum solitæ habitationis, an præsumatur valida, iudicatũ fuit pro validitate citationis apud D. de Franc. decis. 322. quẽ sectatur alios coaceruando Doct. Palma d. glos. 20. num. 10.

Quantum ad requisitum causæ in citatione, exigitur, n. in citatione causæ exprimenda. And. Gail. lib. 1. Obseru. 51. num. 1. idem Palma d. praxi ead. p. 2. glos. 21. num. 1. vbi multa circa hoc verba effundit.

Vers. de qua citatione) non est dubium, quod citatio, quæ à Iudice fuerit decreta fiuè commissa ex actis constare debet. Vant. vbi supra num. 40. num. 42. subdit, quod præsumitur citatio commmissa, vbi costat de relatione Nuntij asserentis se mandato Iudicis citasse, & hoc in causa ciuili, & de consuetudine, quod & si vt dictum est in praxi non seruatur respectu commissionis sufficit, tamẽ Nuntij relatio pro citatione, quæ eo ipso, quod de ea per relationem Nuntij costat, quod ad partis instantiam, & à Iudice fuit decreta præsumitur subdit Vant. ibidem n. 121.

Ibi cum subscriptione duorum testium) ad hoc vide Marant. d. specul. p. 6. de citat. num. 73. & melius D. de Franc. decis. 560. vbi etiam ad citationes criminales extendit, quod in Ciuitate Neap. non aliter seruatur, licet secus per Regni loca respectu citationum faciendarum

Digitized by Google

darum in illis locis de ordine ſupremorum illorum tribunalium, ſed benè practicatur in omnibus circa citationes ſuper tenore inſtrumentorum ex diſpoſitione nouellę pragmaticæ 8.§.6.de inſtr.liquid.

Ibi niſi reus comparuerit, nam etiam ſi citatio nulla eſſet per comparitionem conualidatur. And.Gail.lib.1.obſeru.58.per totam Miſing. Cent.1.obſeru.18.Cent.3.obſeru.90.Cent.4. obſer.54.nam in citationibus effectus eſt cõparitio, idem And.Gail.d. lib. 1. obſeru. 51. num.8.Muſcat.d.gloſ.intimato num. 64.

Io:Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Reus dicitur à re.*
2 *Conuentus, quis dicatur.*
3 *Negligere, & contẽnere à pari ꝓcedũt.*
4 *Contumax, vnde dicatur.*
5 *Iudex ex contumacia ſit competens, & qualiter intelligatur num.6.*
7 *Exceptio nullitatis ſemper opponi poteſt, etiam poſt ſententiam.*
8 *Comparere non dicitur, quis dicatur.*
9 *Latitare dicitur, qui non comparet.*
10 *Actor tenetur accuſare primam contumaciam, vt procedere poſſit.*
11 *Actor ſi venerit poſtquam reus ſit licentiatus habetur, ac ſi non veniſſet.*
12 *Contumacia, quid operetur.*
13 *An ſit neceſſaria accuſatio cõtumaciæ.*
14 *Contumacia excludit litis pendentiã.*
15 *Quid ſoluitur pro contumacia tubictæ, tàm per ciuem, quàm per xeſterum.*
16 *Reus poteſt comparere, & accuſare contumaciã Actoris, & petere licentiari, & condemnari eum in expenſis.*
17 *Condemnatus de ſero, poteſt comparere ſequenti Curia in ciuilibus, & inſiſtentiam facere in criminalibus.*
18 *Condemnato ſuo die, an cæteri rei conuenti liberati cenſeantur.*
19 *Vnus ſi licentietur, an reliqui rei, dicantur licentiati.*
20 *Miſſio ex primo decreto fit pro mẽſura debiti declarati, & qualiter procedat.*
21 *Primum decretum, quod nam dicatur.*
22 *Petitio offerri debet, quando petitur ſecundum decretum.*
23 *Actor eligens viam primi decreti, an poſſit reddere ad dationem termini.*
24 *Citatio, an requiratur poſt primum decretum.*
25 *Effectus primi decreti, quis ſit.*
26 *Contumax, contumaciam purgare debet infra tres menſes de iure nouo.*
27 *Abſens excuſatur à contumacia poſt primum decretum, ſtante præſcriptione 30. annorum.*
28 *Abſenntiarum ſpecies referuntur.*
29 *Procurator comparens tempore, quo regitur Curia, an poſſit impetrare, quod conuentus admittatur.*
30 *Negligentia cum negligentia compenſatur, quando actor, & reus non comparent in iudicio.*
31 *Sententia reuocatur, ſi probetur iuſta cauſa abſentiæ.*

De forma procedendi in cauſis prædictis poſt citationem.

Relatione citationis, vt ſupra facta, ſi reus conuentus in termino, negligens in comparendo fuerit, & actor eius contumaciam in dicto termino accuſauerit, triduo poſt dictam incuſationem elapſo contumax habeatur.

Procedaturque ad primi decreti interpoſitionem, vel ad dationem termini ad probandum, ad electionem actoris: qui ſi viam primi decreti elegerit, ſine alia citatione, in poſſeſſionem bonorum conuenti ponatur, pro menſura debiti per Iudicem declarandi, & per partem petentem liquidandi, ante ipſius decreti interpoſitionem, ex primo decreto poſſit tamen contumax contumaciam purgare infra tres menſes continuos à die interpoſiti decreti: per reſtitutionẽ expenſarum, per præſtationem cautionis ſecundum ritum Magnæ Curiæ.

A ſupradicta tamen contumacia, excuſatur,

Digitized by Google

ſanit, qui ſe iuſto impedimento docuerit, quem iuſtè impeditum: Iudex reſtituere debeat ad tempus iuſto impedimento decurſum.

De forma procedendi in cauſis prædictis poſt citationem.

DE forma dicitur, ideſt de modo procedendi in cauſis ciuilibus: quoniam aliter proceditur in cauſis criminalibus, vt notatur *in l. libellorum ff. de accuſationibus*, vbi exigitur locus, & tempus, & non opus eſt concluſione ſecus in cauſis ciuilibus, vt notatur *in l. 1. ff. de eden.* poſt citationem, quia ſupra in *Pragmatica diſpendia litium*, & *in Pragmatica quilibet agere volens* dixit de modo procedẽdi ante citationem, conſequenter opportuit loqui de modo, & forma procedendi poſt citationem, & incipit hæc Pragmatica *relatione*, vt ſupra facta, & ſic obſeruata forma data in præcedenti Pragmatica, & vbi relatio eſt legitima, & ritè proceſſit, tunc, & eo caſu ſi † reus conuentus, &c. dicitur reus à re, quę petitur *c. forus de verb. ſignific.* & benè poſt citationem, & propriè reus dicitur *l. final. C. de eden.* impropriè ante citationem dicitur reus; & alio modo aduerſarius *l. 1. ff. de edend.* dicitur reus, & re ipſa *l. pri. ff. de duo. reis, alibi reus pro accuſato. 3. quæſt. 11. cap. non eſt*, & ſic per accuſationem dicitur factus reus. *l. is qui reus ff. de publ. iudic.* conuentus † ideſt vocatus in iudicium in termino, ideſt infra dilationem ſibi ſtatutam à Iudice ſecundum diſtantiam locorum. *l. vicena ff. ſi quis cautioni.* negligens, in non veniendo, vel mittendo legitimam perſonam pro eo. *cap. cupientes* S. *pen. de elect. in 6. in verbo negligentes, vbi gloſa exponit. vt ſupra*, & in hoc à pari † procedit negligere, & contemnere, vt tenet *gloſ. in eo cap.* S. *quod ſi per viginti in verbo contẽpſerint*, & huiuſmodi negligentia dicitur † contumacia, à contemptu Iudicis, nam qui Iudici non obtemperat dicitur contemnere *l. 1. ff. ſi quis ius dicent, nõ obtemp. l. ſi quis aliena ff. de iudic.* quoniam tenetur vocatus comparere, cum iudicium reddatur in inuitum, & ſi non comparuerit Iudex, etiam in competẽs poteſt procedere contra vocatum, verum comparens poteſt petere ſe remitti ad Iudicem competentem. S. *ſi quis comprenſorum Authentico, vt nulli Iudices*, & ſic ſemper in dubio tenetur competere. *Clementina 1. de reſcrip. & Bal. in l. ciuis C. de appell. Bar. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ier vbi Iaſon dicit*, quod etiam clericus tenetur cõparere, vbi vocatur tamquam laycus, & hoc in Iudice vniuerſali, ſecus in Iudice particulari, & delegato ſecundum gloſam *in cap. recuſata* S. *ſanè extra de hæreti. in 6. & Innocentius in cap. præterea de dilatio.* quod fallit in notoria in competentia Iudicis, vt notant *Imola in l. quidam ff. de re iud. & Marianus Soccinus in cap. poſtulaſti de foro compet. Bar. in l. neque* S. 1. *de fideicom. liber.* & ex hoc † infero ad vnũ, quod vtique eſt deciſum in Sac. Conſ. num ex contumacia efficiatur competens, & poſſit cum eodem Iudice procedi, dic quod non *Bar. in l. non videtur ff. de iud.* & dat rationem, ſcilicet quod proceditur propter illam contumaciã ad primum decretum, ſed non ad ſecũdum, quod reſpicit negotium, plenè idem *Baldus tenet in l. licet, de procur. C. & in l. pri. C. vbi de crim. agi. opor. & Innocentius in dicto cap. præterea in fine Bal. in l. final. vbi Barbatius cumulat multa C. de exceptio. & Ludouicus Romanus conſ. 48. Bal. in l. penul. ff. de iuſt. & iur.* & limitatur † hoc, quando ipſo iure erat incompetens, ſecus ſi per exceptionem, vt *Innocentius in dicto cap. præterea*, & proinde *deciſio Sacri Conſilij Domini Mazei nu. 137.* procedit quando Iudex eſt competens, ſed in competens in particulari, vt in Iudicibus

Digitized by Google

bus Regni, qui ſubſunt iudicibus Magnæ Curiæ,& Sacri Conſilij, & Regiæ Cameræ Summariæ, quia tunc contumacia conſumpſit effectum exceptionis declinatoriæ, & ſic nullitas † licet
7 alibi poſſit opponi, etiam poſt ſententiam, & in quacunque parte iudicij, vt *in l.licet de procurato.C.*in hoc caſu opponi nõ poteſt, vt notat *Bal.in l.1.C.de hæred. inſtituen.* ſequitur *in non com-*
8 *parendo.* † Non comparere dicitur,qui poteſtatem ſui non facit, ideſt qui id agit,ne aduerſarius eius copiam ſui habeat, vel deteriorem cauſam ſuam aduerſari facit propter abſentiam *l.prætor ait.ff.quibus ex cauſ. in poſſ. eat.* vnde rectè defenditur ſi alius comparet pro eo *l.hæc autem §.final.eo.tit.*& eo ipſo,
9 quod citatus non comparet dicitur † latitare,& poteſt actor mitti in poſſeſſionem *l.Fulcinus §. latitare,* & ſi perſeuerat ob nimiam cõtumaciam lucratur fructus §. *diuus eo.tit.* & actor eius contumaciam in dicto termino accuſauerit,& ſic nota quod actor, vt poſſit
10 procedere in contumaciam † tenetur accuſare primam contumaciam, idem dicit *ritus Magnæ Curiæ car.4. qui incipit item ſeruatur,* & eſt iuris *l.2.poſt edictum,ibi ſiuè reſponderit, ſiuè non reſponderit, agetur cauſa l. properandum §.2.ſi quidem C.de iud. & Bar. in l. aut qui aliter ff. quod vi,aut clam.* Triduo poſt contumaciam, ſcilicet primam elapſo contumax habeatur, ità diſponit *ritus ad car.* 8. *qui incipit item ſeruat ipſa Curia, & eſt textus in l.2.poſt. ff.de iudic.vbi Bartolus, & l.cõtumacia §. contumax ff de re iud.* & hinc dicit, triduo de equitate expectato,quoniam procedit de equitate Iudicis, hodie in ſcriptis redacta, alias condennat, &c. In expenſis non comparendo in quolibet terminorum,ità *Alexand. in addi-*
11 *tio.ad Bar.in dicto §.contumax,* ſed † ſi venit,& licentiatus receſſit habetur,ac ſi non veniſſet *cap. ſi poſtquam §. 1. de elect.in 6.* ſed quid ſi venit poſt terminum procurator,& allegat nõ potuiſſe vocari,& alia auditur,& ſi venit vocatus non in termino, ſed antequam vocarerur admictendus eſt, ità tenet *gloſ. in dicto cap. cupientes §. quod ſi per* 20.
12 *in verbo comparere*, & quid † operetur contumacia *vide Bal.in l.1.C.de hæred. inſtituendis*, & dicemus in pragmatica ſequente, & extat declaratum *in Cõſt. citationis literæ in fine,ibi prædictis autem modis citatus* ſi per ſe non compareat, nec ab alio legitimè defendatur, vel pro ipſo legitima excuſatio proponatur à iudicibus contumax reputetur & *in Conſtit. edictorum, ibi in termino autem peremptorio citatus comparere tenebitur per ſe, vel per alium ſi ciuilis eſt quæſtio legitimè in principali cauſa defendi, aut pro ipſo excuſatio legitimè allegata probari, propter quam in termino prædicto ſibi dato, &c.* vbi
13 Andreas † dicit, quod non eſt de neceſſitate accuſari contumacia, ſed ſe demonſtrari Iudici,quia venit, & iſta
14 contumacia excludit litis † pendentiam,vt tenet *Bar.in l.quamuis ff. de*
15 *damno infect.*& pro † contumacia, ac pro tubicta cuilibet ipſorum ſoluebatur vnus obolus,vt *dictat ritus car.12 qui incipit item quod de accuſat.* hodie granus vnus per ciuem, & grana ſex item per exteros,& nõ purgatur hodie contumacia. Niſi refectis impenſis *extat ritus ad car.8.qui incipit item ſi aliquis,vel aliqua,*& ſi non cõparet actor
16 reus † poteſt comparere, & accuſare contumaciam actoris, & petere ſe licentiari,& condennari actori ad expenſas *extat ritus qui incipit, item nota, quod ſi feci.ad car.9.*& ſi remanet con-
17 demnatus de † ſero poteſt comparere, & ſequenti Curia in ciuilibus inſiſtentiam facere in criminalibus, vbi Curia differtur infra tres dies immediatè ſequentes,& dicta comparitio aſcribitur in margine condemnationis, & annotatur in cedula, in qua Iudex ſe inſcribit pro cautela comparitionis,vbi etiã qualitates comparitionis pro effugiendis fraudibus annotantur Vtputa ſtatuta canicies,& alia, & quod poſſit cõparere de ſero, *extat ritus, qui incipit,*

item

Digitized by Google

item quod plerunque ad car. 9, & est iuris l. more maiorum ff. de iurisd. omni iud. & alibi ad car. 8. ritus qui incipit item seruat ipsa Curia, quod si aliquis
18 *bannitur*, & † quid si vnus condemnatur suo die, alij deinde non possunt cõdemnari, nisi dicatur, quod quoad alios
19 conseruetur, & † si vnus licentiatur citati dicuntur licentiari, *ritus item seruat ipsa Curia, quod si vna citatione ad car.* 8. verus contumax dicitur ille, qui non obtemperat *l.* 1. §. *propter casũ ff. de postul. sequitur in pragmatica procedaturque, &c. idem disponit ritus Magnæ Curiæ, qui incipit item seruat ipsa Curia in principali causa car.* 3. *Cõ-*
20 *stitutio* † *contumacem, vbi* §. *contumacem* fit missio in possessionem pro mensura debiti declarati, quando extant bona borgensatica, quando non in subsidium recurritur ad feudalia, vt tenet *glos. & sequitur Andreas, & multatur in* 3. *parte* bonorum mobilium incorporandorum elapso anno, vt *in Constitutione pœnam nouem vnziarum*,
21 dicitur primum decretum, hoc † est prima agrauatio, secundum decretum augmentario agrauati, nisi & est agrauatio, quoniam aplicatur aliquid actori ob contumaciam rei vocati citati, & non comparentis, secundum decretum augmentatio agrauatio, applicatur aliquid parti per Iudicem *Bar. in l. si finita* §. *Iulianus num.* 2. *ff. de damno infect.* & peruenitur ad secundum ad petitionem partis, prout hodie obseruamus, & Iudex hodie interponit & scribitur, fuit interpositum, scilicet esse procedendum super secundo de-
22 creto, † vbi petitio offerri debet, vt in sequenti pragmatica dicemus, vel ad dationem termini ad probandum, ad electionem actoris, & sic potest peruenire ad sententiam parte citante ante litis contestationem, vt tenet *Bar.* & ceteri *in l. properandum* §. *sin autem reus C. de iudic. & in l. consentaneum C. quo-*
23 *modo, & quando iud.* sed † si elegerit viam primi decreti, num possit reddire ad dationem termini, & è contra *Bartolus in l. consentaneum in fine C. quomodo, & quando Iudex tenet*, quod sic *& idem tenet Bald. in l. in omnibus* §. *hoc iudicium in fine ff. si quis ius dicent, non obtempera. cap. finali in fine, vt lite non contestat.* qui si viam primi decreti
24 elegerit sine alia citatione, &c. Et sic † post primum decretum non requiritur citatio aliqua, vt ponatur in possessionem ex primo decreto, ità tenebatur *in l. si finita* §. *Iulianus num.* 25. in possessionem bonorum conuenti reuocabiliter, vt in dictis Constitutionibus, &
25 *in l.* 1. *ff. de* † *requirend. reis*, & effectus istius primi decreti est, vt possit ob perfidiam conuenti peruenire ad secundũ decretum, vt idem *Bar. in dicto* §. *Iulianus num.* 52. pro mensura debiti per Iudicem declarandi, & partem petentem liquidandi, idem *Bar. in dicto* §. *Iulianus num.* 7. & tunc constituitur prætorius pignus *l.* 1. *C. de præt. pignor.* & est in personalibus actionibus, potius quædam detentatio, vt tenet *Bar. in dicta* §. *Iulianus num.* 49. *l.* 3. §. *final. ff. de acquir. possess.* & in reali, quia reuocabiliter conceditur possessio illo respectu constituitur pignus, vt tenet idem *Bar. vbi supra nu.* 48. & aduerte, quia supra dixi, quod lucratur fructus actor, verum sed compensat in sortem principalem in actione personali, secus in reali, vt idem *Bar. in dicto* §. *Iulianus num.* 50. declarandi ante interpositionem primi, & liquidandi ante interpositionem secundi, hanc hodie obseruatur, ex primo decreto possit tamẽ
26 contumax contumaciam purgare † infra tres menses, hoc est ius nouum, quia antiquitus habebat annum vt in dictis Constitutione, & iuribus superius allegatis, & tunc tenetur reficere impensas, & satisdare de stando iuri. *l. sancimus C. de iudicijs, & extat ritus per me allegatus supra, & Bar. in dicto*
27 §. *Iulianus num.* 34. dicit, quod post † primum præscribit spatio 30. annorum à supradicta contumacia excusatur absens, iuxta, & legitima absentia; Absen-
28 tiarũ † genera, ideſt species sunt quinque

que, prima eſt abſentia probabilis, & neceſſaria, Vtputa militiæ, & probabilis, vt ſtudiorum tantum tertia neceſſaria, tantum, vt religationis quarta voluntaria, vt cum mercatoris quinta eſt cum contumacia, in prima reſtituitur idem in abſentia cauſa reipublicæ, cauſa infirmitatis carcerationis captiuitatis, vt *in l. fin. Bar. & Bal. ff. de in inoff. teſt. item.* & poteſt appellari, & reſtituitur ad totam cauſam, verum in cauſis poſt abſentiam cæptis, ſeù in cauſis cæptis ante ſententiam, *idem in* 3. abſentia in 4. quando non fuit monitus, & citatus non indiget reſtitutione, quia ſententia nulla *l. de vnoquoque ff. de re iudic.* in quinta verus contumax non appellat, nec reſtituitur, ità *Bar. vbi ſupra*, qui docuerit ſe iuſto impedimento iuſtè impeditum, & ſic requiritur cauſæ cognitio, vt in *l. ſancimus C. de iudi. & in l. ab hoſtibus ff. ex quibus cauſ. maior, & in l. conſentaneum C. quomodo, & quando* Iudex reſtituere debeat ad tantum tempus iuſto impedimento decurſum, in quo computantur illi dies, intra quos componit meſtos penates inſtruit aduocatos, vt *in dicta l. ab hoſtibus §. ſed quid ſimpliciter, & in l. ſi prætorem §. ſi quis ceptus ff. ex quibus cauſ. ma.* & in quibus cauſit interponatur primum decretum,

29 vide *Bar. in dicto §. Iulianus*, † & ſi procurator comparet in iudicio tempore, quo regitur Curia, & impetrat quod admictatur prouocatus verum, ſi aliquis clientulus fuit condemnatus bannum annuletur dicit *Bar. quod non in dicto §. Iulianus num.* 12. licet contrarij praticaui. Quid ſi relatione facta, & conſignata prouiſione actuario cauſæ nemo ipſorum, ſcilicet actor, nec

30 reus comparet in iudicio † & proinde vterque eſt contumax, dic quod negligentia cum negligentia compenſatur *l. ſi ambo ff. de compenſat. l. ſi duo ff. de dol. l. mora ff. de vſur. cum alijs vulgarib.* & tunc circũducitur citatio quando non eſt ad omnes actus, quia reſpectu primi actus conſumitur vigor, & effectus citationis, ſecus eſt quando citatio eſt generalis, & ad omnes actus quia licet reſpectu primi actus, vbi certa erat dies aſſignata ad comparẽdum euaneſcat, remanent in ſuo vigore reſpectu aliorum actuum, & hodie ſeruatur in Magna Curia vocari conuentum ſuper citatione generali, & prouideri, quod procedatur in cõtumaciam, & huiuſmodi prouiſio conſeruat effectus, vt poſſit procedi ad alios actus in contumaciam, quoniam duo continet citatio iſta, quod compareat, & quod compareat die tali. Illud præceptum, quod compareat, nunquam conſumitur, ſed ſolum illud, quod compareat tali die *cap. cum dilect. verſic. præterea, extra de dol. & cont. l. Celſus §. 1. ff. de arbit.* & licet ratione primi actus circundum non teneretur venire ad iuditium, tenetur venire reſpectu aliorum actuum cum vltima mora noceat, vt *idem teſtus in verſic. præterea dicit* per illa verba, vnde ſi non poſſet venire ad diem aſſignatum, tenetur tamen ſe Iudici præſentare, & ſi conuentus reperitur impeditus, tenetur ſaltim mictere excuſatorem, *cap. quærelam extra*

31 *de procurator.* vbi dicitur, quod reuocatur ſententia, ſi probetur iuſta abſentia facit ad idem *cap. cum Bertold. de re iud. l. ſi finita §. ſi forte ff. de dam. infect.* nam ægritudo, & prorogat diem, & ſi interim fuerit iudicatũ, iudicatum non videtur *l. quæſitum ff. de re iud. l. interdum ff. de iudic.* ſed quid ſi ſunt friuolæ excuſationes, Vtputa calor eſtiuus tarditas recepti Nuncij inſidiæ actoris, nõ tamen probatæ non admictuntur, & reputatur contumax, & condemnatur in expenſis, quid ſi eſt impedimentum longum, vel perpetuũ tenetur omninò mictere procuratorem *glo. eſt ſingularis in cap. cum dicetur de dol. & contu. in verbo*, reſponſalem aduertat, quod vbi procurator admictitur, debet eſſe legitimus, & ſufficiens, alias non admictitur *cap. accedens extra de procurator. l. mutus §. pœna ff. eo. tit.* vtrum Iudex, qui iuſſit parti, vel monuit, vt tali die com-

Digitized by Google

compareret ad audiendam ſententiam poſſit de equitate differre. In alteram diem dic quod ſic, ſed propterea non poteſt facere, quominus eum condennet ad expenſas *cap. conſuluit extra de off. deleg.* etiam in præiudicium alterius *l. 1. C. quomodo, & quando Iudex l. ſi cum dies §. ſi quis ex litigatoribus ff. de arbitr.* & vbi ſtatuta die iudicauit, dato quod non eſſet peremptorius tenet ſententia, ità tenet *gloſ. in dicto cap. conſuluit in verbo terminum, vide de hijs latius deciſionem Rotæ ſub rubr. de reſcriptis deciſio. 345. in nouiſ.* quæ incipit *licet impetrans*, & quid ſi actor non comparet, nec præſentat literas, ſeù prouiſiones impetratas, & reus comparet, & vult perſequi litem, an poſſit dic, quod in Romana Curia, vbi reus comparet antequam venit actor aſſerens cum iuramẽto fuiſſe citatum admictitur, & cum eo proceditur in contumaciam actoris *Rota deciſ. 402. quæ incipit actor præſens de reſcriptis*, & vbi exigeretur ex natura cauſæ litis conteſtatio, actor condemnatur in expenſis, & conceduntur ei literæ exequtoriales pro expenſis, & abſoluetur ab obſeruatione iudicij, & ſi voluerit agere actor, oportet de nouo impetrare reſcriptum iuxta notata per *Innocentium in cap. conſuluit de offic. deleg. & Rotæ in antiquis deciſio. penult.* & vbi cauſa ſit talis, quæ non indiget conteſtatione, datur reo in contumaciam actoris, ſeù appellationis abſolutoria *clem. cauſam de electio.* & in caſu permiſſo poteſt reus impetrare decretum, quod actor de nouo non admictatur, niſi cauerit de comparendo in die ſtatuenda. *cap. cum actor de dolo, & cont. in 6. Authent. generaliter C. de epiſcop. & cleric.* & quid ſi actor comparet, & reus non poteſt procedi contra reum, vſque ad ſententiam, & exequtionem. *Rota deciſio. 115. quæ incipit in cauſa exequtionis de reſcriptis in nouis*, & quid ſi actor comparet, & aſſerit fuiſſe citatum reum creditur ei, & proceditur, quia ſufficit ſaltim productio verbalis, & vbi ſequitur realis productio omnia conualeſcunt *l. hoc autem §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſio. eat. l. multum ff. de condictio. & demonſtrat. Bal. in l. conſentaneum C. quomodo, & quando iud. Egidius concluſio. 364.* quæ incipit *præſumptio, & Rota deciſio. 637. in antiquis*, quę incipit *ſi aliquem cauti.* & quid ſi adeſt procurator cum mandato ſufficienti, poteſt compelli iurare, ſi principalis ſuus in partibus fuit intimatus. In Sac. Conſ. & in alijs Tribunalibus huius almę Vrbis Partenopes, ſecus obſeruare, quoniam in Sacro Conſilio, quando expediuntur prouiſiones ad inſtantiam alicuius, ſemper remanent ſupplicatio in actis, & vbi reus comparet antequam actor, per primam comparitionem reſoluitur citatio generalis, & vbi reus recederet, non relicto procuratore, grauaretur actor, iterum eum citare, vbi reliquit procuratorem procedetur cum procuratore, & contumaciæ accuſantur in vltimo peremptorio, & annotantur ſuo die, vbi verò actor comparet, & reus non procedit ur in contumaciam; vbi verò citatio incipit à procuratore generali ad omnes cauſas dare, ſi petitur terminus ad denunciandum *l. 1. ff. de dilatio.* ibi, vel *perſonarum gratia*, vbi *gloſ. dicit aduocatorum l. ab hoſtibus §. final. & l. ait prætor. §. final. ff. ex quibus cauſ. maior. gratia amicorum conueniendorum l. ſciendum ff. de vſur. l. quidam Iberus ff. de ſeruitut. Vrb. prædior.* item datur dilatio denunciandi gratia actoris laudato *l. 1. C. vbi in rem actio*, & ob quaſqunque cauſas neceſſarias *l. interdum ff. de iud. l. inter priuatos C. de dilatio.* & eſt pragmatica infra quæ incipit, *dubitationem ſub rubrica de termino citandi actorem in cauſa reali* quando laudatur aliquis, quod eſt extra Ciuitatem, tunc ſuperſedetur in præcedendo iuxta dilationem ſtatuendam ad denunciandum, autori laudato iuxta diſtantiam locorum, & vbi ſupra diximus, quod procurator generalis tenetur defendere ſuum principalem,

intel-

Digitized by Google

intelleximus in eodem iudicio, & non extra Ciuitatem, in qua comoratur, nec exire de vna pronuncia in aliam *l. ſed ſic § non ſolum ff. de procurat.* licet cõtra videatur, cum actor teneatur ſequi forum rei *l. 1. C. vbi in rem actio*, reſpondeas loqui prædicta iura, in principali, non in procuratore, vt dicit *gloſ. in dicto §. non ſolum in verbo tribunali l. cum Papinianus C. de ſenten.* & facit pro aduocato, vt non teneatur patrocinari mutata cauſa, & alibi cepta *l. ſi cũ dies § ſi arbiter ff. de arbitr. l. ſancimus ff. de aduoc. diuer. iud.* non obſtat, quod dicitur de liberto *in l. 1. & l. quod niſi ff. de oper. lib.* quia dictæ leges intelliguntur in perſonis, quæ debent præſtare reuerentiam, etiam extra terras in quibus habitant, dummodo non ſint nimium remotæ *l. mœnia § final. ff. de annuis leg.* ſecus in aduocatis, quos clientes comites eorum maieſtatem obſeruare debent. *l. non dubito §. liber autem populus ff. de capti. & poſt lit. reuerſ.*

Contumacia fuit cauſa, quod Adam, & Eua ægredirentur à Paradiſo Terreſte, *vt Geneſi cap. 2.* & accipitur apud Geneſis pro contemptu, contepſit præceptum diuinum, & proinde his primò habuit ortum à Diabolo, tulit ergò Dominus Deus hominem, & poſuit eum in Paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum præcipitque ei dicens, ex omni ligno Paradiſi comede de ligno autem ſcientiæ mali, & boni ne comedas, in quaqunque die comederis ex eo morte morieris, cumque huiuſmodi hoc præceptum tranſgredirentur Deus mulieri dixit, Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui Adæ dixit, maledicta terra, in opere tuo in laboribus comedes ex ea, cunctis diebus vitæ tuæ ſpinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ in ſudore vultus tui, veſceris pane tuo, donec reuertaris in terra, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris, *Gen. 3.* & vbi eſt cõtumax, vel excõmunicatus purgat contumaciam, vel abſoluitur, debent præſtare cautionem, ſcilicet ille qui eſt cõtumax de ſtando iuri, & qui fuit excõmunicatus de parendo mandatis, vt tenet *Bald. in l. de pupillo §. qui remiſſionẽ ff. de oper. nou. nunt.* Contumacia multis modis contrahitur vt dicit *glo. in l. 1. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper. in verbo extremum*, quia quandoque committitur in principio cauſæ recuſando tacitè, vel expreſsè obedire, & venire in ius, quandoque committitur ſuper intermedijs proceſſus, quandoque in fine cauſæ recuſando parere ſententiæ, & exequi facere ſententiam, & diuerſimodè multatur, & primò reſpectu partis, & tunc non ad intereſſe totius cauſæ, ſed condemnatur in expenſis, quas actor erogauit in aduocatis, & in alijs, item in damnis rerum ſuarum, quæ datus eſt propter inobedientiam *l. 2. § fin. ff. ſi quis caut.* & quando non paruit, & quod eſt vltimum iuriſdictionis, damnatur ad totale intereſſe *l. qui reſtituere ff. de rei vendicat.* de lato ſacramento in litem, item reſpectu ludicis multatur in ea pœna, de qua in prouiſionibus, ſeu cauetur in legibus, & infra dicemus, & de hoc aliquid *gloſ. in dicta l. 1. in verbo hoc iudicium*, & notatur *in l. 3. C. de mod. mult.* & plus punit maior Iudex, quam minor *l. 1. C. eo. & piſco dare.* vt notat *gloſ. in l. 2. in verbo interſit ff. ſi quis in ius vocat. non ſer.* ſit laus Deo.

ADDITIO.

EX quo hic tam de contumacia Actoris, & rei agitur, quam etiam de immiſſione in poſſeſſionem bonorum ex primo, atque ſecundo decreto, viſum fuit ſuperfluum de contumacia prolixius addere cum de eadem materia, tàm ſummi Practici de iure communi. diſſeruerunt, qnàm etiam Noſtrates Regnicolæ, & præſertim apud Marant. in ſpeculo p. 6. Rub. contumacia, & in verbo citatio poſt cum Nunt. Tartaglia in eius praxi ciuil. cap. 1. à num. 6. cum ſeq. ibique addentes, quo circa attingendo aliqua breuiter circa talem materiam. Vnde contumax dicatur, ſcilicet à con, & tumeo, refert Marant. d. tit. de

Digitized by Google

cit. de contumacia num. 7. & quis dicatur verus contumax, vel fictus declarat præfatus. Marant. d. p. 6. Rub. & quandoque appellatur nu. 285. & seq. ibi Additionator Carau. in ritu 212. num. 2. & licet verus contumax is dicatur, qui personaliter citatus non comparet, tradit Troys. in ritu 112. num. 2. & 13. Fictus vero quoties, non personaliter citaretur, sed in domo, vt ipsi asserũt, attamen exigitur trina citatio, post Marant. in d. Rub. de contumacia nu. 1. Mising. Cent. 5. obser. 9. n. 1. vbi asserit, nisi adiectũ fuisset peremptoriũ Licet alij dicant binam citationem sufficere Andr. Gail. lib. 1. obseru. 132. nu. 7. in Regno tamen vnica citatio peremptoria sufficit ex Pragm. & Ritibus M. C. vt ibidem Marant. probat. Insuper si contumax pro confesso, atque condemnato haberi debeat, de quo per Cauens. in ritu 120 num. 1. vbi limitationes adduxit & nouissimè Carbonus in sua practica Pract. libr. 3. cap. 4. num. 160. post nostrum Auctorem in ritu 264. num 3.

Qualiter, & quomodo incusatur contumacia, potissimum in Regno docet Marant. d. p. 6. verbo citatio num. 68. Carau. in ritu 225. & in criminalibus Foller. in eius praxi Rubr. Accus. cõtumacię, vbi Additio Iudicis M. C. Baldax. de Angelis, qualiter autem purgetur cõtumacia, tàm in ciuilib⁹, quã in criminalib⁹ post Marant. vbi sup. Carau. in ritu 211. nu. 2.

Nec proinde audiretur, nisi refect s expensis Marant. d. vers. cõtumacia n. 16. Ca [illegible]u. latius d. ritu 211. nu. 3. & melius ritu 298 nu. 2. & 8. vbi posuit ãpliationes, & limitationes Musc. in prax. S. C. lib. 1. p. 2. glos. veniẽs nu. 5. & seq.

Patiuntur quoque contumaces aliquas pœnas, de quibus per eundem Marant. tit. de contumacia num. 9. vbi Additionator alios citat quem sequitur alios addendo August. Faust. in Addit. ad praxim Panciroli p. 1. fol. 48. §. pœna autem, & inter cæteras ommissis alijs patiuntur imissiones ex primo, & secundo decreto, & sic deueniẽdo ad hoc institutum patiatur imissionẽ ex primo decreto, quod est in electione actoris, si vult potius terminum ad probandum in contumaciam, quam primum decretum appellat Marant. d. p. 6. verbo contumacia num. 10. & talis missio inspecta iuris dispositione, vt aduertit D. Regens Rouit. super ista pragm. num. 8. vt si agatur actione personali, fit pro mensura debiti, tantum ex Bar. in l. si finita §. Iulianus ff. de damno infect. sin autem actione reali mictetur in possessionem rei petitæ l. si quis emptionis §. sed si quis C. de præs. 30. annor. vt ibidem Faustin. aduertit. & conciliat, quo iure id procedat, quamquam ibidem subdat non aliter verè possessorem effici, sed tamen detentorem, vbi plures allegat, neque missus ex causa iudicati in possessionem, dicitur possidere. Anna alleg. 109. num. 2. nisi fortè, quando esset dictum, quod lucretur fructus, idem Anna alleg. 119. nu. 10. & quando efficiatur possessor, creditor, vel non ex primo decreto prolixius agit Menoch. de Retin. possess. Remed. 3. à num. 195. vbi omnia hic cumulata à nostro Auctore luculenter dixerit, & potissimum agit num. 165. cum seq. de misso in possessionem ex secundo decreto, ità volente prætore, vt verus possessor efficiatur, & subdit in multis casibus transferri dominium, & qui acquirit veram possessionem mixtus ex secũdo decreto, refert And. Gail. in tract. de Arrestis cap. 12. num. 9. & supposito modo sic procedendi in Regno attenta dispositione huius pragmaticæ contrà contumacem, quod sit in electione actoris accusata vltima contumacia, an velit petere terminum ad probandum, vel petere micti in possessionem ex primo decreto, quam probat Marant. vbi supra num. 10. & Muscat. vbi supra num. 3. citantes hãc pragmaticam, quæ in viridi obseruantia non extitit ad presens, quo ad missionem ex primo, & secũdo decreto, quod sanè ab aula discessit, nisi quoad ad iudicationem, quando agitur iure assistendi seruata forma Regię Pragmaticæ, & primo loco in actu exequtionis, post latam sententiam vult Const. quod fiat exequtio supra bonis burgensaticis, deinde vero in feudalibus, vt ttadit expresè Præsidens Io: Aloysius Mormilis in Constitut. cõtumacem in 1. vers. hodie autem, quinimò respectu bonorũ feudalium verum est, quod exequtio non aliter fit in feudis, nisi in subsidium hoc est in defectum bonorum burgensaticorum, & hoc quoad fructus feudorum, vt prosequitur d. D. Reg. Rouit. in hac eadẽ pragmatica à num. 12. ad 25. & subdit procedi ad sequestrationem iurisdictionis feudali, vt fuit decisum per Collat. Cons. in causa ibi relata, & in alijs causis enunciatis per nos in supplemento compendij nostri decisionum Regni verbo exequutio, de quo satis apud Corset. lib. 7. quæst. 7. per totam.

Cæterum autem respectu aliarum causarum rerum burgensaticarum, seù actionum realium, atque personalium prætermisso isto ordine decretorum, proceditur in contumaciam ad vlteriora in causis contra contumaces vsque ad sententiam ex dispositione pragmaticæ 39. de offic. S. C. vbi D. Reg. Rouit. plura cumulauit, quod etiam indifferẽter practicatur in Tribunalibus istis.

Superest modo aliqua de excusatoribus citatorum referre pro complemento istius Commentarij, verum quia tam nostri Doct. antiqui prolixius egerũt, vt erit videre apud Ant. Canar. in suo tract. de excusat. ac etiam Ant. Rub. in consimili pract. de potest. procur. per totũ, quàm etiam nostri Regnicolæ pœnes Foller. in eadem praxi Crim. Rubr. Audiant. excusat, idcirco non erit circa hoc imorandum, qui siquidem causas, etiam excusationum enarrant, de quibus etiam agit Carau. in ritu 116. & cæteri Doct. illud tamẽ erit adnotandum, ꝙ excusatio ꝑ citato per quamcũq; personam porrigitur Caru. in ritu 267. n. 4. & excusans absentem non calumnię causa fecisse iurare debet, & in qbus Curijs seruatur refert Carau. in ritu 268. num. 1.

Io. Baptista de Thoro I. C. Neap.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Secundum decretum interponitur, ex nimia contumacia.*
2 *Contumacia, quid operetur.*
3 *Creditor non efficietur dominus, niſi ſecundo decreto interpoſito.*
4 *Qui ex pluribus creditoribus præuenit in ſecundo decreto, habetur loco domini.*
5 *Quando conuentus reſtituitur, ex cauſa impedimenti.*
6 *Miſſus ex ſecundo decreto, non admiſſus habet actionem in factum.*
7 *Conuentus ſuper ſecundo decreto, debet iterum citari.*
8 *Quod non ſufficit citari domi, ſuper ſecundo decreto.*
9 *Ad hoc vt procedatur ad ſecundum decretum oportet, quod cõuentus latitet.*
10 *Secundum decretum interponitur, ad inſtantiam actoris.*
11 *Liquidatio debiti, in ſecundo decreto fit Summaria.*
12 *Comparens tenetur reficere impenſas.*
13 *Non cogitur recedere à poſſeſſione, niſi adimpletis omnibus, & refectis impenſis.*
14 *Non exigitur fieri nouus proceſſus.*
15 *An poſſit appellari à ſecundo decreto.*
16 *An exigatur noua inductio in poſſeſſione ex ſecundo decreto.*
17 *Res exigitur ius antiquum per hanc Pragmaticam.*
18 *Ad ſecundum decretum nõ peruenitur ad feudalia, niſi impetrato aſſenſu.*
19 *Effectus ſecundi decreti qui ſunt.*
20 *Secundum decretum paritur plenum præiudicium.*
21 *Tabularius in ſecundo decreto, qui dicatur.*
22 *Menſor quis dicatur.*
23 *In iure ſecundum diuerſa negotia diuerſimode vocantur.*

Reo ſi eius contumacia per dictos tres menſes perſeuerante ad petitionem actoris: iterum citetur contumax ad videndum ſecundi decreti interpoſitionem, infra terminum Iudicis arbitrio moderandum, in quo ſi nõ comparuerit incuſata, vt ſupra per actorem eius contumacia ſimpliciter procedatur ad ipſius ſecundi decreti interpoſitionem; ſi verò comparuerit in termino, & infra tres dies vtiles poſt comparitionem continuò ſequentes expenſas reſtituerit audiatur, ac ſi à principio comparuiſſet, poſt verò ſecundi decreti interpoſitionem, ſi reus infra menſem continuum comparuerit, & debitũ cum omnibus expenſis in cauſa factis, infra dictum menſem actori reſtituerit poſſeſſionem recuperare, poſſit rem ex ſecundo decreto ad iudicatam poſt dictum verò menſem elapſum, amplius non audiatur, niſi fortè ipſe reus: legitimè docuerit iuſta cauſa impeditum, quo caſu ad tempora decurſa per Iudices reſtituatur, declarantes in additione ex ſecundo decreto facienda rem ad iudicandam per tabularios appretiari; & appretiatam adiudicari pro currenti debito, quarè vt ſupra adiudicata actor ipſe verus Dominus factus intelligatur.

De interpoſitione ſecundi decreti.

1 SEcundum decretum interponitur † poſt primum decretum, ex nimia contumacia fecit *tex. ſcilicet dies cautioni §. ſi intra diem ff. de damna. infecto*, ibi *ſi fortè duret, non caueri, vt poſſidere liceat, quod cognita cauſa fieri ſolet non. Dum viros, ſed prætores, vel præſides permiſſuros, item* vt decedatur ex cauſa de poſſeſſione.

Item

Digitized by Google

2 † Item contumacia operatur, vt creditor lucretur fructus *l. Fulcinus* §. *final. ff. quibus ex cauſ. in poſ. eat.* ibi *qui per nimiam contumaciam poſſeſſoris hæreditatis, vt lucro eis cedat*, item miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto propter nimiam contumaciam preſcribit *l. prætoris officium ff. de dam. infect.* & vtraque decreta, ſcilicet primum, & ſecundum, interponuntur Iudice pro Tribunali ſedente *l. dies cautioni* §. *hoc*
3 *autem iudicium.* † Item creditor non ante efficitur Dominus, niſi ſecundo decreto interpoſito *l. ſi finita* §. *Iulia.*
4 *ff. de de dam. infect.* & † vbi plures ſunt miſſi ex primo decreto, & vnus ex eis præuenerit faciendo interponi ſecundum decretum loco Domini habetur. *Bar. in l. ſi finita* §. *ſi plures*, ſed vbi omnes mittuntur, faciunt ſibi partes per concurſum eadem *l. ſi finita* §. *ſi ante hoc* item non ſtatim, vbi prætor miſit in poſſeſſionem poſſidere videatur ex ſecundo decreto, ſed tunc demum cum iuſta cauſa videbitur; ergò interuallum aliquod debet intercedere; quod autẽ pro derelicto edes longo ſilentio, Dominus videatur habuiſſe, aut miſſo aduerſario in poſſeſſionẽ aliquandiù morato nemo cauetur *dicta l. finita* §. *non*
5 *autem* † *reſtituitur*, vbi reipublicæ cauſa abſit, aut ex alia iuſta cauſa, vel ætas interceſſit, quoniam in his caſibus, prætor non debet feſtinare ad decernendum, vt iubeat poſſidere, & ſi decreuit nemo dubitat in integrum reſtitutionẽ indulturum *l. ſi finita* §. *ſi fortè Dominus*, licet patiatur miſſionem pupillus ex primo, & ſecundo decreto §. *ſi pupillus ead. l.* 2. dicitur mora temporis, iſtud interuallum *l. quod debetur ſeruo. ff. de peculio item*, nec tenetur miſſus reſtituere rem, in qua eſt miſſus. *dicta*
6 *l. ſi finita* §. *ſi quis damnum*, † quod ſi aliquis contra quem mittitur non admittit, oritur ex non admiſſione contra eum actio in factum *l. ſi miſſum ff.*
7 *de dan. infect.* dicitur *hic reo, &c.* † debet, iterum citari hoc idem diſponit *gloſ. & Bar. num.* 27. *in dicto* §. *Iulianus*, & vtrum in hac citatione debeant requiri agnati, & cognati, vbi non reperitur principaliter citãdus, dicit *Bal. in Authentico, ſed cum teſtatori in vlt. col. C. ad l. Cornel. de falſ.* quod non, & hãc eſſe dicit cõmunem opinionem *Alex. in addit. ad Bar. in l. hæc autem* §. *non defendi ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur*, præterea idem *Bart. in dicto* §.
8 *Iulianus num.* 28. dicit, † quod in miſſione ex primo, & ſecundo decreto in actionibus perſonalibus non ſufficit quod citetur domi, ſed debetur citari perſonaliter per doctrinam *Docto. in cap. pro poſſeſſore extra de reg. iur. in 6. & Innoc. in cap. fin. extra de eo. qui mit.*
9 *in poſſ. cauſa rei ſer.* item † requiritur, quod latitet idem *Bar. tenet in dicta l. Fulcinus* §. *quid ſit autem latitare num.* 5. *quibus ex cauſ. in poſſ. eat. l. item ait prætor. ff. ex quibus cauſ. maio.* & quid ſi facta eſt miſſio, ex primo decreto contra vniuerſitatem, vtrum poſſit peruenire ad ſecundum decretum die, quod *ſic l.* 1. §. *final. ff. quod cuiuſque vniuer.* ibi, & ſi *admoniri non exciſtentur ad ſui defenſionem venire ſe vſurum. Pro conſul ait* vbi *Bar. tenet*, quod furioſus non ſuſtinet primum decretum *d. l. fulcin.* §. *adeo.* quia non habet animum ſe occultandi, & latitandi, & in hoc differt à pupillo *l. ſi minor ff. de bon. auth. iud.*
10 *poſſid. cum l. ſequent.* interponitur † decretum ad petitionem actoris, quoniã debet inſtare, & vigilare pro interpoſitione decreti *dicta l. ſi finita* §. *cum autem, & Bar. in dicto* §. *Iulianus* offertur petitio, per quam fiet liquidatio debiti, alias non liquidato debito ſemper audietur, vt tenet *gloſ. in* §. *ſi verò*
11 *Authentico de exhi. reis*, & † fiet liquidatio debiti Summariæ, *d. l. dies cautioni* §. *ſi intra diem in fine Plenius Bart. in d.* §. *Iulianus num.* 35. vbi accuſata contumacia ſimpliciter procedetur ad interpoſitionem ſecundi decreti, & ſic obſeruatur, & ſequitur, vbi verò comparuerit, & infra tres dies vtiles refe-
12 cerit expẽſas, &c. Et † ſic infert, quod comparens tenetur reficere expenſas,

Digitized by Google

idem tenet *Bar. in d. §. Iulianus nu.* 34. Item vlterius ſatiſdare *l. ſi pupillus §. defendere ff. de priuileg. cred.* Item ad purgandum contumaciam auditur cõtumax per procuratorem *l. ſi conſentaneum C. quomodo, & quando Iudex, & l. properandum §. ſin autem C. de iud. & l. 2. C. vbi in rem actio. l. ſi finita §. ſi quis autem in poſſeſſionem iuncta gloſ.*

13 † vbi non cogitur miſſus decedere de poſſeſſione, niſi adimpletis prædictis, ſed poſt elapſum menſem à die interpoſiti ſecundi decreti non auditur, niſi ſolutis impenſis, idem tenet *Bar. in d. §. Iulianus nu. 34. & Bar. in l. bijs conſequenter §. Celſus ff. famil. herci.* item

14 † non erit nouus proceſſus, ſed idem, quod in primo decreto, & primum decretum eſt origo, & ordo perueniendi ad ſecundum. *l. cum vnus ff. de bon. aut. iud. poſſid.* & ſi ſunt plures, & vnus recuperat debitum cæteris miſſis in poſſeſſionem non præiudicat *eadem leg.*

15 *cum vnus*, & an † ab iſto ſecundo decreto poſſit appellari dicit *Bar. in d. §. Iulianus nu. 36. quod ſic, & in §. ſi forte*, & vtrum requiratur noua inductio in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, dicit

16 *Bar.* † *in d. §. Iulianus num. 36. quod non contra gloſam §. fin. inſtit. de offic. iud. per l. qua ratione §. interdum ff. de acquir. rer. dom. & §. interdum inſtit. de*

17 *rer. diu.* † reſtringitur per hanc pragmaticam ius antiquum, & datur certa dilatio, & ſic non relinquitur arbitrio Iudicis, infra quod tempus interponatur ſecundum decretum, vt erat olim in arbitrio Iudicis, vt refert *Bart. vbi ſupra num.* 39. & interponitur officio Iudicis nobilis, vt refert *Cynus in l. cũ proponas C. de bon. aut iud. poſſid.* & refert *Bar. vbi ſupra num.* 40. & interponitur in omnibus caſibus, in quibus natura negotij, & rei nõ repugnat, veluti in actionibus perſonalibus, & perſequtionibus; & petitionibus. *l. 1. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur l. Fulcinus §. item videamus. Bar. vbi ſupra nu.* 42.

18 43. & in † feudalibus non venduntur, niſi ex mandato Regio, & vbi placuerit Regi, *vt in Conſtit. ſi quis poſt litem §. in feudalibus ſub rubrica de pana, contumaciæ poſt litem conteſtatam*, vbi *Andreas dicit*, quod contrahitur pignus iudiciale in feudis in ſubſidiũ, ſed non venduntur, & adiudicantur ſine Regio mandato, vnde conſueuit haberi recurſum ad Regem, & fieri relationem de exequutione facta, & ſucceſſiuè diſcuſſione bonorum, & prouide-

19 ri, & † effectus ſecundi decreti ſunt plures, prima eſt excluſio, quoniam per ſecundum decretum excluditur à recuperatione rei exequutæ, & non auditur vlterius *l. ſi ex ea C. qui accuſar.* ſecundò † parit plenum præiudicium, quoniam tamquam Dominus facit fructus ſuos, & alios effectus, *vide per te in d. §. Iulianus, per Bar. num.* 53. & quid de decreto ſecundo in iuribus in corporalibus, *vide Bar. in l. prætoris ff. de damn. infect.* vbi dicit, quod quãdo fit miſſio, ex ſecũdo decreto contra Dominum, tũc efficitur Dominus *l. 2. §. fin. ff. ſi ex noxal. cauſa agatur*, vbi fit miſſio contra non Dominum, & tunc quando nullum ius habet in re paratur ei cauſam vſucapiendi *l. generaliter ff. de noxal.* item aut habet ius in re ſeparabili à perſona, & tunc acquiritur, ſtatim ei qui miſſus eſt, vel non eſt tranſmiſibile, & eliditur *l. ſi noxal. ff. de noxal. Bar. in d. l. prætoris* dicitur, *infra tres dies vtiles*, eſt videndum, qui ſunt dies vtiles, de quibus loquitur hæc Reg. Pragmatica die, quod ſunt dies, quibus ſedet pro Tribunali M. C. vel ſedere poteſt, alias dicuntur dies iuriſdictionis *l. 2. ff. quis ordo. in bon. poſſ. ſeru.* ibi *dies bon. poſſeſſionis vtiles eſſe palam eſt*, ſequitur textus *poſt compariciones continuò ſequentes audiatur*, & ſic numerabuntur dies feriati; ſi verò poſt ad iudicationem comparuerit, infra menſem audiantur ſoluto debito, & refectis impenſis, ità tenet *Bar. num. 34. in d. §. Iulianus* ſequitur, niſi docuerit de impedimentis, quoniam reſtituitur ad tempus decurſum, & nõ reſarciet impenſas, nec ſatiſdabit, vt

dixi

Digitized by Google

dixi supra in præcedenti pragmatica *declarantes &c* Quod debet adiudicari pro concurrenti debito, alias sit vltra debita, quia reperiretur ex falsa causa, & falsò debito adiudicatio reuocatur *l. si non sortem §. si cœntum. ff. de cond. in deb. vbi Alexan. & Bar. & Alex. in l. à diuo pio §. si pignora ff. de re iudicata, & Mazeus decis.* 348. sequitur in textu *per Tabularios ex commissione Iudicis*
21 relationes, quæ fient per † Tabularios dicuntur declarationes rei dubiæ *l. si irrũptione §. offi. ff fi. regundo. l. 2. §. si eo tit.* ibi *adiudicationi controuersiam arrimat, & si fortè admouendæ veteris obscuritatis, gratia per aliam regionem, Iudex ditimere velit*, & hoc fieri expensis vtriusque vbi ad comodum vtriusq; alias succumbentis *l. sed & loci §. sed &*
22 † *si mensor ff. eo. tit.* qui si dolo mensurauerit punitur pœna falsi, si verò culpa, aut negligẽtia tenetur ad interesse. *l. 1. §. ideò autem ff. si mensor. falsum mo.* dixi qui etiam si delegauerit alteri tenetur ex facto alterius *l. 2. ff. eo.* & in iure secunda negotia diuersimode vo-
23 cantur, quoniam ille † qui mensuras fines agros itinera, domos, tigna, lapides dicitur mensor, item mensor machinarius, vel architectus, qui mensurat laquearea chores, & alia opera huiusmodi, qui versatur in computatione, dicitur propriè tabularius. *l. si mensor, & l. penulti, & vltima ff. si men. fal. mod.* dixi reliqua poteris videre per te Laus Deo.

I: Franciscus Scaglionus. V. I. D.

ADDITIO.

VLtra addita in præcedenti Rubrica, congruit etiam alia sequentia super addere pro maiori intelligẽtia terminorum, & propterea omissa digressione eorum quæ pertinent ad cõtumaciam, ex qua illud sanè erit percipiendum, qualiter ipsa contumacia vim libelli quamuis substineat, vt inquit Marian. Manring. in eius praxi super ritu Sicil Notab. 12. nu. 4 nihilominus pro interpositione primi decreti exigitur petitio, cuius formã posuit Specul. in tit. de primo decreto nu. 5. relatus à Coler. de process. p. 3. cap. 8. nu. 35. Imò iuris ordo, alias esset nulla imissio ex pluribus notat Scacc. de iudic. tom. 1. cap. 96. num. 37. & circa istam imissionem possessionis erit aduertendum, vltra congesta per Afflict. in const. si quis post litem à num. 8. cũ seq. Marant. in eius specul. p. 6. in 2. membro num. 12 Muscat. in eius praxi lib. 2. p. 3. glos. adiudicantur nũm. 43 cum alijs recollectis de iure post Roccam in pract. iudic. lib. 2 de contumacia Menoc. de arbit. Iud. lib. 2. casu 6. quod talis imissio duplex est, vna quæ fit in actione personali, altera quę fit in actione reali, vt idẽ Scacc. loco cit. nu. 4. aduertit, & inter eas est magna differẽtia, vt ibidẽ subdit vsq; ad nu. 8. referendo eorum differẽtias inesse, & primo, quia in actione validatur mis sio totius rei petitæ, sed in personali pro mensura debiti, quarum formas intuetur idem Manring. super d. ritu notab. 6. par. 1. nu. 16. & 17. quamquam respectu istius imissionis bonorum in actione personali in praxi non sit receptum, vt inquit Iodoc. in sua praxi ciuil. cap. 79. sub num. 8. subdens secus esse in actione reali, secundo differunt, quia in actione reali mictitur in possessionem rei petitæ, vt quoque idem Coler. decis. Germaniæ 104. num. 6. affirmat.

Sed agens actione personali mictitur in possessionem seruato ordine, qui seruatur in exequtioue sententiæ diffinitiuæ, vt inquit ibi Scacc. nam missio ex primo decreto expeditur pari modo sicut exequtio, vt Coler. d. cap. 8. num. 29. & 34. probat, hoc est primò in mobilibus, postmodum in imobilibus exequtio conceditur, asseuerat Manring. vbi supra post notab. 35. & post not. 130.

Tertia differentia, quia missus in possessionem actione reali efficitur possessor reique fructus percipit, vt subdit Scaccia vbi supra, post Frecc. de present. instr. par. 16. quæst. 5. sicque missus ex iudicato super iudicio realiter, vt ex primo decreto. Itẽ possidet simul, & fruitur re tamquam ex secundo decreto. idem Coler. d. par. 3. cap. 9. num. 9. & 10. imò fit bonorum possessor Coler. d. p. 3. cap. 10. num. 1. licet reuocabiliter, vt prosequitur Octau. Corset. lib. 1. quæst. 4.

Vlterius differentia ibi relata à Scacc. nu. m 8. est quod contumax, qui passus est missionem in possessionem ex actione reali, si comparet infra annum, & reficiat expensas, & laurat de iudicio iusti recuperat possessionẽ, quod etiam admictitur Coler. d. p. 1. cap. 2. num. 51. & 64. & an infra annum fieri possit, aut abbreuiari talis dilatio, refert Corset. d. p. 1. quæst. 5. per totam.

Sed secus erit si reus postea comparuerit, at contumax, qui eum passus est ex actione personali post refectis expensis, & præstita cautione causa recuperare quandocumque ante interpositionem secundi decreti, dummodo non sint elapsi 30. anni.

Postmodum deuenitur ad interpositionem secundi decreti, & quando, & quomodo, & quo ordine interponi debet, refert Scacc. vbi supra à num. 10. ad 13. & decreti secundi formam, quando agitur actione personali tradit Manrig. post notab. 6. vbi etiam in not. 10.

Digitized by Google

formam tradit ipſius decreti quando realiter ageretur, inſuper quando ſuper mobilibus interponi debet poſt notab.61.& pariter ſuper imobilibus poſt notab. 67. notab. 35. & poſt not. 130. & ſtante exequutione facta vigore primi decreti contra debitorem contumacem pro debito inſtrumentali liquido, an poſſit procedi ad vendition.em non expectato trimeſtre, nec interpoſito ſecundo decreto iuxta hanc formam, refert Franc. Ant.de Iudice de liquid.inſt.conſid.1 nu.44.

Inſuper modum procedendi tàm in actione reali, quàm perſonali contra reum contumacem qualis ſit,& quomodo poſſit deueniri ad ſententiam diffinitiuam lite non conteſtata potiſſimum in Regno noſtro, actenta diſpoſitione huius pragmaticæ,ac Ritus M.C. docet,ibi Scaccia num.19.vbi etiam de conſimilibus cauſis agit,ſubdens nu.26. formam iſtorum decretorum ne vtiquam Romæ ſeruari, quemadmodum nec Neap. ſeruatur, & an, & quando reus voluèrit recuperare poſſeſſionem, & ab actore impediretur, proſequitur Corſet.d.lib.1.quæſt.2. & ſi interim labatur annus id cum permiſſum erit, idem in ſeq queſt.3.de hoc Plinius agit.

Poſtremò erit notandum,quod pignus,quod ex primo decreto acquiritur,dicitur prætoriũ, illud verò, quod ex ſecundo decreto inouerunt, dicitur iudiciale, vt refert poſt Coler. d.lib.1.cap.2.num.53.& 66. Auguſt. Fauſtin. in Addict. ad Praxim Panciroli p.1.§.ſi verò tempus verbo pignora recuperant, & p.3.§. vbi ergò condemnatur verſ. & hoc vocatur pignus iudiciale,vbi hæc, & alia ſupra relata concernentia ad prædicta retulit.

Hæc omictendum erit finis, ob quem iſta immiſſio à iure ſit prodita, poſtquam miſſionis finis ex capite contumaciæ eſt, vt reus effectus tedeo cuſtodie denuò reſpondeat Col. d.p.3.cap.10. num.4.

Io:Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Copia petitionis reo edi debet.* 2.3.
4 *Offertur libellus primò Iudici.*
5 *Reſpondere debet reus,quando.*
6 *Iure antiquo, quid obſeruabatur.*
7 *Effectus contumaciæ.*
8 *Quomodo purgatur contumacia.* 9.
10 *Quomodo extinguatur mortuo conuento,ſeù actor contumacia.*
11 *Quas exceptiones proponit reus comparens.*12.13.14.15.
16 *Infra quod tempus exceptiones probare debet.*17.
18 *Temere litigãs,quomodo intelligatur.*
19 *Quando exceptio requirit altiorem indaginem, quid faciendum.*
20 *Exceptio,quæ impedit procedi,impedit compromicti..*
21 *Vnus comparens, poſſit conſentire in Iudicem,& de materia remiſſionis.*
22 *Contumax in vno actu, num in alijs ſit citandus.*
23 *Cuius ſumptibus copia petitionis dari debet.*

Comparente reo in termino citationis,vel poſt contumaciam:vt ſupra purgatam detur ei copia petitionis actoris, ipſius actoris ſumptibus, cui reſpondere debeat infra terminum trium dierum, per dictam copiam datam,proponendo mediante iuramento exceptiones litis ingreſſum impedientes, ſi voluerit quas probaſſe teneatur infra quinque dies immediate ſequentes, alias ad merita cauſæ reſeruata intelligantur,probationibus verò factis, Iudex infra alios quinq;dies immediatè ſequentes ſuper eis pronũciare debeat; pro vt iuſtum apparebit.

De modo procedendi contra reum non contumacem, vel qui contumaciam purgauit.

1 SI comparet reus,& purgauit contumaciã:debet † ei edi copia petitionis oblatæ, tenebatur enim alter edere actionẽ, qua acturus eſt, vt proinde ſciat reus cedere, an contendere, vltra debeat eſt contendendum putet, veniat inſtructus ad agendũ cognita actione conueniatur, & † edere eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello completi; & dare, & dictare. *l.1.ff.de eden.& alibi dicit actionẽ actã*
3 *l.eo.tẽp. §.etiã ff.de pecul.* & ſic † offertur libellus primo Iudici, & poſtea inſinua-

Digitized by Google

ſinuatur parti *Authentica offeratur. C. de lit. conteſt. & notatur in l. generaliter. C. de epiſcop. & cler. & Authentica qui ſemel C. quomodo, & quando Iudex*
4 † *dicitur comparente reo in termino citationis*, & ſic ante contumaciam detur copia petitionis, cui reſpondere
5 debeat infra † terminum dierum trium currendorum à die conſignationis, & ſiuè reſponderit, ſiuè non reſponderit cauſa agatur, & pronunciabitur non ſolum ſecundum preſentem, ſed ſecundum abſentem ſi bonam cauſam habuerit. *l. & poſt edictum ff. de iud.* & ad-
6 uerte, † quod de iure *ff.* reo conuento abſiſtente à principio vſque ad finem, non poterat ſuper negotio principali pronunciare iure Codicis, per *l. properandum* §. 1. *C. de iud.* fuit inductum, quod reo præſente in liquidatione, & abſente tempore deciſionis, poterat pronunciari ſuper negotio principali, deinde de *iure Authenticorum* poterat negotium liquidari altero eorum abſente, & ſucceſſiuè pronunciari *Authentica, qui ſemel C. quomodo, & quando Iudex*, & ſequitur hoc per dictas leges. *Bar. in d. l. & poſt edictum*, ſi verò comparuerit poſt contumaciam, & purgauerit contumaciam per ſolutionem pœnæ, refectionem expenſarum auditur, vt *Bar. in d. l. ſi finita* §. *Iulianus de damn. infect. & extat textus l. ſancimus C. de iud.* & præſtiterit cautio-
7 nem de ſtando iuri per † latitationem effectus eſt ſuſpectus *l. 2. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur* extat *ritus car.* 8. in 3. colum. qui incipit, item *nota, quod ſi aliquis redat*, & de refectione expenſarum, & de pœna † contumaciæ, vide *And. in Conſtit. Regni citationis literæ*, de qua pœna poteſt Iudex facere gratiam, & *Bal. in d. l. ſancimus* diſtinguit expenſas, & dicit, aut reus tenetur reficere expenſas reſpectu retardati proceſſus, aut alicuius partis cauſæ, aut reſpectu citationis, quia temere vocatus, aut propter contumaciam, & tunc reus quando reſpectu contumaciæ non debet admicti, cum cautione de reficiendis impenſis, etiam, quia ob contumaciam dicitur teneri ratione retardati proceſſus, & proindè aduerſus contumacem duo competunt actori remedia, ſcilicet denegatio audientiæ, & refectio expenſarum *Authentica ei, qui C. de bonis, aut iud. poſſid. & Bal. loquitur*, ibi verò contumace, qui eſt in dolo, & mala conſcientia, & aduertas, quia antiquitas reperit formam trium citationum ad conuincendum malitiã conuentorum, & contumaciam non curantium comparere in prima, nec in ſecunda, nec in tertia citatione *Authentica iubemus. C. de iud. cap. quærelã extra de procuratoribus*, & ſic refectio expenſarum habet locum in primo decreto, & in refectione expenſarum habebitur ratio damnorum, quæ intrinſecus euenĩunt, non extrinſecus *l. verum ff. de fur. l. ſi ſterilis* §. *cum per venditorem & l. penultima ff. de exib.* & huiuſ-
9 modi expenſæ † veniunt etiam ex mero officio, licet exigatur apponi in petitione inſtantia expenſarum, vt tenet *Bal. in d. l. ſancimus verſ.* 8. *quæro*, à quorum taxatione poteſt appellari, vt notat *Innoc. cap. ſuper eo. quod metus cauſa*: & hoc eſt quis poteſt modum excedere, & ſi Iudex in alijs caſibus non condamnat ad expenſas facit litem ſuam. *Imol in l. 3.* § *fin. ff. de aqua pluuia arcend.* quas non recuperabit à contumace, ſi Iudex ſoluerit, quoniam ſua culpa ſoluit, ità dicit *Bal. in fin. d. l.*
10 *ſancimus*, ſed † ſi pendente termino purgandi contumaciam mortuus fuerit, extinguitur pœna, quæ applicatur Fiſco, quia eſt mera pœna, non pœna, quæ applicatur parti, quæ continet intereſſe reſpectu expenſarum, & ſumptuum erogatorum occaſione contumaciæ, ità dicit *Bar. in l. omnibus* §. *hoc iudi. ff. ſi quis ius dicere non obtemper.* vbi dicit quod damna, & expenſæ, quæ veniunt ratione contumaciæ debentur actione in factum, illæ quę veniunt ratione victorię debentur officio Iudicis, & expenſæ quę debentur ratione contumaciæ, etiam poſt ſententiã peti poſſunt,

Digitized by Google

ſunt,vt tenet *Alex.in fin.d.*§. hoc iudi-
cium ſequitur in pragmatica, propo-
11 nendo mediante iuramento,&c. † Se-
cundo ſic ſi vult impedire litis ingreſ-
ſum , poteſt proponere exceptiones
mediante iuramento ad excludendum
calumniam opponentis, & ſic concor-
dat cum iure antiquo , vbi tàm actor,
quàm reus præſtabant iuramentum ca-
lumniæ , nam iuramenti timore con-
tenſioſa litigantium inſtantia compe-
ſcitur *l.1.C.de iur.iur.propter calu.* non
obſtat *Authentica hoc Sacramentum*,
12 qui † remittitur, ibi iuramẽtum,quod
præſtabatur in actu probationis,& pro
ductionis, & teſtium , & ille actor, qui
denegabat iurare , cadebat ab actione
reus habebatur pro confeſſo *l. cum. &
Iudices* §.*quod ſi actor C. eod. tit.* exce-
13 ptiones † litis ingreſſum impedientes,
inter quas non numeratur exceptio
declinatoria ; quoniam non inducit li-
tis conteſtationem , licet impropriè
impediat , vt declinet , & ſic examine-
14 tur in primis,item debet † videri libel-
lus vtrum procedat *l.1.ff.de aſſeſſ.* cũ
ſuper eo. eſt contendendum tu non es
Iudex non legitimus actor , & ſuper
hijs eſt pronunciandum. *Bart.in l.1.
num.6.C.de lit.conteſt.* ſed inter eas
enumerantur exceptio rei iudicatæ
tranſactionis , & iuriſiurandi *l.fratris
C.de tranſact.l.eleganter* §. *ſi quis poſt*
15 *ff.de cond.indeb.* Item † exceptio, quem
de euictione tenet actio,eundem agen-
tem repellit exceptio. *Bar.in l.2.ſi in-
ſtrumento C.de fid.inſtrum.* & aduerte,
vt ſcias practicare has exceptiones , &
oppoſitiones, quia aut eas opponis ad
impediẽdum proceſſum, & tunc debet
ſuper eis pronunciari , & proindè pra-
cticaui tempore meo apponere hanc
cautelam in comparitionibus per me
factis aduerſus libellum actoris poſt
exceptiones appoſitas , videlicet quas
exceptiones opponit ad impediendum
litis ingreſſum , & proceſſum ad vlte-
riora gradatim conditionaliter,& ſuc-
ceſſiuè,ſuper quibus petit pronũciari,
&c.Aut eas opponis ad iuſtitiam cau-
ſæ veluti concludendo , proinde dico
me eſſe abſoluendum,&c.Et tunc non
eſt neceſſe ſuper eis pronunciari,vt te-
net *Bar, num.6.& 7.l.1.C.de ord.iud.*
16 quas † teneatur probaſſe infra quinq;
dies immediatè ſequentes,& ſic contin-
nuas , & non vtiles numerandos à die
propoſitarum exceptionum, alias intel
liguntur ad merita cauſæ reſeruatæ ,
verum hodie gratia breviãdi lites Ma-
gnifici Officiales , & Iudices oppoſitis
exceptionibus, quando pars non petit
termimum ad eas verificandas,& illicõ
non fundantur exceptiones oppoſitæ
per ſcripturas, datur terminus in cau-
ſa,& reſeruantur ad merita, & quando
17 non eſſent expreſsè reſeruata , † hæc
pragmatica dicit, quod intelliguntur
reſeruata probationibus vero factis ,
Iudex infra alios quinque dies nume-
randos à die lapſi termini primorum
quinque dierum conceſſorum, ad pro-
bandum ſuper eis pronunciare debeat,
prout iuſtum ſibi apparebit *l.properan-
dum* §. *fin autem ex geſtis C. de iud.* &
aduerte ne temere litiges , quoniam
18 quandoq; † calumnia pæna exilij,mul-
tatur *l. cui neceſſitas ff. de liber. cauſ.*
præterea ordo cauſę , ad cauſam impe-
dit litis ingreſſum ſuper petitorio *l.or-
dinarij C.de rei vend.Doctores in l.nihil
tam naturale* §. *nihil commune ff.de ac-
quir.poſſeſſ.* Aguſtinus Berous quæſt.
23. verum ſi iſte ordo non fuerit ob-
ſeruatus, quia corã Principe procedi-
tur,ſola facti veritate inſpecta,& hodie
ità in omnibus Tribunalibus , quoniã
iſte ſunt ſollemnitates iuris poſitiui nõ
erit proceſſus, propterea nullus, vt te-
net *Bar.in l. ſi fide iuſſor.* §. *quodam ff.
man.& Bal.in l.ſi pro ea colum. fin.C.
mand. & in l. reſcripta C. procur. imp.
offerend.per l.1.*§.*ſi quis ff.de quæſt. &
in cap.1.*§.*ſi inueſtitura in ſecunda col.
de noua. for. fid. & in apoſtillis ad Bar.
Alexan.in l.fin.C.de leg. & Io:Andr.in
c.de cauſ.extra de re iud. & Innoc. in c.
1.de lit.conteſt.ſequitur hoc Io:Baptiſta
Cazialupus in rep.c.per veſtras de dom.
19 inter vir.& vxor.*§.34.item † quando

exce-

Digitized by Google

exceptio requirit altiorem indaginem facti, debet ad merita reseruati. *Capyc. dec.* 20. exceptio discussionis opposita reseruatur, etiam nisi sit notorium principalē obligatū non esse soluendo,
20 idē *Capyc. dec.* 54. Item † exceptio, quę impedit procedi, impedit cōpromicti, idem *decis.* 66. exceptio dilatoria, debet infra triduū allegari, *idē Capyc. dec.* 83.
Dicitur comparente reo, quęritur vtrum comparens possit cōsentire in Iudicem non suum, dic quod tàm in ciuili, quā criminali potest consentire, & erit re-
21 spectu consensus, † Iudex competens dummodo sit Iudex ordinarius, vel delegatus ad vniuersitatem causarum, & limitare in clerico non habere locum, & in vaxallo, cuius Dominus habet iurisdictionem, cum clausula derogatiua, auocatiua, & priuatiua, de clerico loquitur *glos. in l.* 1. *ff. de iudic.* licet in spōte litigantibus de iure cōmuni progetur iurisdictio 2.9.6. *c. non liceat* 10. 91. *c.* 11. *nolita*, secus est hodie p nouū decretalem Gregorij *cap. significasti, & cap. diligenti extra de foro compet.* quoniam ex dispositione dictorum iuriū, nec renunciari posset. Idem confirmatur ex Federici Constitutione, quæ incipit, *Statuimus de episcop. & cler.* limitatur hoc vltimū de clerico non habere locum in arbitro, quia in arbitrum potest consentire clericus, vt *glos.* 1. *in d. l.* 1. *ff. de iud.* & consentire non dicitur absens, seù qui errat, sed ille qui scit non esse subiectum iurisdictioni *l. confessisse* §. *conuenire ff. de iud.* idem est si fuisset aliquis viribus præturę compulsus consentire, quia consensus erit nullus, & prorogatio fit de tempore ad tempus, de persona in personam, de re ad rem, *glos. in d.* §. *conuenire in verbo in hib.* & de quantitate ad quantitatem *l. de quare* §. *fin. ff. de iud.* Sed quid si post citationem fuerit effectus alterius fori, dic q̄ præuentus nō habet ius reuocandi forum *l. si quis postea ff. de iud. l. penult. ff. de iurisdict. omn. iud.* an possit prorogari iurisdictio per vaxallum, dic quod non, vt tenent *Bart. & Bald. in l.* 1. §. *& post ff. de oper. nou. nunciat.* nisi cum voluntate domini, vel nominare arbitros, quibus non subiacent *Ludouicus cōs.* 369. Non obstat lex, *qui autem ff. si quis cautio.* quoniam ibi secūdum *glosam primam* impetrauit conuentus priuilegium, etiam de illa causa incepta, quid si quis passus est conueniri in vna Prouincia coram non suo Iudice, & fuerit condemnatus propter ommissionē exceptionis, num possit reuerti ad dictam defensionem, non quia debuit à principio opponi. *l. exceptionem C. de probatio.* & sic esset sententia lata à non suo Iudice. *l. final. C. de exceptio. facit glos. in l. sed & si in verbo non potest ff. de iud.* est benè verum, quod Iudex potest in comparēdo statuere terminum, habita ratione personæ. causæ, & temporis. *l. non nunquam ff. de iud.* vtrum aliquis priuatus possit fieri Iudex consensu priuatorum, dic quod non *l. priuatorum ff. de iurisdict. omnium iud. l. qui neque ff. de iudic.* & in quibus casibus Iudex potest facere comparere personaliter reus, dicitur *in cap.* 1. *de iudic. in 6.* vbi cauetur, quod potest in causa criminali pro veritate dicenda
22 pro iuramento calumniæ, † Sed num quid contumax in vno actu sit citandus ad sententiam, dicit *glos. in cap.* 2. *de dol. & contum. in verbo non teneris vers. numquid in 6. quod sic.* Item vbi non comparet efficitur contumax, & tunc aut est verus, & euidens contumax non apppellat, quominus impediat exequutionem, dicitur verus contumax ille qui fuit apprensus de persona, euidens qui fuit apprensus, & dixit nolle venire, præsūptus, & fictus, & qui fuit citatus domi, vel qui inuentus tacuit, & dixit velle venire, & tunc appellat vide *Latius de hÿs glos. singularem, & sollemnem in clem.* 1. *de dol. & contumacia in verbo manifestè glos. in l. ea quæ in verbo per contumaciam C. quomodo, & quando iud. & glos. in l.* 1. *in verbo per contumaciam C. quor. appellatio. non recip.* nisi venerint Iudice

seden-

Digitized by Google

ſedente pro Tribunali *gloſ. in d. l. 1. in verbo non poteſt, & gloſ. in l. contum. ff. de re iudicat.* in *verbo contumacia* dicitur, quod contumacia quandoque aſtenditur reſpectu non venientis, vt *cap. 2. de dol. & cont.* quandoq; reſpectu non conſtituentis *l. qui reſtituere ff. de rei vendicat.* quandoque reſpectu non reſpondẽtis *l. de etate §. qui tacuit ff. de interro. actio.* quandoque reſpectu recedentis, quandoque reſpectu non exibentis *l. creditor §. iuſſus ff. de appellat.* & prima contumacia reſpectu non venientis tripliciter contingere poteſt primò, quia citatus peremptoriæ contempſit venire; ſecundò quia malitioſè ſe occultat, tertiò, quia impedit ne citatio ad ipſum perueniat extra, *vt lite non conteſtata. C. quomodo §. porro*, & proximis diebus in Conſilio dum ageretur cauſa inter Magnificũ Franciſcum Coronatum, & Magnificum Franciſcum Vulcanum, ſuper reſtitutione dotium, prætendẽs dictus Franciſcus, & Regia Curia, ſic ſe debere remicti non obſtante renunciatione facta in Conſilio priuilegij fori, referente V.I.D. Domino Nicolao Franciſco de Conſtantio fuit iudicatum in Sacro Conſilio, quod cauſa remaneat, vt patet ex actis ægregij Io: Portij actuarij Sacri Conſilij.

23 Petitio † debet dari ſumptibus actoris, ratio eſt, quia expedit, quod in actis deſcribatur propter Iudicem, primò vt ſententiam proferat conformem petitioni *l. vt fundus ff. com. diuid.* propter ipſum actorem ex fructu tangetur, & formet poſitiones, articulos conformes petitioni, & hodie hoc idem obſeruamus formare articulos vna cum actis cauſæ, & vt ſibi agenti ex alia cauſa non obſtet exequutio rei iudicatæ. *l. Abbate de rei iudic. num. 6. propter reum vt deliberare poſſit, Authentica offeratur de litis conteſtat. C.* vt poſſit etiam ſuas defenſiones formare, & inſuper abſolui ſe facere propter ineptitudinẽ libelli, *vt tenet gloſ. in clement. ſæpè de verbor ſignificatio. in verbo pronũciatio.* item eſt equum, vt proſpiciat ſibi in cauſa reconuentionis, quæ fortiter naturã exquirit ſibi, idẽ cui legium quo cõuentio, vt notat *gloſ. in d. clem. ſæpè in verb. voluerit*, & q̃ actor teneatur dare copiam reo ſuis ſumptibus procedere de iure cõmune, vt tenet *Bart. in l. 1. ff. de edend. & ſequitur Alexand. colum. 1. verſ. 3. nota*, vbi etiam loqueris dilatione data reo ad deliberãdum debet infra dictam dilationem opponere, quæ voluerit, *vide eum in d. 1. colum. in verſ. 2. nota.*

Io: Franciſcus Scaglionus V.I.D.

ADDITIO.

POſtquam fuit libellus, ſiuè petitio præſentata Iudici, & parti, vt de iure probatum oſtendit Marant. in eius ſpecul. par. 6. in 3. membro de libelli Oblat. num. 1. & fit communiter talis præſentatio libelli, ſeù petitionis Actorum Magiſtro, vt proſequitur Muſcat. in eius praxi S.C. lib. 1. par. 2. gloſ. preſentato num. 7. & 2. & ſic abſque Iudicis præſentia. vt ſubbit nu. 3. vbi plura ad ornatum inſcripſit circa hanc libelli præſentationem annotationem, & receptionem, ſed quia regulariter libellus vim citationis non habet, inquit Carau. in ritu 189. num. 2. Ideò eo præſentato expeditur citatio, ſubdit ibi Marant. num. 25. quo fit, vt talis productio libelli, ſeù præſentatio antequam expediatur citatio nõ erit de proceſſu, ſubſequitur ibi Muſcat. nu. 8. ex quo vt idem ibidem num. 9. proſequitur talis libelli præſentatio eſt præparatorium iudicium initiandi, quò ad iudicem non autẽ, quo ad partem antequam citetur, quoniam peracta citatione erit de proceſſu, & principium litis ſubdit nu. 10. talis citatio eſt principium, & fundamentum iudicij And. Gail. lib. 1. Obſeru. 74. num. 1. à qua illud incipit And. Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 5. num. 6. & citationis finis, & effectus eſt comparitionis, & per comparitionẽ reſoluitur Miſing. cent. 4. Obſeru. 54. adeo, quod citatus ad duo tenetur, ſcilicet ad comparendum, & comparendum in termino Miſing. cent. 5. obſeru. 86. num. 2. Carauit. in ritu 123. num. 7. ſicque ipſo reo comparente dabitur copia libelli, quod eſt tam de iure communi probatum in Authen. offeratur C. de lit. conteſt. Pancirol. in eius praxi par. 1. §. nunc exponenda, vbi Fauſtin. in adddit. quam de iure Regni ex diſpoſitione huius pragm. vt inquit Marant. vbi ſupra nu. 3. Grimal. in Addit. ad praxim Tartagl. ciuil. cap. 3. incip. nota quod de iure & ſic expenſis actoris, quod non admictitur in M.C. neq; in S.C. concedi copiam libelli, vt refert Muſcat. in d. praxi par. 1. gloſ. reus num. 3. & p. 3. gloſ. reſpondendum nu. 2. & 3.

Inſu-

Digitized by Google

Insuper quo ad purgationem contumaciæ, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, ad quid teneatur, refert Carau. in rit. 211. nu. 2. & nisi refectis expensis non auditur, idem in ritu 298. num. 2. & 8. vbi posuit ampliationes, & limitationes, & quod contumacia purgare in se tria continet. referuntur ab eodem Carau. in ritu 65. num. 2. quo fit vt contumax refectis expensis ex integro poterit omnes exceptiones opponere, & audiri, testatur Muscat. in d. praxi par. 2. glos: veniens nu. 6. & 7. & quas exceptiones opponere poterit reus comparens, quia de hijs prolixius agit Marant. in eius specul. d. p. 6. in 9. membro, ideò ipsi me remicto, ac etiam eidem Muscat. in citata praxi d. lib. 1. p. 2. glos. exceptiones, & glos. competent p. 3 glos. dilatorias, & par 4. glos. peremptorias.

Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum si reus opposuerit declinatoriã, possit reddire ad alias exceptiones succumbens, & quominus exceptiones opponere.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.
11 *Si oppositiones obtulit se probaturum, quid faciendum.*
12 *Exceptio tua non interest.*
13 *Exceptio, quæ obstat deleganti, obstat delegato.*
14 *Protestatio, & reseruatio, quid operetur.* 15.
16 *Exceptio præscriptionis,*
17 *Exceptio retentionis.*
18 *Excipiens, an videatur fateri.*
19 *Exceptio superueniens, quid operetur.*
20 *Excipere obscurè, & non excipere, à pari procedunt.*
21 *Exceptio dilatoria infra quod tempus opponitur.*
22 *Exceptio declinatoria infra quod tempus opponitur.* 23.
24 *Exceptio dominij, quid operetur.*
25 *Iuramentum de calumnia, non est in obseruantia.*
26 *Interrogationes si tenet, & possidet, si est hæres quando fient.* 31. 32. 35.
27 *Declarationes quomodo fient, & si non fient quid decernendum. & quomodo procedendum.* 28. 29.
30 *An possit reuocare declarationes.* 36.
33 *Interrogationes differunt à positionibus.* 34.
37 *Quando possit compellere reos ad respondendum interrogans.*
38 *Exceptio conuentionis.*
39 *Contumacia in omnibus casibus, quid operetur.*
40 *Iudex, donec vacat super reiectione impertinentium terminus nõ currit.*
41 *Quando dicitur principalis non deponere formiter.*
42 *Actio mercenaria, quomodo dicatur.*
43 *Vbi officium Iudicis misericorditer imploratur.*

Si reus exceptiones litis ingressum impedientes opponere noluerit, vel opposuerit, & ad merita reseruatæ fuerint, vel aliter reiectæ immediatè ptocedatur ad responsionem petitioni ipsius actoris, & iuramentum de calumnia, & alias responsiones si tenet, & possidet quãdo reali agitur, vel alijs interrogationibus iustè factis, veluti si hæres est, & similibus: quod si reus facere recusauerit procedatur, ac si legitimè respondisset, & iurasset, & quantum ad interrogationes prædictas habeatur pro confitente, vel negante, pro vt deterius erit ipsi contumaci.

De modo procedendi, quando exceptiones impedientes litis ingressum non fuerint oppositæ, vel fuerint reseruatæ ad merita.

1 SI reus † exceptiones litis ingressum impedientes opponere noluerit, vtrum possit reddire ad excipiendum. *Bar. in l. 1. C. de iur. & facti ignor.* dicit, quod non admictitur ad op-
2 ponendum si omisit, & hoc † fallit in milite, qui ipso iure admictitur, & rusticus,

Digitized by Google

ſticus, ac mulier minor: per reſtitutionem in integrum, & proindè in *l. eleganter* §. 1. *idem Bar.* dicit quod ad nō redditur iudicium nullum *num.* 2. & vt intelligatur iſta materia exceptionum
3 dicit, quod exceptio † eſt actionis excluſio *l.* 1. *&* 2. *ff. de excep.* & venit ex iure gentium. *Bart. in l. ex hoc iure*
4 *ff. de iuſt. & iur.* & alia † eſt exceptio dilatoria, quæ differt iudicium, alia peremptoria, quæ perimit, alia anormala, & quia hæc diſcuſſio eſt ſcolaſtica, & non eſt de pane lucrādo, venio ad rem
5 ipſam, & dico, quod † exceptio rei iudicatæ eſt exceptio iuris, & facti, ac intentionis. *Bar. in l. cum quis C. de iur. & facti. ingno. num.* 14. quoniam elidit ius actoris, & excludit actorem, iterum agentem
6 † exceptio Macedoniani, & Valleyani; quoniam peruenit ex moribus Ciuitatis impedit iudicium, & elidit effectum actionis, ſed non perimit obligationem naturalem, vt *idem Bar.*
7 *in d. l. cum quis*, vbi dicit, quod † exceptio litis pendentiæ, exceptio fori, & epiſtolæ diui Adriani fuerunt inductæ ad conſeruandum rigorem iuris, quoniam per eas declinatur iudicium, ex-
8 ceptio quippè † dilatoria quædam eſt Iudicis, & iuriſdictionis videlicet, vbi dicitur, quod tu non potes eſſe Iudex incompetens, & iſta debet opponi in initio iudicij, antequam aliqua alia exceptio proponatur, quoniam alias opponendo exceptiones conſentiret in Iudicem *l. ſi ſuſceperit ff. de iudic.* quæ-
9 dam † eſt dilatoria, quæ opponitur aduerſus actorem, vel libellum, aut alia ſimilia, vt tu non potes agere, quia excommunicatus minor infans bannitus, vel libellus eſt obſcurus generalis ineptus incertus, & exprimuntur prædicta, & tunc debet opponi, & probari aut demonſtrari ante conteſtationem litis, & intellige niſi alias ſuper hoc habuerit terminum, quod eſt dilatoria
10 ſolutionis, & tunc † debet ab initio opponi, & poteſt probari poſt conteſtationem litis, verum vbi in cauſa ipſa fuit cognitum Summariè de exceptione, poteſt in negotio principali plenariè cognoſci, quia tendunt ad diuerſa; immò idem ſi deduceretur in prima dilatione, in ſecunda ſuper nouo articulo poſſem producere teſtes. *Bar. in l. exceptionem C. de probat. vltramontati dicebant*, quod illa exceptio dedet reſeruari ad merita, ne bis idem de eorum negotio cognoſcatur, verum vbi non venit, idem exequendum in ſecundo iudicio non ſumatim in prima dilatione, ſed in vtroque iudicio, ſeù vtraque dilatione debet perfectè probari. *Bart. in l. præſcript. C. ſi contra ius, vel vtil.*
11 *publ.* & ſi † opponis exceptiones, obtulit ſe in promptu probaturum, & Iudex vlterius procedendo diffinit negotium, tacitè reijeciſſe exceptiones, & tunc grauat partem opponentem, & debet pars appellare, verum poteſt in cauſa appellationis reparari, & reuocari ſententia ex tali grauamine, vt tenet *Bart. in l. à procedente C. de dilat.* & iſta exceptio tu non es procurator, tu non potes eſſe procurator, debet opponi in principio, quia eſt dilatoria, & proindè quando verè ſcio, non eſſe procuratorem debeo facere, repellere illum quando dubito, & Iudex decernit, licet hoc decretum non præiudicat domino ſubſtinetur iudicium contra procuratorem, vt tenet *Bar. in l. li-*
12 *ces C. de procur.* exceptio † tua non intereſt non habet ius in cauſa impedit litis ingreſſum, niſi cauſa cognita requirat altiorem indaginem. *Bar. in l. ſi pupilli* §. *videamus ff. de neg. geſt. & l. mater decedens ff. de inoff. teſt.* & an, & quando tranſmittatur ad ſucceſſores. *Bar. vide in l. Marcellus* §. *final. ff. de*
13 *pet. hær. & Boerium conſ.* 49. item † exceptio quæ obſtat, deleganti non obſtat delegato. *Bart. in l. aoli mali ff. de*
14 *nouat.* exceptio † tu es minor, poteſt opponi, etiam poſt litem conteſtatam. *l. minor. & ibi Bar. ff. de procur.* & aduerte, quod vbi aliquis opponit aliquas exceptiones, & reſeruat ſibi alias exceptiones ſub hac clauſula ſaluis, & reſeruatis, alijs exceptionibus, non

pro-

Digitized by Google

propterea videtur opponere alias exceptiones sibi competentes, & huiusmodi † protestatio, seù clausula nihil operatur, vt tenet *Bar. in l. scire oportet* §. *scire ff. de excus. tuto.* exceptio † præscriptionis impedit litis ingressum. *Bar. in l. transact. ff. de verb. signifi. & in l. final. ff. pro suo.* & quid operetur exceptio † retentionis, vide *Bar. in l. si vi. C. quod metus causa*, & quæ sunt exceptiones, quæ impediunt litis ingressum, vide *Bar. in l. cum quærebatur ff. iud. sol.* item † excipiens non videtur fateri *l. non vtique ff. de exceptio.* fallit vbi quia allegaret excipiendo satisfactionem, ità limitat dictam regulam. *Boerius in 1. par. quæst. 42. nu. 15.* licet quidam Magnificus Iudex Pedaneus in quadam causa iudicauerit contrarium, exceptio † superueniens pendête iudicio prodest reo conuento, & potest illam opponere. *Bart in l. si mulier ff. solut. matri.* & à pari † procedunt, non excipere, & excipere obscurè, quia succumbit *Bar. in l. Titiæ testores ff. de leg. 1.* & an † & quando possit opponi exceptio dilatoria, vide *Bar. in l. excusantur* §. 1. *vers. numerũ, ff. de excusat. tut.* & coram quo debent istę exceptiones opponi. *Bar. dicit in Authentica, quæ supp. C. de precib. imper. offer.* quod possunt opponi coram actuario, & noti causæ *per l. eos C. de appellat.* & an, & quando † possit opponi, ac debeat opponi exceptio dilatoria, vide *Bartol. in l. quidam consulebant ff. de re iud.* præterea quando exceptio inest obligationi, vel actioni, an † debeat probare, vel sufficiat allegari, dic quod quando inest intrinsecus, & patet ex facie, obligationis sufficit allegari, quando verò indiget probatione extrinseca, vt in pacto in continenti apposito extra contractum debet opponi ab initio. *Bar. in l. eum, qui ità* §. *ità ff. de verb. oblig.* seqtur, vel opposuerint, & fuerint reseruata per iudicem ex eo, quia exigebant altiorem indaginem, vel ex alia causa, pro vt occurrit: hinc exceptio dominij aduersus interdictum, quorum bonorum reicitur *l. constat C. quor. bon.* vel reiectæ, quia frustrabant iudicium, & pronunciauit Iudex expressè esse procedendũ in causa oppositis non obstantibus, vel tacitè procedendo ad vlteriora immediatè procedatur, ad responsionem petitioni ipsius actoris, immediatè dato aliquo interuallo temporis, pro vt Iudici videbitur assignato die ad respõdendum, vel ad audiendam debitam prouisionem ad responsionem petitioni, vbi voluerit respondere, quoniam hodie non cogitur, cum per contumaciam possit procedi, & vbi non responderit causa agetur *l. 2. post edictum ff. de iud.* & iuramentum † de calumnia, quod hodie non est in obseruatione, vt dixi in prȩcedenti pragmatica, & alias responsiones infert primò, quod reus primò tenetur respondere petitioni oblatæ, & sibi insinuatæ, & deindè iurare, quod non opposuit, nec respondidit sic animo calumniandi, & deindè tenetur facere alias responsiones, vbi præcesserit mandatum præceptum, aut petitio partis, q̃ declaret si † tenet, & possidet in actione reali, & sic in rei vendicatione, & in alijs iudicijs realibus, & pro hoc emanuit *Ritus Magnæ Curiæ sub rubrica de rei vendicat. car. 12. qui incipit itẽ seruat dicta Curia*, & hæc pragmatica obseruationem dicit *Bal. in l. vnica C. de confess.* quod potest mandare Iudex, quod respondeat per verbum credo, vel non credo, & maximè vbi agitur de facto alieno, & si sunt † duo procuratores, vel tutores, vnus confitetur alter non stabitur depositioni, quæ magis congruit veritati, & si non apparet hoc stabitur depositioni, quæ facit pro reo. Verum quãdo factum † est antiquum, & intricatum, reconuentus potest petere terminum ad declarandum *l. emptor l. Lutius ff. de pact. l. perquirere ff. de acquir. poss.* fallit † in facto proprio, in quo non cadit ignorantia *l. final. ff. pro suo:* & tunc si habuit terminum, & declarauit, † non potest reuocare de-

Digitized by Google

clarationem,ità tenet *Bald.in l.de etate ff.de inter actio.*ſequitur,vel alijs interrogationibus iuſtè factis veluti, ſi hæres eſt, & ſimilibus, & tunc verſatur arbitrium iudicis, & vbicunque viſum fuerit ſibi decernet, eſſe faciendas huiuſmodi declarationes *l. vbicunq;ff.eo.* & vt plenius habeas materiam iſtam, dicit *gloſ. in l.*1.*ff. de inter actio.*quod
31 tria † requiruntur, vt fiat dicta interrogatio in actione perſonali, quod ſit actio perſonalis, vt ſit certum quod petitur, & quod actio ſit hæreditaria, & hodie dicit *gloſ. in rubrica de inter actio.*quod non fiunt ante iudicium, ſed propoſitis actionbus ad ordinationem litis,non ad deciſionem,& *gloſ.in verbo damni l.vbicunq;* enumerat plures caſus,in quibus poſſunt fieri huiuſmodi interrogationes, videlicet an ſit hæres pro quota parte ab inteſtato,vel ex teſtamento,an ſua ſit quadrupes, an ſeruum noxium poſſideat,& pro quota parte poſſideat, quot annos habet, ſi pænes ſe habet peculium, & quan-
32 do † fiunt, ante litem conteſtatam:debet reſpondere, per verbum affirmatiuum,vel abnegatiuum, ſecus poſt litē conteſtatam,quoniam tenetur reſpondere ſuper petitionibus per verbum credulitatis,videlicet credo, vel non
33 credo,& in hoc † differunnt,interrogationes à poſitionibus, licet *Bart.* dicat in *d.l.*1.*ff.de interrogat. actio,* quod in vtroque poſſit per verbum credo reſpondere, verum confeſſio, † in vtraque operatur idem reſpectu interrogati, reſpectu, verò interrogantis contrarium,quoniam qui interrogat dubitat, qui ponit confitetur, & hoc eſt, quod fit apud Iudicem, vt dicit *gloſ. in d.l.*1.*in verbo apud Iudices*, ſed quando iſta confeſſio nō fit in figura iudicij, ideſt Iudice pro Tribunali ſedente, & ſic apud acta, poteſt reuocari. *cap. ex par. extra de verb.ſig.gloſ. in l.de etate*
35 *ff.de interrog. actio.*ſed † ante concluſionem in cauſa,ſed vbi eſt concluſum in cauſa non poteſt reuocari, vt tenent *DD.in cap.vltim.de reſtit.in integ.in 6.* item non poſſit reuocari, quando eſſet facta iſta cōfeſſio cum iuramento. *cap. vltim.de iur.iur. in 6.* niſi eſſet reſupina,& erronea, quia tunc non obſtante termino conceſſo ad deliberandum poſſet reuocari *l.ſi ex cauſa l.qui interrogatur ff.de interrog.actio.*& ſi aliquis interrogatus tacuit, tunc tacendo cōtemnit præceptum Iudicis debet decerni, prout deterius erit non reſpondentis.*Bar.in l.de ætate* §. *qui tacuit ff. de interrog.actio.*& habebitur, vel pro confeſſo, vel negante, vt deterius erit non reſpondentis, & vtrum procura-
36 tor † poſſit reuocare confeſſionem ſui principalis, pater cōfeſſionem filij, dominus ſerui, & è contra, & creditores confeſſiones debitorum vide *Bald.* qui tenet quod ſic in *d.l.de ætate*, & in eodem loco tenet,quod duo probare debet,qui intendit reuocare rem ſe aliter habere,& erraſſe,& quod de confeſſionibus,quę fiunt in libello poſitionibus, exceptionibus dicit *idem Bal.qui ſupra in d.l.de ætate*, quod poteſt reuocare ante interrogationem, ſed poſt non liberè, & aduertat Iudex in interrogationibus,quæ fiunt ante dationem ter-
37 mini,quod non † cogat reſpōdere, niſi quatenus neceſſitas,& exegerit ad præparationem iudicij intentati,poſt verò dationem termini, quę fiunt ad deciſionem, cogat fieri in termino probatorio,vel vbi Iudici videbitur cætera per te in ſupradictis locis videre poteris,extat *ritus Magnæ Curiæ ſub rubr. de reſponſionibus faciendis, car.* 3. *in* 4. *colum.*vbi cauetur, quod poſſunt fieri ſuper articulis vſque ad concluſionem excluſiuè, qui incipit *Item ſeruat ipſa Curia*, quod reſponſiones, ſed quid de exceptione conuentionis allegata per
38 conuentum, dic quod iſta † exceptio conuentionis, poteſt opponi in omni parte iudicij, etiam aduerſus literas inhibitoriales,vt tenet *Bartol.in l.*1.§. *indè quæritur per illum textum ff.de vper.noui nunciat.* cætera per te videas ſuper hac materia ſit laus Deo.
39 Contumacia † in non reſpondendo opera-

Digitized by Google

operatur, quod contumax reputetur pro confesso, secus in contumace in non veniendo, & in non restituendo. *l. creditor* §. *iussus ff. de appellat.* & ille dicitur verè contumax, qui non habet causam non respondendi. *l. qui interrogatur ff. de interrogat. actio.* & siuè sit præsens, vel absens, & certificatus, super quo debet respõdere contumax habere pro confesso *l. certum* §. 1. *ff. de confess.* secus in non certificato, quia ignorans id de quo interrogatur, non habetur pro confesso, infertur hoc ad bannitum, vt nõ dicatur propter contumaciam confessus verè, nec iustè ex forma statuti, nisi absenti fuerit apertè declaratum, & denunciatum *c. præterea extra de dilat. & tex. in cap. 2. de confess. in 6.* videtur exigere quatuor, scilicet, quod positio sit iurata ex parte ponentis. Secundò, quod sit lecta parti. Tertiò, quod sit monitus respondere. Quartò, quod non habeat iustam causam recusandi respondere, & iste contumax in non respondendo auditur appellans. *l. generaliter C. de reb. cred. & Bal. in l. si filius l. 1. ff. de interrog. actio.* & alibi *Bal. in l. si cum esset* §. *qui tacet* dicit, quod contumax in non respondendo habetur pro negante, & si nocet confessio, habetur pro confesso, si nocet negatio, habetur pro negante. *l. quamdiù, cum ibi notatis, ff. de act. hæred.* & ex hoc emanauit illa practica, quod habeatur, prout deterius, erit recusanti respondere, seù declarare, & quando sunt positiones impertinentes, & Iudex est impeditus declarare illas impertinẽtes, pars potest permissa protestatione impertinentium respondere, & Iudex reijcere impertinentes decreto generali, vt notat *Bald. in l. si defensor ff. de interrog. actio.* item etiam possit omni captiosè recusare, potest deponere monitus ad opponendum, captiosa dicitur, quotiescunque ponit respondere in prolissitate, nec etiam est faciẽda captiosa interrogatio testis prout fit hodie per Scribas criminales vt notat *Speculator in tit de teste* §. *iam & Bal. in l. & quia ff. de interrog. actio.* & debet copia positionis parti dari de iure communi, secus hodie ex comuni obseruantia, vt dicit *Bal. in l. quod interrogatur ff. eod. tit.* vbi dicit, quod inte-
40 rim, donec † Iudex vacat super restitutione inpertinentium, terminus non currit, cum pars impediatur, & responsio debet esse simplex, non conditionalis, vel obscura exemplum si dicat credo si apparet, quia non releuat ab onere probandi, vt tenet *Bal. in l. edictum ff. de interrogatorijs actionibus,*
41 & illud est, † quod hodie dicimus non deposuit formiter tenetur deponere formiter, & multi sunt qui loquuntur per pragmaticam absque ratione, idcircò hoc posui, vt intelligatur à cunctis, & quomodo hic sermo, hactenus est ambiguus, idcircò est videndum si fit ex officio Iudicis mercenarij, vel Iudicis nobilis, & vt intelligatur intentio *Baldus in rubrica de interrogator. actionibus*, & redducatur in pragmatica promittitur, quod erant actio-
42 nes mercenariæ, & nobiles, & † actio mercenaria erat, quæ alteri deseruiebat, idem officium mercenarium, quod deseruit actioni intentatæ post litem contestatam. post iudiciũ ceptum circa emergentia. *l. si reus paratus ff. de procurato. l. ediles* §. *item sciendum ff. de edilit. edicto, vbi glos. in verbo iniuncta Pragmatica* clarius exprimit, & dicit ea venire, quæ sub petitione facta ab actore claudi possunt, quę non possunt claudi non veniunt, sed in hoc non statur iudicio rei. *l. solemus ff. de iud.* sed statur in dubio iudicio actoris, vt tenet *glos. in d. l. solemus.* Item ea, quæ postea accedunt, veniunt per officium Iudicis, vt *in d.* §. *item sciendum*, & omnia veniunt in causa nobilis, actio est, quæ principale negotium continet, & vbi officium Iudicis misericordirer implorare, principaliter propter aliud, & non
43 propter se, † idest propter emergentia incidentia, & propterea quę clauditur pertinere, tunc non opus est libello, & ista est opinio *glos. in l. nec quicumq;* §.

Digitized by Google

vbi decretum ff. de offic. pro conſul. & gloſ. in rubrica ff. de interrogator. actio. per l. de pupillo §. *meminiſſe ff. de oper. in nunt.* maximè vbi poſt reſtitutionē nihil vlterius quæritur, niſi procedi in negotio principali, etiam quia vbi plena cognitio exigere debet fieri Iudice ſedente pro tribunali, vel vt moris eſt, vbi ſemiplena, & ſummaria cognitio, tamen poteſt expediri in itinere. *l. voluit* §. *fin. ff. de interrogat. actio*, & de his plenius *Bald. in rub. de interrogat. actio.* ſic aduerte ad practicam, vbi in tribus caſibus procedit iſtantia alter vtrius partis in cauſa ipſa, ſcilicet, quod declaret ſi tenet, & poſſidet, ſi eſt hæres, & inteſtato, vel ex teſtato, & pro quota parte, & deponat, vt principalis ſuper poſitionibus, vel articulis; vel quod declaret, ſi intendit vti, quod vbi Iudex præceperit declarare, & poſtremò deſtiterit declarare, quod poſt communare ſi non vult cogere captis pignoribus, quod infra dies tot declaret alias haberetur, prout deterius erit, vt ſupra diximus, & ità eſt moris, & conſuetudinis obſeruari in Tribunalibus huius nobiliſſimæ Ciuitatis Neap. & ſic vidi hactenus obſeruari extatq; *pragmatica infra* de modo procedendi *ſub rubrica de poſitionibus, quæ incipit quinta die ibi ipſo.* Iure pro confeſſata habeatur. Quid ſi comparet procurator vbi exigitur parte principalis vtrū admittatur, dic non quia in hoc caſu poteſt denegari audientia procuratori. *cap. 1. de reſcrip. in 6. Caſſaneus in* §. 5. *in conſuet. Burgand. ſub rubr. des droiz. appar. agenſ. mar.* contra regulas iuris *l. in pecuniarijs ff. de procur. l. 1.* §. *vſus autem ff. eod. l. 5. vnus* §. *idem Iulianus ff. de in iur.* & in criminalibus fallit vbi accuſatores petant intereſſe, vt tenet *Bald. in l. licet eod.* & in alijs caſibus, de quibus *Guido Papa quæſt. 338.*

ADDITIO.

AGitur in hac pragmatica de exceptionibus proponendis, quarum ſpecies duo ſunt, de quibus pro Io: Ferrar. in ſuo proceſſu iudic. lib. 1. cap. 10. per totum.

Et quantum pertinet ad dilationes dilatorias, quæ ſunt etiam duplices ſecundum Aſin. in eius praxi iudic. §. 18. cap. 1. num. 3. vbi aliam recenſet, & melius ad ſaturitatem omnia concernentia iſtam dilatoriam exceptionem differuit in §. 13. cap. 2. per totum, & perſequentes limitationes ibi relatas conferentes ad tradita, hic per Auctorem Scaccia de iudicijs cap. 101. num. 2. latè Muſcatel. in praxi S.C. lib. 1. par. 3. gloſ. dilatorias nouiſſimè Io. Baptiſta Schauart. in ſuo proceſſu iudic. lib. 1. cap. 6. per tot. vbi plura de hac exceptione Plenius Cancer. variar. reſol. tom. 3. cap. 16. num. 80. & ſeq.

De exceptionibus verò peremptorijs proſequitur Aſin. d. §. 18. cap. 1. & melius Nicol. Caluol. in ſua praxi iudic. §. exceptio contra libelli concluſ. 1. à num. 22. cum ſeq. quando, & quomodo debeant opponi, refertur Scat. vbi ſupra Io: Ferrar. ibidem verſ. alię peremptoriæ, vbi pro exempla eas demoſtrat Marant. in ſuis ſingul. verbo exceptio fol. 33. Muſcat. in eadem praxi d. lib. 1. part. 4. gloſ. peremptorias Io: Baptiſta Schauart. d. proceſſu iudic. cap. 11. Zanzer. in tract. de exceptio. par. 3. à cap. 1. ad 26.

Attingendo inſuper exceptiones requirentes altiorem indaginem, de quibus hic diſcutit auctor, & quæ ſint refert Aſin. d. praxi §. 18. cap. 4. Muſcat. ex praxi par. 5. gloſ. reſeruatas num. 22. & idem Aſin. in cap. 7. num. 2. aſſerit in iudicio Summario eas non admitti, & ſequitur in d. §. 31. cap. 2. ampl. 12. num. 1. quod tales exceptiones requirentes altiorem indaginem exequutionem ſententiæ non impediunt quando in continenti probari non poſſunt. Marant. in ſpecul. 6. par. verbo exequutio num. 63. & tunc exceptio requirit altiorem indaginem, cum Iudex ità declarauerit Nicol. Caluol. vbi ſupra num. 40. & ſubdit num. 41. quod exceptio nō requirit altiorem indaginem, quando eſt caſus legis apertus, & exceptio, quod non requirat altiorem indaginem quomodo intelligatur, refert Muſcat. ex praxi par. 4. gloſ. vlteriora num. 8. & quando ipſæ dicātur, refert Criſtoph. Scuan. nam in proceſſu Cameral. lib. 1. cap. 59. num. 15. & ſeq. iudicij articulo remittuntur.

In tantum, quod tales exceptiones requirentes altiorem indaginem reſeruantur ad merita. Anton. de Amat. var. reſol. reſol. 80. num. 3. vbi plura tom. 2. cauſæ ità Scacc. d. cap. 101. num. 3. in fine, & idem Muſcat. in dicta praxi ex par. 4. gloſ. vlteriora num. 3. docet quando exceptiones reſeruantur ad merita, & ipſa exceptio, quæ altiorem requirit indaginem, poſt litis conteſtationem reſeruatur Aſin. d. praxi §. 13. cap. 9. num. 23. ex cauſa tamen reſeruantur ad merita. Cancer. tom. 3. cap. 7. nu. 20. & quando veniunt decidendæ Amat. vbi ſupra num 15. exceptiones reſeruatæ ad merita, quando diſcutiuntur. vide Anna ſing. 446. ex alleg. 46. num. 27.

Deueniendo ad exceptiones hic enunciatas ab Auctore particulariter, & primò circa exceptionem tui non intereſt, adde Aſin. in d. praxi

praxi §.13.cap.6. & repellit quem alimine iudicij Cancer.variar.resol.cap.22.num.238. tom.3.& impedit litis ingressum,idem par.1. cap.18.num.19.Bellus.cons. 201. num. 10. & potest semper opponi.Marta dec.35. nu. 26. item exceptio tu non es hæres, non est tibi concessum,de quo per Muscat.d.lib.7.par.3. glos.comparentis num.12.

2 Exceptio præscriptionis adde Zanzer. d. tract.par.3.cap.9.Carau. dec. 44. à num. 16. quando non obstat Cancer.d.cap. 18. nu. 17. & quando non admittatur, vel non: Costa ficul.cons.17.num.7.cons.38.nu.36. Cristoph. Scuanmand. d. process. Cam. lib. 1. cap. 59. nu. 11. Io:Ferrar.d.process.iud.cap. 10.

3 Exceptio, quæ obstat delegato, an obstat delegatario, vide Cancer.par. 2.cap.8. num. 70.cum seq.

4 Exceptio dominij, quando obstabit, vide Costan. ficul.cons.2.nu.106.& quando debet opponi.Anna alleg.144.num 7.& 9.& melius Maresc.cap.var.resol.lib.2.cap.121. nu.75. & seq.And.Carl.lib.2.obser.75. num.3.

5 Exceptio retentionis, de qua satis apud Millign.in tract.de retentio. q.424.443. 352. & respectu meliorationum retentionis, idē q.401.402.403.404.405. & apud Maresc.ott. variar.resol.lib.2.cap.121.num.48. & seq. an procedat in exequutiuis,& priuilegiatis, idē Mollign. quæst. 406. & an detur contra tertium,idem quæst.407.

6 Exceptio conuentionis, & reconuentionis,quomodo,qualiter,& quando opponi debeat,latè Vrsin. in tract. de reconuent.c.15. per totum. Io:Ferrar. eod.process. iudic.d. cap.10.vers.reconuentionem itaq; & seq.

7 Excipiens, an fateri videatur hanc regulam cum limitatione posuit Cristoph.Souanmah.in d.process.Camer.lib.1.c.55.nu.8.

8 Exceptio declinatoria fori reddens iudicium retro nullum, potest quandocunque opponi Cancer.par.1.cap.2.num.153. latissimè idē Muscat.d.lib.1.glos. reseruatis Fausti ad praxim Pancirol.p.1.§. multos autem.

9 Exceptio dilatoria regulariter de iure cōmuni debet opponi ante litem contestatam Cancer.p.1.cap.18.num.3.vbi posuit limitationes,latè Muscat.d.praxi lib.1.par.3.glos. dilatorias num.17.

10 Interrogationes si qs tenet.& possidet plenius Muscat.ex lib.1.3.par.glos. hæreditaria.

Io:Baptista de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Terminus datur iuxta distantiam locorum.*

2 *Terminus datur arbitrio Iudicis.*

3 *Terminus prorogatur iuxta distantiam locorum.*

4 *Testes citati post terminum, an recipi debeant.*

5 *Quando currit terminus, & quando restituitur.*

6 *Hodie non contestatur lis.*

7 *Terminus qui datur, est peremptorius.*

8 *Quando non est factum ius deterius procedit ad receptionem, &c.*

10 *Termini substantiales in causa qui sint.*

11 *Terminus super instantia.*

12 *Reintegratur terminus.*

13 *Si terminus non datur in causa, non est sententia nulla.*

14 *Limitatur non habere locum in causa criminali.*

15 *Petitio quod principalis deponat, non currit terminus.*

16 *Terminus intelligitur ipso iure datus.*

17 *Nominatio quando fieri debeat.*

18 *In ius vocatus dicitur, & inchoatus processus.*

19 *Præsumitur citatus.*

20 *An & quando præsumatur per processū*

21 *Quomodo procedatur in contrarium.*

22 *Reus voluntarius. quis sit.*

23 *Filius familias, an personā legitimam standi in iudicio habeat.*

24 *Vtrum recōuentio, reconuentionis fieri possit.*

25 *Qui renunciat vsui beneficij nominationis.*

26 *Reus citatus, quando potest, & tenetur respondere.*

27 *An iudicium procedat sine termino.*

Post prædictas responsiones realiter, vel contumaciam vt supra sine aliquo iudicis ministerio, termiuus ad probandum ipso iure partibus intelligatur statutus (modo infrascripto videlicet) quod partes ipsę responsiones manifestare debeant, vel saltem vna ex partibus manifestare debet, in quibus locis testes examinare intendunt, & si infra viginti miliaria: Quindecim dies continui statuti intelligantur ab inde supra multiplicetur numerus per ter-

Digitized by Google

minum quinque dierum pro qualibet dieta, attribuendo cuilibet dietę paſſuum viginti milia: ita tamen, quod excedere non poſſit terminũ trium menſium: etiam ſi in remotioribus regni partibus probationes fieri deberent: niſi iudici de cauſa cognoſcenti: ex iuſta cauſa eius animum mouente: maiorem dilationem ſtatuendam videretur: Quo caſu pro eius arbitrio illam augere poſſit, dum tamen intra regnum terminum trium menſium: vt ſupra non excedat: quod ſi partes ipſę vel ſaltem vna ex eis in ipſa reſpõſione non manifeſtauerint loca, in quibus examinare intendunt: terminus ipſo iure dierum viginti ad probãdum ſtatutus intelligitur: nec poſſunt dicti termini ſine iuſta cauſa: vel ſine expreſſa ambarum partium voluntate, prorogari ad pœnam duarum vnciarum à iudice auferendam, qui talem prorogationem fecerit: quod ſi fortè ad obtinendam (calumniosè) maiorem dilationem aliqua partium loca diſtãtiora nominauerit: in quibus teſtes examinare non fecerit: ſimili pœnę duarum vnciarum ſubiaceat: ſine vllo proceſſu ab eis auferendæ, decernimus nominationem dictorum locorum fieri poſſe etiam in reſponſionibus faciendis per partes ipſas: poſitionibus, ſiue capitulis.

De dilationibus in cauſis dandis.

Rtus Magnæ Curiæ, qui incipit; Item ſeruat dicta curia in citatione dare terminum, ſub rubrica practica ſuper citationibus car. 4. col. 4. dicit, quòd reus accuſata ſibi
1 contumacia, ſi non † comparet condemnatur, & in vltimo peremptorio datur terminus ad probandum iuxta diſtantiam locorũ, & in termino prædicto ſaltim dicti teſtes iurati examinentur, aliàs de cætero non audiantur niſi iuſta: & rationabilis cauſa interceſſerit, qua moueatur iudex ad concedendum, quòd teſtes citati infra terminum recipiantur ita cauetur *in ritu magnæ curiæ qui incipit in primis detur terminus, ſub rubrica de modo procedendi: & de proceſſibus cauſarum*
2 car. 2. in 4. col. erat † primo iſte terminus arbitrio iudicis ſtatuẽdus iuxta diſtantiam locorum, quod arbitrabatur quantum tempus conſumebat in eundo, & redeundo, vt notatur *in Cõſtitutione Lite legitimè conteſtata: & in Conſtitutione regni exceptiones de exceptioni malef. l. ſiue pars, ff. de iud. c. præterea extra de dilationibus*, quem terminum poteſt iudex breuiare, &
3 cum cauſæ cognitione elongare: vt notatur *in l. 7. ff. de re iud. & gloſ. in conſt. prima de dilat.* dum modo elongentur prima dilatione durante, *l. ſed ſi manente, ff. precario*, etiam partes non poſſunt hoc facere, niſi durante primo termino cum conſenſu iudicis. *l. cerdonem, ff. de oper. liber. & Andreas in Conſtitutione: appellationum tempora*: & quid ſi parum poſt terminum produxit teſtes, & petit examinari, auditur † ex cauſa præſertim, cũ
4 malitioſè hoc non facit *gloſ. in Conſtitutione in pecuniarijs*, ſed quid ſi fuerit datus terminus ad locum, in quo non poteſt iri, niſi per mare, & ſuperuenit

uenit tempestas, & interim labitur terminus, *dicit Angel. in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis caut. vbi adhib. & cautelam Bar. quod currit*, sed non cũ
5 effectu, † quando restituitur, *facit glos. pro hoc in c. cupiẽtes, §. quid si per partes in verbo impedimentum, & in c. comissa in verbo iusto de electio. in 6. l. fin. §. fin. ff. de publicanis*, & nota quod
6 hodie † non fit contestatio litis vt diximus in prima pragmatica, sed vbi fit contestatio litis per principalem, fit per verbum nego, vel confiteor, vbi fit per procuratorem fit per verbum ignoro, ita dicit *Andreas in Constitutione regni quæ incipit dilationes in iudicijs*, &
7 † terminus, qui datur est peremptorius vt dicit *Andreas in Constitutione lite legitimè contestata*, quoniam non audiuntur nisi infra paucos dies re in-
8 tegra, & vbi ius † partis non est factũ deterius, quod tunc intelligetur non factum deterius, vbi non est facta publicatio in causa, nec didicita sunt testificata, vel vbi docuit, quod recusauit iudex examinare, vel stetit per testes aut examinatorem, facta tamen diligentia circa protestationem contra iudicem testes, & examinatorem, & vocatis testibus, & accusata eis contumacia, vt tenet *idem Andr. in Constitutione in pecuniarijs qualiter probabit impedimentum vide Speculatorem in tit. de appell. §. nunc breuiter col. 2. vers. quid ergo appellans*, & quid si terminus est elapsus, & nulla ex partibus fecit aliquid, an possint reintegrari Capicius decis. 92. dicit, quod non, & pendẽte huiusmodi termino actus ali-
9 quis † in præiudicium dicti termini fieri nõ possunt *Aegidius cõclusione 324. & Doctor. in l. quandiu la grande ff. de acquir. hared.* quoniam officium iudicis conquiescit: & actus factus est nullus *Rota decis. 742. in antiquis*, & qua-
10 tuor † termini substantiales sunt in causa, ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta *Rota decis. 34. & 90. in nouis, & decis. 806. in antiquis, & Cassiodorus decis. 2. de rescriptis*, hodie prædicti termini sic relati in Curia seculari, nisi Romæ ob-
11 seruatur, & si forte causa iactantiæ † ventilatur debet prius dari terminus super iactantia, & summariè probata, & deinde termino præfixo ad proponendum iura ipsius, eo elapso imponitur perpetuum silentium, vel declaratur aduersario nullum ius competere, vt colligitur ex notatis per *Innoc. in c. conquerente in 2. glos. de off. ord. in c. lator, qui filij sunt legi. per Bar. & alios in l. diffamari. C. de ing. & manu. & l. mancipiorum, ff. de optio. leg. Rota decis. 305. nota qualiter in antiquis, & Boerius decis. 255. Mazeus de-*
12 *cis. 268.* re † integrantur actus vnico actu, quãdo respectu personæ sunt nulli nouo consensu intercedente, *Mazeus decis. 262. Dec. cons. 549. lib. 4. incipiente requisitis & cons. 661. incipiente In casu, de quo per textum l. 1. C. de contract. iud. s. si eo tempore de rescriptis in 6. & Cassiodor. decis. 8. de rescript.* terminus in causa non fuerit
13 † datus non propterea sententia erit nulla, quoniam potest in causa procedi
14 sine termino, fallit † in causa criminali ita refert *Mazeus in Constit. pacis culeum num. 34. versic. ego semper, habetur per Bart. in l. 1. C. dilat. & per Cyn. Bald. in l. 2. C. eo. tit. Bart. Bald. Angel. in l. fin. ff. de ferijs glos. & text. in l. 1. ff. de fur. & in l. rei, §. si ad diẽ ff. re de nullit. Bart. & Imola in l. custodias, §. 1. ff. de publ. iudic.* & non
1 debet dari nisi petenti facit, textus *Cõstitutionis regni iusticiarij, §. causas sub rubrica qualiter iusticiarij gerere se debeant, licèt in ibi dicto §. causas, Mazeus teneat quod possit* etiam non petenti dari vt iudicium suo ordine
15 peragatur, & si est datus terminus, † & petatur cum protestatione, quod principalis deponat tanquam legalior, & melius sciens veritatem, & differat requisitus deponere terminus nõ curtit, verum melius est quod declaret hoc iudex, vt tenet *Mazeus in Constitione*

Digitized by Google

tutione regni, quæ incipit Iuſticiarij per prouincias in 6. notabili idem eſt ſi opponetur exceptio impertinentium, & quando petit longiorem terminum debet iurare, quod non petit animo differendi, & eo ipſo dicitur calumniosè petijſſe, quando non eſt vſus, & punitur pena in pragmatica hic adiecta, vt tenet *Mazeus in d. Conſtitut. cauſas*, verum Iudex non debet ſtatuere adeò breues terminos, infra quos non ſit ei poſſibile facere ſuas defenſiones, dicitur hic, quod factis reſponſionibus, & ſatisfactis oppoſitionibus hinc inde factis taliter, quod non poſſit tergiuerſari, quin detur terminus, intelligitur ipſo iure datus prouiſione
16 legis: ergo vbi reperirẽtur † factę probationes, & defenſiones non dicerentur ſine termino, etiam quod reperiatur ſtatus ab homine, & per Iudicem qui de cauſa cognoſcit, ſed contrarium eſt verum, quoniam exigitur miniſterium iudicis, ita *Ang. in l. in criminali C. de iur. omnium iudic. & vide ad hoc, Tiraquell. in l. nunquam in verbo reuertetur. C. de reuocand. don. nu.* 120.
17 infra quem † quinta dies manifeſtare tenẽtur partes locą, in quibus habent teſtes, quæ nominatio poteſt fieri in reſponſionibus in articulis, & in qualibet parte proceſſus, vt tenet hic regia pragmatica, & vbi fit nominatio intelligitur ſtatutus terminus quindecim dierum, & ab inde ſupra fiet numeratio miliarium loci, in quo eſt faciendum examen, quantum diſtat à loco iudicij & attributis viginti milliaribus cuilibet diei, vt notatur *in l. 1. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeruetur, & in l. vicena. ff. ſi quis cat.* prorogatur terminus ipſo iure ad rationem quinque datur pro qualibet dieta, & ad ſummam terminus etiam quod nominati loci ſint in remotioribus partibus regni non excedet tres menſes, vt hic niſi iudici videbitur maiorem dilationem eſſe ſtatuẽdam, ex cauſa quo cauſa augebit arbitrio ſuo, & vbi non fuerit facta nominatio intelligatur terminus ſtatutus viginti dierum, & ſic per nominationem efficitur deterioris cõditionis, quoniam in alio releuaretur per prorogationem faciendam vt ſupra, & qui non fuerit vſus nominatione ſoluit pœnam duarum vnciarum, quæ hodie erigitur, & diſtribuitur in pios actus, & pro comuni vtilitate, & aliàs vbi petijt declarari ingenuam, & petit terminum ad probandum malitiosè libertus lex punitur eum pœna exilij, *l. cui neceſſitas, ff. quibus ad liber proclamare non licet.*
18 In ius vocatus: dicitur, quod eſt vocatus per exequutorem, etiam quod non compareat, & reſpondeat, vt tenet *gloſa in l. 1. ff. de in ius vocan. vbi Baldus* tenet, quod per ſolam citationem proceſſus dicitur inchoatus: ſed non comparente actore non intelligitur inchoatus, hinc dicitur, quod per ſolam libelli oblationem Iudici factã, antequam partis citetur, non dicitur proceſſus inchoatus, & in appellatione non dicitur procedere, quod ſolũ obtulit libellum appellationis, vt tenet *gloſa in l. Titius, ff. de excuſ. tut.* & poteſt proceſſus inchoatus ſine citatione, quando pars in iudicio reperitur præſens, vel vocatus, vt notatur *in l. de vnoquoque, ff. de re iud. l. etiam §. fin. ff. de min.* & an præſens teneatur reſponderi, quando habet priuilegium fori *vide Fel. in cap. 1. in 7. col. in verſ. etiam quod præſens. de iudic.*
19 † & præſumitur citatus eo ipſo, quod comparuit, vt notat *Archidiac. 8. 2. diſtinct. cap. poſtulaſti*, & ſi apparet de relatione nuntij, an præſumatur facta de commiſſione Iudicis, vide *Cyn.*
20 *in l. neminem, C. de exhib. reis*, & an †. & quando præſumatur per proceſſum ad finem, vt non ſit ſententia nulla, die, aut ſententia eſt lata contra abſentem, & tunc ſi in ſententia non fit mentio de actis in proceſſu factis, non præſumitur per proceſſum, at ſit mentio de actis, & tunc ſecus, & ex hoc inoleuit pragmatica, fieri mentionem per illa verba viſa citatione &c. ac viſis

Digitized by Google

fis videndis &c. aut profertur sententia contra præsentem reclamantem, vel non reclamantem, & tunc præsumitur per processum, nisi negatiua probetur, ideſt, nisi ille, qui negauerit probauit negatiuam suam: ideſt illos actus negatos non interueniſſe, aut contra prẽsentem, & consentientem, & tunc nec debet admitti negatiua, ita dicit *Bald. in l. vel quod in ius voc.*

21 & quomodo procedatur † contra vnitatem, dicit *gloſa*, quod sufficit formari libellum, contra sindicum, *in l. sed sic hanc, §. quod manumitto, ff. de in ius vocand. & Bald. in Authent. sed cum testator in col. 1. in fin. C. ad l. falcid. & in cap. 1. in verſ. an vniuerſitas de milit. & vaxall. qui contu-*

22 *max eſt*, & † an loquatur in reo neceſſario, qui vocatus in iudicio neceſſe habet comparere, ne fiat contumax non in voluntario contradictore qui non nominatus comparet, nam reus neceſſarius firmauit perſonam suam in iudicio, eo ipſo, quod fuit vocatus maximè cum litteræ citatoriæ non transeant audientiam, & non recipiant contradictionem, nisi contra quem impetrantem obijciat, contra impetrata, & tertia perſona non poteſt excipere, nisi litteræ ad eum extendant, vt notat *Speculat. de reſcript. §. ratio eſt formæ, verſ. item citatione, & Bald. in l. libertus, ff. de in ius voc.*

23 vtrum † filius familias habeat perſonam legitimam, quãdo comparet pro alio, dicit *Bald. in l. quæſitum, ff. de in ius vocand. quod ſic, & Scribentes in l. fin. §. neceſſitate, C. de iur. delib. & in l. filius familias, §. ipſe quoque, ff. de procurat. Bart. in l. miles ff. de caſtren. pecul. & Guido Papa quæſt. 54. & Io: Breſſan. in art. 7. ſuper Conſuetudinibus Auerr.* vbi latius de filio familias, quando poſſit in iudicio adeſſe, &

24 vtrum † actor poſſit reconuentionem facere reconuentionis factæ per reum dic, quod non, vt tenet gloſa ordinaria *in l. cum Papinianus, & in Auth. conſequenter C. de ſentent. & interloquut. & ſequitur Bald. in l. illud, ff. quod quiſque iur. & Veronenſ. in cap. 24. de ſeruit. vrb. prad.* & quod ſi impetrauit reus conuentus per nominationem in locis remotis maiorem dilationem, ſi

25 renunciat † vſui huiuſmodi beneficij, num admittatur, dic quod non, quia vti poſuit, vt tenet gloſa *in l. ſi quis, §. ſed ſi impetrauit, ff. quod quiſq. iur.* & poſt eam *Bald.* niſi renunciet antequã nominatio fuerit notificata parti, vt notat *Felyn. in cap. cum cæterum col. 8. in verſ. valet proceſſus, extra de reſcriptis*, quia poſt notificationem actus eſt conſumatus, & ius aduerſario quæſitum, vt tenet *Bald. in d. l. ſi quis, §. ſi quis iniquum*, & vbi præceſſit mandatum partis, quod nominaret procurator poteſt recuperari pœnam nominationis à parte, quia pars non poſſet obijcere procuratori culpam cum ipſe ſit auctor, & cauſa *l. cum in fundo, ff. de iur. don. & Bald. in d. l. ſi quis, §. ſi procurator*, & hodie eſt *nouella pragmatica* qua cauetur, quod renunciatio fiat eadem die, vel die ſequenti ad plus, ita fuit deciſum per Sacrum Conſiliũ die 1. Decembris 1557 & mandatum eſt hodie per Regem obſeruari.

Aduerte tu procurator in tribunalibus, quibus conſueuit pœna exigi nõ facere nominationem, niſi de mandato partis, nec petere beneficia, & repulſam modo aliquo, equidem conſueui habere in actis, vt plurimum cautionem indemnitatis, non ſolùm mandatum prædictum nominationes non recipiunt, niſi fiant per procuratorem.

An probationes valeant non data dilatione, *Bart. in l. fin. ff. de pœn.* quod ſic, *& notatur in cap. coram, extra de in integr. reſt. ſequitur Io: de Lignarijs in cap. intelleximus in fine de adult.*

Reus non tenetur reſpondere, niſi

26 citatio, ſeu petitio contineat cauſam, *cap. fin. de libelli oblatio. cap. peruenit de cenſ. Bart. in l. ſi in rem, ff. de rei vend.* & perinde eſt neceſſaria cauſæ expreſ-

Digitized by Google

expreſſio, vt in promiſſione, quæ facta ſine cauſa non tenet, *l. 1. §. circa, ff. de dol. except.* idem de confeſſione ſine cauſa, *l. generaliter eod. de non numer. pecun.* quoniam ſicut pretium in emptione, *l. empti C. de contrab. empt.* maxime cum citatio debeat eſſe certa, *cap. paſtoralis extra de off. deleg.* & vbi non eſt libellata, & cum cauſa dicitur incerta, *l. filius famil. §. diuus, ff. de leg. 1.* & libellus ſine cauſa non procedit, *l. 1. ff. de edend. l. ſi in multis, C. de annali except.*

27 An iudicium procedat ſine termino, ita quod intelligatur ipſo iure datus, dic quod in cauſa Magnifici Aſcanij de Palmerio cũ Magnifico D. Diomedes de Spes, facta relatione in collaterali conſilio corã Illuſtriſs. D. Prorege fuit prouiſum, referente exiſtente D. Villano, quod detur terminus, & ſic proceſſit, & eſt iuris.

Io: Franciſcus Scaglionus V.I.D.

ADDITIO

AD hanc Pragmaticam, vide Campag. in cap. poſt commiſſum nu. 12. Marcell. Calà de modo articulandi gloſ. 3. §. 1. n. 34. in fin. Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. p. 4. gloſ. ſuſpectorum nu. 16. vbi citant hanc pragmaticam, & præſertim ibi Muſcat. hanc materiam nominationis faciendæ intra Regnum qualiter, & quomodo in praxi verſetur, vltra Scaglion. in ritu 69. nu. 5. & 6. citantem hanc eandem pragm. Iul. Cæſ. Gallup. in prax. S.C. p. 2. c. 24

Et de nominationibus faciendis extra Regnũ extat pragm. 3. de dilation. & latiſſimè idem Muſcatell. vbi ſupra à num. 32. ad finem.

Et de vtriſque nominationibus faciendis intra Regnum, & extra loquitur pragmatica prima de procurat. §. facientes autem, vbi omnia concernentia materiam iſtam nominationis declarantur, limitantur, & ampliantur, ad quod notandum erit, quod nominatio teſtiũ, quæ ſit extra Regnum iuxtam iſtam pragmaticam non admittitur, niſi nominatio fuerit edita cum nominibus teſtium. Alberic. in ritu 30. Curiæ Archiep. Neap. num. 1. & ijs adde, quod nominatio teſtium extra Regnũ, quamuis fieri poſſit facto depoſito per allegantem, ob quod ex communi practica ad euitandum depoſitum efficitur extra Regnũ, aſſerens ea velle gaudere, ac ſi eſſet facta in vltimis partibus Regni, quid ſi non fuiſſent teſtes ſpecificè nominati, nec partes vltimæ in Regno ſpecificatæ, an ſint admittendæ, deciſum fuit negatiuæ apud Franc. dec. 57. cum alijs relatis per nos in prima parte noſtri Compendij, verbo Nominatio *la prima* præterea, an nominatio teſtium facta in cauſa importante ſummas ducatorũ quatuor mille ſit admittenda, deciſum retuli in 2. p. noſtri Compẽdij: verbo Nominatio teſtiũ, negatiuè.

Ibi terminus ad probandum, vide Afflict. in Conſtitut. lite legitimè ſub num. 27. notab. 16. latè Muſcatell. in eadem praxi lib. 1. par. 5. gloſ. defendendum per totum. Tartagl. in praxi ciuili cap. 4. in 1. qui num. 10. cum ſeq. hanc eandem materiam nominationis teſtium proſequitur, & circa hoc notandum duxi, an nominatio teſtium per nomina, & cognomina ſpecificè fieri debeat infra quinque dies poſt datum terminum in cauſa, tùm ex iure Regni, diſpoſitione, ſeù ſtilo, ac etiam attenta nouella prag. Comitis Lemenſium 28. capitum c. 9. deciſum fuit per S. C. non eſſe admittendam nominationem factam in decreto, quod terminus datus currat, vt retuli in eadem prima parte noſtri Compendij, verbo nominatio teſtium, inſuper an erit admittenda nominatio teſtium in partibus, ſi non fuerit facta in termino principaliter conceſſo, ſed poſt lapſum ipſius, quando fuit dictum, vt teſtes citati in termino valeant infra otto dies examinari, in quo termino alia nominatio fieri poterat, & aliqui ipſorum degentes in partibus examinantium poterant infra d. terminum deciſum fuit negatiuè, vt retuli in 3. par. noſtri Compendij verbo nominatio, item nominatio teſtium facta in termino conceſſo ad impugnandum ſcripturas concedi, an debeat deciſum retuli negatiuè in eadem par. 3. eod. verbo Nominatio, vlterius nominatio facta in termino prorogato, an erit admittenda, ſi non fuerit facta in primo termino infra quinque dies iuxta formam alterius nouellæ pragmaticæ deciſum retuli affirmatiuè in eadem par. 3. eod. verbo, præterea nominatio teſtium, an erit concedenda ſi fuerit facta extra Regnum ſuper exceptione declinatoria fori deciſum, etiam retuli in eadem 3. par. eo. verbo negatiuè, adde Franc. dec. 628.

Ibi, quod ſi fortè vide Carau. in ritu 140. nu. 4.

Ibi, nec poſſunt vide Marant. in ſpecul. par. 6. tit. de dilation. num. 4.

Ibi trium menſium vide Vrſil. dec. 124. num. 3. & 4. vbi dat cautelam conuincendi eos, qui cauſa calumniæ, & dilationis facit nominationem extra Regnum.

Io: Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Quando defenſiones, & probationes concedi debent.*

3 *Eo ipſo, quod quis non probat, præſumitur calumniator.*

4 *Quando non habet iuſtam cauſam litigandi.*

5 *Dicitur temerarius litigator.*

6 *Rubrica articulorum, quomodo fit.*

Arti-

Digitized by Google

7 *Articuli positiones diuersas nominationibus nuncupantur.*
8 *Quando positiones sunt simplices, quãdo captiosæ.*
9 *Positiones assertiuæ, & affirmatiuæ.*
10 *Aduocatus, qui dicitur clientulum ponere falsum.*
13 *Quid debent continere positiones.*
14 *Citatus ad deponendum super positionibus.*
15 *Positio impertinens, quando dicatur*
16 *Quando debet respondere positionibus.*
17 *An debent dari copia, parti positiones.*
18 *Per quot verbum deponere debeat.*
19 *Scire quod dicitur.*
20 *Neganti positionem, qua pœna afficitur.* 21.23.
22 *Negans vtrum possit pœnitere.*
24 *Si præterit dies dilationis, vtrum alia concedatur, & de impedimentis dilationum.*
25 *Causa modica, quæ dicatur, & vtrum appellatur à decreto modicæ quæstis.*

Quinta die dilationum prædictarum vtraque pars positiones, siue articulos producere teneatur, quæ positiones sint simplices, & non captiosæ, factum, & non ius continentes: quibus infra tres dies sine præsentia procuratoris, vel aduocati debeant partes ipsæ vicissim, & sine temporis interuallo, respondere, per verbum credit, vel non credit, de quibus positionibus, & responsionibus infra duos dies cõtinuos, à die responsionis copia dari debeat, vt cognoscat, in quibus partes ipsę, vel altera ex eis ab onere probandi fuerint releuatæ, possintque partes ipsæ, vel altera ex eis intra alios tres dies, post dictam copiam datam continuò sequentes peremptoriè alias positiones, vel articulos producere, quibus quarta die sequenti post dictas positiones productas, vt supra respondere debeat, de quibus secundis responsionibus, & positionibus infra duos dies immediatè sequentes, similiter copia partibus detur, qui dies ad respondendum, & copiam accipiendũ partibus cucurrisse non intelligatur, cum non conueniat dilationem ante responsionem positionibus factam currere.

Declarantes partem negantem calumniosè factum proprium, matrimonium, filiationem, consanguinitatem, affinitatem, vel notariorum de quibus verisimiliter notitiã habere posset, si de eis per probationem constitit condemnari debere, pro qualibet positione negata, & probata ad pœnam arbitrio iudicis moderandam, personarumq; qualitate considerata, quam pœnam in sentẽtia, iudex declarare debeat, pro quibus pœnis partes habere regressum possint, contra procuratores, & aduocatos eorum, si probauerint eorum consilio talem negationem fecisse, & intelligatur eorum consilio negasse, qui præsentes fuerint (contra prohibitionem præsentis Constitution s) responsionibus prædictis, & omnis positio, cui non fuerit responsum simpliciter per verbum credit, vel non credit, ipso iure pro confessata habeatur, pœnam verò supradictam positionum vt supra negatarum euitare possint partes, si infra tres dies post negationẽ eam reuocauerint, & per cõfessionem se purgauerint.

De posi-

Digitized by Google

De poſitionibus articulis, & reſponſionibus ſuper eis.



N omnibus cauſis, vbi certatur de aliqua re, ſiue propter quicquam aliud, in quo neceſſitas probationis incumbit † lex ſtatuit non aliter probationes huiuſmodi eſſe præſtandas, niſi prius, quod eas expoſcit iuramẽtum de calumnia pręſtauerit, quod non propoſuit cauſa differendi huiuſmodi allegationes. *l.* 1. *C. de iur. propter calum. & Io: Faber inſt. de pœn. temer. litig. num.* 4. *verſ. in gloſa nota diligenter, & Specul. in §. nunc dicamus de iur. calum.* vbi dicit, quòd actor, & reus iurabant, non petere dilationem probatoriam animo differendi, † & idcirco eo ipſo, quod non probabat præſumebatur calumniator, & puniebatur in expenſis. *l. non ignorat, C. de fruct. & lit. exp. & gloſ. in verbo calumniantium, in proemio inſtit.* quam ſequuntur omnes Doctores. *Bal. in d. l. non ignorat, & l.* 1. *C. de aduocatis diuerſo iudic.* vbi † enumerat cauſas propter quas, quis non habebat iuſtam cauſam litigandi, & inter alias dicit, quod non ſufficit fama, non vnus teſtis, item in *l. Atlatas §. calumniator. ff. de bis, qui not. inf.* ſequitur idem *Bart. in d. §. calumniator. & in l.* 1. *§. calumniator. ff. ad Turpilli. facit textus in l.* 2. *& l.* 3. *C. de calũniat.* ergò in caſu noſtro, vbi ille qui nominat teſtes, & non vtitur nominatione, vel vtitur, & nihil probat fortè, quia id fecit animo fruſtrandi actorem, tamquam temerator, & calumniator, vltra pœnam expenſarum ſubſtinet hanc pœnam Regiæ Pragmaticæ, & † quis dicatur temerarius; & quis calumniator, & ad quas expenſas tenetur, vide *Bal. in l. ſancimus C. de iud. & Bar. in l. eum quem temere ff. de iudic.* poterat enim Iudex has calumnias reſecare, olim comminatione alicuius pœnę. *l. ius alimentorum verſ. prius tamen ff. vbi pupilli edu. deb. l. ſi quis dicat ff. de manumiſſ. ibi ſub eadem nunciatione* idem cauetur *in cap. ſtatutum §. fin. de reſcriptis in* 6. *& in cap. conſtitutus extra de fide inſt. vbi Imola col.* 4. *verſ. in ea gloſa ibi* vel fortè ad tollendam malitiam litigantium comminatione pœnæ, prout hic in Regia Pragmatica cauetur cominando pœnam in eum, qui non fuerit vſus dilatione prorogata ipſo iure per nominationem, & non ab re, quoniam † non temere eſſet facienda nominatio, non temere euocandi teſtes *l.* 3. *§. fin. ff. de teſt. & ſtatur arbitrio iudicantis cap. olim el pri. extra de priuileg.* ſecus in criminalibus, quoniã reus poteſt examinare teſtes, donec durat inſtantia. *Bar. in l. crimen ff. de adult.* & quoniam hic dicitur *quinta die dilationum prædictarum vtraque pars poſitiones, ſiue articulos producere teneatur,* & hinc conſueuit rubrica opponi in articulis † infraſcripta iura exceptiones Summariæ offeruntur, & non ſine miniſterio; quia partes primò tenebantur infra terminum à Iudice ſtatuendum proponere, & præſentare eorum iura *l.* 1. *ff. de iur. delib.* ibi cum *dicit tempus, nec adijcit diem ſine dubio, oſtendit in ius dicentis poteſtate, quem diem præſtituat, & per Conſtitutionem Regni* fuit præfixus breuior terminus, ſcilicet duorum dierum ad producendum articulos, quod hic corrigitur; vide *Conſtitutione quæ incipit Lite legitimè conteſtata ſub rubrica de proceſſu iudicij*, qui articuli, & † poſitiones reſpectu perſonarum diuerſis nominibus fuerant nuncupati, nam ex parte actoris dicuntur intentiones, ex parte conuenti defenſiones exceptiones. *l. ſi quidem C. de except. l. defenſiones ff. de probationib.* & alibi nuncupantur capitula. *l. per hãc C. de temp. appellat l.* 1. *ff. de re milit. l. generaliter §. ſi autem bis de reb. credit.* & aliquando aſſertiones. *l. ei qui ff. de probat. l. in offerendis C. de appellat.* & in Regno articuli, & de hoc vide latius

Digitized by Google

tius *gloſam noſtram in verbo proponant dictæ Conſtitutionis lite legitimè conteſtata*; ſed hodie neutrum obſeruatur, quoniam ſufficit, quod præſententur infra terminum ſtatutum à Iudice, quæ poſitiones ſint ſimplices,
8 & non captiosè factum, & non ius cõtinentes, poſitio eſt breuis verborum formula mentem proponentis continens ad veritatem eliciendam concepta, & hoc verbum habuit ortum non ſolum ex vſu, & conſuetudine curialium, vt dicit *Bartol. in l. 1. §. obſeruari num. 18. & 19. C. de iur. iur. propter calumn.* ſed ex antiqua *lege l. Offidius §. ex diuerſo ff. de leg. 3.* ibi pone igitur in credito fiunt autem poſitiones, vt per confeſſionem aduerſarij releuetur ponens ab onere probandi dixerunt po-
9 ſitiones ab interrogationibus, † quoniam poſitiones fiunt aſſertiuæ, illæ interrogatiuæ, & illæ fiunt à parte, videlicet poſitiones, interrogationes à Iudice, poſitionibus debent principales non aduocati reſpõdere, quoniam aduocati volentes repelluntur, & ad-
10 uocatus, qui docuit † cliẽtulum dicere falſum tenetur reſarcire omnia damna, quæ protulit tàm ratione ſumptus, quàm ratione admiſſionis cauſæ, vnde male faciunt aduocati, qui dicunt eorum clientulis, ſi tu confiteris cauſam
11 perdes, & forma † ipſarum eſt pono: quod Petrus eſt filius talis articulus, item talis intendit probare, &c. Et iſtę poſitiones debent fieri ſuper contentis in libello ad intentionem fundan-
12 dã ex parte, tamen rei † ad extenuandam intentionem actoris, & debent continere factum conuenti, & non
13 alterius, & non ſunt † offerendæ in ſcriptis Iudici, vt videat; an ſint pertinentes, vel impertinentes, vel impoſſibiles captioſæ negatiuæ contrariæ ius non factum continentes, & earum effectus erit, quod qui ponit confitetur; & dicuntur negatiuæ explicitè, vel implicitè negatiuæ explicite, quæ continent negationem, videlicet pono; quod Titius non cognouit bertam implicitè, quæ continent negationem implicitam pono, quod quatuor tantum Canonici elegerunt talem in Canonicum, & ſic negatur per conſequẽs alios interfuiſſe *gloſa* eſt ſingularis prima, & ſecunda in *cap. 1. de confeſſis in*
14 *6. citatus* † *per Nuncium de ordine Iudicis*, quod compareat ad reſpondendum ſuper poſitionibus non eſt habẽdus pro confeſſo *gloſ. in cap. 2. de confeſſ. in 6. in verbo iuſſuſq;* ſed requiritur interrogatio Iudicis, dicitur poſi-
15 tio ſuperflua † impertinens, quando probata non releuat, vel obſcura intricata generalis; quando cõtinet factum obſcurum implicitum dicitur captioſa: quando aliquis iurauit non habere aliquid, & deinde fit poſitio ſuper hoc per quod detegeretur, & incurrat periurium, vel quando ponit aliquid, quid alterutrum eſt falſum, item poſitio iuris quando dicit pono, quod impubes poteſt condere teſtamentum, & ſic hæ poſitiones non dicuntur ſimplices, ſed multiplices, quia ſub eorum ſermone continent diuerſa ad hæc facit *gloſ. ſingularis in d. cap. 2. in verbo rationabili cauſa*, alia ſuper hijs ponit *Bar. in d. §. obſeruari, quæ hic non refero*, & an poſſit cogi principalis ad deponendum, vide *Bald. in l. in cauſæ ff. de*
16 *procur.* quibus † infra tres dies reſpondere debent principales abſque præſentia aduocati, vt dixi ſupra, viciſſim primò actor poſitionibus rei, & reus poſitionibus actoris ſine temporis interuallo, ſcilicet alio, præter quam ſtatutum à Iudice, & deinde examinatis
17 principalibus, debet † dari copia depoſitionum prædictarum, partibus petentibus, vt agnoſcant, in quibus releuantur per prædictas depoſitiones, infra terminum ſtatutum à Pragmatica poſſunt deliberare, & facere ſi voluerint alias poſitiones; & petere; q cogatur aduerſarius ipſius reſpondere
18 per † verbum credo, vt ſupra, & quoniam huiuſmodi ſubtilitates, vt præmittuntur non obſeruantur ſemper, ſed proceditur ſecundum quod cauſa

Digitized by Google

expoſcerit, non inſiſti, & vbi partes negauerint factum proprium: videlicet matrimonium filiationem conſanguinitatem, affinitatem notariarum, vel quid ſimile, de quo veriſimiliter habere notitiam poſſunt, ſi conuinciuntur per teſtes, ponuntur pæna pro qualibet poſitione negata arbitrio Iudicis, ſtatuenda, & moderanda, conſiderata qualitate perſonarum, ad quarum expoſitionem, eſt ſciẽdum vtrum requiratur ſcientia vera, vel præſumpta ad hunc finem, die quod non dici-
19 tur ſcire † niſi, qui certudinaliter ſcit. *l. manifeſtiſſimi §. ſint autem C. de fur.* neſciens, & dubitans aliquando dicitur ſcire per vehementem opinionem cõſonantem ſubſtantiæ veritatis, vt notatur in *l. cum quidam §. quod dicitur ff. de acquirend. hæred.* quæ vehemens opinio naſcitur, ex immediatis inditijs *l. Octau. ff. vnd. cogni. l. dolum C. de dol. l. milites §. oportet C. de quæſt.* & per locum à cõmuniter accidentibus. *l. neq; natales C. de probat. hoc idem* in eodem dicendum eſt, qui ſcire potuit, & debuit *l. quod te ff. ſi certum petatur, & not. in l. penul. C. de perie. tuto.* idem in eo, qui refugit, ac recuſat ſcire, quoniam habetur pro ſciente. *l. Fulcinus §. quid ſit latitare ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* hijs præmiſſis in negante
20 † ſunt proditæ diuerſæ pœnæ, quoniã contra negantem conuictum transfertur onus probandi. *l. cum de indebito ff. de probat.* quandoque transfertur poſſeſſio ad petitorem *l. penul. & fin. ff. de rei vend.* quandoq; duplicatur, quod petitur, vt in petitione legati ad pias cauſas in *l. aquilia §. ſequens illa diuiſio in fine inſtit. de actio*, quandoque amittit falcidiam. *l. hæreditatum §. fin. ff. ad l. falcid.* quandoq; priuatur feudo *ſi de feud. fuer. controuer. cap. vaxallus*, quandoq; duplum ſoluit. *l. contra, qui propriam C. de non num. pecun.* id quod
21 † dicitur in toto cenſetur in parte ne pœna, excedat ſuos fines. *l. reſcriptum. l. Paulus ff. de hijs, qnibus indign.* & ſic ſi negauit partem, pars illa duplatur, vel reſpectu illius partis multarũ, & in aduocato tacente, quando principalis ipſius negat, hic deciditur: quod tenetur aduocatus, licet aliud ſit ne-
22 gare, quam tacere, & vtrum † negans poſſit penitere, & vſque ad quod tempus die, quod ſic de iure communi donec conuinciatur, reſpectu pœnæ, & ſi conuictus voluerit penitere ante ſententiam debet reficere omnia damna, expenſas, & intereſſe, niſi habuerit iuſtam cauſam negandi, & ceſſat dolus, & culpa, vbi in cauſis, in quibus proceditur per litis conteſtationem; reſpondit dubito, vel non credo poteſt procedi ad dationem termini. *Bal. in d. cap. vaxallus*, alia pœna eſt conſtituta per *Conſtitutionem Regni*, ſcilicet tertia pars rei extimandæ, *quæ incipit Regiæ Maieſtatis* prudẽtia dicitur, quod
23 in pœna eſt attendenda † qualitas perſonarum. *l. illicitas §. præſes ff. de offic. præſ.* & in hoc debet audiri fiſcus, etiã in moderatione: vt tenet *Boerius deciſ. 349. in 2. par.* & in hoc deterioris conditionis eſt nobilis plebeio, vt tenet *Bar. in d. §. præſes.* & vbi partes pœnam exoluerint, poterunt habere recurſum contra eorum procuratores, & aduocatos. *l. properandum l. final. C. de iudic.* vbi *Bald. Bartol. & cæteri dicunt*, quod principales poſſunt repetere expenſas, & intereſſe reſpectu negligentiæ, & per emptionis inſtantiæ à curatoribus tutoribus, & procuratoribus eorum, & quoniam dixi, de pœnitentia, ſupra hic corrigitur ius commune, & non admittitur pœnitentia, niſi infra tres dies renocauerit, & confitebitur.

Et quoniam hic dicitur de poſitionibus, & articulis, & alijs, vt in corpo-
24 re dicti ritus † ſi præterit dies producendi teſtes, vtrum procedatur alia dilatio, & quia in Regno quælibet dilatio eſt peremptoria, & ſic etiam obſeruatur in Auernia, & Regno Franciæ, vt in ordinationibus nouis num. 32. & 33. eſt videndum quomodo poſſumus practicare ius commune, quando interceſſit impedimentum legitimum infra dilatio-

lationem, vt sicuti antiquitus ex causa concedebatur secunda, tertia, & postremo quarta dilatio, ita & hodie istæ dilationes prorogari possint, vt notant *Panormitanus*, & *Innocentius in cap. in causis de restit. & in cap. vltra tertiam eod. tit. & Bar. in §. quoniam verò in Authentico de rest. & Bald. & Salicetus in Authentico, qui semel C. quomodo, & quando Iudex*, dic quod vbi constaret de diligentia partium, & impedimento legitimo, quod habilitatur ad examinandum, vt tenet *Panormitanus in cap licet de probatio.* & quod istæ dilationes sint peremptoriæ, tenet *Bar. in l. si finita §. Iulianus ff. de damn. infect. & Panormitanus in cap. expositi de dilatio.* & tunc constito legitimè de impedimento reintegratur. *Bart. in l. fin. ff. de feriis, & Speculator in tit. de dilatione §. 1. versic. sed ecce*, & vtrum habeat locum in modicis causis, & quę dicantur modicæ causæ, dic quod modicæ causæ dicuntur inspecta qualitate personæ, & hoc committitur arbitrio Iudicis, vt notatur in *Authentica, nisi breues C. de sent. ex peric. recit*, quæ possunt tractari sine scriptura, vt dicit *Bar in l. iubemus C. de sacros. Eccl. Idem Bar. in l. imperium ff. de iurisd. omn. iud. Innoc. in cap. de appellat. extra de appel.* 25 *lat. vbi gloss. dicitur*, † causam modicam esse duorum aureorum, pro quibus non datur actio de dolo. *l. si oleum ff. de dolo cap. anteriorum 2. quæst. 6.* vel modica dicitur, cuius sumptus excedat capitale *Bart. in l. mediterranea diramonis, & in 6. & in l. 2. de defensor. Ciuit.* & potest in ijs Summariæ procedi *Clemẽt. dispendiosam de iudic. & Zabarellus in clement. sæpè de verbor. signific. & Panormitanus in cap super extra de apppellat.* Verum in istis modicis potest appellari, quoniam appellatio non est fundata super quantitate grauaminis, sed super in iustitiæ iniquitate, vbi de iure canonico ab omni grauamine illato per modum interloquutorie, vel diffinitiuè potest appellari *cap. vt debitus honor de appellationibus. Maxue rius in sua practica in tit. de dilationibus.* Iaus Deo.

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

AFflict. in Const. in pecuniarijs sub num. 23. allegat istam pragmaticam, quoad præsentationem positionum, vt infra dies quinque præsentari debeant, assequitur Tartagl. in sua praxi ciuili cap. 4. nu. 6. vbi post citationem istius pragmaticæ, prosequitur praxim de hoc vltra Carau. in ritu 79. latissimè Muscat. in praxi S. C. lib. 2. par. 5. glos. legaliores, vbi omnia pertinentia ad hanc materiam declarat, & circa hoc notandum erit, quod ista petitio producitur lite cõtestata, tàm ab actore, quàm à reo. idẽ Muscat. ea. praxi lib 1. glos. condemnando num. 20.

Quantum verò pertinet ad materiam positionum, quando eis erit respondendum, vel non vt si sint petitiones iuris, vel facti plura cumulauit. Nicol. Caluol. in sua praxi iudiciar. 9. petitiones concluſ. 2. & plures etiam quæstiones pertinentes ad materiam positionũ recollexit. Io: Baptista Schuart. in suo processu iudic. lib. 2. cap. 40. cum seqq. plura alia cumulauit Andr. Gail. Pract obseruat. libr. 1. obseruat. 82. potissimum quando eis non erit respondendum Misinger. singul. Obseruat. Cent. 5. obseru. 54. & 88. cent. 2. obser. 55. cent. 4. obseruat. 50. cent. 1. obseru. 86. obseru. 81. cent. 6. plenius Hector de Guido in tract. de viribus confes. iudic. par. 5. cap. 2. per totum, præsertim num. 62. cum sequen. Iul. Cæsar. Gallup. vt infra nu. 33. & seq. & quia de positionibus captiosis hic mentio fit, quæ nam ipsæ dicantur, tradit Caluol. vbi supra num. 17. vbi num. 16. asserit non esse illis respondendum Hector de Guido vbi sup. nu. 68.

Verum, quia positionibus respõdere tenemur, vt inquit Alcibaid. Lucarin. Obseruat. pract. lib. 3. Academia 1. num. 1. vbi etiam refert, quibus non erit respondendum.

Idcircò cum in hac pragmatica respõsio citatur, vt fieri debeat per verbum credo, & non credo, prout in hoc Regno practicatur, ità Marant. iu eius specul par. 6. tit. de positionibus num. 14. & Muscatell. in d. praxi loco citato num. 3. nouissimè Iul. Cæs. Gallup. in sua praxi S. C. par. 2. cap. 1. num. 5. & ità communiter in omnibus Tribunalibus Regni seruari cernimus, & primò Romæ testatur, Veltr. in eius praxi. lib. 5. cap. 14. item in Camera Imperiali Andr. Gail. vbi sura, quem sequẽdo citat. Cristoph. Schuan. mand. in processu Camerali lib. 1. cap. 43. num. 17. in Curia Grationopolitana Guido Papa dec. 334. in cons. Flandiæ, & Melchilinæ Iodoc. in praxi ciuili c. 154. nu. 32. Placentiæ Rocca in tract. practicab. quæst. lib. 4 rubrica de positionib. & articul. vers. respõsio autem Mantuæ Surd. decis. 17. vbi plura ad hoc item Perusiæ Ludouic. dec. perus. 8. vbi multa Vmbriæ Caluol. vbi supra concluſ. 2. nu. 1. apud Germanos Io: Ferrar. in processu iudic. lib. 2.

Digitized by Google

cap.3.verſ. vbi mouendi, ex quo tale verbũ Credo in principale denotat confeſſionem, ita Farinac. deciſ. crimin. 282. num. 1. Hector Guido in tract. de confeſſ.par.1.cap.12. num.4. licet non ſit vera confeſſio, ſed relevatio ab onere probandi, Muſcat. ibi nu.8.

Formam reſpondendi per verbum Credit in criminalibus non admictunt Doct. vt refert Affl. in Conſt.partes in iudicio num.7.& ibi plures examinat quæſtiones pertinentes ad iſtam materiam, ſimiliter neque in recognitione apocarum fieri poterit huius modi, prout deciſum retuli in 3. par. noſtri compendij verbo recognitio apocæ, nam confitenti per verbum Credo, non poteſt fieri præceptum de ſoluendo, idem Guido eod. tract. loco citato num. 6. quid autem intereſt deponente,quod credit contentainarticulis eſſe vera, quia vidit, & interfuit, valet eius teſtimonium, Petrus de Toleto in dicto 90.ex Caſtr.& Soccin.firmat valere.

Ibi infra duos dies vide Bernar. Pand. de præſent. inſtrum.par.4.declar.13.nu.95.Marant. in ſpecul.par.6.tit.de poſit.ſeù articul. product.num.5.Muſcat.d.lib.par.5.gloſ.legaliores, & circa iſtam materiam præſentationis poſitionum,quando fieri debeant ex iuris diſpoſitione,tradit Caluol. vbi ſupra concluſ. 1.& talis petitio ,producitur lite cõteſtata,tàm ab actore, quàm à reo, latè Muſcat. d. lib. 1. gloſ. contemnere num. 20. & fieri debet ab vtriſque Gallup.vbi ſup.num.8.9. & 10.

Ibi copia dari debet, &c. ſed non ante depoſitionem Afflict.in Conſtitut.ſtante in iudicio Marant.ibi ſupra nnm.9.latè Carau.in d.ritu 79.num 21.Scaccia de iudicijs cap.10.nu. 13. Muſcatell. d.praxi lib.1.par.5.gloſ. impertinentes num.73.

Ibi de quibus ſecundis, hic notandum, quod principalis ſemel interrogatus ſuper poſitionibus,ex cauſa poteſt iterum interrogari. Anna ſing 407.principalis Surd.dec.17.num. 8.& ſuper articulis reſpondere tenetur ſuper quibus teſtes examinantur.Carau.in ritu 80. vbi citat iſtam pragmaticam, & an per viam interrogationis, vel poſitionum, idem in ritu 93. num.4.

Declarãtes hic de tribus erit agnoſcendum, & primò denegante calumniosè,vel fiat ab ipſo principale,& locũ haberet pæna hic mentionata iuxta praxim traditã ab Afflict. in Cõſt. partes in iudicio ſub num. 4. & habetur pro confeſſo, vt refert Muſcatell. in praxi S. C. lib.1.par.5.gloſ. legaliores num. 18.

Sed ſi de conſilio Aduocatorum, ſeù procuratorum negatio ipſius principalis proceſſerit, & tunc ſi benè promiſſum ſit, principali poſſe examinari ſuper poſitionibus cum cõſilio aduocati, vel procuratoris, prout erat obſeruantia in Curia Vicarij Regni. Lucas de Penna in l.in ſacris 3.colum.5.C. de proximis ſacroſ.Scrin.Afflic. in Conſt. aduocatos Carau.in ritu 79.num.3. & 4. & tunc reſpectu principalis, ipſo iure pro confeſſata habentur,vt hic dicitur in pragmatica.

Et reſpectu ipſorum aduocatorum, & procuratorum conſulentium proceditur ad exactionem penæ hic expreſſæ vt quoque ſectatur Tartagl. in eius praxi ciuil.cap.4.num.8. & ſecundum ius commune alia pęna ipſi plectuntur, quando inſtruunt clientes, qualiter reſpondere debeant poſitionibus, vt inquit Cepoll.in cautela quinta in fine; licet hodie prohibetur deponere principali in præſentia procuratoris,vt inquit in l. Cæſ. Gallup. in eius praxi S.C.par.2.cap.19.nu.24.& 25.

Aliquando verò ipſi principales deponere tenuerint, & tunc præmiſſis omnibus citationibus, vt veniant ad deponendum alias pro confeſſo haberi debeant, iuxta praxim proditam ab Afflict. in Conſt. partes in iudicio relato ab Anna ſing.406.vbi casũ poſuit,& ab eodem Muſcatell. vbi ſupra num. 14 & ſeq. vltra Tartagl.in d.cap.4.num. 8. vbi in fine aſſerit hanc praxim non ſeruari; ſed ſi fuerit requiſitus principalis,vt deponat, & recuſauerit fit decretum,quod infra tot dies deponat,alias cõpellatur,quibus elapſis multatur.

Sin autem,nec negauerit, nec affirmauerit principalis tacendo nolens reſpondere, ex quo qui tacet, nec fatetur, nec negat; vt probat Hector Guido d. tract. de viribus confeſſ. par. 4. cap. 2. num. 22. adhuc tacitè videtur confiteri ex adductis per Mancin.in tract.dè confeſſ.cap.6.per totum,& puto eandem eſſe exercendam formam præceptorum ſub comminatione, vt pro confeſſo habeatur, vt dictum eſt ſupra.

Ibi pænam autem, & quæ nam ſit hæc pæna, poſt Afflict.in d.Conſt.partes in iudicio, vide Berard.Pand.de præſent.par. 4. declarat. 16. num.103.

Io:Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Partes debent inſtare, quod recipiant teſtes. 2.*

3 *Iudex ex officio, poteſt recipere teſtes citatos extra terminum.*

4 *Examinatio ſpectat ad Iudicem.*

5 *Committi, quando debet audientia teſtium.6.& 10.ac 11.13.*

7 *Quando ſit electio, & quomodo examinatoris, &*

8 *Idem examinator non poteſt ſibi ſcribere commiſſiones.*

9 *Quibus verbis commiſſio ſcribi debent.*

12 *Cauſa ſuſpictionis,qualis eſſe debeat.*

14 *Quando committitur habenti iuriſdictionem, & cui committitur, & ex quibus cauſis, & 15.*

16 *Deſtinatus, & electus,non poteſt aliquid facere ante præſentationem commiſſionis.*

17 *Audientia teſtium in cauſa repulſæ, an*

Digitized by Google

mittantur, &c. 18.
19 Receptio testium, an possit fieri de semeto.
20 Iuramentum, & citatio testis remittitur per partes.
21 An pars citata, ad videndum iuramenta testium multata.
22 Quando examinator potest recusari.
23. & 24.
25 Locus examinandi, quando potest recusari.
26 Quot sint modi probandi.
27 Quando testes sunt suspecti, quid facit Iudex, &c. 32.
28 Articulus, item quod de omnibus praedictis, qualiter ponitur.
29 An Iudex possit facere sibi praesentari testes coram eo.
30 Testes quomodo, & quando interrogabuntur.
31 Receptio testium, quomodo fieri debeat.
33 Iuramentum testis, quam formam habere debet.
34 Spurius, quomodo matri succedat, & an possit agere, de inofficioso testamento matris.
35 Quando pater restituitur, an recuperet patriam potestatem, & acta inter media annullentur.

Responsionibus vicissim factis, ad examinationem testium procedatur infra dilationem, eligaturque examinator, post responsionem positionibus in continenti extra suspectos per partes, tunc in promptu nominandos, quos si nominare neglexerint, Iudex illum ex officio eligat, & pro mercede examinatoris, & magistri actorum in loco, vbi causa agitur, decem grana pro quolibet teste recipiantur soluenda pro duabus partibus examinatori, pro tertia magistro actorum, nisi aliter inter examinatorem, & magistrum actorum concordatum fuerit, extra Ciuitatem, vbi litigatur, & si partes non fuerint in concordia, quod solus magister actorum examinet, similiter examinator cum magistro actorum testes recipiant, & pro examinatore intelligatur ordinarius loci, & in eius absentiam, vel si praesens fuerit, & suspectus Episcopus, vel eius Vicarius, item rector maioris Ecclesiae, vbi Vicarius non esset, nisi praedicti similiter suspecti essēt, quo casu praedicti sine vlla dilatione in promptu alium eligant, partibus non suspectum, cum simili mercede, nisi ex eo, quia magister actorum tunc accedat ad aliena loca, extra Ciuitatem maiori sumptu, duae partes mercedis sint magistri actorum, & tertia examinatoris ad rationem decem granorum, vt supra pro quolibet teste, vel eius mercedis, pro qua cum partibus se compoposuerit; ita tamen quod compositio excedere non possit carolenos octo pro singulo die, vltra expensas victus quarum expensarum onus vltra dictos octo carulenos ad partes pertineat

De examinationibus testium, & eorum examinatoribus.

DIcitur hic infra dilationem, procedatur ad examinationem testium cōsimilis dispositio est in *cap. pia de except. in 6.* quoniam † euocati elapso termino testes non possunt detineri. *l. fi. quando C. de test.* & vbi datus fuit terminus ad probandum, & citari fecit testes infra terminum, & non venerunt: debet instare, quod cogatur †&

Digitized by Google

vocentur, & multa in dicta compareat ad deponendum alias non excuſatur; ſecundum *Bal. in l. quibus diebus, vbi Soccinus num 4 plenius hoc ſequitur ff. de condict. & demonſtrat. & not. in l. 1. & fin. C. de temp. appar ſed Bar.* contra-
3 rium tenet; quoniam Iudex † ad quem ſpectabat ex officio ſuo recipere, poteſt admittere teſtes extra terminum, ita dicit, & tenet *Bar. in l. damn. infect. §. ſabini ff. de damn. infect. & in l. ſi quando C. de teſt. Capicius deciſ. 90. & Andreas de Iſer. in Conſtitut. in pecuniarijs*, quoniam eſt arbitrium, maximè; vbi ius partis non eſt effectum deterius *Bart. in l. mancipiorum ff. de opt.*
4 *leg.* quoniam † examinatio teſtium ſpectat ad Iudicem. *l. nullum C. de teſt. Authent. apud eloquentiſſimum C. de fid. inſti. l. inſtar C. de iur. fiſci lib.* 10. nec
5 † committi poteſt in cauſis criminalibus examinatio *Authentica de teſt. §. illud* notat *Innocentius in cap. Bertoldus de re. iud.* & hoc vt ſi res exegerit, poſſit procedere ad torturam, & male facit ſi committit, dicit *Speculator in tit. de teſt. in §. tractandum in princip. & in verſ. ad ipſius officiū*, & in quibus
6 † cauſis committitur, audiētia teſtium, vide *gloſam, & Andream in Conſtitutione Regni in pecuniarijs, vbi Mazeus plenius, extat ritus Magnæ Curiæ, qui incipit Curia ipſa car. 5.* & ita vidi paſſim in S.C. procedi, eligatur examinator de matriculatis in S.C. & in M.C. vnus de curialibus, idem in Reg. Cam. Summariæ, & alijs Tribunalibus præter quam in Curia baiulorum, in qua eſt idem Iudex, & examinator reſpectu qualitatis cauſarum, vt tenet *Bart. in Authentica niſi breuiores C. de ſent. & inter omn. iud.* & proindè vbi procurator citatus petijt eligi examinatorem partibus non ſuſpectum, & requi-
7 ri in electione † conſueuit dari terminus ad dandum liſtam ſuſpectorum, vt detractis, & exceptis ſuſpectis, Iudex poſſit eligere vnum ex cōfidatis; extat *ritus Mag. Cur. qui incipit Item ſeruat ipſa Curia car. 5. col. 4.* & in dicto caſu videtur ipſa Magna Curia examinare, & alibi extat *ritus cur. 6. qui incipit Item ſeruat ipſa Curia*, & vbi committitur duobus inſolidum, conſueuit apponi clauſula, ſi vnus veſtrum intereſſe non poterit, alius poſſit exequi, & in
8 tali caſu † idem examinator non poteſt ſcribere commiſſionem. *Bald. in l. iuris iur. C. de teſt. Lanfrancus in cap. quoniam contra extra de probat. in verbo teſtium*, quoniam ei non crederetur afferenti ſibi examinationem fuiſſe commiſſam. *Guid. Papa q. 226.* &
9 vbi † vellet examinare teſtes extra Regnum, tunc in commiſſione debent apponi verba choartatoria, & implorantia brachium magiſtratus illius loci, vt tenet *Bal. in rubrica de contrauer. inueſt. col. 3. verſ. ſed pone per textū l. ſi quis ex ſignatoribus ff. quem adm. teſt. aper. l. omnes §. ſi verò C. de Epiſcop. &*
10 *cler.* & quomodo † ſunt conſiderandæ cauſæ magnæ, vt poſſit committi audientia teſtium, dicitur cauſa magna quinq; librarum auri. *l. pen. & Authentico, ſed nouo iure C. ſi certum petatur*, & cauſa quingentorum aureorum, vt tenet *Bart. in l. Modeſtinus ff. de donat. in 2. col. & Oldradus conſ. 253.* & illud
11 † quod dicitur, quod non committitur contra Neapolitanos, vt paret ex capitulis cap. 36. non hoc cantat: litera ſi benè inſpiciatur, quoniam in *deciſ.* ſupplicatur, quod cōmittatur audientia teſtium ad inſtantiam Neapolitanorum, in cauſis in quibus committi non poſſet de iure parte contradicente fuit prouiſum, placet Illuſtriſſimo Domino Locumtenenti, niſi exiſtente iuſta cauſa ſuſpictionis, & quæ eſſet
12 iuſta cauſa † ſuſpictionis, vide *Andr. in cap. 1. quando inter dom. & vax. q.*
13 *oriat. fallit.* vbi † allegarentur ſenes, & ſuſpecti, & infirmi, ac mulieres, quia non obſtante huiuſmodi ſuſpictione committeretur, ita idem *Andr. tenet in d. Conſtitut. in pecuniarijs eſt*; tamen
14 differentia † quando committitur habenti iuriſdictionem, vel examinatori, aut alteri non habenti iuriſdictionem:

quo-

Digitized by Google

quoniam ille qui habet iurisdictionem cogit testes multat eos, citat aduersarium ad videndum iuramenta testium ipsorum, audit exceptiones contra testes, facit interrogationes necessarias, refrenat numerum testium, examinat: punit vacillantes, & varia testimonia proferentes, examinator est nudus minister, & si nō habet in commissis hoc non posset illud facere, nec excedere eius commissionem, vt tenet *glos. in clem. pri. de offic. deleg.* & isti quoniam eorum industria electa est non sub delegāt, secus quando fuit electus à Principe, *vt in d. glos.* verum vbi committeretur in causis criminalibus, non propterea receptio testium esset nulla, ita tenet *Imol. in d. clement.* licet ex qualitate facti, & ex personis, quandoque
15 committatur, & ad hoc esset causa † paupertatis sufficiens *Authentica de mandat. princip. S. fit tibi quoque*, & sic vidi determinari in causa Ioannis Leonardi Parisij per Sacrum Consilium, & fuit causa commissa: Nobili Ioāni Antonio. Certa, tunc temporis existenti procuratori fiscali in Prouincijs Calabriæ, & ratio est, quare in criminalibus non committitur, primò vt Iudex possit testem variantem vacillantem subijcere quæstionibus, & tormentis *3. q. 9. cap. saluo.* quoniam tunc agitur de vita, fama, & statu hominis, qui præcisior est cunctis rebus. *cap. veniens extra de accusat. 2. q. 8. cap. libellorum*, &
16 aduerte † quod Commissarius destinatus ad examinandum ante præsentationem literarum, non possit aliquid facere. *glos. in cap. tibi, qui in verb. ante de rescrip. in 6. Ioannes Andreas in cap. cum plures eod. lib. de offic. deleg. Rota decis. 246.* hoc idem est de stilu parla-
17 menti, quod non committitur † audientia testium in causa repulsa *sub. rubrica de commiss. eor. potest*, & etiam est iuris. *c. cum dilecta extra de rescrip.*
18 & *cap. præsentium de test. in 6.* nec † committitur infra dietam, prout dictat ritus, qui incipit *Item Curia non committit car. 5. colum. 4.* nisi vbi essent senes, infirmi, mulieres, & alij similes; extat *ritus car. 5. col. 3.* qui incipit *Item quod Curia, vel altera ipsorum*, & hu-
19 iusmodi receptio, † quia est meri facti potest fieri, etiam die feriato: vt *in d. Clement.* & est ratio, quia trahitur ad tempus iuramenti, vel citationis, hinc est, quod in Prouincijs Calabriæ non vtimur, quod citentur testes, neque partes ad videndum iuramenta testiū, sed solum nominatur per partes, & fit decretum, fuerunt habiti pro iuratis
20 citatis, &c. Et præuenit quoniam † istud iuramentum, & citatio possunt remitti per partes. *cap. tua cap. quibus quæstionibus extra de test.* in Regia Camera aliter: extat stilus, quoniam non ponūtur in citatione testes: quādo committitur receptio testium; sed solum partes citantur ad videndum iuramenta testium, & vbi est datus terminus ad probandum in ciuili, debet pars citari ad videndum iuramenta testium sub certa pœna, vt dicit ritus, qui incipit *Item fuit quæstium car. 5.*
21 *colum. 4.* sed † non obseruatur multari pars solum proceditur ad receptionē testium. *Iason. in l. 1. S. is videtur ff. si quis ius dicen. non obtemp.* sed contra testes Iudex potest imponere pœnam confiscationis, idem *Iason vat supra*, & quæ causæ recusationis sufficiunt. dicit *Cagniolus in l. si librarius ff. de*
21 *reg. iur.* quod † solo iuramento potest examinator recusari, & vbi emergens suspictio allegatur, debet de lucide liquere *cap. prolixitatem car. 22.* & quā-
23 do † generalis est allegatio suspictionis admicti non debet, etiam in literatis Curiæ, pro hoc extat ritus, seù pragmatica Reginæ Ioannæ, in scripta intus ritus Magnæ Curiæ, quæ incipit *Ioanna secunda car. 10. col. 3.* causa suspictionis, debet esse sufficiens, & quæ
24 sint † causæ suspictionis, vide *Philipp. Franc. in cap. postremo extra de appell.* vbi quatraginta enumerat causa, inter quas est affinitas, cognatio, inimicitia affinitas inimici: suffraganius si altera pars sit, si vna pars est Dominus, vel

supe-

Digitized by Google

superior examinatoris, vel sit familiaris examinator alterius litigantium, si sunt ciues conterranei: verum si Iudex allegatis causis hijs, non obstantibus prouidit, & pronuntiet, quod examinet, receptio testium valet, & sisentit altera pars grauata, & ex hac receptione, appelletur *l. 2. C. quomodo, & quando*, Iudex item est alia causa suspicio, vbi examinator secretè fuit visus loqui cum altera parte. *Speculator in tit. de disput. & Ioannes de Imola in cap.* 25 *accedens, vt lit. non contest.* item † locus examinandi testes, potest reprobari, quia debet esse tutus: partì *textus est in cap. hortamur 3. q. 9. & not. in l. 3. §. si ff. de test. notat Ludouic. Roman. singul. 732.* & proinde consueuit decerni super electione locorum suspectorum de salario hic non loquor, quoniam non stat vis huius pragmaticæ.

26 Sunt † quatuor modi probandi, *secundum gloss. in Authent. de test.* in principio in verbo, non aliter per testes, vt *ff. & C. & Authent. de test. per instrumenta, vt Authent. de fide instru. & ff. & C.* similiter per confessionem partium, vt *ff. & C. de confess.* item per conscientiam Iudicis, quam probationem dicimus fieri per euidentiam loci. *ff. fin. reg. l. si quis irruptione §. fin.* licet ista vltima non sit vera probatio, nisi fiat in actu permanenti, vt suo loco dicemus: dixi de confessione, vel quod testes deposuerant vidisse numerationem pecuniæ, vel memoriam tenere partes præsentes confessos, seù per numeratam pecuniam, & facta confessione per alterum: scilicet conuentum, aut debitorum coram vnius ad liberādum satis est. *gloss. est singularis in Authent. de test. in §.* & licet dudum in verbo pro facienda.

27 Quando testis est suspectus, quid faciet Iudex in criminalibus, vel ciuilibus fortè arduis dicit, quod testes faciat loqui, vt eos cognoscat in loquela, & actibus. *l. 1. C. de testib. l. cum sui, §. in causa ff. de transactio.* vel confirmari eorum dicta per famam, & ad hoc consult in fine articulorum poni 28 culus. Item † quod de omnibus prædictis fuit, & est publica vox, & fama, vt notat *gloss. in fine in verbo causam §.* & licet dudum *Authent. de test.* item po- 29 test † sibi facere præsentari testes coram eo, etiam in causis ciuilibus: si sibi videbitur propter causæ magnitudinē, & suspitionem testium, vt *gloss. in §. & quoniam Authent. de test. in verbo abundantiam*, item interrogatur de tempore, quando est suspectus, & hodie plures vidi obseruari, & inter alias causas in causa nobilium Leonardi de Fusco, Paulilli de Turre, & Abbate de Leone, per Magnificum V. I. D. Dominum Foelicem de Rubeis Regium Consiliarium, & causæ Commissarium, vt in banca nobilis Cæsarij, vt tenet *Bart. in l. 1. §. fin. nu. 3. ff. de aquæ pluu. arct.*

30 Primò † interrogabatur præsente parte à prætore, vel ab ipsamet parte, vel aduocato ipsius. *l. si postulauerit, §. quæstioni ff. de adult. l. si fine §. 1. ff. de interrog. actio. & l. de ætate §. qui interrogatus eod. tit. & gloss. in §. & hic in verb. præsentem Authentico de test. & l. si ideò §. præsenti. ff. de euictio. l. si fine §. causa autem cognita, & l. etiam §. fin. ff. de minor.* & hodie debent esse partes præsentes, vel admoniri ad videndum iuramentata testium; licet postea absentes reperiantur tempore receptionis, vel iuramenti. *l. si quando, & l. nullum C. de test.* & deponere in secreto; vt per Danielem inductum est, & propterea fit secuè, quod fit per contumaciam partis. *l. 2. §. fin. C. de iur. emphit. & gloss. in §. si verò in verb. nisi Authentico de test.* & non refert, quomodo semel fuit admonitus, & recusauerit opponere de nullitate, nisi quando admonitus non erat in Ciuitate, ita notatur *in d. §. fin. Authent. de testibus, & in verbo vti.*

31 Receptio testium † ritè fieri debet. *Clemēt. fin. de test.* dicitur ritè per Iudicem competentem, & non suspectum, & in loco non suspecto, monita parte, & post litem contestatam *cap. accedens*

el se-

el secondo, vt lite non contestata, dici-
32 tur † suspectus, quando est oriundus ex eadem prima, quando est nimis fauens inimicus, vt notant *glossæ in d. cap. accedens*, in verbo Oriundus, & nimis fauens, & locus suspectus, quando est de iurisdictione partis quærentis, examinare testes, vel aliter, prout *in gloss. d. cap. accedens in verbo ex causis præmissis*, dicuntur non ritè recepti non obseruatis prædictis, vel quando non essent examinati super articulis inclusis cum literis commissionalibus, vt notat *glos. in d. clem. fin. in verbo ritè*; verum vbi testes non essent ritè recepti, possunt iterato perduci, *c. cum causam extra de testib. vbi glos. fin.* enumerat casus, quibus repeti iteraro conceduntur, & primò clausis attestibus ad declarandum esse corrigendum, quia fortè: tunc quando depositerant, non habebant omnia memoria, secus apertis attestationibus, quia tunc dictum eorum non teneret, vel vbi primæ attestationes non valuissent, vtputa ab eo receptæ, qui nullam habebat iurisdictionem: dixi per Iudicem comparetem, vel eum, cui Iudex commiserit, vt notat *glos. in cap. fraternitatis in verbo iuramentis extra de test.*

33 Iuramentum † testis debet habere hanc formam, seù debent procedere hæ admonitiones, quod dicat veritatem de re illa, super qua iurat *3. q. 9 c. hortamur, & §. 1. Authent. de test.* Item quod nullum interest, & falsitatem *2. q. 4. c. nullam.* Item quod pro vtraque parte dicat veritatem. *14. q. 5. c. non sanè.* Item quod dicant omnem veritatem, etiam non interrogati. *cap. cum dilectus extra de accusat.* Item quod non pretio, nec amore, vel odio, vel pro alio comodo testimonium dicant. *cap. quoties*, & liget *vbi §. testes, extra de test.* Nihil istorum fit, quando examinantur per alios, quoniam per Iudices, qui sunt circumspecti. Sed oppositum præposita quædam carta, propter quod testes, & maximè illi, quorum voluntas non innititur ratione, & præcogitant iuramentum nullum esse quando non iurant super quatuor euangelijs, eludunt partes conscribi faciunt mendatium, & eorum accomodatas, & instructas depositiones, ad commodum partium exibent, dicunt, & faciunt, & damnum animæ eorum, & deinde eis quæsiti, nihil feciſſe, & comiſſiſſie videre vti illis, quia si cum dicta erit tarda, procul dubio erit certa & eo grauior, ac vsu illis magistris actuarijs, qui vt morem gerant huic, & illi admittunt hunc, & illum ad examinandum, qui in scribendo millæ falsitates committunt, & depositiones puras non ascribunt; sed semper aliquid abdunt: vt aliquid ex eorum, officium apppareat sit satis hoc, quia vnusquisque est dominus membrorum suorum.

34 Et dum † hæc scriberem, fuit mihi positus quidam excellens dubius, Titius habens vxorem sterilem ex muliere soluta, procreauit spuriam; deindè illa mulier ob pulchritudinem nupsit cuidam mercatori, quæ eam dotauit in ducatis octingentis, & mortuus est, nullo filio ex dicto matrimonio superstitè, eadem mulier super induxit alium virum, moritur mulier constante matrimonio, & instituit hæredes: filios, eius sororis, & in alia parte prædictum eius secundum virum, dicta filia quærebat, num succederet matri, & posset dicere de inofficioso testamento, quod spuria succedat matri, extant plura iura. *l. si quæ Illustris, §. fin. C. ad senat. cõs. orfician. §. nouissimè instit. eod. tit. vbi Io. Faber & Angel. plenè hoc dicunt per legem hac parte, & l. spurius ff. vnde cognat.* an possit etiam dicere de inofficioso *glos. magna in d. l. si quæ Illustris* tenet quod sic, sed non precisè. Sed textus hoc propriè in spuria tenet *in l. si suscepta §. 1. in fin. ff. de inofficios. test. quam glo.* sequitur *Alberic.* propter dictum *Speculatoris in tit. de succes. ab intestat. in versic. Sed numquid*, & post eum *Paul. de Castr. & alij in d. l. si quæ Illustris*, & secundum prædictas doctrinas consului in præmisso casu.

Aliud

35 Aliud † mihi obuenit, quid ſi pater eſt prodigus, vel turpis moribus, & reſtituitur, vbi primo erat deportatus, ita quod recuperat patriam poteſtatẽ cuius filij, durante impedimento deportationis habuerant tutorem, num reaſſumat, etiam adminiſtrationem filiorum. *gloſ. in l. in quæſt. teſt. C. de ſent. paſſ. in verbo Neque tutor datus* tenet, quod remanet tutor, qui dudum erat, & *d. gloſ.* ſequitur *Odoffredus, & Bald. in d. l. in quæſt.* & ratio eſt, quod ſimilibus perſonis, tanquam per ius libidinum non eſt committenda eorum pecunia, & eſt caſus ſpecialis, quod filius familias viuente patre habeat tutorem, vel curatorem, & idem eſſet in alijs caſibus, in quibus filius familias non quæreret patri vſufructum, vel in cauſa criminali, vt notatur *in l. 1. C. de bon. matr. Angel. Aret. in §. 1. inſt. de tut. Bar. in l fin. §. pupillus ff. de verbor. obligat. nu. 2.* & in hoc laus Deo.

Io: *Franciſcus Scaglionus V. I. D.*

ADDITIO.

POſtquam hic agitur de examinatore teſtiũ non ſuſpecto, propterea prius erit agendum de ſuſpictione illorum, antequam procedatur ad receptionem ipſorum teſtium, ſi benè examinatio ſpectat ad Iudicem, ſollicitudo verò ſpectat ad partes, vt fiat examẽ; inquit Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 5. gloſ. citati num. 10. & ſic quando ſit nominatio eſt Iudex ordinarius loci, vt poſt Afflict. in Conſtit. in pecuniarijs num. 1. refert. Iulius Cęſar Gallup. in ſua praxi S.C. p. 2. cap. 24. nu. 12. vbi refert ſe ad cap. præcedens nu. 4. ibique cenſuit, quod teſtium audientia ordinarijs locorum officialibus committitur, vt etiam tradit Muſcat. d. p. 5. gloſ. ſuſpectorum nu. 22. Sed quando verſamur in cauſis ſiſtentibus in hac Ciuitate, hoc eſt in Tribunalibus ſ. M.C.V. eligitur Scriba cauſæ, & in S. C. vnus ex examinatoribus electis per buſſulam, dummodo non ſit partibus ſuſpectus: ideò in caſu termini datur nota ſuſpectorũ, alias eligitur indifferenter, vt cenſuit ibi Gallup. in d. cap. 25. num. 12. citando iſtam pragmaticam, quam etiam citat Tartagl. in eius praxi ciuil. cap. 4. num. 9. vbi refert praxim huius pragmaticæ, vt prouio decreto detur liſta ſuſpectorum, & intimabatur parti, quod de iure etiam communi probatum erat, ad quod multos citat. Anna Singul. 274. aſſequitur Muſcat. in eadem praxi lib. 1. p. 5. gloſ. ſuſpectorum num. 50. & gloſ. ſuſpectam num. 4. hodie tamen non aliter datur terminus ad dandum liſtam ſuſpectorum: vt olim ſeruabatur, vt ſubdit ibi Gallup. ſed in d. caſu termini, antequam buſſulæ tradatur allegantur vnico contextu ſuſpecti examinatores, vt de non ſuſpecto prouideri poſſit, & ita practicatur, cæterum autem extra S.C. in Tribunali M. C. quando nullus fuerit ſuſpectus allegatus, Iudex nominet examinatorẽ, vt aduertit Anibal. Troyſ. in hac eadem pragmatica num. 31. Reliqua verò pertinentia ad hanc materiam exarat, ibi Muſcatell. in d. gloſ. ſuſpectorum.

Quo ad ſalarium, quod actuarijs habetur in examine teſtium, hic ſtatuitur, vt pro quolibet teſte ſoluantur grana decem, & idem poſtea confirmatum in pragmatica 26. §. 2. de offic. S.C. vt per addentes ad pragm. 11. verſ. Nunc quod actuarius de ord. iud. relatos per Gallup. vbi ſup. niſi fortè eſſent articuli plures, & longa eſſet depoſitio teſtium, & practi caui in eodem S.C. ſolui tarenum vnum pro quolibet teſte, & ſic inſpecta grauitate cauſarum, & perſonarum ſalarium ipſis plenius adiungitur iuxta conuentiones pactorum, & hoc intus Ciuitatem iſtam, ſed extra Ciuitatem ſalarium examinatorum S.C. eſt carolenorum octo per ſingulos dies vltra victum, & expenſas, quod etiam relictum eſt arbitrio S.C. vt diſpoſitum eſt in d. pragm. 26. §. 2. & pragm. 25. §. 16. eod. tit.

Poſtremò reſpectu quæſtionis hic tactè nu. 34. quando ſpurius matri ſuccedat, vel non latiſſimè agit Barri de ſucceſſ. tom. 1. lib. 1. tit. de incapacibus num. 18. & iterum tom. 2. lib. 18. tit. quomodo liberi ſuccedãt ſuis parentibus nu. 18. vbi peculialiter de ſucceſſione eorum ab inteſtato agitur, reliqua verò pertinentia ad eadem materiam congerit. Marta in ſumma de ſucceſſ. par. 18. 16. artic. 1. latiſſimè.

Circa aliam quæſtionem tactam num. 35. ſi patet recuperet patriam poteſtatem, finito tempore ſuæ relegationis videndum erit, apud Aſcan. Clement. de patria poteſt. cap. vlt. num. 36 & ſeq.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Impedito, quando currit dilatio, & 2. 3. & 4.*

5 *Non dicitur impeditus, quando fecit quicquid potuit, & 6.*

7 *In quibus cauſis limitatur non habere locum regula ſuſpictionis conceſſa impedito, & 8.*

9 *Arbitrium in multandis teſtibus, quantum extendatur.*

Et ſi per examinatorem, & magiſtrum actorum, vel eorum alterum ſtetit, quo-

Digitized by Google

quominus teſtes infra terminum examinarentur condemnetur, qui libet, per quem ſteterit ad pœnam arbitrio Iudicis moderandam perſonarum qualitate inſpecta, quam Iudex cauſæ exigere non negligat, debeatq; Iudex ipſe, reſtituere terminũ partibus culpa magiſtri actorum, vel examinatoris decurſum.

De pœna examinatoris, vel Magiſtri actorum eorum negligentia non examinantium in termino.

1 ET ſic impedito non currit citatio † quãdo cauſatur à Iudice, vt dicit *Bal. in l. cum ipſe ff. de excuſat. tutor.* idem, quando impedimentum peruenit facto aduerſarij, vel paupertatis, vt notat *Innoc. in cap. ex ratione extra de appell. & Abbas in cap. ex tenore eo. tit. Guilelmus de Cuneo in l. præſes C. de*
2 *appell.* idem quando ſtat per teſtes, † & intelligitur ſtari per teſtes, quando moniti vocati non comparuerunt, ita *Felinus in cap. 2. & 3. de teſt. coge.* dicitur ſtari † per Iudicem, vel per examinatorem, quando teſtem productum coram eis recuſauerunt recipere, & examinare, & tunc liquet quando teſtis ſtetit vltra quindecim dies. *l. ſi quãdo. C. de teſt.* & vbi terminus pro maiori parte fuit dies feriatus, eſt teſtituendus, vt tenet *Baldus in dicta. l quando Tiraquell. in tractatu de retractu nu. 2. fol.* 536. & non dicitur quis impeditus facere, ſi non fecit, quicquid potuit, vt impedimentum ceſſaret. *l. qui poſt ff. de reg. iur. l. ſed ſi per prætorem §. hæc capitula ff. quib. ex cauſ. maiores l. qui commeatus,* & ibi *Bar. ff. de re milit.* verum
6 prima inſtantia, † & ſollecitudo ſpectat ad partem, ita tenèt *Bald. Bart. & Paul. de Caſtro in d. l. quibus diebus ff. de cond. & demonſt.* & in hoc caſu indiſtinctè pars impedita reſtituitur ad tẽpus decurſum, extat ritus Magnæ Curiæ, qui incipit *Item ſeruat in petitionibus car.* 11. quando facto partis aduersè prouenit, quod terminus eſt elapſus teſtituitur. *Soccinus, & cæteri in l. quãdiù num.* 13. *ff. de cond. & demonſt.* fallit
7 in † cauſa criminali, vt tenet idem *Soccinus num.* 14. *in d. l. quamdiù.* fallit
8 † etiam, & ſecundò: vbi eſſet datus terminus præcisè ad probandum, & probatum habendum. *Ludouic. Roman. in l. Antiſtius ff. de acquir. hæred.* & tot dies reſtituuntur, quot diebus fuit impeditus, vt hic *l. ab hoſtibus, §. fin. ex quib. cauſ. maior. & l. quo tempore, C. eo.* non videntur currrere, quibus non fuit poteſtas recipiendi. *l. 1. ff. de diuer.*
9 *temp. præſcript.* & multatur † arbitrio Iudicis pœna moderanda, & ſic hoc verbum importat diminutionem. *cap. fin. extra de verb. ſignific. gloſa in verbo moderationem de iur. patro. lib. 6.* & idcirco eſt, quoniam debet vti ſumma diligentia in recipiẽdis teſtibus, vt tenet *Lanfrancus in d. cap. quoniam contra in verbo teſtium de probat.* & ſi dolo, vel negligentia ommiſerit interrogare teſtes poſt publicationem, poteſt corrigère. *cap. per tuas extra de teſt. l. 1. §. ſi vero ff. de teſtib. l. cum prolatis ff. de re. iud. l. ſi per imprudentiam, ff. de euict. & probatio.* facta poſt terminum, dicit *Angelus*, quod non valet *in l. ſi ff. de ferys.* ſit laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

PRobatum eſt de iure, quod teſtes examinari debent infra terminum datum ad probandum poſt Marant. in eius ſpecul. p. 6. rubrica de dilatione num. 19. & ſic vſque ad publicationem, vt poſt ipſum Marant d. p. 6. rubrica teſtium productio num 22. & ſic poſt terminum publicationis lapſum Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. p. 5. gloſ. citaii num 6. nedum in vltima die, ſed in vltima hora termini parte, etiam non citata ad videndum iuramenta ipſorum: idem Muſcat. d. praxi par. 6. gloſ. integrum num. 13. & in quibus caſibus examinari poſſunt poſt publicationem, & dedicita teſtificata, refert idem Muſcat. d. p. 6. gloſ. 1. num. 10. & 11. & quamuis teſtes citati in termino, indiſtinctè recipiũtur in termino publi-

Digitized by Google

publicationis,ac poſt perfectam publicationem .x cauſa,vt ſubdit Muſcatell.d.p.5.gloſ. citati num. 12. hoc intelligitur in termino arbitrario dato à Iudice, ſecus verò in termino dato à lege, vel ſtatuto ad aliquid probandum, ex Felin. & alijs notat in Iul. Cæſ. Gallup.in praxi S.C.p.2.cap.25.num.2.& an teſtes examinati extra terminum partes facere poſſunt,quod habeantur,ac ſi eſſent examinati in termino. Muſcatell. d.praxi lib.2. par. 3.gloſ. 1.num.17.

Io: Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVNMARIVM.

1 *Refrenatio teſtium,quomodo,& quando fieri debet. 2.3.& 4.*
5 *An poſſit peti refrenatio in cauſa appellationis.*
6 *Minor, quomodo eligat teſtes refrenandos,& an poſſit variare, & 7.*
8 *Et ſi ſunt ambo minores, quomodo fiet electio.*
9 *Examinatio teſtis fit per extenſum.*
10 *Qui ſe ingerit ad deponendum, efficitur ſuſpectus.*
11 *Citatus præſumitur iuratus,& 12.*
13 *Qualitas teſtis, quando attenditur.*
14 *Quando fuit receptus, nulliter primo, quomodo repetitur teſtis.*
16 *Factum antiquum, quomodo dicitur articulare, & practicare articulari.*

Statuimus ſuper articulis, & poſitionibus non confeſſatis, non amplius, quam ſeptem teſtes pro ſingulo articulo examinari debere,niſi in materia confinium, & factis antiquis, de quibus prætenderetur memoriã hominum non extare(quo caſu) decem teſtes ſuper tali articulo examinari poſſint, omniſque examinatio fiat per extenſum, & non pro vera eſſe, nec dixit, vt proximus.

De interrogatione de cauſa ſcienre loco tempore præſentibus,& alijs generalibus ad pænam decem vnciarum ab axaminatore, qui maiorem numerum acceperit auferendam, niſi forte per Iudicem cauſæ interloquutus appareat, ex cauſa eius animum mouente maiorem numerum examinari poſſe arbitrio,cuius Iudicis relinquatur augendi dictum numetum,vſq;ad tertiam partem.

De refrenatione teſtium.

1 REfrenatio teſtium, omninò fieri debet, quoniam † temere teſtes nõ ſunt euocandi.*l.* 3.§ *fin.ff.de teſt.* nè affrenata poteſtate, ad vexan-
2 dos homines,ſuperflua † multitudo teſtium portabatur, & Iudices cum numerum teſtium patiantur,euacant qui videtur neceſſarius. *l.* 1. § *fin.ff.eo.tit.* & vſque ad tempora ſi non erat determinatus certus numerus, ſucceſſit ius canonicum,& declarauit vſq;ad quem numerum teſtium Iudex poteſt facere refrenationem, & diſpoſuit non eſſe excedendum in qualibet cauſa numerum quadraginta teſtium *cap.cum cauſa extra de teſt.* vbi *gloſ.* excipit cauſas graues, & grauium perſonarum, in quibus Iudex poteſt excedere dictum numerum. *cap. de cauſ. extra de officio deleg.* in tantum, quod Iudex poteſt hac occaſione denegare, ſecundam, & tertiam dilationẽ, vt notatur *in Clem. ſæpè de verb.ſignific.* & ad Iudicem ſpectat huiuſmodi ſollecitudo, vt tenet *Innoc. in d.cap.cum cauſam nu.* 5.*&* 6.
3 quam † non faciet, niſi poſtquam partes renunciauerint producere amplius teſtes,& facta repulſa,quoniam ſi interim aliqua ex partibus prærendit reprobare teſtes, Iudex ſe abſtinebit ab huiuſmodi refrenatione dicitur, † vt dixi
4 effrenata multitudo arbitrio Iudicis, vt tenet *Felinus in cap. ſignificauerunt*
5 *extra de teſt.* vbi etiam dicit,quod † poteſt peti in cauſa appellationis, vbi nõ eſt facta refrenatio teſtium,& nõ eundo

per

Digitized by Google

per mendicata suffragia, adducitur quæstio respectu articulorum, quoniam disponitur, quod septem tantum testes super singulo articulo examinentur, nisi in materia confinium, & factis antiquis, de quibus prætenditur, memoriam hominum non extare; quo casu decem testes super tali articulo examinati possint, & nisi videbitur Iudici augendum esse numerum testium, quoniam tunc vsque ad tertiam partem poterit Iudex augere, respectu verò totius causæ in Regno extat per Regē Cattholicum refrenatus numerus testium, vsque ad numerum quadraginta testium, nisi in factis antiquis, & in materia confinium, in quibus Iudex potest augere numerum testium, & in causa mæri possessorij vsque ad numerum quindecim, vt *in pragm.* quæ incipit *vi litigantium*, nouiter impressa, &
6 † vbi alter ex litigatoribus esset minor contra quem esset facienda refrenatio testium, tunc debet fieri seruata electione, eidem minori eligendi eos testes, per quos minus lædatur, & licet in maiore vltimi eliciantur, in minore eliciantur illi, ex quibus minus lædatur cum in hoc sit priuilegiatus, vt euitet damnum, nam minor potest petere separationem bonorum, bonis patris confiscatis. *l. denique*, §. *sed vtrum in fine ff. de minor.* & licet læsio non respiciat commodum pecuniarum, tamen ad euitandum sumptus restituitur. *l. minoribus viginti quinq; annis eo. tit.* & semper in Iudicijs, siue sit actor, siue reus, & licet, quod est captus restituitur. *l. ait prætor*, §. *non solum vers. sed & in iudicijs eod. tit.* & in electione restituitur. *l. & si sine dolo ff. eo. tit.* aduersus pœnam statuti restituitur. *l. si ex causa* §. *propter interesse affectionis*, & ad pinguius probandum ad allegandū. *l. minor.* 25. *omnis ff. eod. tit.* nec vtile per inutile vitiatur. *cap. vtile*, & ibi *Io.*
7 *And. de reg. iur. in 6.* & quid † si eligisset, & post electionem reperiretur malè elegisse ignoranter, dic quod posset horum eligere. *arg. l. 1. & 2. l. scyphi ff.*
8 *de opt. leg.* sed † quid si ambo videlicet actor, & reus sunt minores, eliget ille, qui tractat de damno. *l. verum ff. de minor.* & si non apparet hoc melior est conditio conuenti. *l. si minor* 25. *annis filio familias ff. eod. tit.* dicit hic, quod
9 examinatio † debet fieri per extensum, & non per vera esse, &c. Consimilis pragmatica est infra fol. 30. quæ incipit *Itē qui à nobis* expedita in anno 1540. & ratio est secundum *Bald. in l. præsbiteri C. de Episcop. & cler.* quoniam debent recipi testes pro vtraque parte, vel, & melior, quoniam Iudex in causis ciuilibus non potest recipere testes, & debent recipi vtraque parte præsente. *cap. cum dilecti extra de accusat.* sed si partes volunt hoc remittere, possunt fidelitati Curiæ remittere secundum *Iacobinum in l. penul. C. de pact.* vt dixi
10 *in d. pragmatica.* Item † quia, & testis qui se ingerit, & sponte vadit ad se examinandi est suspectus. *Bart. in l. qui omnia*, §. *sed si ff. de procurat.* & testis debet deponere per extensum, & reddere rationem per sensum corporis. *l. testium C. de test.* vnde si reperitur in examine
11 talis testis † citatus iuratus præsumitur iurasse. *Bart. in l. iubemus C. de erog.*
12 *milit. anno. lib.* 12. idcirco si † deposuit testis se vidisse de nocte, quia Luna lucebat, & conuincitur, quod non lucebat Luna reprobatur dictum *Bald. in*
13 *cap.* 1. §. *porro, qua fit prima causa lic. inf. cumi.* qualitas † testis attenditur, quo tempore, quo deponit *Bart. in l. Athenæ*, §. *amplius ff. de testam.* non testis repetitus dicit dixi, prout in primo examine per omnia, & ad id me refero *Bart.* dicit, quod valet dictum ipsius *in l. legata num.* 3. *ff. de leg. primo, & in l. eos ff. de falsi.* dicit, quod statur arbitrio Iudicis. *Aretin. in d. l. legata* tenet, quod debet deponere per extem-
14 sum, † & ego vidi practicari in causis ciuilibus opinionem *Aretini*, quando testis fuit nulliter primo loco receptus in causis criminalibus opinionem *Bartoli*: quoniam testes examinati ad informationem Curiæ, vbi repetuntur non

Digitized by Google

deponunt per extenſum, niſi lecta eis depoſitione prima cauſa acceptant, & dicunt veram eſſe, & ad eam ſe referũt cum iuramento, & hoc crederem, eſſe vtique verum quando fuerunt examinati primo loco per Iudicem, à quo examinari debent in cauſis criminalibus, vt tenet *Bald. in l. contra negantes C. ad l. aquiliam.*

15 Factum † antiquum dicitur, cuius memoria non extat. *l. apparet, §. penul. ff. de itin. act.* & vbi non probatur per teſtes, qui interfuerunt, ſed legitimo tempore cauſam defendat, vt *gloſ. in l. 1. in § fin. in verbo non inuenire, & in verbo quamdiù ff. de aquæ pluu. arcen. & l. in ſumma eod. tit. & gloſ. in verbo vetuſtas, & gloſ. in l. 2. C. fin. regun. in verbo monumenta, & l. quid Principis vnita gloſ. ff. de aqua pluu. arcen.* efficit, quominus ſciantur varietates ſucceſſionum. *l. in finalibus ff. fini. regund.* extat *textus l. ſi arbiter ff. de probatio.* in quo datur forma *in § ſed cum*, vbi dicitur, ſed cum omnium hæc eſt opinio, nec audiuiſſe, nec vidiſſe: qui id vidiſſent, & hoc infinitæ, ſimiliter, ſurſum, verſum accideret cum memoria operis facti non eſtaret, & ſucceſſiuè dicit *gloſa*, quod in factis antiquis ſi nõ poteſt probari per eos, qui viderunt, ſatis eſt probare per eos, qui deponant audiuiſſe ab eis, qui viderunt, vel audierunt ab alijs id fuiſſe factum, & vidiſſe. Sic etiam probabitur extare memoriã, vel per teſtes, aſſerentes omnium eſſe opinionem ſe non vidiſſe, vel audiuiſſe, quando illud fieret, nec eos vidiſſe, & audiuiſſe, qui id viderunt, & audierunt. *l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqua pluu. arc.* & non ſufficit in primo caſu duos teſtes deponere vidiſſe, & audiuiſſe vnum dicere ſe vidiſſe illum actum fieri, quia repreſentant vnum teſtem tantum, & *notam gloſ.* ibi in quibus caſibus ſufficit teſtimonium de auditu per quam recitantur plures, ſcilicet in aqua pluuia arcenda in obliquibus contractibus in cauſa matrimonij conſanguinitatis. *cap. ſuper 14. q. 2.* & eſt probatio veritatis, quia memoria retinetur per auditum, ſecus quando non conſtaret manu factum, quia quod non eſt, nec fuit, non retinetur, factum permanens retinetur, & quid ſequitur *Bart. in l. 1. § fin. ff. de aqua pluu. arc.* & in ſeruitutibus idem dicitur poſſe probari memoriam non obſtare. *l. ſeruitutes ff. de ſeruit. ruſt. prædio. l. 1. §. auſtus, aqua ff. de aqua. quot. & eſtiua l. teſtium, C. de teſt. § ſcimus, Authent. de hared. & Falcid. & vide de hoc Odoffredum in d. l. ſi arbiter, & Salicetum*, qui dicunt hodie per *Innoc. quartum eſſe correctum dictum cap. ſuper, per cap. licet quidam de teſtib. Io: Andream in cap. 1. de præſcript. in 6. & Florian. in d. l. ſi arbiter*, quod articulare fama ſuper facto antiquo. ſufficit teſtem deponere, & dicere ſe audiuiſſe à maiori parte populi, vt tenet *gloſ. in l. 3. §. eiuſdem ff. de teſt.* in verbo confirmat, & ideſt Iudex, & vlterius, vbi in eadem probatione concurrit negatiua, & affirmatiua, & ex vtraque parte pares teſtes adſunt, ſtatur affimatiuè, & *Bald. in Authent. quas actiones de ſacroſ. Eccleſ. in col. fin. verſ. 4.* & vltimo quæro in probatione centum annorum, non poteſt reperiri directa, ſed præſumpta tantum, quia in factis antiquis multum operatur fama, vt notat *Innoc. in cap. veniens extra de verbor. ſignific.* & maximè in ijs, quæ reputantur notoria, vt idem *Innoc. in cap. cum cauſam de iur. valum.* & facit *l. ſi mater C. ne de ſtatu defunctor.* item ratione difficilis probationis, ſufficit præſumpta probatio, vt notatur in *l. qui ex liberis ff. de ſecundis tabul.* & *Cynus in l. 1. in vltim. col. C. de ſent. quæ pro eo*, & idem procedit in inſtrumentis antiquiſſimis, in quibus non exigitur probari, quod ille, qui conferit inſtrumenta fuerit Notarius, ſufficit ex antiquitate præſumpta probatio.

Et quomodo probetur præſcriptio centum annorum, vide *gloſ. in cap. cum nobis de præſcript.* & ſuper hoc vide *textum in Authent. de monac. §. ſi verò & Bart. in l. ſi comparationes, C. de fide inſtru-*

instrumẽt. loquentem de instrumentis antiquis, & quando dicatur antiquum, & *Io: Andr. & Ant. de Butrio in cap. veniens extra de verbor. signific. & Bal. in l. nõ ignorat, C. qui accusare, & Paul. de Castr. in l. proprietatis C. de probat. & Ludouic. Roman. in l. 3. S. idem Labeo, ff. de aqua pluu. arc. & in l. cum super, C. de rei vend.* & aduerte, quod lex induxit præscriptionem centenariam, qua tollitur omne ius, & inducitur præsumptus titulus, spatio tanti temporis, item, vbi excluditur omnis præscriptio, non excluditur centenaria præscriptio, vt tenent *Angel. & Bald. in l. 3. C. ne rei domin. vel templ. & glos. in cap. nemo, in verbo per centum annos* 16 *q.* 6. excipitur ius diuinũ *Authent. quas actiones C. de sacros. Eccl. & glos. in Constitut. Regni*, quæ incipit *Quæ tragenalem*, & *Andreas in S. flumina sit quæ sint regalia, Oldradus cons.* 171. & *Curtius in tract. feudor. in 7. parte primæ partis num.* 8. ratio est, quia huiusmodi pscriptio subrogatur in locum priuilegij. *cap. super quibusdam extra de verbor. significat. Bart. & Imola in l. si publicanus, S in omnibus ff. de public. Salicetus in l. vectigalia C. nou. vectig. Felinus in cap. cum nobis vers. præterea extra de præscript. & cons.* 94. *in primo volum. vers. ijs non obstant, & Angelus cons.* 41. *incipiente pro facie, colum. vlt. lib.* 3. & ex cursu tanti temporis præsumitur bona fides. *l. si possideri S si seruus ff. de acquir. possess. Capicius decis.* 4. *num.* 20. *Io: Caccialupus in cap. per vestras de donat. int. vir. & vxor. S sed est pulchra num.* 48. *Boerius decis.* 42. *in prima parte num.* 35. *Felinus cons.* 2. *num.* 3. *Barbatius cons.* 45. *num.* 11. *Franciscus Calcaneus cons.* 43. & huiusmodi præscriptio reprobata, tanto tempore statuto, nec pacto tolli potest, vt tenent *Bald. & Angelus in l. vniuersis C. ne rei domin. vel templo, & Abbas, & Felinus in cap. vlt. de præscript. & Tiraquell. de retractu conuentio. S.* 1. *glos.* 2 *num.* 23. *car.* 816. *con.* 1. *de præscript. in* 6. *iuncta glosa in d. cap. in verbo titulum in fine*, & ex spatio tanti temporis possidentes nanciscuntur securitatem. *Ludouic. Rom. cons.* 251. *num.* 3. & *Corneus cons.* 44. 2. *volum.* & cum in Regia Camera Summariæ verteret lis inter terram Rende prætendẽtem pro bonis sitis in territorio Rende, debere illos possessores de Castro Franco cõtribuere in functionibus fiscalibus, cis dictis de tende, tandem probata centenaria præscriptione per testes, qui de vsu deposuerant, dictos possessores cõtribuisse pro dictis bonis in functionibus Terræ Castri Franchi, & possessiones fuisse accatastatas in terra Castri Franci per annos quinquaginta, & vltra, & de auditu auditus, & communẽ opinionem, & fama per annos centũ, & vltra, non obstante difficultate facta pro parte illorum de terra Rende, videlicet, quod testes producti per homines Castri Franci erant de Ciuitate, consensu, qui habebant consimilem causam, *per cap. personas de testib. & l. quoniam liberi C. de test.* fuit seruatis seruandis, referente Magnifico V.I.D. Domino Thoma Salernitano viro peritissimo, & Præsidente Regiæ Cameræ, & Commissario causæ, per eamdem Regiam Cameram prouisum, & decretum dictos possessores esse absoluendos ab impetitione dictorũ de Rende, & non immmeritò, ex quo vltra dictos testes erant alij, qui non habebant consimilem causam, nec laborabãt eodem morbo, & per me fuerant datæ quæ resolutiones. Primò, quia non est restringendus modus probationis, & qui deficit in persona suppletur per numerũ. Secundò, quia isti non deponunt in causa propria, nisi in consequentiam, vt tenet *Abbas in cap. insuper extra de test. colum.* 1. *vers. exprimens infertur*, & numerus magnus supplet omnem defectum, vt tenet *Io: Faber in proprijs terminis in S. legatarijs in fine num.* 2. *instit. de test.*

Io: Franciscus Scaglionus V.I.D.

Digitized by Google

ADDITIO.

ADuertatur, quod iſta pragmatica ſituata eſt in nouis ſub titulo de teſt. refrenat, quæ eſt confirmata in pragmatica 49. & ſi de offic.S.C.ad eius ornatum vltra D.Reg.Rouit. ibi videatur Afflict.in Conſtit. ſæpè contingit in princ. vbi Batius in addit. citans hanc pragm.Marant.in ſpecul.p.6.tit.de teſt.prodnct.num.5.Tartagl.in praxi ciuil.cap.4.ſub nu.10.Imbrian. in tract. de repulſa conſider. nu. 40. & 41. & conſiderando verbum refrenare vide affrenare, ex quo deriuantur affrenati, qui dant illi, quod ſuo arbitrio agunt nõ licito, Afflict.in Conſtit. defenſas num.2.vbi ſubdit ad propoſitum noſtrum, idem in ſimili dicit ex.quando aliquis examinat teſtes in magna multitudine, dicitur affrenare clancinnare, & Iudex debet affrenare numerum teſtium.cap.ſignificauerit de teſt. Sed quia Menoc. de Arb. iudic. lib.1.cent.3.Cas.149. latius hanc materiam effrenationis teſtium exarat, nedum inſpecta iuris communis diſpoſitione, ſed etiam ſtatuturum particularium Galliarum Pedemont. Verone, & Iunxit ibi relatorum: ideò non in ſilo, quibus addo Iodoc.in praxi, cimili cap.165.vbi Pariſij cõſuetudo in hoc ibi refertur nõ vltra decem, & etiam Handia, cætera verò pertinentia ad hanc materiam refrenationis teſtium, refert D. Reg. Rouit. in d. pragm. 1. de teſt. refren. & in meo cõped.verſ. refrenatio 142. Ibi per extenſum adde Viuium in ſylua communopio. in opinio no 998.

Quod idem erit agendum in repetione illorũ, nec propterea examinator debet permittere teſtibus, vt ſe referant ad priorum examen, ſeu depoſitionẽ in alia, vel in eadem cauſa facta, ſed eos interrogare, & illorum extendere dicta, & non per viam ſimplicis repetitionis, vt ex multis probat D.Reg.Rouit. in pragm.9.num.23.de ord. iudic. vbi deciſum refert fuiſſe bis per S.C.de quo in meo compend.par.1.verb.teſtes.

Io: Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio debet fieri inſtante parte.*
1 *Impedimenta, quæ differunt publicationem fieri.*
3 *Qui actus excludantur per publicationem.*
4 *Publicatio, quid ſit, & quid importet verbum publicare, & num.5.*
6 *Citatus ad videndum iuramenta teſtium, quid faciet.*
7 *Publicatio, quando fit cum reſeruatione, & 8.*
9 *Partes infra terminum publicationis, quid facere debent.*
10 *Copia, quoniam ſoluatur, & an debeat concedi originalis. 20.*
11 *Terminus repulſæ, quando ius ſit, & quomodo currat, & 16. & 17.18.19.*
12 *Terminus repulſæ, an poſſit concedi in primo termino.*
13 *Quando eſt prohibita repulſa, quæ reprobatio intelligitur prohibita. & 15.*
14 *Vtrum repulſa teſtium examinator in prima inſtantia, poſſint repulſari in cauſa apparitionis. 32.*
21 *Concluſio in cauſa repulſæ, quomodo fieri debeat, & 22.*
23 *Effectus concluſionis, quis ſit, & in 24. 25.26.27.28.29.31. & 33.*
30 *In cauſis criminalibus, quoniam non concluditur.*
34 *Proteſtatio reſeruatiua in cauſa repulſæ, quid operetur.*
35 *Perſonæ, quæ excipiuntur à pragmatica, & an reſtituantur ad repulſam nu.36.37.39.40.41. & 45.*
38 *Vbi renunciauerit teſtamentum, an poſſit pœnitere.*
42 *Beneficia conceſſa in prima inſtantia, num concedantur in cauſa liquidationis, 43. & 44.*
36 *Quæ dicantur miſerabiles perſonæ.*
47 *Dilatio, an, & quando impediatur ex parte aduocati.*
48 *Quod ſalarium debet habere aduocatus.*
49 *Aduocati differentes, expeditionem quomodo puniuntur.*
50 *Aduocatus, quando poteſt recuſare præſtare patrocinium, & 51.*
52 *An aduocatus, poſſit contrahere pendente lite cum clienti.*
53 *Dilatio, quomodo olim, & quomodo hodie ſit, & 54.*
55 *Quomodo procedebatur ad diffinitiuã, parte altera abſente.*

Curſu dilationum, vt ſupra finito, ſiuè teſtes fuerunt examinati, ſiuè non ipſo iure in cauſa publicatu intelligatur, niſi partes ipſæ, vel aliqua ipſarum infra quatuor dies poſt dictas dilationes decurſas continuò coram Iudice cauſas allegauerit, quarè publica-

Digitized by Google

blicatio pro facta haberi non debeat, & maxime si allegauerit magistrum actorum, qui ad testes examinandos accessisset, adhuc non fuisse recursum, quo casu Iudex pro eius arbitrio iuxta causa præcedente, ipsam publicationem retardare posset: publicatione autem facta infra dies octo, processus copia pro partibus detur, vt amodo infra alios octo dies immediatè sequentes aduocatus, & procurator processum videre possint, & debeant, quibus vltimis octo diebus elapsis, si aliqua partium die sequenti repulsam petie it ipso iure concessa intelligatur, & pro dilatione habeat medietatē primæ dilationis, qua dilatione decursa, si factæ fuerint probationes intelligatur in causa repulsæ publicatum, & pro termino recipiendi copiam probatorum, & percuntandi probata per aduocatum, & procuratorem, intelligatur statutus terminus octo dierum, post quorū decursum, si sequenti die fuerit petita repulsa, repulsæ intelligatur ipso iure concessa, eum dilatione medietatis termini dati ad probandum in repulsa. Quibus terminis elapsis si in dicto termino aliquę probationes factæ non fuerint, in continenti intelligatur publicatum, postquam publicationē partes producere debeant omnia instrumenta, cautelas, siuè scripturas, infra quatuor dies vtiles, contra quas si aliquid probandum contingerit, illud fieri debeat infra terminum arbitrio Iudicis statuendum, si autem post publicationem in terminis prædictis non fuerit petita repulsa, vel repulsa, repulsę terminus ad probandum scripturas currat à die publicationis, quibus terminis finitis causa pro concluſa habeatur, in causis, autem pupillorum minorum, Ecclesiarum, viduarum, & aliarum miserabilium personarum, vltra terminos dictos, salua sint beneficia de iure, vel secundum formam Constitutionum, & capitulorum eis concessam.

De publicatione processus, tàm in prima dilatione, quàm in dilationibus repulsæ beneficiorum, & de conclusione.

Vrsu dilationum, &c. instantia † in Magna Curia debet procedere, quod fiat publicatio in causa, & in Sacro Consilio citatus ad publicandum, sic etiam in Regia Camera, idem quando prætenditur fieri conclusio, & qui nihil deduxit in termino, non potest petere publicationes fieri, vt tenet *Bald. in rubrica de actio. ver. in præst. in 3 col.* & sic vidi obseruari, & vbi allegatur † aliquid, quod impediat publicationes, & conclusionem differtur publicatio, & cōclusio, & secundum q̄ res ipsa exegerit prouidetur super hinc inde oppositis, & allegatis partibus ambabus, auditis per Commissarium causæ, nec † proindè excluditur à productione, si per transcursum didicit testificata, quoniam debet didicere testificata intellectualiter, & maturè non per transitum, vt tenet *Felinus in glos. proemij iuris canonici col. 5 vers. adde pri. glos.* publicatio, † nihil aliud est, nisi patefacere partibus testificata. *Authen. qui semel C. de probat. cap. fraternitatis extra de test.* & alibi publicare † est in

publica monumenta redicere. *l. geſta C. de re iud. l. publicati C. de teſt.* in tali publicatione non requiruntur teſtes. *l. in donationibus C. de donatio.* adeò, quod perempta lite faciunt fidem. *l. mortuo. ff. de iud.* & quatenus hic dicitur ipſo iure publicatum, extat ritus, idem diſponens, qui incipit *Item quod elapſo termino car.* 2. vbi diſponitur, quod actuarius, qui diſtulit dare copiã, tenetur ad pænam tarenorum decem: alia dilatio datur publicatione facta, per *ritum veluti dierum decem*, qui incipit *Item facta publicatione car.* 3. 1. *col.* ſed intelliga diſpoſitione legis, ſed exigitur miniſterium, & declaratio Iudicis exequutoriæ diſpoſitionis pragmaticę, cum in vnoquoque actu requiratur Summaria, ſaltim cognitio, & partibus auditis, *l. de vnoquoq; ff. de re*
6 *iud.* & ad finem, vt ei concedatur † repulſa, debet citatus ad videndum iuramenta teſtium, proteſtari ſe contra teſtes dicta & dicenda per eos notatur in *cap. præſentium de teſtib. Mazeus dec.* 351. & vbi aliquid adſit pro contradicente, Iudex conſueuit facere publica-
7 tionem † cum reſeruatione infra terminum, infra quem copia exemplatur, & aduerte, quia sũt plures cauſę, propter quas impeditur publicatio, quas hic non refero, ſed magnificus Iudex ex ſuo arbitrio metiri poteſt, nè lædantur partes, & tandem facta huiuſmodi publicatione cum termino iuris, qui
8 eſt ſexdecim dierum, † videlicet octo primorum dierum, ad capiendum copiam, & octo aliorum ſecundorum ad percuntandum, & deliberandum, infra quem conſiderare debent partes, vtrũ
9 ſit facienda † refrenatio teſtium, & animaduertere, cuius ſunt grauitatis morum, fidei, dignitatis, & vtrum depoſuerint per eundem præmeditatum ſermonem veriſimiliora, impoſſibilia ſint, aut conteſtes; vel non, & alias circumſtantias: & vbi deliberauerint de repulſa de approbatione elapſis dictis
16. diebus petere: vel vbi non indigerent petere: concluſionem, & quia dixi de copia aduertatur, quoniam ſtatutus
10 eſt modus † ſoluendi ſalarium pro copia ad rationem tareni vnius pro cartis octo; dummodo ſingula facies dictarum cartarum contineat virgulos 25. & ſingulus virgulus partes decem; vt dictat *ritus Magnæ Curiæ*, qui incipit *Item pro copijs proceſſum ad car.* 12. ſed vbi deliberauerit petere repulſam, & petierit, concedatur medietas pri-
11 mæ dilationis, quę † currit de momento ad momentum, vt tenet *Andreas in Conſtitut. Regni*, quæ incipit *In pecuniarijs, & Bald. in l. denique §. minorem ff. de minor.* & ſic practicatur dari ſemper medietas primi termini, & eſt iuris ſi conſiderantur verba. *Alex. in l. pro*
12 *tribunal. ff. de re iud.* ſed quid ſi † conceditur terminus ad ſe defendendum, & repulſandũ ſimiliter, vtrum debeat habere vtramq; dilationem, dic, quod vnicam dilationem tantum, vt notat *Bart. in l. pecuniarijs num.* 10. & 11. *ff. de ferijs*, ſed hoc non vidi in ciuilibus obſeruari, quod terminus detur ad probandum, & defendendum, & repulſandum, extatque *ritus Magnæ Curiæ*, qui incipit *Item ſeruat ipſa Curia*, quod *in exceptionibus car.* 11. ſed ſolum in criminalibus ratione fauoris publici, vt citius expediantur cauſæ criminales, & ità practicatur in Regno Franciæ, vt in ſtilu Curiæ *ſub rubrica de commiſſarijs, & eorum poteſt.* & ità tenet *Philippus Francus in cap. 2. §. teſtes de teſt. in 6. & Oldradus conſ.* 200. & ratio eſt, quia repulſa eſt odioſa, & refert calumnioſas exceptiones. *cap. licet cauſam extra de probat. Felinus in cap.*
13 1. *de appellat.* ſed † quid ſi eſſet prohibita reprobatio teſtium, vtrum ſit prohibita, quæ venit ex contrarietate teſtium, quod non dicit de eius in *l. vbi repugnantia nu. 3. de reg. iur.* & vtrum poſſit in cauſa apppellationis repulſare teſtes examinatos, quos non reprobauit: dic, quod nõ, niſi ex capite corrup-
14 tionis, † vt tenet *Andreas in Conſtit. Regni iuris peritorum, & Mazeus dec.* 266. *cotra doctrinam Abbatis in cap.*

Juper

Digitized by Google

super eo, de test. num. vbi mentur per
15 *cap. 2. §. testes in 6.* Item † vbi repulsa calumniosè peteretur, non debet admitti, vt puta, quia non releuat *cap. cũ contingat de offic. deleg. cap. finem de dol. & cont. & cap. vt litigantes de offic. ord. in 6.* item non admittitur in causa meri possessorij, vt refert *Capicius dec.* 157. & 55. in causis breuibus, vt tenet *Felinus in causa possessorij in cap. fraternitatis extra de test.* Item † repulsa
16 debet concedi, etiam facta conclusione, vbi facta conclusione repeterentur testes. *Cap. ne per exemptionis car.* 19.
17 Item † debet interrogari alter si vult, vt dictat *ritus Magnæ Curiæ*, qui incipit *Item seruat dicta Curia, quod cum actor car.* 11. quod hodie non est in vsu, cum vnicus, & communis est quilibet terminus, & facta publicatione, quando à principio fuerint præsentatę
18 scripturæ admittitur † repulsa aduersus scripturas, extat *ritus Magnæ Curiæ*, qui incipit *Item seruat dicta Curia non cedere car.* 11. & † eadem elapso dicto termino, partes debent habere
19 dilationem † octo dierum, infra quos detur copia testium repulsatorum, & possint partes percuntari copiam prædictam, & deliberare si indigent repulsa, & vbi deliberauerint, & petierint, conceditur medietas termini primæ repulsæ, infra quem possunt approbare, & reprobare testes examinatos in prima repulsa, & vocatur repulsa re-
20 pulsæ, & datur copia, quoniam † originale debet remanere apud actuarium causæ. *cap. quoniam contra §. fin. extra de probat.* & habita copia considerent ob reptiones contra testes. *cap. licet causam extra eo. tit.* & vlterius non concedit *cap. licet dilectus extra de test.* & est ratio, dicit *glos. in d. cap. licet dilectus* propter infinitatem vitandam, & vt litium sit finis *§. si verò Authent. de test.* & ijs terminis omnibus decursis
21 sit modo prædicto conclusio † præcedente instantia in Magna Curia, & in Sacro Consilio, & in Regia Camera, vbi lis agitur inter partes conclusio,
22 † nihil aliud est, nisi terminus exclusinus omnium probationum, & tunc propriè, & verè facta conclusione dicitur liquere de causa, quoniam vlterius quæ adsunt non possunt impugnari, vt notat *Felinus in verb. liquere cap. significauerunt extra de test.* effectus †
23 conclusionis parit, quod post conclusionem, nõ potest denunciari lis auctori secundum *glosam in l. si rem §. quolibet ff. de euictio.* non admittitur exceptio, quod non potest procedi sine principali, nec reus de subscriptione non facta per accusatorem, post conclusum, verè non potest peti, quod principalis
24 † deponat super positione, vt tenet *Geminianus in cap. 1. col. pen. de confes.*
25 *in 6.* nec † admittitur exceptio excommunicationis, *Cardinalis in Clement. 1. in pri. oppositione de exceptio.* nec
26 † potest deferri iuramentum in supplementum probationis, vt tenet *Bald. in*
27 *l. bonæ fidei C. de iur. iur.* & non potest allegari suspectus Iudex, vt per omnes post lapsum in *cap. Iudex de offic.*
28 *deleg. in 6.* Nec emendatur libellus † nec fit reconuentio, nec allegatur medium allegatum, fuit tamen decisum contrarium in consilio, & refert *Mazeus decis. 350.* nec potest reuocari
29 † confessio, & *Geminianus in cap. 2. de test. in integ. in 6.* sed si producerentur cautelæ declaratoriæ, seu mentionatæ in iudicio, alias res productæ in articulis recipiuntur secundum *Geminianum in proemio Sexti*, & notatur *in c. si quis vidnam 34. dist.* prædicta non vendicant sibi locum in causis criminalibus,
30 quoniam † numquam in eis concluditur, quoniam semper potest doceri de innocentia inquisiti vsque ad sententiam *Bart. in l. 1. §. si quis vltro ff. de quæst. Bald. in Authent. iubemus C. de ind. Rota decis. 30. incipiente fuit dubitatum. Capicius decis. 81. num. 5.* item
31 † vbi fuissent de nouo instrumenta reperta. *cap. cum dilectus de fid. instrum.* item quando partes non contradicunt in causa pupillorum, & aliorum habentium restitutionem, vt notat *Romanus*

in l.

Digitized by Google

32 *in l. admonendi ff. de iur. iur.* item † vbi repulſa fuiſſet denegata, vt notat *gloſ. in cap. ex conqueſt. extra de teſt. ſpo-*
33 *liat.* & concluſio † ſit duplici modo, vno modo quando renunciant partes allegationibus, vt tradunt Doctores in *cap. paſtoralis extra de cauſa poſſ. & prop.* ſecundo modo, quando ſit per laſum termini, quia Iudex iſto modo poteſt altera parte inuita, non allegante cauſam impeditiuam facere concluſionem, & in cauſis eccleſiaſticis plenarijs eſt, de ſubſtantia in cauſis ſummarijs non ſic fuit deciſum, vt refert *Mazeus deciſ. 277. Capicius deciſ. 1. num. 33. tenet Bart. in verb. figura ad recipiendum, & Alexand. conſ. 65. in 4. vol. & Bal. cap. 1. ſi de inueſt. int. dom. & vaxall. lis ori.* & ſeriolus de omnibus prædictis. *Felinus in cap. cum dilectus*
34 *de fid. inſtrum.* ſed vtere † cautela, & proteſtatione reſeruatiua ſcripturarũ intimata tibi concluſione publicarum. *Mazeus tenet deciſ. 272. & 33. 115. & Cappella toloſana deciſ. 14. & Abbas in d. cap. cum dilectus extra de fid. inſtr. & Rota deciſ. 6.* excipiuntur pupilli minores Eccleſia, & miſerabiles perſonæ, quorum conſilium conſtant eſſe infirmum, & fragile multiſque captionibus ſuppoſitum, multorumque inſidijs expoſitum, & proinde prætor eis aduerſus captiones auxilium pollicitus eſt.
35 *l. 1. ff. de minor.* nec ſuppletur † eorum infirmitas perſonarum additione. *l. nec per liberos ff. eo. tit.* quod auxilium
36 dicitur reſtitutio † ipſa, alias beneficium reſtitutionis. *l. Iulianus ff. de reſt. in integ. & l. eo tempore C. eo. tit.* & licet ex certa ſcientia per negligentiam omiſerint petere, tamen non præcluditur eis via petendi *l. minoribus C. eo. tit.* & quamuis ſemel fuerit eis cõceſſum, iterum concedi debet. *l. fin. C. ſi ſæpius in integ. reſt. poſt.* illumque traſmittit ad hæredes *l. ſi intra C. de temp. in integ. reſt. Mazeus, quod nõ deciſ. 211.* daturque poſt perfectam ætatem quatrienniũ, infra quod petat dictum beneficium, quod non currit intercedente abſentia
37 *l. 3. C. eo. tit.* & verum ſi † non petierit infra dictum quatrienium, & ſe arrauerit in tantum, quod expediri non poteſt infra dictum ſpatium denegabitur, quod vbi reperiretur conceſſum, altera pars eodem beneficio vti poteſt, quia in arbitrio ipſius reſtat, tunc inferre litigium cauſa petitæ dilationis mora ſuperſtite ſpatio includi poſſit *l. petente C. de temp. in integ. reſt. Mazeus deciſ. 210. & deciſ. 89.* critque dictum quatriennium continuum. *l. fin. C. eo. tit.* cui beneficio ſi petens renunciauerit, poterit alter collitigator vti. *Bart. in l.*
38 *ſi Iudex ff. de minor.* quoniam † pœnitere non poteſt altero contradicente. *l. ſi pœnituit ff. de dinor.* integratur enim per hoc auxilium, ſeu beneficium ad primum terminum, ſeu ad primum ſtatum argumento facit *l. caſus eius C. de ſent. paſſ.* dicit beneficiũ gratia. *l. beneficium ff. de Conſtitut. princip.* dicitur ſubuentio *Eſaiæ cap. 1. vbi quæſcit agere peruerſè, & diſcite benefacere, quærite iudiciũ ſubuenire oppreſſos, iudicate pupillos, defendite viduã, quibus tamquam miſerabilibus gratis lex conceſſit aduocatos, ritus eſt. 5.* qui incipit
39 *Item* † *quod procurator*, & alter, qui incipit *Item quod aduocatus pauperum* præterea aduocatus fiſci tenetur pro eis patrocinari. *l. penul. C. de poſtul.* pu-
40 pillus † propriè dicitur, qui eſt emancipatus, vel caret patre, & ſtat, vel ſtare debet ſub tutela alterius. *l. pupillus ff. de verb ſignific. l. 1. ff. de tutelis*, impropriè impubes dicitur pupillus. *l. fin. §.*
41 *1. ff. de verbor. oblig.* quid ſi non † habet tutorem, & excedit annum ſeptimum, datur ei curator: dum tamen illum petat, & ſi hoc effugiat cogitur. *l. qui habet §. ſi pupillus ff. de tutel.* & implena defenſione debet tutor, vel curator interuenire *l. 1. §. Sufficit ff. de adminiſt. tuto.* & maſculus dicitur pupillus, vſque ad 14. annum, & femina vſque ad 12. annum §. 1. *inſtitut. quib. mod. fin. tut.* illinc in antea vſq; ad 18. annum hodie in Regno dicitur minor, & indiget curatore, vt in *Conſtitutione*

Regni

Digitized by Google

Regni. *minorum sub rubrica de test.*
42 *min.* vidua † dicitur non solum, quæ olim nupta caret viro, sed ea, quæ nondum virum habuit, vel quæ sine viduitate. *l. malum §. viduam ff. de verb. signific. Bar. in l. vnica C. quando Imperat. inter pup. & vid. & differt à virgine, §. item lex inst. de publ. iud. 34. distinc. cap. vidua vxor.* captiua dicitur vidua. *l. vxoris ff. de repud.* cæterum, quæ inutilem maritum nacta est, eadem interpretatione admitti crederem, *§. quæ vero Authentico de nupt. glos. in l. fin. C.*
43 *de plagiar.* beneficium † restitutionis, nõ solum viduis, sed mulieribus, propter fragilitatem sexus, & simplicitatẽ earum ad euitandum damnum conceditur *const. obscuritatem sub rubrica de restitutione mulier*, & conceditur reipublicæ *const. beneficium sub rubrica de rest. reipub. mulieribus*, vt *in Constitutionem mulieribus de rest.* mulier Ecclesiæ competit beneficium restitutionis. *Decius cons. 36. beneficia* in Regno hodie dantur indistinctè, etiam non probata læsione. *Capycius decis. 109.* ad quæ petenda minor cogi non potest, sed mulier sic *idem Capycius decis. 110.* & dicit *Mazeus*, quod terminus beneficij est arbitrarius, non medietas primi termini *decis. 124.* & si be-
44 neficia fuerint † concessa in prima instantia, non conceduntur in causa liquidationis, secus vbi non reperiuntur concessa, idem *Mazeus decis. 114.* & 35. quæ beneficia ad pinguius prõ-
45 bandum in causa † repulsę non conceduntur. *Boerius in 2. parte quæst. 245. num. 7.* consimilis dispositio erat in ritibus Magnæ Curiæ, qui incipit *Item si aliqui litigant car. 5.* quæ dicuntur mi-
46 serabiles † personæ, vide *Innocent. in cap. significantibus extra de offic. deleg.* & priuilegijs prędictarum personarum vide in *Constitutione Statuimus Cap.* quod incipit *Iusticiarij terræ laboris*, vel *item quia nulla car. 20. cap. quod decretam car. 7.*

47 Dilatio, an, & quando impeditur ex parte aduocati, & Iudicis inferius demonstrabit, dicitur *in l. rem non nouam §. patroni C. de iudicijs*, quod patroni non debent differre expeditionem causæ, vbi cognouerint clientem fouere malam causam; & cliens derelicta causa non debet eam prosequi articulis imputatur ei, & proindè Iudex in dilationibus audire non debet, & *glos. in verbo litigatori* mouet quæstionem,
48 † num qui recessit debeat habere totũ salarium, & remittit se ad *l. 1. §. diuus, ff. de var. ex cognit.* vbi *glos. in verbo repeti vers. sed quid* si aduocatus deserit causam, vt desperatam dicidit, quod vbi recedit ob culpam clientis, quia fecit paruam confessionem, vel res de qua agebatur perijt, debet habere salarium, verum eo tempore salarium solucbatur in principio, & idcirco non acenta ratione temporis, quo auxiliũ, & patrocinium præstabatur, cum per ipsum non stabat, lucrabantur salariũ, & alias aduocati tunc differentes ex-
49 peditionem † causæ puniebantur in duabus libris aurum *l. properandum §. illo procul dubio C. de iudic.* & ne periret his actoris, inferebatur in sententia tale impedimentum illatum per aduocatum causæ; sed vbi proposita narratione per actorem, & obtecta, qua dictione per reum intercessit legis, vel iustæ causæ impedimentum excusabãtur aduocati, vt notat *in d. §. illo in verbo, vel instr.* & dilatio propterea interim non currit, & alibi tempora, quibus non redduntur non currunt. *l. cum anterioribus, §. si tamen C. de tempor.* appellatio, ibi *cum iniquum sit propter occupationes florentissimi ordinis causas hominum deperire, & in §. illum eadem lege*, ibi si *quidem appellator nescire voluisse litem exercere per Iuditem stetisse; vel aliam in exorabilem causam subsequutam*, & quid si
50 Magnificus † Aduocatus informatus de causa recusat ex eo, quia cliens recusat soluere honorarium, an terminus interim currat, an cliens fortè excusetur propter incommoditatem, vel propter paupertatem, dic quod sic, &

sala-

Digitized by Google

ſalarium, aut ſolui debet de publico, aut gratis aduocari compelli, debet nullo intercedente damno clientis, vt notat *gloſ. in d. §. illo verb. præſtandis, & in Authent. de mand. principium § ſit tibi.* In principio † ſolui debet ſalariũ durum, & odioſum eſt poſt ſententiam exigi. *l. venditor §. fin. iuncta gloſa in verbo ſalarium ff. commun. prædior.* & rec de nouo conueniti, vt dicit *gloſ. in d. §. illo in verbo, & trahant in fine*, † vtrum pendente lite aduocatus poſſit contrahere, quod nõ, quia omnia daret propter timorem litis ſicuti infirmus medico *l. medicus ff. de varijs, & extra cognitio. & l. 1. ſi cur eo. tit.* tunc enim aduocatus detinet clientulum, tunc allegatum tamquam ſeruum, vt omnia patiantur propter litem, nemo ex ijs, quos licebit accipere aſperanter habeat, q̃ ſibi ſemel gratia officij libero arbitrio obtulerit litigator hinc Cato.

Exiguũ munus, cũ tibi dat pauper amicus.
Accipito placidè, plenè laudare memento.

& non recuſet, & ex induſtria, propterea pertrahat litem, quia punitur, vt in *d. §. illo l. quiſquis §. præterea C. de poſtul. iuncta gloſa in verbo contractum, & in verbo pertrahat.*

Beneficium quando conceditur ijs perſonis dicitur, quod in ijs perſonis ceſſat timor ſubornationis, vt tenet *Bar. in l. vbi exigitur ff. de edendo.*

53 Primò enim dilatio † dabatur reo ad impugnandum reſcriptum, quod prima facie videbatur ſuſpectum, & hoc obſeruatur de iure canonico in Iudice delegato, & tunc actori datur defenſio ad approbandum, quæ oppoſuit in *l. ſi quando iuncta gloſ. in verbo dilatio, C. de dilatio.* In reo, quia inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alium iudicium trahitur in Iudice ordinario porrecto libello, & præſtita cautione de iudicio ſiſti, datur alia dilatio reo, quæ non eſt in vſu præbitis ſportulis, quæ hodie fiunt pro prima diſtincta parte, olim erat dilatio viginti dierum ad deliberandum cedat, vel contendat, infra quam poterat etiam opponere aduerſus perſonam Iudicis. *Authentica offeratur C. de lit. conteſt.* quæ dilatio ſimiliter hodie eſt arbitraria ſecundũ diſtantiam locorum, & poteſt ſecundum *gloſ. in d. Authent. offeratur breuiari per l. 1. C. de dilatio.* & extat *Conſtitutio Regni*, quæ incipit *Dilationes de dilationibus*, per quas delibelibertoriæ indutæ ſunt ſublatæ, & ſolum cõceditur terminus ſuorum dierum, vt tenet *gloſ. in verbo pro die in d. Conſtit.* & vbi fuit integrè, vel pars dilationis conceſſa, interim Iudicis officium conquieſcit. *l. ſiuè pars C. de dilatio.* item conteſtata lite dilatio ad probandum, & defendendum, vbi pars comparebatur, quæ non reperitur apud veteres taxatos, ſed erat arbitraria, & moderabatur ſecundum diſtantiam locorum. *l. oratione ff. de ferijs*, quæ certificabatur, illico facta nominatione Prouinciæ, in qua erat facienda probatio, ſeù defenſio, & in Prouincia erat trium menſium extra in contigua Prouincia ſex menſes vltra mare nouem. *l. 1. C. de dilatio. & gloſ. in d. l. oratione in verbo moderationem*, hodie communis dilatio eſt certa, ſcilicet viginti dierum, licet poſſit breuiari per Iudicem ſecundum naturam cauſæ, quæ ſe remittit ad *Conſtitutionem in ciuilibus cauſis*, & latiſſimè *per Andream in Conſtit. lite legitimè conteſtata in verbo eumdemque terminum.*

54 Et facta nominatione † ipſo iure intelligitur prorogatam triam, & formã, vt ſupra diximus in *pragmatica quinta die*, dummodo, quod infra Regnum non excedat ſpatium trium menſium, ità quod in remotioribus partibus eſt dilatio trium menſium, & cætera Regna dicuntur hodie contigua. Ità quod in Italia non darentur pluſquam ſex menſes, etiam in remotioribus partibus ipſius, & in Hyſpania, & alijs remotioribus partibus non vltra nouem menſes, & ſemper fuit vna dilatio à principio, & vbi dabatur, erat ſine cauſæ cognomine. *l. in pecuniarijs ff. de ferijs, & dilatio.* Sed vbi fortè in prima impe-

Digitized by Google

impeditus, non poterat compellere examen, dabãtur alię dilationes, & omnes causa cognita, & causæ cognitio consistebat probare iustam causam impedimenti processisse in prima dilatione, & ad probandum huiusmodi impedimenta dabatur vnica dilatio cum moderatione, quæ prima concedebatur: vbi bona fide postulabatur, & ab esset euidens calumnia, & tunc non obstat, quod dicitur in *Authent. de test. S. quia verò colum.* 7. vbi etiam quarta productio dabatur, dic, quod etiam tũc est vna dilatio, licet essent plures productiones, vel plures dilationes impartire, tamen modo prædicto, scilicet causa cognita, vt notat *glos. in d.l. in pecuniarijs*, equidem hodie posset practicari, vt Iudex, qui de causæ cognoscit semper, quod ei constiterit de legitimo impedimento possit habilitare actorem, vel reum, ad examinandum non solum testes nominatos, & citatos infra primam dilationem, sed productos post, & additos 2. 3. & 4. vice in citatione, & quot dilationes dantur reo, & actori, vide *Affict. in Constitut. in pecuniarijs, & Grammaticum decis. 96. Boerium decis.* 294. vbi verò erat absens post contestationem litis, & liquebat de negotio, absens reus, vel actor esset, procedebatur ad diffinitiuã cum certa tamen diligentia facta per eum, qui præsens erat, scilicet tribus præpositis edictis in albo prætoris, ità, quod primum edictum contineret nõ minus triginta dierum, quibus elapsis delebatur primum edictum, & proponebatur alterum, & elapso secundo proponebatur, & tertium edictum peremptorium, deindè procedebatur ad diffinitiuam, hodie istud recessit ab aula, quia reperta est citatio generalis ad omnes actus, & vocatur reus in Magna Curia, & dicitur per interloqutoriam prouisum, quod procedatur in contumaciam, & datur terminus in Sacro Consilio, & in Reg. Cam. accusatis contumacijs, datur terminus in contumaciam, & omnes actus, deindè fiunt in contumaciam, & vbi olim omnes erant præsentes, & altera pars renunciauit allegationem alteri petenti dilationem ad allegandum, dantur tres dilationes, & non vltra *Authent. iubemus C. de iudic. & Authent. qui semel C. quomodo, & quando Iudex*, ista non practicatur, quia conclusio in formam istud admittit, vt infra terminum conclusionis, pars possit producere instrumenta, & scripturas, & allegare, & de equitate admittitur vsq; ad relationem coram Commissario, & facta relatione per aliquot dies ex quousque rota, in qua causa agitatur, est bene informata, quando non est posita in albo causa, quia tunc excluditur per Regiam nouellam pragmaticam ab omni productione scripturarum, quæ incipit *per Sacrum Consilium prouisum est.*

Io: Franciscus Scaglionus V.I.D.

ADDITIO.

AD ornatum istius Pragmaticæ, videto Marant. in eius specul. p. 6. in 11. actu num. 3. vbi de ista publicatione, quæ fit ipso iure per lapsum termini loquitur, citando istam pragmaticam, & Carau. in ritu 22. in princip. & melius in ritu 144. num. 3. & 4. vbi etiam praxim examinandi testes in termino citatos examinat, & in ritu 283. latè Muscatell. in praxi S. C. lib. 1. par. 5. & seq. nouissimè Iul. Cæsar Gallup. meritissimus Auditor in Duana menepecudum Apuleæ imeus satis amicitia coniunctus in sua praxi S.C. p. 2. cap. 16. vbi de ista publicatione processus agit, & plura recollexit vltra Troyl. & D. Reg. Rouit. in ista pragmatica, & an publicatio testium sit de substantia ordinis iudiciarij, vide Affict. in Const. vniuersos num. 5. Episcop. Campan. in additione ad Coment. Alberic. Oliue super ritu Curiæ Archiepiscop. 32. num. 9. & 11. Tartagl. in praxi ciuil. cap. 4. num. 11. vbi plura congerit Imbrian. in Tract. de repulsa considerat. 1. nu. 27. & seq. D. Reg. Hector Capyc. Latro in consultat. 115. p. 2. in princ. memor de ista prag. quam exornat.

Ibi infra quatuor dies adde eundem Episcopum Campanil. ad Oliuam in ritu 73. num. 9. & 75. Muscatell. in eadem praxi S. C. lib. 1. p. 7. glos. scripturæ.

Ibi infra octo dies, vide D. Reg. Hect. Capyc. Latro d. consult. 115. num. 2.

Ibi repulsam petierit ad istam materiam repulsæ, vltra Scagl. in ritu 73. 24. & 276. & Episc. Campanil. ad Oliuam in ritu 33. num. 5. Marant. in d. specul. par. 6. in tertio decimo actu de repulsa, per totum Muscatell. in eadem praxi S.C. lib. 1. p. 6. glos. repulsa, Iul. Cæsar Gallup.

Digitized by Google

Gallup.in eadem praxi par.2.cap.28. per totum,ſed abundanter Iul.Cæſ. Imbrianus in ſuo docto tract. de repulſa in 1 conſiderat. per totam,vbi plura.

Ibi medietatem primæ dilationis, idem Scagl. in d.ritu 73.& 74.num 10.Nicol.Carbon.in ſua practica practicarum lib. 3.cap.6.nu.50.

Ibi repulſa repulſæ poſt Marant. in d. ſpecul. d.p.6.actu 13.in princ. Campanil. vbi ſupra num.7.Muſcatell.d.p.6.gloſ.repulſæ num.5. latiſſimè Imbrian.in alio tract. de repulſa repulſæ per totum. Carbon.in d.practica Practic.lib.3.cap.6.num.84.

Ibi ſiuè ſcripturas infra quatuor dies, &c. Marant.eo.ſpecul.p.6.in 8.actu num. 48. Carau. in ritu 75.in princ.& ritu 238.num.1.

Et de quibus ſcripturis loquitur iſta pragm. teſtatur Muſcatell.d.lib.1 p.7. gloſ. præſentatas num.16.& ſeq.

Ibi in cauſis autem pupillorum cõcordat cum pragm.1.de inſt.non reſt. & ad hoc latè Muſcatell. in d. praxi S.C. d.lib. 1.p.6.gloſ.priuilegiata per totam,& prolixius D.Reg.Hector Capyc. Latro d.conſult.115. à num. 17. cum ſeq. vbi refert deciſiones deſuper factas per S.C.quod reſtitutio concedi debeat priuilegiatis examinandi teſtes contra alios teſtes reprobatorios, etiam ſtante lapſu termini præfixi à pragmatica, poſt extra concluſionem,& iterum in alia cauſa Io:Baptiſta Cicinelli de qua etiam prius teſtificatur,idem Imbrian.de primo,& ſecundo beneficio cõſiderat.9.num.112.

Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Impertinens articulus, quomodo dicatur,& 2.4.5.6.& 7.*
3 *Magnificus fiſci patronus, in cauſis criminalibus reijcit impertinentes.*
8 *Quando teſtis poteſt recipi, nulliter receptus,etiam ſuper impertinentis.*
9 *Teſtis, quando primo loco dixit neſcire, & deindè in articulo famæ dixit ſcire.*
10 *Si ommiſit pars citatus ad videndum iuramenta teſtium proteſtari, vtrum poſſit repulſare,& 11.12.13.& 21.*
14 *Quando dicta regula nõ habet locum.*
15 *Si inſtrumenta, & vota expertorum fuerunt primo loco producta, vtrum poſſint reprobari.*
16 *Quarè magis timetur de ſubornatione teſtium facta publicatione, quam ante publicationem.*
17 *Noua capitula, quomodo intelligãtur.*
18 *Quando cum inſtrumento deducuntur teſtes, an poſſint deduci.*
19 *An poſſit repulſare perſonã approbatã.*
20 *Quæ poſſint obijci contra teſtes.*
22 *An poſſit poſt concluſum in cauſa procurator reuocari, & alias, quæ poſſunt reuocari, etiam num.23.*
24 *De inſtrumentis nouiter repertis.*
25 *De iuramento ſuppletorio.*
26 *Quando teſtes poſſunt recipi poſt publicationem.*
27 *Quando reperiuntur ad inſtantiam fiſci.*

Contingit ſæpè poſt proceſſus publicationem,ſub nomine repulſæ articulos, ſiuè poſitiones impertinentes poni idem,& vel de directo contrarium, cum primis capitulis contientes, vnde naſcitur ſubernationis, & falſitatis materia, vnde opportunò prouidere volentes inhibendo mãdamus, vt nullus in cauſa appellationis, vel in repulſis ponere audeat articulum, vel poſitionem, impertinentem, cum iis qui ante publicationem in principali cauſa poſiti forent,niſi in caſibus,in quibus beneficia, vt ſupra conceſſa forent, & pars quæ contrafecerit pro quolibet articulo impertinenter poſito, in eadem ſententia,in quinque tarenis condemnetur, procurator verò duplicatam pænam ſoluere teneatur.

De capitulis,& poſitionibus impertinentibus in repulſa non ponendis.

GEneralius loquitur textus,quam rubrica,quoniam in nigro cauetur, nè fiant impertinentes † in cauſa appellationis,de quo nihil in rubrica, & dicitur impertinens. Primò, quan-

1

quando idem deducitur, vel de directo contrarium in termino repulsæ, quod fuerat deductum in termino causæ. Secundò, dicitur impertinens, quando in termino secundæ instantiæ ad non posita ponendum, & non probata probandum deducitur, idem, vel de directo contrarium. *cap. fraternitatis extra de test. Clemen.* 2. *eo. tit.* Tertiò, † deducitur impertinens in primo termino, quando id, quod veniret probandum non releuaret. *l. ad probationem la* 1. *C. de probat.* in termino repulsæ similiter, quando id, quod deducitur non releuaret. *cap. per tuas extra de symo el* 1. ampliatur secundum *Bald. in d. l. ad probationem*, etiam quando adderetur aliquid, sicuti è conuerso dicitur pertinens, respectu qualitatis additæ, & ex officio debet illos reijcere Iudex, vt dicit *Bart. in l. si duo patroni* §. *idem Iulianus ff. de iur. iur.* in causis tamen criminalibus † Magnificus fisci patronus consueuit reijcere impertinentes, & processit, ac procedit ex priuilegio fisci, quando debet interuenire in inquisitione, vt tenet *Angelus in rep. l. si vacantia C. de bon. lib.* 10. & *Bald. in cap.* 1. §. *si Titius de controu. inter do. & vaxall.* fallit prima regula, vbi vellet probare absentiam, & falsitatem testis cum corruptione, vt notatur in *d. cap. fraternitatis*, & notat *glos. in d. Clement.* 2. & sic ex ijs probatur opinio *Hugolini, Ioãnis, Cini, Azonis, & Acursij in Authent. per hanc de appell. & Authent. qui semel C. de probat.* & seruatur opinio Canonistarum in *d. cap. fraternitatis, & Clemet.* 2. *de test. quam Clementinam* non viderunt supradicti legistæ, quoniam tempore eorum non erat edita, vt tenet, & refert *Guido Papa cons.* 35. dicitur, † & quartò impertinentes, vbi sententia fecisset transitum in rem iudicatam, & in noua instantia deduceretur, idem, vel de directo contrarium. *cap. in monesterium de re iud. cap. cum contingat extra de offic. deleg. Mazeus decis.* 13. sed si † fuissent admissi per Iudicem tacitè per lapsum termini parte non opponente, non possent vlterius recipi, vt notatur in *dicto cap. cum contingat per Abbatem*, vlterius † diceretur impertinens, quando esset in prima dilatione probatum, quia posset secunda, & tertia dilatio, hoc modo denegari, vt notatur *in cap. præsentium extra de test.* nisi † pro declaratione depositionis, alias factæ, vt notatur in *cap. cum clamor extra de test. & Boerius decis.* 172. *in prima parte*, vel vbi per negligentiam Iudicis, vel dolum partis aduersæ fuisset omissum examinari testes super aliquibus articulis. *cap. licet dilectus iuncta glos. eo. tit.* & vbi in prima instantia in genere deduxisset lesionẽ, non specificata quantitate læsionis, immò idem † testis, quando dixit primò nescire, secundo loco melius informatus posset, & vellet absq; periculo falsitatis. *glosæ sunt in cap. cum causam extra de test. in verbo ad alium*, & sed qualiter, item quando primò fuerũt summariæ examinati super incidenti, quoniam in negotio prædicti plenariè super eodem possunt examinari. *glos. in cap. veniens ad apostolicam extra eo. tit.* Et † si aliquis citatus ad videndum iuramenta testium ommisisset opponere, contra testes dicta, & dicẽda per eos, seù protestari non posset petere repulsam, nec petere reiectionem impertinentium, quoniam videretur tacitè agnouisse, & admisisse, ac approbasse, & vbi opposuisset, non posset se fundari eorum dictis, vt notatur in *d. cap. præsentium Capycius decis.* 29. nisi † vbi iurasset petere hoc non animo calumniandi, & didicisse eorum defectus post publicationem, & quæ ratio est, quod quando produco testes, non possum illos reprobare, & eorum dicta, sic ratio est, quia producendo aprobo, & præsumor scire, eius qualitates, cum nemo præsumatur producere testes incognitos, secus dicta, quoniam quæ dicturi sunt testes ignoro, & potuerũt voluntatem eorum testes mutare, cum duodecim sint horæ diei pro ijs, facit *glos.* 1. *in d.*

13 *cap. præſentium*, quæ addit † triplicem eſſe cauſam, ob quam teſtes facta publicatione non recipiantur, ſcilicet vbi eſt publicatum, renunciatum teſtibus, & ſufficienter deductum, & procedunt prædicta, vbi ſunt hædem perſonæ, idē
14 modus agēdi, idem factum, fallit, † vbi primum fuiſſet examinatum in exceptione dilatoria, ſecundo loco examinaretur in exceptione peremptoria, *vtputa rei iud. tranſactionis litis finitæ glos. eſt ſingularis in verbo, publicate c. de teſt. eo. tit.* item ſuper articulis nouis vel ſuper eiſdem, ſuper quibus non fuerant recepti teſtes. *cap. canſamque vertitur iuncta glos. extra de teſt.* & ſi
15 inſtrumenta, † & vota expertorum in prima inſtantia fuerunt producta, vtrum in ſecunda inſtantia poſſit contrarium deduci, quod non, niſi reſeruaſſet ſibi ius impertinentium, & appellaſſet, vbi fuiſſent admiſſi. *Mazeus dec. 23. & glos. in Clement. 2. de teſt.* & ſic indirectè poſſet abſentia, & correptio teſtis non directè, vt legitimatio aduerſus illegitimationem præſentia aduerſus abſentias, & ſimilia, vt in dicta *Clementina glos.* plenius determinant, ſunt alij caſus, quos enumerant Doctores in *d. cap. fraternitatis, & Speculator in tit. de teſt.* ſed
16 † quarè magis timetur de ſubernatione facta publicatione, quam ante publicationem, dic, quod ante ſtabat ſub ſpe, quod probaret eius intentionem facta publicatione faceret omnem conatū per fas, & nefas, vt vinceret: vt notat *Abbas in d. cap. fraternitatis in verſic. ſed circa.*
17 Reſtat modo videre, quæ ſunt noua † capitula, dicuntur omninò noua, quæ non concludūt, nec coadiuuant intentiones ponentis, & de ijs loquitur *textus in l. ad probationē C. de probat. cap. cum contingat de offic. deleg.* noua non omninò noua ſunt, quæ dependerent ex antiquis, quæ concludunt, & coadiuuant intentionem, & tunc quando tacitè, vel implicitè quoad neceſſitatē facti, & probationis continerent, idem exemplū in præſcriptione, quæ tacitè contineret poſitum titulum, ſi ſecundo titulus deduceretur, non admittitur, ſed vbi de neceſſitate facti, & non probationis continerent idem exemplum in mutuo, quando reperitur in prima cauſa deductum abſque tempore, quia in ſecunda poſſet decuci tempus, & vbi poſſent comprendi, & non comprendi, & ſic qualitas adeſſe, & ab eſſe admittuntur, vt notat *Abbas in d.*
18 *cap. fraternitatis*, ſecundò † principaliter, quando cum inſtrumento nouiter producto deducuntur teſtes, poſſunt deduci, vt *idem Abbas in d. cap. fraternitatis*, amplia, vbi confiſus de paucis teſtibus, & de parte, quæ nihil in prima inſtantia deduxit, quia poſſet ſuper eiſdem. *Mazeus deciſ.* 215. *Capycius deciſ.* 42. extat conformis huic pragmaticæ ſtilus Sancti Marcellini, vt refert *Guido Papa q.* 14. & 347. Amplia regulam, quod dicuntur impertinentes articuli, quando continent impoſſibile, & inueriſimile. *Rota deciſ.* 24. *Boerius conſ.* 40. *num.* 69. ſuper quibus partes non poſſent, nec deberent cogi, *Capycius deciſ.* 15. prædicta dicit *pragmatica iſta*, quod non vendicant ſibi locum in primo, & in ſecundo beneficio, quoniam ſpeciali priuilegio huiuſmodi perſonæ, quæ poſſunt reſtitui, poſſent idem, & de directo contrarium articulare, & vbi in termino ad non poſita ponendum hæc deduceret, poſſet contentari, quod probationes ad euitandum circuitum remaneret loco illius beneficij, quod deberet habere alias reijci deberent, & ſic vidi practicari vſque ad hodierna tempora.

Loquitur rubrica, & niger de repulſa contra teſtes, quæ competit actori, vel reo, vel aduerſus dicta teſtium prædictorum per ipſum, vel aduerſus teſtes productos per partem aduerſam, vel contra ſcripturas, vt infrius demonſtrabimus, & vbi quis vult repulſare teſtes per ipſum productos, tunc non poteſt eorum perſo-
19 nas † reprobare, ſemel approbatos in eadem cauſa, ſed eorum dicta ſit, &

ideò

Digitized by Google

ideò quem approbo pro me teneor illum recipere contra me 15. *distinct. c. si Romanorum*, sed dicta possum impugnare, quia quid sit dicturus pro me ignoro, & in casu, quod contradicit sibi ipsi audiri non debet. *l. in testimonium ff. de test.* vel contradicit alijs testibus meis. *l. Ob carmen §. si testes iuncta glos. in verbo Impari eod. tit.* vel deponit pro aduersario, secus est quando produco instrumenta contraria, quia similiter imputari debet, qui diligenter scrutari debet illa, an facerent pro se verba contra se; & in teste non potest prouideri, licet instructus possit, quia mutare potest, & si vnum diceret ante se, aliud coram examinatore, vt tenet *glosa 1. cap. præsentium de test.* ascriberetur instabilitari testis,

20 aduersus testes † potest obijci, quod sit infamis, conspirator, periurus, excommunicatus, inimicus, quod sit corruptus pecunia propriè odio promissione, quod sit seruus, infans, mulier, & amicus partis aduersæ, & aduerte, quod *Dominicus de Sancto Geminian. in cap. 2. §. testes de testib. in 6.* post dictum capitulum dicit, quod non sufficit in genere opponi exceptiones defectuum contra testes, sed in particulari, prout hactenus vidi per aliquos practicos obseruari, quod adhorret ab omni iure, & sic reprobans testes debet defectus criminum sigillatim exprimere, per quæ repellantur à testimonio. *cap. per inquisitionem de elect. cap. cum Constitut. de sent. excommun.* & aliter non admittitur reprobatio. *cap. præsentium §. 1. de test. in 6.* non tamen exigitur locus, & tempus criminis specificari, exemplum volo probare, quod talis est periurus infamis, & commisit tale crimen, & sic, quod publicatis testibus considerate prætendis dicta testium, quæ te offendunt, primò vide quo sermone loquentur præmeditarè, vel aliter, & vnio, & eodem sermone, cuius ætatis sint testes, conditionis, vitæ, & qualitatis, & cuius extimationis in Ciuitate, vt latius docuit *iureconsultus in l. 3. ff. de test. de quibus latius Ioannes Bessanus super Auernorũ consuetudinibus articulo 6. & 7. rubr. de obiect. & reprobes, &c. apud gallos in Auerna post publicationem*, vlterius non recipiuntur testes. *glos. mouet quodam dubium in d. cap. præsentium*, quid

21 † si non est protestatus citatus ad videndum iuramenta testium, & simpliciter pertransit, an possit reprobare facta publicatione, & videtur, quod non, quia eo ipso, quod non protestatur, videtur approbare, & non debet admitti ad repulsandum, & sic alias dixi in præcedentibus, & proindè ad purgandum huiusmodi defectum, tenetur si vult repulsare, quod iuret id petere non animo calumniandi, ac malitiosè, & procedit, vbi obseruatur à principio non præstari iuramentum calumniæ, ità dicit *glos. in verbo iuramento d. cap. præsentium*. Importat talis protestatio, ex quo ex ea præsumitur, quod citatus noluit stare, & adhibere fidem dictis illorum testium, sed quid si constat de protestatione facta, & non fuit facta repulsa, num ista protestatio operetur aliquid, *glos. in verbo protestatus d. cap. præsentium*, dicit, quod sola protestatio non obest, si vlterius nõ fit processum, & ratio est, quod vbi protestatus est contra testes præsumitur, quod testes timore obreptionis aliquid dixerunt pro ipso, vel saltim teneatur dicere, q non est verum, quandoque, vt dixi repulsa, & maximè in criminalibus fit eodem contestu causa breuiãdi litem, vt notat *glos. in cap. cum causam extra*

22 *de test.* & post conclusum † nullo modo admittitur aliqua probatio, nec procurator reuocari potest, immò non obstante reuocatione cum eo proceditur, vt tenet *glos. in cap. pastoralis de causa poss. & proprie. in verbo conclusum*, nec etiam potest intentare possessorium pendente iudicio petitorij, & è conuerso per ea, quæ notantur in *d. cap. pastoralis*, & maximè *in glos. quæ incipit cum decisa, vbi Iudex tamen, qui condemnat*, & vbi dixi, quod post publi

Digitized by Google

cationem non recipiuntur vlterius te-
23 ſtes didicitis teſtificatis, † niſi aliqua
iuſta cauſa moueret Iudicem ad reci-
piendum teſtes, ſaltim ex clauſula ge-
nerali, ſi quæ mihi iuſta cauſa, vt tenet
Innocentius in cap. veniſſent extra de
teſtib. & ſuper eiſdem articulis, & id ſe-
quitur *Hypolitus per multa ſuper tract.*
de quæſt. l. 1. §. *cum quis num.* 53.
& *ſequentibus*, & inſuper motus ex
doctrina *Cyni l.* 1. *C. de conditio. indebit.*
24 tenet, † quod vbi ex negligentia argua
non poteſt etiam poſt ſententiam in-
ſtrumenta de nouo reperta producere
poteſt, & quæ ſit iuſta cauſa, vide *Pau-*
lum de Caſtro in l. admonendi ff. de iur.
iur. & equitas dicitur iuſta cauſa, vt te-
net *Antonius de Butrio in cap.* 1. *extra*
de iudic. item Iudex vſque ad ſenten-
tiam poteſt partes interrogare ex offi-
cio, ad declarandam mentem ipſius.
cap. cum Ioannes in verbo quoties ali-
quid dubitationis emergerit de fide
inſtrum. & quandoq; vbi æquitas exe-
gerit ad inſtantiam partis, vt tenet *glo.*
in verbo interrogabit, Clemeut. ſæpè de
verbor. ſignific. quam refert *Ludouicus*
Romanus in conſilio ſuo 176. *incipiente*
iſtæ ſunt allegationes, & Alexand. conſ.
77. *incipiente in cauſa in vlt. colum. in*
25 *primo volumine*, & † inſuper Iudex ex
officio poteſt deferre iuramentum par-
ti ad ſupplementum probationis, vt
refert ſe, ità in contingentia facti con-
ſuluiſſe *dictum Antonium in cap.* 1. *ex-*
tra de iudic. per cap. dictum cum Ioan-
nes, & per cap. per ſuas de teſtib. & per
l. generaliter §. 1. *C. de reb. credit.* quod
dictum ſequitur *Imola in d. cap.* 1. *de*
iudic. Alexand. conſ. ſuo 53. *in* 1. *volum.*
incipiente in cauſa, & Angelus in l. in
contractibus C. de non numerat. pecun.
& alij, quos refert *Hyppolitus in d.* §. *cũ*
quis num. 67. & vbi diximus Iudicem
poſſe partem interrogare ex officio
poſt concluſum in cauſa, intelligi de
ijs, quæ ante concluſionem ſunt acta,
ità idem *Hypolitus in d.* §. *cum quis nu.*
68. & illud, quod regulariter dicitur in
l. vnius §. *cogniturus ff. de quæſt.* in cau-
26 ſis maleficiorum † teſtes recipi poſſe
poſt publicationem, intelligi ad defen-
ſam, vbi non clauditur aditus demon-
ſtrandi innocẽtiam, ſequũtur hoc *DD.*
in cap fraternitatis de teſtib. & Bald. in
in l. præsbiteri, C. de Epiſcop. & cleric.
Salicetus in Authent. qui ſemel quomo-
do, & quando Iudex C. ſecus vbi deſi-
deratur noua examinatio ad offenſam,
vt tenet *Salicetus in l. fin. C. de quæſtio.*
& Franciſcus Aretinus in cap. fraterni-
tatis de teſtib. quem ſequitur *Felinus*
in d. cap. cum clamore, contrarium ſent.
Bart. in d. l. vnius §. *cogniturus, & An-*
gelus in tractatu maleficiorum in verbo
comparuerunt dicti inquiſiti, & dicunt
eſſe verum ſuper nouis capitulis, & in
Magna Curia indifferenter ad inſtan-
tiam fiſci, recipiuntur teſtes ſuper eo-
dem negotio, & reputantur, vt noua
indicia, & ſuper eis conſueuit dare, ſeù
27 † prouideri, quod idem terminus
currat, verum ex inſtructionibus novi-
ter impreſſis, fit illa diligens perquiſi-
tio, antequam datur terminus, & poni-
tur in proceſſu, vt non differatur iudi-
dium, prout conſueuerat ante, vbi fini-
ta defenſione ſup nouo delicto emer-
gebant, alia ità, qcod in infinitum deti-
nebatur, proindè ex diligentia magni-
ficorum officialium Magnæ Curiæ fuit
reuera repertum aduerſus inſatiabilem
ſitim Scribarum fiſcalium repertum
fieri perquiſitionem in principio, &
alias cum contingeret in perquiſitio-
ne nobilis Lutius Carzutulus ponere,
quod nihil erat contra quemdam in-
quiſitum exrore potius, quam aliter
fuit pluries detentus per magnificum
fiſci patronum, qui omni iure videtur
integerrimus, & comperta veritate li-
beratus dicitur, etiam de articulis im-
pertinentibus, ſuper quibus videas *An*
dream, & Mazeum in Conſtitutione
iuris peritorum. Iaus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

ISta pragmatica concordat cum pragm. 30
de offic. S. C. & ad materiam ipſius vide
Tartagl. in eius praxi ciuil. cap. 4. num. 18.

quan-

Digitized by Google

quando citat Præs. de Franc. dec. 220. nu. 12. vbi hanc materiam articulorum impertinentium plenius examinat, & post eum Muscat. in praxi S.C. lib. 1. par. 6. glos. sic, & cap. per totam, & lib. 2. par. 1. glos. partis num. 4. & seq. & qui sint articuli impertinentes, & quãdo reijciendi tradit Iul. Cæs. Gallup. Auditor Duana Menepecudum Apulæ meritissimus in sua praxi S.C. p. 2. cap. 25. num. 6..

Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Concludere, & renunciare, an differant, & 2.*
3 *Conclusio quid sit, & 16.*
4 *Effectus conclusionis, & 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.*
17 *Quomodo est respondendum aduersus conclusionem.*
18 *Conclusione facta, quid debet obseruare actuarius causæ.*
19 *In Curia Romana quomodo registrantur processus.*
20 *Quando actuarij sunt annales.*
21 *Quid fiet quando actuarius est absens.*
22 *Pro quibus actis debent recipere mercedem actuarij.*
23 *Originalis processus, debet remanere apud actuarium, & 24.*
25 *Iudex consignato sibi processu, quid facere debet.*
26 *Quomodo limitatur hoc in causis Sũmarijs.*
27 *Conclusio, quid operetur in causa, & an debeat iterum fieri in causa appellationis. 28. & 29.*
30 *Limitatur non habere locum, quando esset expressè renunciatum.*
31 *Si ordo iudicij non obseruatur, an processus sit nullus.*
32 *Quomodo olim processus expediebantur.*
33 *Libellus, num sit necessarius in causa.*
34 *Delegatus, an possit cognoscere, antequam faciat ingressum ordinarius, qui delegauit.*
35 *Examinata debent procedere ritè, & rectè.*
36 *Acta successori ordinata, consignanda sunt.*
37 *Impedens processum, expediri punitur.*
38 *Acta, à quo scribantur.*
39 *Interrogationes in lite, quomodo, & per quem, & quando fiant.*
40 *Trigesima, quando soluitur.*
41 *Expedit recensere processum propter multa.*

Conclusione facta tenetur Magister actorum processum in causa factũ Iudici de causa cognoscenti presentare infra octo dies, à die conclusionis ordinatum in quinterno, signato per numerum cartarum, in quo dictus processus à rescripti presentatione, vel à citatione vsque ad conclusionem inclusiuè appareat descriptus, ità quod vnus actus ad alterum sine præposteratione sequatur cum apparitione millesimi inditionis, mensis diei, & loci, cum descriptione personarum scripturis presentationum registratione fideli dictarum scripturarum productarum, cum exactione in margine Summarij, cuius libet actus.

Alium verò processum originalem cũ scripturis, & actibus productis, & factis per partes, vnde sit extractus processus, vt supra dicti magistri actorum, perpetuo pænes se detinere debeant. Nec illum partibus, vel Iudici dare debeant ad pænam falsi, sed illum pænes se retineant, tanquam matricem notarij. Mandantes processum, vt supra Iudici præsentandum scribi debere per ipsos magistros actorum, si boni, & aperti fuerint scriptores, alias per eorum substitutum bonis, & apertis literis scribentes, & fidelem copiam ex originali in publica forma reassumentem sine vlla cassatione, vel interlineatura, quæ si quandoque

Digitized by Google

fieri contingerit magiſter actorum in publicatione de ea mentionem facere debeat.

Quem proceſſum reaſſumptum fideliter, & aſcultatum cum originali concordet. Item magiſter actorum ſua manu ſcribere debeat cum oppoſitione ſigni conſueti, atteſtando manu ſua ſcriptum, & cum originali concordet. Nec poſſet ipſe magiſter actorum, vel ſubſtitutus pro dicto proceſſu Iudici præſentando mercedem aliquam recipere. Iudex verò proceſſum ſibi præſentatum referre, & expedire debeat, iuxta pragmaticam ſuper expeditione cauſarum ordinatam. Eoque per vltimã ſententiam finito ipſum tranſmittat perpetuò: conſeruandum in archiuo ciuilis, vbi iura publica ſeruari conſueuerunt ad pænam priuationis officij, magiſter actorum qui in prædictis, vel aliquo ex eis contrafece it prohibentem neminem præter magiſtrum actorum, vel eius ſubſtitutum ſcribere debere citationes, vel alios actus, ad pænam vnius vnziæ pro quolibet actu exigẽdam ab eo, qui contra præſentem prohibitionem tales actus ſcripſerit.

De proceſſibus ordinandis per Magiſtrũ actorum, & Iudicis præſentandis.

1 Concludere,† & renũciare differunt, quoniam per concluſionẽ excluditur à productione teſtium inſtrumentorum, & iurium allegationũ, & de huiuſmodi concluſione non loquitur hæc Regia pragmatica per renunciationem † excluditur à productione teſtium, & inſtrumentorum tantum licet ex officio poſſet Iudex recipere allegationes, vt tenet *Bal. in cap. paſtoralis extra de cauſa poſſeſſio. & propt. per textum in l. ſi de meis §. fin. ff. de arbit.* nec de iſta renunciatione loquitur eadem Regia Pragmatica cum concluſio fiat in forma, ſcilicet cum reſeruatione producendi inſtrumenta, & ſcripturas, ac iura allegationum, † concluſo eſt terminus excluſiuus omnium probationum, vt tenet *Felinus in cap. cum dilectus extra de fid. inſtrum.* & tunc demũ facta, † dicitur propriè liquere de cauſa, cum vlterius producta, & probata non poſsũt impugnari. *cap. ſignificauerunt iuncta gloſ. & Felinus in verbo liquere de teſt.* cuiuſque effectus † ſunt, quod poſt cõcluſum in cauſa non poteſt denunciarilis venditori. *gloſ. in l. ſi rem §. quolibet tempore ff. de euictio.* Item † non admittitur exceptio, quod non poteſt procedi ſine principali, item quod non ſe ſubſcripſit quærelæ. *Bart. in l. his, qui reus ff. de iudic.* item † reus non poteſt cogi ad petitionem partis, niſi ex officio, quod reſpondeat poſitionibus. *Geminianus in cap. 1. in pen. colum. de confeſſ. in 6.* Nec admittitur exceptio excommunicationis *Cardinalis in Clement. 1. in prima oppoſitione de excep.* item nec † poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis. *Bald. in l. bonefidei C. de iur. iur.* Nec † Iudex poteſt allegari ſuſpectus, vt plenè per omnes poſt lapſum *in cap. Iudex de offic. deleg. in 6.* Nec † emendatur libellus. *Bald. in repet. l. edita in 12. col. C. de eden.* nec poteſt fieri reconuentio *cap. 1. de inut. petit.* nec † poteſt attentari remedium attentatorum, nec reuocari confeſſio, vt tenet *Geminian. in cap. 2. de reſtit. in integr. in 6. & Antonius de Butr. in cap. fin. in 19. col. de confeſſ. contrarium fuit deciſum vt refert Mazeus deciſ. 357.* an remedio attentatorum. Nec † poſſet opponi exceptio facti, vt *Car. in cap. licet cauſam*

extra

Digitized by Google

extra de probat. fallit vbi producerentur cautelæ declaratoriæ, quoniam recipiuntur *Geminianus in proemio 6. & not. in cap. si quis viduam 34. distin.*

14 fallit † in casibus, in quibus procedi posset ex officio, item in causa criminali non concluditur, quoniam semper potest doceri de innocentia rei, vsque ad sententiam. *Bart. in l. 1. §. si quis vltro ff. de quæst. Bal. in Authent. iubemus C. de iudic. Rota decis. 30. incipiente fuit dubitatum, & Capycius decis. 81. nu. 5.*

15 item † fallit in instrumentis de nouo repertis, vt tenent *Antonius, & Imola in d. cap. cum dilectus de fid. instr.* item fallit, vbi reciperentur partibus non contradicentibus, & Iudice admittente: item in causa minorum pupillorum, & aliarum personarum habentium restitutionem, & beneficia, vt notat *Romanus in l. admonẽdi ff. de iur. iur.* item vbi ante conclusionem iniustè fuisset repulsus, vt notat *glos. in cap. ex conquest. extra de restit. spoliator.* & ratio est, quia conclusio est vltimum verbũ scriptum, vel probatum, & idcircò hic dicitur cõclusione facta ordinatur processus à magistro actorum, vt possit consignari Iudici expediendum, & sit conclusio elapso termino, & instante altera parte, & renuncianti tacitè, vel expressè, & sic quo ad alteram partem Iudex debet pronunciare concludendum esse, & sic vtimur hodie, vt tenet *Innocentius in d. cap. cum causam extra de caus. poss. & propr.* & in causis ple-

16 narijs in foro † Ecclesiæ est de substãtia conclusio, quia non facta redderet Iudicium retro nullum. *Mazeus decis. 377. & Capycius decis. 1. num. 33. & tenet Bart. in verbo figura ad reprimendum*, quod in causis summarijs non est necessaria, sequitur *Alexand. in cons. 65. in 4. volum. & Bald. in cap. 1. si de inuest. inter domi. & var. lis oriat. & Mazeus in Constit. Regni pacis cultum*, sed practicus quan[illegible] sibi intima-

17 tur † conclusio, respondeat aduersus conclusionem, & reseruet ius præsentandi scripturas, quæ reseruatio conseruat ius præsentandi scripturas publicas, & non priuatas, vt tenet *Mazeus decis. 272. & decis. 33.* & si per imprudentiam procuratoris admitteretur, tenet *Cappell. tolos. decis. 14.* & scinderetur conclusio *Rota dec. 5. & Mazeus decis. 115. & Abbas siculus in cap. cum dilectus de fid. instrum. &*

18 *Rota decis. 6.* & sic facta dicta † conclusione magister actorum debet ordinare processum, & numerare illum, vt cauetur in hac Regia Pragmatica, & infra octo dies numerandos à die factæ conclusionis præsentare dictum processum Iudici expediendum, & si prædicta non implebit, est in dolo, netur namque etiam ille sine quo omnia instruere processum, & illum instructum transmittere ad Iudicem. *l. nec causas C. de appellatio. & Bal. in supradicta lege versic. nota*, quod Iudex quoniam audiri debent desideria omnium, *l. nec quicquam §. obseruare ff. de officio pro consulis*, & ordines temporum per adiectionem diei, & consulis §. *ideoque in proemio codicis*, & procedit non tantum respectu ordinis scripturarum sed vt omnes actus instructi præsentatur, quibus iudicaturi sunt, & ad finem nè retractetur sententia, quatenus deficerent acta, quæ fuerant producta, & ante sententiam gratia informandi animum suum per acta. *l. actis ff. de re iud.* quibus se conformem reddere possit. *l. vt fundus ff. com. diuid.* quoniam secundum allegata, & probata iudicare debet. *l. illicitas, §. veritas ff. de off. præsid.* quæ si defecissent tempore determinationis non esset culpa Iudicis, sed magistri actorum, ad quem spectat secundum Regiam Pragmaticam ordinare processum, & *cauetur in alia Regis Catholici super obseruationibus Sacri Con-*

19 *silij.* & idcircò † ad cautelam Romæ registrantur processus, & in processu apponunt totam historiam causæ, vt causæ citius expediantur, & pro registro soluunt partes, scù illa, quæ intendit causam expedire mercedem, ità tenet *Rota decis. 303. in nouis*, quæ incipit

pit *licet procurator de procurat.* & quã-
30 do actuarij † ſunt annales elapſo anno debent omnes proceſſus, & omnia cõſignare ſucceſſori actuario in officio,
31 *cap. nouas formas car.* 23. præterea † magiſter actorum pro eo tempore, quo abſens ſtetit, debet ſoluere gagia duplicata. *cap. ſtatuimus car.* 21. & an, & quomodo iſti actuarij debent conficere acta, & quinternos, vide *cap. nouis*
32 *moribus car.* 29. Item † nihil recipiant. niſi pro copia ſcripturarum pro fide iuſſionibus, comparationibus, literis, ſcripturis ſententiarum, caſſaturis præſentationibus, pro hoc eſt *ritus Magnæ Curiæ* incipit *Item quod Magiſtri actorum car.* 1. & quatenus dicitur, q
33 originalis proceſſus † debet remanere apud actuarium cauſæ, & Iudici debet edi copia, vt in dicta pragmatica contrarium tenet *Bart. in l. ex quibuſdam §. diuus ff. de iur. fiſci*, & id procedit in criminalibus cauſis, quod obſeruatur Peruſij, & hoc deberet obſeruari in ciuilibus, quo ad libellum, & ſententiam gratia euitandæ falſitatis, vt tenet *Bal. in l. hac lege C. de ſent. expeti. recitan.*
34 † in cauſa verò appellationis procedit, quod relicto originali tranſmittitur copia, vt notat *Bal. in l. præſes C. de app.* & pro tranſmiſſione proceſſus in prima cauſa nihil ſoluitur, licet quandoque conniuentibus oculis pro celeri expeditione, & tranſmiſſione ſoluatur
35 aliquid Iudex † verò recepto proceſſu debet illum videre, & appenſatè, ac deliberatè decernere, & referre cauſam alijs magiſtris de collegio, & ponderatas proferre ſentẽtiam *dicta l. hac lege C. de ſent. ex pic. recit.* alias Iudex quod ſecus fecerit, facit litem ſuam,
36 vt tenet *Bald. in d. l. hac lege*, † fallit in cauſa damni *infecti*, *l. 1. ff. de damno infect.* fallit in latrone deprenſo infraganti. *l. ſi quis filio ff. de iniuſt. & irrit. teſta. l. capitalium §. famoſos ff. de pen. & Bald. vbi ſupra*, idem cauetur in obſeruationibus Sacri Conſilij, prout in hac pragmatica.
37 Dicitur concluſione facta, vtrum † iſta concluſio facta in cauſa principali extendat ad cauſam appellationis, dic, quod non, quia exigitur alia concluſio, & proindè præſentato proceſſu
28 in cauſa appellationis fit † apertura cum termino iuris, & habetur loco publicationis, quia tunc cum proceſſus veniſſet clauſus aperitur Iudici, & parti, & eſt terminus dierum 16. ſcilicet ad percuntandum acta, & deliberandũ ſi vult terminum ad non poſita ponendum, & non probata probandum, qui-
29 bus elapſis † citant ad concludẽdum, vt excluditur ab omni dilatione, ita tenet *Innocentius in cap. cum veniſſent*
30 *extra de teſtib. num.* 3. fallit † niſi eſſet expreſsè renunciatum in cauſa principali. 3. *C. de fide inſtrum.* & an dicantur de eſſentia iudicij publicatio, concluſio, & apertura, dic quod de ſubſtãtia ſecundum ius commune eſt publicare, & concludere in cauſa, alias nihil valet proceſſus ſecundum *DD. in cap. cum dilectus de fid. inſtrũm. & notatur in Authent. iubemus extra de iudic.* ſecus eſt in Regno, vbi derogatum eſt iuri ciuili *per cap. deteſtantes, & cap. Reginæ Iſabellæ, & Reginæ Ioannæ.*
31 Quod † ſi iſte ordo mandari ſeruatus non interceſſerit, propterea proceſſus ſit nullus, dicit *Innocentius in cap. venerabilis extra de offic. delegat. num.* 3. quando ille ad quem ſeruari ordinem ſpectat peruersè, ac ſtudioſè, & malitioſè id fecerit, debet caſſari proceſſus *per cap. cum dilecti extra de reſcript.* loquitur tamen *Innocentius, ibi in Iudice delegat.* ſecus in ordinario crederem.
32 Primò Romæ in initio † ipſius cauſa expediebatur partibus præſentibus auditis abſque aliquo proceſſu per ſententias. *l. 2. ff. de origin. iur.* ibi *per ſententias partium earum expediebat, eaſque ſententias habuerint ſucceſſores pro legibus conſcriptas per ordinem à Sexto Papirio, deindè exactis Regibus reperta fuerunt actiones, & eis formulæ aliquæ datæ, ità quod ſi vnus cadebat à ſyllaba, cadebat à toto*, quæ

demum

Digitized by Google

demum fuerunt vti crudeles ſublatæ per *Iuſtinianum, vt in toto tit. C. de formul. ſublat.* eodemque tempore magiſtratus iura reddebant, & vt ſcirent ciues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet ſequi præmunirent edicta proponebant *d. l. 2. §. eodem tempore*, & ferè vſq; ad hodierna tempora multi Doctores inſtituerunt libellos actionũ in Regno ſublatos, vt dixi *in pragmatica diſpendia litium*, & ſatis eſſe pro-
33 cedere talem, qualem † petitionem, per quam reus cedere, vel contendere poſſit, & iſtud dicebatur proceſſus ordinatus. *d. l. 2. §. poſt originem iuris*, & proceſſum cognitum, & id quod dicitur de Barbario prętore, quę gexit, quę dixit non iudicabat reſpectu proceſſus, quia omnia ritè, & rectè facta fuerunt, ſed reſpectu perſonæ, in quam populus diſpenſare poterat. *l. Barbarius ff. de offic. prætor.* non obſtat id, quod dicitur *in l. obſeruare §. poſt hæc ingreſſus ff. de offic. pro cõſulis*, quia ibi delegatus fuerat à præſide antequam eſſet ingreſſus
34 Prouinciã, ità quod acta erant † nulla tanquam facta ab eo, qui nullo modo habebat in prouincia iuriſdictionem, & quandoque reſpectu perſonæ, acta geſta rata habebantur. *l. de curatore ff. de cur. bon. cand.* item Iudex delegatus à Principe ad vniuerſitatem cauſarum propter occupationem, poteſt audire conteſtationem litis, & reſeruare ſibi determinationem cauſæ, & intermedia delegare, vel omnem cauſam committere, vt notatur *in l. ad hæc C. de iudic.* & ſic ammittere examinata intermedia debent procedere ritè, & rectè ad
35 Iudicem † ſpectat habere proceſſum ordinatum, vt poſſit illum expedire. *Authent. iubemus C. de iud. ibi cauſæ cognitor.* non amplius expectans ſententiam proferat hæc omnia acta de feriato ad honorem Dei fieri non poſſunt. *l. dies feſtos C. de feriis* acta facta minore in defenſo, alias circumduxit Princeps. *l. ſi præſes C. quomodo, & quãdo Iudex*, alias vbi cauſa eſt agitata per procuratorem, qui ſupra ꝑſtitutum idem non appellauit conqueri, vlterius nõ poteſt. *l. fin. C. & quãdo Iudex.*

Et Dominus Carolus Rex ſecundus huius Regni, ſerioſa ordinatione conſtituit, vt donec iuſticiarius regionis Iudex actorum camereque notarij in eadem Prouincia, in qua geſſerunt officia permanſerint ſindicandi acta, & mandata pendentia, ipſorum tempore, quam ſuorum prædeceſſorum compilent, & ordinent, ità, quod antequam
36 de ipſa Prouincia exeant illa † in ſcriptis, vt decet aſſignent in eodem officio ſucceſſori, & Carolus III. nepos eiuſdem mandauit, quod prædicti officiales remaneant in Prouincia, quouſque cum effectu dicta compilatio ordinario, & aſſignato proceſſerint, vt patet *ex cap.* quod incipit *nouas formas car. mihi 23. & ritus Magnæ Curiæ car. mihi 4. ſub rubr. & de modo procedendi, quo incipit Item, quod proceſſus originalis agitari in Magna Curia*, ac facti, & faciendi non poſſint, nec debeãt ad petitſonem partium ab ipſa Curia tolli, & eleuari, ſed ſi ipſæ partes voluerũt Reginali Maeſtati, vel alteri Iudici producere, & præſentare teneãtur recipere copiam, & de eiſdem, vt ſolitum eſt fieri, & dicti proceſſus originales in ipſa Magna Curia conſeruentur, ſicut de iure conſeruari debent, & ſuper hoc vide *cap. fin. extra de probat. & ſuper eo DD.* & an actis proditis ſtetur conſenſu partium, vide *Abbatem in d. cap. fin.* Notarij actorum baiulorum Neap. tenebantur, primò à mane vſque ad veſperas præter horas commeſſationis, & ſomni ſui copiam facere omnibus petentibus tenebantur, vt *in Conſtitutione baiulos ſub rubrica de feriis.*

37 Contigebat † olim, quod actori, & reo peremptorio termino dato eos ad iudicium non venire in graue diſpendium iudicij, & impediebatur proceſſus, & honori Iudicis illudiebatur, fuit prouiſum per *Conſtitutionem Regni*, quæ incipit *Contigit interdum ſub rubrica de tractu termini conſtituti*, quod impe-

Digitized by Google

impediens, vel prorogans iudicium, puniebatur in decima parte litis.

38 *Gloſa in Conſtit. Regni † ſub rubrica de proceſſu iudicij, incipiente Lite legitimè conteſtata col. 2. verſic. debent eis,* dicit debent vniuerſa acta iudicij ſcribi Iudicem, tabellionem, vel in defectu tabellionis per duos viros Idoneos fideles, quorum vnus ſcribat, alter ſe ſuſcribat, quæ in ſuſcriptione ſua recognoſcere omnia vera eſſe, & omnibus interfuiſſe, ſicut ſocius ſuus ſcripſit, & *per Bart. in l. curent ff. de teſt. & cap. quoniam, cõtra, extra de probat.* vbi *Innocentius, & Lanfrancus* pleniſſimè, &

39 *quadam † fiũt ante litem conteſtatam ad litem ordinandam, vt per totum titulum de interrog. actio. quadam poſt litem conteſtatam ad litem decidendam, de quibus loquitur C. & ff. de conſeſſ. & Andreas vlterius dicit in d. Conſtitut.* quod actor, & reus tenentur iuxta terminum probatorium teſtes, & inſtrumenta producere, vt Notarius actoris ſignet *l. ex militari ff. de milit. teſt.* licet ſecus ſe habeat conſuetudo: immò de iure communi *Authent. qui ſemel. C. de probatio. cap. cum Ioannes Heremita extra de fid. inſtrum.* & vlterius, quod vbi reus, vel actor præſentauit inſtrumentum, & in poſitionibus, & articulis non reproduxit, nec deduxit ſatis videre, offerre illud, quod in inſtrumento continere, vt *idem Andreas vbi ſupra,* quod ſi dixit ponit in articulis, & non dixit volo probare, dicit *Andr. in d. Conſtitut.* quod non præiudicat, quia per hoc manifeſtat eius voluntatem.

40 Iulius † & baiulus, primò pro ſententijs, & ſcripturis habebant centeſimam partem extimationis rei, quæ præſtantur de victoti, à victo, vt tenet *Conſtitutio Regni ſub rubrica de ſalario, pro ſcripturis ſententiarum,* quæ incipit *Pro ſcripturis eſtque correctum per cap. Regni,* quod incipit *Item ſtatuimus, quod fiũt in Magna Curia car. 13.* vbi iubet, quod ſint officiales contenti eorum ſalarijs, & dictum capitulũ hodie eſt correctũ per pragmaticam nouellam, ſeù pandectam, per quam taxatum eſt certum ſalarium, vt ex ea videre poteris.

41 Pulchrum † eſſe videtur recenſere proceſſum, & ſcripturas, per quas ordinatur proceſſus, & inſtruitur aduocatus, & Iudex aduocatus ad tuendum ſuum clientem, & Iudex ad decidendũ cauſam per regulas iuris. *l. illicitas ff. de offic. præſid.* Sed quid ſi aduocatus antequam cauſa inchoaretur conſuluit in cauſa, & deinde pro alia parte interuenit in lite mota, num poſſit ſine cognomine, nota, & periculo interuenire. *gloſ. in l. à Principe ff. de poſt. dicit.* quod ſic, & *allegat cap. diaconi, & cap. legimus 93. diſt. vbi in cap. diaconi magiſter allegat pro diaconis:* deindè pro præsbiteris, & poſtremò determinant contra diacones, pro quibus primò allegauit, ità dicit *gloſ. in cap. diaconus 92. diſt. Il ſecondo,* ſi dediſſet fidem patiſque eſſet, quia tunc teneretur obſeruare fidem. *l. quiſquis S. ante omnia C. de poſtul.* ſed quid ſi finita eſt cauſa per ſententiam, vtrum in cauſa appellationis poſſit interuenire, reſidet deciſio huiuſmodi quæſtionis in dictis per me allegatis. ſit laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

COnclusio, an ſit neceſſaria, & de ſubſtantia ordinarij iudicij vide Afflict. in Conſtit. vniuerſorum num. 6. ad iſtam pragm. adde, Tartagl. in praxi ciuil. cap. 4. num. 19. Pugnatar. in prag. 4. de falſis num. 82. ad materiam conclusionis faciendæ in proceſſibus, vltra Marant. in eius ſpecul. nouiſſimè Muſcatell. in praxi S. C. lib. 1. par. 7. gloſ. de iure, & gloſ. ſcripturæ, gloſ. concluſio, vbi omnia ad eam pertinentia recenſet, & pariter Iul. Cæſar Gallup. in ſua praxi S. C. p. 1. cap. 29. & quando dicatur concluſum in cauſa, docet Hartam. Hartam pract. obſeru. tit. de concluſ. c. 1. vbi cap. 2. & 3. alia ad ornatum tradit.

Ibi pœna falſi, adde Marant. in eius ſpecul. p. 6. in 10. actu num. 64.

Ibi perpetuò conſeruandum in Archiuio, vide Carau. in ritu 96. num. 4.

Io: Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Verbum quicunque, quando profertur à lege, vel ab homine, qualiter accipiatur.*
d *Excusatio exigitur, vbi ignorantia rusticitas, iussus Iudicis iuterceſſerit.*
3 *Mandans, an teneatur ſi mandatarius non ſit in dolo.*
4 *Quis dicitur quatuor modis in iudicio comparere.*
5 *Iudex facit litem ſuam, vbi legis diſpoſitio bona non exequitur.*

Quicunq; exceptionem ſolutionis, trãſactionis, iuris iurandi, vel pacti de non petendo oppoſuerit, & eas, vel alteram ipſarum non probauerit ſaltim: ſemiplenè in decem tarenis pro qualibet exceptione huiuſmodi oppoſita, & non probata condemnetur, quam pænam Iudex cauſæ de ſuo ſoluere debeat, ſi negligens fuerit tempore ſententiæ condemnationem dictæ pœnæ facere, & ſi ad proceſſum fuerint oppoſitæ, & non probatæ, vltra pœnam prædictam in expenſis, pars non probans condemnetur.

De pœna opponentium exceptiones, quas non probauerint.



Sta Pragmatica non eſt in vſu, & tempore meo: nunquam vidi illam practicari, & ſic parum vtilitatis affert eius expoſitio, ſed nè videar in eis deficere dico, quod iſta pragmatica loquitur contra opponentem, ſiuè ſit principalis, ſiuè procurator, quia in quolibet opponente ob traſgreſſionem legis haberet locum pœna, & ſiuè ſit maſculus: ſiuè femina. *l. qui domum ff. de adult.* cõmunis eſt expoſitio, quando 1 † iſtud verbum quicunque profertur à lege, vt in caſu, de quo agitur etiam, quod diſpoſitio prohibitiua ſit, odioſa odio rationabili, non inrationabili, & in indifferenti materia, quod compræhendit maſculinum, & femininum, quando iſtud verbum quicunque profertur ab homine, & tunc in odio inrationabili non comprendit feminas, & hoc procedit quando profertur ſub nomine appellatiui, ſecus in proprio: quando profertur à Principe, vel ab alio Iudice, exemplum quando facit edictum, vel ſtatutum, quod nemo vadat de nocte armatus, quia Iudex eſt miniſter legis. *l. nam, & ipſum ff. de iuſt. & iur.* ità tenet *Cynus in l. quicunque C. de ſeruis fug.* in expoſitione verbi quicunque excularet, in eos ſecundum *Bart. in l. ſerui, quoque ff. de iur. omni. iudi.* ignorantia † ruſticitas iuſſus iudicia, & exigitur, quod propoſitio exceptionis ſit perfecta, quia vbi deſierit procedere ſuper oppoſitione non teneretur, vt tradit idem *Bar. in d. l. ſerui quoque num.* 5. & mandans † vtique tenetur etiam, quod mandatarius non ſit in dolo. *Bart. vbi ſub. num.* 10. *eo.* fortius vbi eſſet in dolo, & vbi non præceſſiſſet mandatum, & ratum non habuiſſet dominus vtique tenetur. *l.* 3. §. *ſi procur. ff. quod quiſque iuris vbi Bar. dicit,* quod mandatum generale non facit incidere dominum in pœnam, & vbi dominus ratum non habet procurator tenetur, vt in *d. §. idem per Bart. & plenius de hac materia, vbi Alexander, & cæteri examinant:* hanc materiam, ad quos me remitto, & nota † quod quis in iudicio alieno nomine quatuor modis, dicitur comparere ſecundum *Bar. in l. furti, l. ſi quis alieno ff. de ijs, qui not. infamia.* Primò, quando interuenit vt procurator ad alterius damnum, & vtilitatem. Secundò, quando vt fideiuſſor, & defenſor interuenit ad damnum, & vtilitatem alterius mandato principalis. Tertiò, dicitur alieno nomine, tàm ad damnum, & vtilitatem

ipſius

ipſius quando interuenit, vt hæres. Quartò, alieno nomine quando ſuper inſtantia contra perſonam alterius inchoata ad vtilitatem, & damnum ipſius, & pro facto ſuo etiam vbi non
5 exequitur diſpoſitionem legis † Iudex facit litem ſuam, & tenetur eadem pæna. *Bald. in l. hac lege C. de ſent. ex periculo recita.*

ADDITIO.

NOn ſolum Iudex admittere non debet malitioſam, & friuolam exceptionem, inquit Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 3. gloſ. dilatorias num. 8. ſed etiam punire opponentes exceptiones deciſorias non probantes, vt hic habetur, aut impedientes dilationès litis ingreſſum impedientes, vt in pragm. 3. de offic. S.C.

Exceptiones enim impedientes litis ingreſſum ſunt ſpecies triginta quinque, vt refert Muſcatell. In praxi S.C. lib. 1. par. 4 gloſ. & ſimilia uum. 2. & poſt eum Iul. Cæſ. Gallupp. in praxi S.C. par. 2. cap. 5. num. 2.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Qui non probat, præſumitur calumniari.*
2 *Si oppoſuit, & non probauit punitur, etiam principalis,* 11. & 12.
3 *Quid ſi ſcienter oppoſuit,* & 4.
4 *Quæ repellant teſtem,* & 6.
7 *Crimina non debere opponi ingenere,* & 8.
8 *Qui non opponit ſponte, ei iguoſcendum eſt.*
10 *Vnde emanauit practica in exceptionibus repulſatorijs, videlicet, quod non animo in iuriandi.*
13 *Non dicitur eſſe in dolo, qui iuſtè litigat,* & 14.
15 *Quando debitum eſt liquidum, tenetur debitor illud offerre, & an, & quando verbalis oblatio ſufficiat.* 16. 17. & 18.
19 *Mora, quando dicitur fieri, & quæ dicatur mora.* 20.
21 *Dilatio, quos effectus operatur,* & 22.
23 *Quando quis cõmiſit rem ſuam imperito nautæ tempore periculoſo.* 25.
24 *Quando quis deſit dolo poſſidere, ad quid tenetur.*
26 *Pars prouocata non confidat in aduocato, ſi fouet malam cauſam.*
27 *Inſtantia peremptæ fructus rei petitæ cuius ſint.*
28 *Lex, & Iudex equiter ſe habuerunt in opponente fructuarias exceptiones.*
29 *Pepercerunt Iudices condemnato obedienti.*
30 *Iudices ſtudere debent obtruncare lites,* & 31.
32 *Calumniari dicitur, qui non probat.*
33 *Quomodo aduocatus, & procuratur puniantur ſtudentes dare dilationes.*

Crimina, & defectus ad infamiam teſtium: ſi non fuerint ſemiplenè, vel per famam publicam probata, vel probati, puniatur opponens in decem tarenis, quæ pæna in fine officij à Iudice exigatur, ſi neglexerit opponentem, & non probantem in dicta pæna condemnare.

De pœna opponentium contra perſonas teſtium crimina, ſi ea non probauerint.

1 2 LIcet iſta pragmatica ſit parum in vſu, tamen dic, quod ille, † qui non probat præſumitur calumniosè feciſſe ſaltim † ſi ſemiplenè, non probat ad excuſationem ipſius, vbi iuſtus error èum excuſaret, etiam ab expenſis. Item inſtigatio alterius, item ſola fama, vt tenet *Bart. in l. accuſatorum. nu. 6. ff. ad turpilli. Bald. in l. qui non probat ſe, C. de calumnia, & in l. Athleta ff. de ÿs, qui not. infra, & in l. fin. ff. de hær. inſtit.* & vt prædicto inducunt ſemi-
3 plenam probationem, & non † ſolum comprendit opponentem principalẽ, ſed dominum, cum oppoſuit, ſeù dicta crimina propoſuit in exceptionibus

per

Digitized by Google

per procuratorem, nec excusatur procurator ipse † quando scienter hoc egisset, ità tenet *Bart. in l. sed si vnius. §. seruus mei ff. de iniur.* quæ autem repellant testem dicit *Bald. odium inimicitia in Authent. si dicatur C. de test.* sed vbi † obijcitur testi criminositas, dic quod aut opponitur criminositas cum periurio, aut opponitur simpliciter, primo casu si est infamia iuris repellit simpliciter testem *l. 3. §. Iulianus ff. de testi. & Authent. vbi sumitur iuncta glos. ordinaria* 2. casu etiam si periurus non est infamis repellitur. *l. Lutius ff. de ijs, qui not. infra cap. testimonium extra de testib.* tertio casu vbi crimen † non tangit causam, de qua agitur non repellit, etiam si sit graue delictum verum, vt plenam fidem faciat cum tormentis recipitur. *l. 1. vbi senatores, vel clar. C. & notatur per glosam in verbo particeps. l. quoniam C. de test. & dicit Bald. in d. Authent.* si dicatur, quod ista criminositas † non debet opponi in genere, sed in specie, & in particulari cum insertione temporis, & loci. *cap. præsentium de test. in 6. cap. vt circa de elect. in 6.* † sed quæro, quid si rector quæreret, alter crimina coactus de necessitate, dic quod excusatur *Bart. in l. qui omnia ff. de procuratoribus. l. qui cũ maior §. si libertus ff. de bonis liber. l. si quis ingravi §. vtrum ff. ad senat. consult. syllan. l. Libertus ff. de in ius vocand. glos. est singularis in verbo retrorsit dicta l. qui cũ maior vbi dicit,* quod est † ignoscendum ei, qui non facit sponte, pro vt esset in casu, de quo agitur, dicit ad infamiam testium, quando eo animo in exceptionibus apponuntur, & proindè in exceptionibus reprobatorijs † consueuimus apponere protestationẽ, quod non animo in iurandi, sed se defendendi per supradicta, quoniam requiritur animus, & effectus, vt possit propter iniurias impeti, & proindè vbi quis opposuerit in articulis reprobatorijs crimina, & defectus, † & neglesserit probare punitur, vt hic, quid si ex vtraque parte fuerint opposita crimina, & ambo neglexerint, dic quod compensari deberent, hic inde, argumento textus. *l. si ambo ff. de compensat* & hoc respectu partiũ, sed respectu testium, qui reperiuntur infamati, secus est, † quoniam crederem posse exigi pœnam comentam hic, & si fuerit punitus hac pœna, vtrũ possit agi iniuriarum cogita.

Non dicit † esse in mora, qui sine dolo, & iustè litigat. *l. qui sine dolo ff. de reg. iuris*, vulgaribus allegatis per *glos.* & intelligitur sine † dolo, qui iustam causam habet litigandi fortè, quia successit in ius alterius ignorans, vinculum obligationis *l. qui in alterius ff. de reg. iur.* & propterea talis nõ tenetur de interitu, nec de vsura, secus est quando iniustè litigat, vt dicit textus *iuncta glos. in l. nedum §. 1. ff. de verb. oblig.* ibi *merdam dicitur fecisse, qui litigare maluit, quam restituere,* & qui in mora constitutus est iniustè litigat *l. fin. ff. de condit. furt.* & agendo non purgat moram, sed auget *cap. finem ibi notat extra de consuetud.* hinc Hieronymus super Hyeremia quanto inquit, maior est numerus temporum, quibus obliuiscimur, tanto maior est pœna peccati, quod nec longitudine sæculorum potuit edomari, verum non videtur improbus † qui ignorat, quantum soluere debeat, facit à contrario sensu *l. qui solidum ff. deleg.* Secundo hic dicitur, † quod vbi debitum est illiquidum, non tenetur creditor offerre, & consignare, aut deponere per ea, quæ notantur *in l. acceptam C. de vsur. l. obsignatione C. de solutio. l. quidam extimauerunt ff. si certum petatur. Alexand. l. si mora col. 2. ff. solut. matrim.* sed cautela est, qui † offerat soluere, & petat calculari rationes *l. penultima, & ibi Bart. ff. de distractio. pignor.* vel offerat liquidum, & pro residuo offerat satisdare, si suspicatur de eo. *l. statu liber rationẽ ff. de statu lib. & Paulus de Castro cons. 324. col. 3. in antiquis Alexand. cons. 222. col. fin. lib. 2. & 130. lib. 4. col. 3. & in l. si se non*

obtulit in vlt. col. ff. de re iud. & si ratio non est implicita, & constat de aliqua sententia, tenetur offerre alias esset in mora, vt tenet *Iason in l. 1. §. si stipulenti ff de verbor. obligatio. vbi Bart. & Alexand. licet Bart. in l. qui solidum de leg. 2. in principio* teneat contrarium
18 in eo † qui ponit plus debito, quoniam aduersarius habet iustam causam litigandi, & non condemnatur in expensis, fallit nisi dixerit se paratum accipere partem, & ità limitatur doctrina Bartoli, prout *Decius in l. non potest videri improbus ff. de reg. iuris*, tenet, & maximè ratione periurij, vt idem *Decius in l. in eo quod plus ff. de reg. iur.* respectu moræ, & expensarum communis est opinio cum Bartulo, quia non est verisimile, qui totum petijt, quod recipiat partem. *l. Latius, §. tuto. ff. de vsur. ità tenet Iason in l. properandus, §. fin. autem C. de iud.* dicitur semper esse in mora, & vbi maximè prouocauit ad Iudicem iniustè. *l. si quis solutionis ff. de vsur.* secus eà contra mo-
19 ram † dicitur fieri non solum ipsi, sed ei, cui mandauerat siue ei, cuius negotia gerebat, & alias vocatur mora, †
20 idest dilatio, vt exponit *glos. in l. Item si verberatum, §. fin. in verbo moram, &* sic accipitur *in Authent. sed si lis C. de temper. appellatio. & in d. §. fin.* conuentus iudicio rei vendicationis, habebat iustam causam fortè litigandi, propter euictionem, & vt ageret contra suum auctorem, quãdo erat bonæ fidei possessor: secus si malæ fidei possessor, ope-
21 ratur enim exceptio, † & dilatio opposita aduersus actorem, plures effectus, videlicet, vt teneatur de interitu ad expensas, & idcircò *glos. 1. in verb. moram extensa* bonæ fidei possessorem, in casu interitus, si pendente lite res mortua est, quando nescit se debere, secus quando agitur personaliter, quia hinc casus indistinctè pertinet ad debitorem. *l. quod te, ff. si certum petat.* In
22 casu euictionis est necessaria † sententia actori propter fructus, & partus reo propter euictionem, quæ non deberetur, nisi coinceretur per sententiam, vt notat *glos. in l. vtique ff. de rei*
23 *vendit.* sed quid si † aliquis commisit reo, seu mapem suam tempore periculoso imperito nauti medico, & aduocato sibi alicubi debet. *glos. fin. in l. vnique, & in §. fin. ff. de rei vendit.* & vbi
1 actor impotentior mouit actionem cõtra inopem possessorem in casu, quo prius vitor, prius debebat possidere, vel dolo desisset possidere. Et petitor,
24 num † teneatur ad expensas, postquã indebitè molestauit, dic quod sic, nisi ex aliqua causa probare possit, se oblitũ de hoc, vt tenet *glos. in d. l. qui petitorio*
25 *in verbo vtitur in fine*, hinc † nascitur argumẽtũ, q̃ medicus mortale vulnus sanare non potest, eodem modo, nec aduocatus pessimam litem, vt tenet *glos. in l. quod si nolit in §. si Mancipiũ in verbo adhibueris ff. de edil. edict.*
26 & idcircò pars † prouocata non confidat in aduocato, si foret malam litẽ, nec opponat, propterea excepciones ad differendum, & si aliquis mouit li-
27 tem, † & peremptæ est instantia, & post peremptionem steterit biennio, vel triennio, num fructus perceptos hoc medio tempore post litem mortuam, debeat percipere fructus, mouit quæstionem *glosa in l. litigator, in verbo litigator, C. de fruct. & lit. expensis*, & di-
28 cit non esse restituendos videmus, † quod lex, & Iudex semper ferè in eos, qui effugerunt opponere frustratorias dilationes humiliter, & equius se habuerunt. *l. debitoribus ff. de re iud.* secus contra contumaces, *ibi si quis tamen per contumaciam magis, quam quia non possunt explicare*, non possunt differant, & *glos. in l. 2. eo. tit. in verbo*
29 *obsequi*, † ibi condemnato obedienti per Iudicem prorogatur dilatio inobedienti, siue contumaci, non & non
30 ab re hoc fit, vt obtruncet lites, nam † Iudex studere debet, nè obligationes ex obligationibus fiant. *l. si se §. ait prætor ff. de re iud. & lites ex litibus. l. terminato in fine, C. de fruct. & lit. expens.*
31 & insuper † punire opponentes dilationes,

Digitized by Google

tiones, & pertrahentes lites in infinitũ, seù per longa tempora. *l. non ignorat. in verbo per calumniã. l.1. C. de aduoc. diuer. iudicio. vbi glos. in verbo, quod si*
32 *nõ docueris*, dicit quod eo †ipso, quod non probat, calumniari videtur, & de calumnia est puniendus. *S. si quis autẽ, collat. 9. Authent. de Sacro Episcop. l.3. S. idem diuus ff. de testib.* non obstat quod dicitur *in l. 1. S. 1. ff. ad Turpillianum*, quia ibi non protinus, quod non probat dicitur calumniari, ideſt non est sufficiens ad condemnandum in criminali, & ità limitatur in casibus contrarijs, vt notat *glos. in verbo non probat*, in casu de quo agitur, extat certa pæna, quæ exigi debet. Aduertatq;
33 † aduocatus, nè studeat ditari dilationibus impertinentibus, vt efficiatur alter mathonis, de quo Iuuenalis in prima satira causa dici, non cum veniat lectica mathonis plena ipso, & inferius optima summa, nunc via processus romani oblita diuidebant tempus Martialis lib. 4.

Prima salutantes atque altera continet hora,
Exercet raucos tertia causidicos.
In quintam varios, extendit Roma labores,
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis, octaua palestris,
Imperat exanctos, frangere nona toros.
Hora libellorum, decima est Eupbemiæ meorũ,
Temperat ambrosios, cum tua cura dapes.

Io: *Franciscus Scaglionus V.I.D.*

ADDITIO.

ADde Troys. in pragm. 16. de ord. iudic. & ad materiam vltra eum Afflict. in Constit. mores dissolutæ. Boss. in tit. de opposit. contra testes. Farinacc. luculenter in suo fertili tract. de opposit. contra testes. Carau. in ritu 73. num. 10. latè Viuius in sylua comun. opin. in opin 925. quo circa licet possint testes repulsari; quo ad dicta, & personas, vt refert Muscat in praxi S.C. lib. 1. p. 7. glos. termino adhuc tamen si fuerint talia obiecta, pœna erit illorum, qui in termino repulsæ nõ probauerint crimina obiecta, nedum de iure communi probari, dixit Muscat. d. lib. 1. p. 6. glosa momentum num. 19. sed etiam de iure Regni actenta dispositione huius pragmaticæ, quam ibi Muscat. num. 20. sectatur.

Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Testes super eisdem articulis recipi non possunt.*
2 *Quando pars docet de impedimento, quę nullos produxit testes, quid fiet, & 3.*
4 *Quid de instrumentis nouiter repertis propter impedimẽtum non productis.*
5 *Quomodo partes debeant moneri, ad videndum iuramenta testium.*
6 *Non debent prouideri, quod recipiantur, & ponantur extra processum.*
7 *Publicatione facta, quando recipi testes debent, &* 8. 9. 10. 11. *&* 12.

Quandoque solent partes post publicationem allegare, nouiter testes reperijsse, quos examinari petunt non sine euidenti subornationis suspitione, contra iuris, & sacrorum constitutionum dispositionem, quibus inhærentes mandamus post processus publicationem super articulis in causa prodictis, testes etiam extra processum non esse recipiendos ad effectum, vt de eis sententiando ratio aliqua haberi debeat, nisi appareat ex actis, tales testes ante publicationem fuisse per partem nominatos, & aliquo iusto impedimento interueniente non fuisse examinatos, quem casum iuris dispositioni reliquimus.

De testibus, qui de nouo superueniße allegantur.



VPradiximus plenius de hijs, quæ concernunt hanc pragmaticam, *in pragmatica conclusione facta, & latius glos. And. & Mazeus in Constitutione iurisperitorum, per quos non fit mentio de clement. 2. & de testib. vbi*

textus dicta Conſtitutionis dicit, quod
1 teſtes de nouo † ſuper eiſdem facta publicatione recipi non poſſunt, cum imineat timor falſitatis, & ſubornationis, & idem diſponitur in cauſa appel-
2 lationis, fallit † vbi pars, nullos produxit teſtes, vel doceret de impedimento, ſupplet *Andreas alios caſus*, & ſignanter vbi non noceret parti, & *Mazeus deciſ. 266.* item hæc pragmatica addit poſt publicationem poſſe prouideri, quod recipiantur teſtes nominati
3 infra terminum propter impedimentum non fuerunt recepti, idem *Guido Papa quæſt. 201. & Innocentius, & Panormitanus in cap. per tuas extra de*
4 *teſt.* hoc idem † ſeruatur in inſtrumentis, & ſi aliquid debet fieri certo die,
5 partes debent moneri, † quod ſingulis diebus, & ſi non comparet poteſt procedi in contumaciam, *vt in d. Conſtit. iuris peritorum in fine, & Bald. in cap. ſæpè extra de appellat.* nec debet prouideri, quod recipiantur, † & ponantur
6 extra proceſſum, contrarium vidi obſeruari, donec diſcutitur, poſtea vtriũ ſint admittendi.

Regula eſt in contrarium, vt notatur *in cap. cum in tua cum clamor cap. ſeries, c. ex tenore extra de teſtib.* quod
7 publicatione facta † vlterius non recipiuntur teſtes, niſi in cauſa matrimo-
8 nij † & ex officio Iudicis, vbi tractatur de declaratione dicti, & depoſitionis obſcuræ, & ex alijs cauſis, vt in dictis capitulis, inter quos non includitur
9 caſus noſter, fallit etiam ex † capite reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, ſi quæ mihi iuſta cauſa, præſtito tamen iuramento, quod non malitiosè hoc petit, vt *Felinus ſeriosius tractat in cap. intimauit extra de teſtib.* & vbi minor defenditur in auditorio Principis, & dicat ſe captum propter infirmitatem etatis, ex eo quia non probauit probanda, nec allegauit alleganda, ex eo quia aduocatus non comparuit pro eo in odium minoris prætendentis non fuiſſe ſibi ſatisfactum de ſalario, aut fuit corruptus pecunia, aut gratia aduocatus, tunc auditur *l. minor autem S. ſi autem princeps*, etiam aduerſus confirmationem, & idcircò
10 † minor ſæpe reſtituitur ad pinguius probandum, vt dicemus ſuo loco *l. minor 25. annis ommiſſam, ff. de minor.* in maiore, qui ſemel bis, aut ter perduxerit teſtes, & teſtificata tractauerit, aut ab aduerſario hoc facienti diſputationem acceperit, & ex hoc teſtifi-
11 cata didicerit † non habebit licẽtiam vlterius vti productione teſtium ex diuina iuſſione, niſi ad reprobationem. *Authent. at qui ſemel iuncta gloſ. C. de probatio.* dicitur productione, dic vnam eſſe productionem, cum ſemel producũtur, & ſi eadem die, vel infra dictam dilationem producitur eſt alia productio, vt ſupradixi, & vbi teſtis examinatus per ſe redierit ad deponendum, ſi pro eodem negotio non ei credetur, poſtquam cum parte loquutus eſt. *gloſ. in verbo productione.*

12 Quæritur † ſecundum regulam, num publicatione facta ſi habuerit ſcientiã ſuorum teſtium excludatur, quod ſic numquid ſi teſtium partis aduerſæ, dic quod ſic, vt notat *gloſ. in §. quia verò in verbo, quartam teſtium productionem Authent. de teſt.*

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

REgulariter teſtes citati debent infra terminum, & iurare poſſunt infra tres dies, poſt terminum Marant. in ſpecul. p. 6. in 6. actu num. 8. & infra talem terminum examinari, idem in 3. actu num 9. Carbon. in pract. practicarum lib. 3. cap. 5. num 53.

Si tamen non fuerunt examinati vſu receptum eſt, vt etiam elapſo termino examinentur actenta diſpoſitione iuris communis, ità ex Carau. ritu 69. num. 6. probat Tartagl. in ſua praxi ciuili cap. 4. in fine verſ. Carau. in ritu Iul. Cæſ. Gallup. in praxi S. C. p. 2. c. 25. nu. 1.

Ad quod ſubdit Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. p. 5. gloſ. citati num. 5. quod vltra Carau. quando teſtes ſunt citati in termino, poſſunt examinari extra terminum, & in termino publicationis, non tamen poſt terminum publicationis elapſum, vt ſubdit num. 6. vbi num. 9. differentiam conſtituit, quando fit publicatio cum reſeruatione, vel cum termino, infra quem, &c. Nihilominus regulariter poſt publicationem recipi non poſſunt ex diſpoſi-

tione

tione istius pragmaticæ exceptis in casibus relatis per eundem Muscat. d. praxi p. 6. glos. 1. num. 10. & 11. & alijs relatis per Annam in sing. 423. & 424. & potissimum quando essent testes de nouo producti post publicationem Carbon. d. pract. lib. 3. cap. 6. num. 53.

Aut super articulis reseruatis ad merita causę, vt subdit Carbon. ibi num. 8.

Aut post publicationem, & conclusionem ad Concomintatiam scripturarū, idem Muscat. p. 7. glos. præsentatas, & sic ex causa testes citati in termino indistinctè remittūtur in termino publicationis post perfectam publicationem, idem Muscat. d. glos. citati num. 12. aut fuisse testes nominatos in termino iuxta hanc pragm. & latius per D. Præs. de Franc. decis. 381.

Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Vsucapio quid sit, & an tempora sint vtilia. 2. & 3.*
4 *Quot sint præscriptiones. 5. & 6.*
7 *An præscriptio currant ignoranti, & pupillo 12.*
8 *Scientia in præscriptione, quomodo exigatur.*
9 *Si præscribens non potest conueniri, quid faciendum.*
10 *Præscriptio nō procedit sine possessione.*
11 *Ius superioritatis, nunquam præscribitur.*
13 *Præscriptio dicitur exceptio peremptoria.*
14 *Quando allegatur malitiosè, punitur allegans.*
15 *Præscriptio dicitur, quando agitur cōtra possessorem, alias si præscribens possidet, dicitur exceptio, & 16.*
17 *Quanto tēpore durant præscriptiones.*
18 *Dies intercalaris, an connumeretur in anno præscriptionis.*

Iuris vtriusque censuram, quæ præscriptiones legitimas ad vtilitatem publicam introduxit, nè rerum dominia in occulto essent, & obligationes perpetuò remanerent, imitātes statuimus legitimas præscriptiones excludi non posse per allegationem pestis, & guerrarum, nisi contiterit, excludere volentem, ipsam præscriptionem fuisse absentem a loco, vbi iudicium agitari debeat, & vbi pestilentia, vel guerra viguerunt: tunc enim tamquam agere nō valenti propter nō tutum accessum conuenit præscriptionem non currere, quod si absens nō fuerit, minimè possit dictam præscriptionem excludere, quia fortè allegatum fuerit ius redditum non fuisse, nisi per acta docuerit se tribunali Iudicis adiuisse, & ius suum consequi non valuisse: quia ius non reddebatur.

De præscriptionibus calumniosè non excludendis.

1 VSucapio, † seù præscriptio est acquisitio, vel adiectio dominij per continuationem possessionis temporis lege diffiniri. *l. vsucapio ff. de*
2 *vsucap.* & bono † publico introducta est, nè quorumdam rerum diuersarum, & ferè semper incerta dominia essent, cum sufficeret domini, ad inquirendas res suas statuti temporis spatium. *l. 1. ff. eo. tit.* & olim † tempora erant vtilia,
3 ad præscribendum, & non curabant quando experiundi potestas non concedebatur, proindè siuè apud hostes, fit; siuè reipublicæ causa absit, siuè in vinculis sit, aut tempestate in aliquo loco, vel regione detinebatur, vel valitudine impeditur, vt mandare non possit. *l. 1. ff. de diuers. & temporal. præscriptio.* & quot † sint præscriptiones,
4 vide *glos. in Constitut. duram in verbo, duram sub rubrica de præscript.* quæ ab vno die vsque ad 40. annos enumerat de præscriptione centum annorū erat. *l. fin. C. de sacros. Eccles.* & hodie *extat Constitut. Regni*, quæ incipit *Quatragenalem*, ac prorogatio præscriptionis, vbi in rebus fisci, contra fiscum: est in-

Digitized by Google

5 ducta † præscriptio quatuor annorum, & exceptuatur hodie præscriptio trien-
6 nalis aduersus † sententiam latam in fauorem fisci. *l. vnica C. de aduersus sententiam lib.* 10. & an currat ignoranti, dic quod ad incomodum, sic *Bar. in l. si quis dominus C. qui militare poss. lib.* 12. quæ ignorantia sufficit allegari, dummodo non probetur contrariũ. *Bart. in l. sup. C. eo. tit. & Felinus in*
8 *c. vigilanti extra de præscript.* † scientia probatur, vt *in l. si extraneus ff. de*
9 *donat. inter vir, & vxor*, & si † præscribens non potest conueniri per absentiam, furorem, potentiam, infantiam, sufficit detinenti Episcopo Præfidi, vel vltimo loco domo possessoris. *l. vt perfectus C. de annal. præscript. l. sapè C.*
10 *præscriptio. trigin. anno.* præscriptio † non procedit sine possessione saltim ciuili. *Bart. in l. Stichо ff. de vsufru. leg.*
11 item † ius superioritatis nullo tempore præscribitur. *l. competit §. functiones C. de præscrip. 30. vel 40. anno. & glos. in cap. non licet extra de præscript. &*
12 vtrum † tempus currat pupillo, quod hodie est continuum, dicit *glos. & post eam Bald. in cap. 1. §. penul.* qualiter feudum alienari poterat, quod non, & si res vitio furti affecta reddit ad Dominum, & venditur non purgatur vitium.
13 *l. si ad Domini, ff. de furt.* & dicitur † præscriptio exceptio peremptoria, quæ impedit litis ingressum, vt *notat Bart. in l. sicut. C. de præscript. 30. anno. & Guido Papa quæst. 416. num. 13. &*
14 † proindè cum præscriptio sit odiosa, exceptio quando allegatur malitiosè ad impediendum cursum litis, debet puniri, vt in Regia pragmatica.

Præscriptio propriè dicitur, quando
15 † agis aduersus aliũm, quando verò possidet dicitur exceptio, exemplum præscripsit aliquam rem spatio annorum decem, vel vigintia & cecidi à possessione, tunc agam præscriptione, quando verò possideo, tueor me exceptione nata ex hac præscriptione *glos. est singularis, l. præscriptio in verbo datam ff. de vsucap.* & inde reperitur titulus de exceptionibus, & præscriptionibus præmisso titulo de exceptionibus, tamquam generali, & sequenti titulo de præscriptionibus tamquam particulari, vt notatur *in rubrica de*
16 *exceptio. & præscriptio.* nam † agere dicitur, qui præscriptione vtitur. *l. 1. ff. de exceptionibus*, exceptio est exclusio quædam quæ interponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationem, vt deductum est. *l. exceptio. ff. eod.* & quot sunt præscriptiones, & quanto tempo-
17 re † durant, vide *rubricam de diuersis, & tempor. præscript. ff.* quæritur in his præscriptionibus, seu dilationibus, qui-
18 bus præscribitur, computatur dies † intercalaris, die quod non, nisi præcisè esset expressa per dies dilatio. *vtputa decem, vel viginti. l. in tempore constituto ff. de diuersis, & temp. præscript.*

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

ISta pragmaticam commentauit Troyf. in pragm. 18. de ord. iudic. quam corroborat Vrsil. decis. 13. vbi illam pragmaticam citat, & alios secum conferunt adducta per Boer. decis. 40. vbi discutit, an impedito agere propter guerram sufficiat probare impedimentum belli in loco expediendum erat, vel probare se diligentiam adhibuisse agendi, & ipsum actum experire non potuisse, taliter, quod non currat sibi præscriptio.

Nam & si regula sit constituta non valenti agere non currit præscriptio. l. 1. §. fin. C. de annali præscript. Zanzer. de except. cap. 10. p. 3. num. 166. And. Gail. lib. 1. obseruat. 140. num. 6.

Adhuc tunc ipsa præscriptio non tollit actionem ipso iure, sed ope exceptionis. Vinius inter com. opin. tit. de except. tom. 2. nu. 201. Phicar. inter d. com. opin. tit. communia de vsucap. num. 4.

Ad quod citatus comparere non tenetur super veniente pelle, tempore citationis Ripol. var. resol. cap. 3. num. 335.

Aut si pertransiret per locum inimicorum, vt subdit num. 40. vbi plura in seq. num. recollexit, nempè si non sit securus eundo, & redeundo, vel ad allegãndum non totum accessum, & quid facere debeat in hoc casu, ostendit ibidem Ripoll. num. 349.

Nimirum si talis exceptio loci non tuti erit opponenda, de qua latis per Zanzer. de exceptione cap. 4. par. 2. per totum. vbi plura. Mutcat. in praxi S. C. lib. 1. p. 2. glos. compet. num. 109. neque, si in hoc casu cessabit præscri-

Digitized by Google

scripto, quæ non currit ei, cui legitima exceptio opponi potest, probat Besol. de cassb. fortuit. cap. 12. num. 3. in fine, & ibidem in princ. tàm de tali casu fortuito ex peste, quàm ex causa belli prosequitur, præsertim num. 3. præscriptionem asserit ipsorum tempore dormire.

Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Præsumpta calumnia, quæ dicatur.*
2 *Quando retractatur sententia, quæ fecit trãsitum in rem iudicatam, & 3.*
4 *Quando transactio rescindatur, & 5. 6. & 7.*

Aliam verò calumniam remouentes eorum, qui submittere solent: amicum, qui instrumentum nouiter repertum esse dicit, & coram notario, & testibus assignat, vt sub colore ignorantiæ: facti restitutio concedatur, statuimus talem assignationem pro restitutione decursi temporis obtinẽda minimè iuuare posse, nisi citata parte coram Iudice competenti illius curiæ præscriptio prodesse: posset in præsentia ipsius citati si comparuerit, vel in eius contumaciam coram ipso Iudice, tale instrumentum nouiter repertum, parti præscriptionem excludere volenti assignauerit cum iuramento, quod illud instrumentum præsens se habuit, parte cui illud assignat ignorante, & illo, qui illud assignat nesciente, quod pars, cui assignatur notitiam de eo habuerit, illudque bona fide omnis dolo, fraude: vel collusione cessantibus assignat: de quibus dolo, & collusione, si quãdo constiterit assignans, & recipiens pœnam viginti quinque vntiarum, pro quolibet incurrat.

De eo, qui supposuit amicum, vel alium qui dicat instrumentum nouiter repertum.

1 NAscebatur † præsumpta calũnia, & præsumebatur illud instrumentum: esse falso fabricatum, de nouo repertum, idcirco ad tollendam hanc præsumptionem exquiritur hæc
2 sollemnitas, & an, & quando † sententiam, quæ etiã fecit transitum in rem iudicatam: retractetur per productionem instrumenti de nouo reperti, vide *Bart. in l. Imperatores, & post eum Alexand. in d. l. Imperatores ff. de re iudic. & Paulum de Castro in l. sub specie ff. eod. tit. & Iasonem in l. admonendi ff. de iur. iuran. in 28. col. Felinus in cap. sub orta de re iud.* vbi dat istas limitationes, videlicet primò, † quando probat se fuisse impeditum ante sententiam
3 non potuisse vti, secundo in sententia lata contra rem publicam, quia potest retractari per infrascripta nouiter reperta, fallit tertiò in pupillo, quartò in sententia lata contra prodigum, fallit & quinto in sententia lata probationibus priuilegiatis, & iuramento suppletorio, fallit septimo, quando fuerunt instrumenta de nouo facta ad hũc finem, vt recedatur à lite, fallit vltimo vbi instrumentum est productum, vt *in hac pragm. vide Felin. vt supra penul. col. DD. cap. sub orta*, & ad concomitantia istius praematicæ, vide *ritum Magnæ Curiæ*, qui incipit *Quod in quacunque causa car. 9.*
4 Nec trãsactio rescinditur † sub prætextu instrumenti nouiter reperti *l. sub protextu C. de transact.* nisi † in causa
5 reipublicæ. *l. Imperatores ff. de re iud. in causa Eccles. §. si minus, Authent. de non alienand. in causa pupilli C. de iur. reipublicæ. l. rem publicam lib. 10. &*
6 *nisi sit testamentum † ff. de transactio. l. de his, vel eodi. illum. l. Imperatoris eod. tit.* æquiparatur † republica, & pupillus,
7

pillus, & id quod dicitur in tranſactione habet locum in iudicio, & res publica ſemper eſt pupilla, & perpetuò reſtituitur, alij infra triennium, alij quatriennium; ſed prima verior idem dicitur de Eccleſia, vt notat *gloſ. in dicta l. rempublicam.* ſit laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V.I.D.

ADDITIO.

HAnc pragmaticam commentauit Anibal. Troyſ. in pragm. 19. de ord. iudic. adhuc tamen ad materiam inſtrumẽtorum de nouo repertorum exceptionis multa effundit nouiſſimè Carroc. in tract. de except. contra ſententiam in except. 49. per totam, ibique declarat quæ nam inſtrumẽta nouiter reperta dicantur, & an, & quando, & quomodo retractetur, ſeù ſuſpendatur ſententia, & illius exequutio.

Et an detur reſtitutio hæredi aduerſus præſcriptionem per inſtrumenta nouiter reperta de iure, vide Vrſill. dec. 37. num. 3.

Io: Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum quid ſit, quando fuit inuentum,* & 2. 73. & 86.
3 *Iudex,* & *an,* & *quando poſſit cogere partes ad compromittendum,* & *quæ perſonæ eligi debeant.* 4. 5. 6. 67. *uſque ad* 70.
7 *Quæ cauſa poſſunt,* & *debent compromitti,* & 8.
9 *An pater poſſit cõpromittere pro filio,* & *an filius ſine patre.* 25.
10 *Vbi fuit dictum, quod non poſſit appellari, an peti poſſit reſtitutio in integrum.*
11 *Venditor laudatus, an poſſit petere cauſam compromitti,* & 62.
12 *Vbi duo electi diſcordant, quid faciendum,* & 26. 30. & 83.
13 *Promiſſio deſtando iuri, non impedit cauſam compromitti.*
14 *Quando cauſa eſt in calculo ferendæ ſententiæ, non poteſt peti compromitti.*
15 *Statutum, quod cauſæ compromittantur, quomodo intelligatur,* & *quando comprendat.* 17. 21. & 23.
16 *Compromiſſum fieri debet parte petenti,* & *quando petatur.* 26. & 58.
18 *Compromiſſũ impedit currere fatalia.*
19 *Prorogatio, quomodo, & quando fieri debeat,* & 35.
22 *Compromiſſum quando finiatur,* & *quãdo petitur, ſi procedit Iudex acta, an ſint nulla,* & 24.
27 *Conditio arbitri attenditur tempore acceptationis,* & *eo die currit inſtantia,* & 32.
28 *Quo tempore arbitri poſſint procedere.*
31 *Sententia, quando in cauſa compromiſſi dicitur data.*
33 *Plenum compromiſſum dicitur,* & 83.
34 *In quo loco arbiter procedere debet.*
36 *Compromiſſum, num tranſeat ad hæredes.*
37 *Sententia arbitri eſt parendũ,* & *debet proferri præſentibus partibus,* & 38.
39 *An excuſet Sacerdotium à probatione laudi.*
40 *Promiſſio de prorogando, non facit prorogationem.*
41 *Poteſtas compromiſſi non extenditur vltra conceſſa.*
42 *Arbiter non poteſt delegare aliquem loco ſui.* & 87.
43 *Semel commiſſa, amplius non committitur, niſi fuerit dictum.*
44 *Sententia lata die feriato, an valeat.*
45 *Sententia arbitri, an tranſeat ad hæredes.*
46 *Pœna in compromiſſo ſufficit, etiam quod non interſit.*
47 *Compromiſſum factum ſimpliciter, non prorogatur ad lites factas.*
48 *Compromiſſũ, quando poteſt ſtipulari.*
49 *Arbiter, an poſſit eſſe teſtis in cauſa.*
50 *Arbiter, qui dolosè fuit arbitratus punitur.*
51 *Recurſus ad arbitrium boni viri, quãdo habeatur.*
52 *Arbiter tertius electus, reddit nouum compromiſſum.*
53 *An fieri poſſit compromiſſum de vita, & malitia.*
54 *Arbiter, an poſſit ferre ſententiam partibus non citatis.*
55 *Arbitrium poteſtati datum, ad quod extendatur.*
56 *Prorogatio debet partibus intimari.*

Vbi

Digitized by Google

57 *Vbi negatur coniunctio, non potest fieri compromissum interim.*
59 *Compromissum non potest facere, qui non potest deliberare.*
60 *Arbiter, & arbitrator differunt.*
61 *Arbiter cogitur iudicare, & secundum compromissum acceptare.* 65.
64 *De clausulis compromissi remissiuè.*
66 *Quando arbiter vnus est alterius, ad quem reclamare.*
70 *Excommunicatus, an possit esse arbiter, & quare non possit esse.* 71.
72 *Quando contempserunt Iudicem audire alium.*
74 *qua debent facere arbitri, acceptato compromisso.*
75 *Incidens emergens in compromisso, an possit per eos tractari, &* 76.77.78.
79 *Proferri diem in compromisso, quomodo intelligatur, &* 80.
81 *Recipere compromissum, quomodo intelligatur, &* 82.
84 *Arbiter ferens sententia contra formam compromissam sit nulla.*
85 *Liquere in causa, quomodo intelligitur*
88 *Confirmatur sententia tacitumitate diem producere.*
89 *Causa criminales, quarè compromitti non possunt.*

Odia quæ: inter coniunctos ex litibus occurrunt cessare volentes, præsenti constitutione statuimus, & ordinamus inter conuinctos, vsque ad quartum gradum cõsanguinitatis, vel affinitatis inclusiuè computandum, secundum ius ciuile in causis ciuilibus, vel mixtis, quandocunque ante dationem termini ad probandum ad petitionem cuiuslibet ex dictis coniunctis compromissum fieri debere, in duos coniunctos, vel cõmunes amicos de iure, & de facto, in procedendo, & sententiando, de iure tantum, nisi inter partes aliter concordatum fuerit, & de facto in sententiando, qui arbitri iurare debeant ad cognitionem, & decisionẽ ipsius causæ processuros ipsam veritatem, & Deum præ oculis habentes, debeantque causam ipsam per sententiam terminare infra duos menses, nisi fuerint concordes, si autem fuerint discordes vltima die, vel prius debeant eligere tertium, non suspectum vocatis partibus, quę in promptu suspectos nominare debeant, quod si partes, vel altera ex eis nominare dictos suspectos in promptu cessauerit, arbiter electus per partem, quæ nominauerit in contumaciam alterius partis non nominãtis tertium eliget, & si vtraque pars nominare neglexerit arbitri ipsi sub simili prædicto Sacramento tertium eligant, qui tertius infra vnum mensem, vna cum dictis arbitris, vel altero ex eis per suũ laudum causam expediat, habeantque arbitri, & tertius quando contingerit eum eligi pro eorum salario quintam partem trigesimæ, quæ Iudicibus olim soluebatur, diuidendam inter eos, qui concordes in sententiando fuerint ad pœnam dupli eius, quod pro eorum salario taxandum veniret, si infra dictum terminum causam non expedierint ordine suprascripto soluendam insolidum, pro quolibet ex dictis arbitris, & nihilominus ad petitionem partium, vel alterius ex eis per nouam cohertionem, siue mulctæ indictionem cogantur, postquam compromissum acceptauerint effectus aliter causam in eos compromissam d ffinire, hic tamen locum non habeat

beat, vbi eſſent inſtrumenta ſententia, & obligationes liquidæ, nec etiam in cauſis feudalibus, in quibus ſimilis petitio compromiſſi non admittatur.

De compromiſſis inter conuinctas perſonas.

1 COmpromiſſum † ad ſimilitudinem iudiciorũ redigitur, & ad finiendas lites pertinet. *l. 1. ff. de recept. arbit.* & vbi à principio arbitri, acceptauerunt arbitrium, quoniam à principio res libera, & abſoluta erat: & extra neceſſitatem iuriſdictionis poſita, non tantum propter litium finiendarum cauſam, verum ne decipiantur partes, qui veros diſceptatores inter ſe eligerunt. *l. 3. S. tam, & ſi ff. eo. tit.* fuit
2 enim ſtatutum factum, † ne diu conſanguinei litigarent, & expenſis fatigarentur, vtrum † Iudex poſſet cogere
3 partes ad compromittendum, quod non ſecundum *gloſam ordinariam in l. furti, §. iuſſu ff. de ijs, qui not. infa.* niſi per lites publica quies inquietaretur, vel per ſtatutum, vt tenet *Angelus in*
4 *d. §. qui iuſſu*, & debent † eligi perſonæ, quæ poſſint cogi ſuſcipere arbitrium *d. l. 2. §. fin. niſi vbi non liquet de cauſa. Bald. in l. ſi de meis §. ex compromiſſo. ff. eo. tit.* & quod ſint habiles non infames. *l. Pedius §. ſi.* non pupilli, non furioſi, & muti ſunt. *l. ſed ſi eo. tit.* non
5 † Iudex ordinarius illius cauſæ. *d. l. ſed ſi in fin.* non habentes iuriſdictionem, vt diſponit Regia nouella pragmatica expedita in anno proximo 1555. non alias recuſatus, ſeù ille qui contumelijs affecerat. *l. litigatores ff. eo. tit.* non inimici valitudinarij, non valde occupati proprijs negotijs, non de proximo profecturi, vel ſuſcepturi officium cauſam rei publicæ. *l. licet autem ff. de arbitr.* item non impedit in vinculis. *l. ar-*
6 *bitrer ff. de arbitr.* † item minor non poteſt compromittere. *l. 3. in principio ff. de arbitr. quoniã eo. ipſo dicitur leſus. Panor. conſ. 95. 31.* nec ſerui. *l. non diſtinguemus, §. ſi ſeruus ff. eo. tit.* nec pupillus. *l. ſi pupillus ff. eo. tit.* nec ille, qui bonis ceſſit. *l. item ſi vnus ff. eo. tit.* nec femina. *l. fin. C. de arbitr.* nec excommunicatus, vt tenet *Odofredus in l. Pedius ff. de arbitr.* nec bannitus, vt tenet *Speculator in tit. de arbit. §. differt. verſ. 4.* de bannitis, nec monacus. *Speculator eo. tit. §. fin.* nec furioſi, & ſimiles perſo-
7 næ, item † nec cauſa mixti, & meri imperij, vel cauſa ſtatus compromitti poteſt. *l. non diſtinguemus, §. Iulianus ff. eo. tit.* nec cauſa alimentorum. *Bart. in d. l. non diſtinguemus, §. quæſitum*, nec cauſa liberalis. *Romanus conſ. 299. cap. cauſam extra de teſt. in integr.* nec cauſa feudalis. *Andreas in cap. 1. §. inter partes de lege corradi*, nec cauſa dotalis, nec cauſa inſtrumentalis, quæ habet executionem paratam. *Bart. in 1. Conſtitut. Codicis num. 6. & Capycius deciſ. 48. & Franciſcus Aretius conſ. 95. 129. Soccinus conſ. 4. in 1. col.* nec cauſa reſtitutionis in integrum. *DD. in l. fin. C. vbi, & apud quos*, nec res iudicata, 3
quando non poteſt aliquo remedio actentari, & liquet in promptu de ſententia. *li eleganter, §. ſi poſt ff. de condit. indeb. & Bal. in 2. vol. conſ. 244. & Fulgoſius conſ. 119.* nec cauſa ſpiritualis. *Ludouicus Roman. conſ. 299. & Bart. in l. prætor verſic. ſed qui dicemus ff. de tuto. & cur. dat. ab ijs*, & quando poſſit fieri, deberet fieri in clericum. *Guido Papa conſ. 114.* nec cauſæ Summariæ. *Bald. in l. ſi Iudex ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel aliẽ. iur.* nec cauſa appellationis. *Alexand conſ. 72. in 3. vol.* nec quęſtiones iuris. *Bald. in l. ancillæ, C. de furt. & Alexand. conſ. 62. in 2. volum.* nec cauſa periurij: & quando veniret contra proprium iuramentum. *Paulus de Caſtro conſ. 67. Alexand. conſ. 27. in 2. volum. Soccinus conſ. 117.* nec res clara, euidens per facti euidentiam. *Alexand. in l. ſi ſic ſtipulatus, quæ eſt ante l. triticum ff. de verb. oblig. Lanfrancus in tra-*

ctatu

Digitized by Google

Rota de arbitr. quæst. 50. *car.* 23. nec causa finita transactione. *Bart. in l. fratris C. de transact. Franciscus Curtius cons.* 56. nec causa executiuè. *Roman. cons.* 262. nisi † esset oppositа satisfactio, vel alia exceptio, quæ impediret quia super ijs deberet compromitti, vt tenent *Angelus*, & *Bart. in l. post rem ff. de transact.* nec vbi imploratur officium iudicis pro executione contractus. *Ancaranus cons.* 183. *Romanus cons.* 76. nec quæstio tutelæ, & matrimonij. *Lanfrancus in tract. de arbitr. quæst.* 38. *Romanus cons.* 262. nec causa, vbi lis figitur. *Paulus de Castro cons.* 68. *Bart. in l. cum hij, §. sed cum sit ff. de transact.* vbi arctatur vigore † statuti compromittere, pater pro filio potest compromittere, vt notat *idem Azo. in summa C. de bon. quæst.* item statutum loquens de compromissis loquitur de legitimis, & validis. *Paulus de Castro in antiquis in 1. vol. cons.* 183. item vbi † est dictum, quod ab arbitro non possit appellari, an possit peti restitutio in integrum. *Bald. cons.* 203. *in 1. vol.* & *Signorellus cons.* 206. & vbi statutum cogit compromittere, certè † vendi non potest petere ex sua persona causam compromitti. *Lanfrancus in tractatu de arbitris fol.* 22. *quæst.* 47. Item vbi † duo electi essent discordes, possunt cogi ad concordandum, vel ad eligendum tertium. *Panormitanus in cap. speciali de app. in verbo aduocent tertium*. Item promissio facta † de standō iuri non impedit, quominus causa compromittatur, *Franciscus de Aretio cons.* 87. Item † quando causa est in calculo ferendæ sententiæ, non potest peti, quod compromittatur, idē *Franciscus Aretinus cons.* 101. statutū compellens ad compromittendum dicitur esse contra ius commune. *Io. de Anania cons.* 8. statutum, † quod dicat quod fiant compromissum inter affines, quomodo intelligatur. *Paulus de Castro in 2. vol. cons.* 338. & an sit fauorabile, vel odiosum tale statutum. *Signorellus cons.* 154. Item fieri † debet compromissum parte petente. *Cumanus cons.* 59. & 30. & † an comprendat statutum existentem in gradu compromittendi. *Romanus cōs.* 81. & quoniam intelligitur compellere consortes vsq; ad quartum gradum. *Bolognitus cons.* 137. & an fieri possit per sententiam interuenientibus requisitis. *Angelus in l. sin. C. de necessitate C. de bon. quæ liber.* & quando disponit, quod non possit fieri de instrumentis habentibus locum de quaestionibus fundatis originaliter in instrumentis. *Bart. in l. 1. in 7. oppositiu. C. de vsufr.* vbi comprendit etiam vxorem, & ex quia dicit caput affinitatis. *Lanfrancus vbi Bald. & cons. de successio. & cessat plura affinitatis. l. vni eorum §. affinitates, vbi Bald. & Bart. ff. de pact.* compromissum † impedit currere tempora appellationis. *Imola, Butr. in cap. ex ratione de app.* & quando † statutū daret modum, & terminum, quoties posse prorogari, vide *Alexand. cōs.* 70. 1. *col. & vol.* 2. vbi fuerunt nos † electi sufficiunt duo, q arbitrātur. *l. si plures ff. de arbitr.* dummodo ille certius fuerit requisitus. *Lanfrancus in tractatu de artifi. q.* 13. *quæst.* Item statutum † non comprendit bastardos, etiam postea legitimatos. *Paul. cons.* 181. statutum de compromittendo non sortitur effectum, nisi quæstione finita debet iterum † compromitti, quo vsque finiatur. *Alex. in l. si quis ex argentarijs §. fin. in fine ff. de eden.* Item istud statutum alterat iurisdictionem. *Angelus Aretinus in rubrica instit. de except. in 10. col.* Item † nō obligat illos, qui non habēt domicilium in loco statuti. *Alexand. in addit. ad Bart. in §. liberali. l. non distinguamus de arbitr.* & vbi petito compromisso † procedit Iudex, an valeat processus *Bal. in l. 1. C. si quacunque præditus fuer. pot.* filius familias † qui prohibetur se obligare sine consensu patris, an possit compromittere. *Alexand. quod sic in cons. 29. in 2. col. in 1. vol.* an liget forenses litigantes in loco statuti, quod sic *Bald. in l. 1. in fine, C. quæ sit lōga consuet.* item † istud

statu-

ſtatutum non ligat clericos. *Bald. in cap. cum venissent in 3. col. de eo, qui*
27 *mittitur in possessio.* Item conditio † arbitri attenditur tempore acceptatio-
28 nis. *l. sed & si ff. de arbitr.* potest † iudicari die feriato in casu necessitatis. *l. idem Pomponius §. fin. ff. eo. tit.* arbiter
29 debet † habere liberā potestatem sententiandi, vel de consilio alicuius. *l. item si vnus, §. idem Pomponius ff. eod. tit.* & quando non sunt assumpti arbi-
30 tri † quilibet ipsorum, vbi videt non posse trahere socium ad votum suum quærit dissentire pro facilitate, & quia res foret sine exitu, prætor cogere potest eos. *d. l. item si vnus, §. principaliter*
31 & sententia † dicitur data, quando per eam à tota lite receditur, quam sententiam deindè arbitri non possunt mutare, nec corrigere. *l. dicere diem cum l. sequenti ff. eod. tit.* nec videtur dicta si forma compromissi non est seruata. *l. quid tamen eo. tit.* & si protulit in certam contra minorem dicitur nulla. *l. 3. l. quod tamen §. Pomponius ait ff. eo. tit.*
32 & compromissi † dies currit à die acceptationis. *l. si cum dies ff. eo. tit. Alex.*
33 *in 1. vol. cons. 34.* plenum † compromissum est quando fit de omnibus litibus causis, & differentijs. *d. l. si cum dies*
34 *§. 1.* sententia † indubio ferenda est in loco honesto, & in loco, vel continentibus edificijs ipsius, vbi factum est cōpromissum. *l. si cum dies, §. si arbiter eo.*
35 *tit.* & quando fit prorogatio † fit cum omnibus qualitatibus ipsius. *l. labeo ff. eod. tit.* & in prorogatione termini debent fideiussores interuenire. *d. l. labeo*
36 *§. 1.* & vltimo compromissum † non transit ad hæredes, nisi sit actum. *l. diē*
37 *proferre §. 1. ff. eo. tit.* & † sententiæ arbitri est parendum. *ead. l. §. stari*, arbiter non potest parre prēsente proferre sententiam, nisi sit actum. *d. l. §. si quis liligatorum* dicitur fieri eorum, quando
38 † est præsens, & intelligit, *§. coram eiusdem l.* item pæna, quæ apponitur contra contēnentem, potest peti vna cum principali. *l. si quis rem ff. de arbit.*
39 nec † excusat arbitros à probatione laudi, Sacerdotum obueniens. *l. non distinguemus, §. Sacerdotio ff. eo. tit.* pro-
40 missio † de prorogando prorogationē non facit, nisi ludicis subsequatur prorogatio *d. l. non distinguemus, §. dies*
41 *compromissi*, & potestas † arbitri non extenditur vltra concessa in compromisso, eadem *l. §. de officio* non potest
42 delegare † arbiter alium loco sui, nisi ex potestate sibi concessa, eadem *l. §.*
43 *quæsitum*, pęna † semel commissa amplius non committitur, nisi fuerit dictum, quod toties committitur, quoties fuerit contrauentum. *l. si duo §. fin.*
44 *ff. de arbit.* & si sententia fuerit † data die feriata ad honorem hominum valet cogente prætore. *l. si feriatis ff. eod.*
45 *tit.* effectus † sententiæ arbitri transit ad hæredes: etiam quod nō sit dictum. *l. quamuis ff. eo. tit.* & vbi esset apposi-
46 ta † pæna non refert, quod non interfit. *l. cum pæna eo. tit.* compromissum
47 † factum simpliciter non porrigitur ad lites futuras. *l. de ijs ff. eod. tit.* & si transit ad pupillum, & minorem exigitur præsentia tutoris, & curatoris. *l. si compromissum ità factum eod. tit.* & qui condemnatus non soluit in termino incidit in pænam, licet admittatur
48 purgatio. *l. fin. eo. tit.* compromissum † potest fieri, & stipulari seorsum à partibus, & valet *Io: Baptista Cazialupus in cap. per vestras fol. 43. in vers. bene-*
49 *facit*, Arbiter an † possit esse testis in causa, in qua fuit arbitratus. *Cappella Tolosana determinauit quæst. 142. q* non ità tenent *Canonista in cap. cum à nobis de test.* arbiter si fuerit dolosè arbitratus non obstante iuramento, po-
50 terit haberi † recursus ad arbitrium boni viri, eadem *quæst. 267. & Mazeus*
51 *decis. 23. & 371.* compromissum † factum à minore lite pendente, cui fuerat datus curator, an valeat eadem *Cappella, quod non quæst. 118.* arbiter
52 † tertius electus nouum reddit compromissum. *Mazeus decis. 148.* Arbitrium boni viri peti debet, ne transeat laudum in rem iudicatam infra triginta annos. *Abbas in cap. quintauallis de*

iure

Digitized by Google

ure iur. & Mazeus decis. 132. com-
53 promissum † de vita, & militia, sicuti transactio sine Regio assensu non tenet *Mazeus decis.* 138. compromissum an possit tertia vice peti arbitrio, ad huc pendente, dic quod non nisi duabus vicibus. *Mazeus decis.* 46. licet causa compromissibilis sit semper cõpromissibilis. *l. pater* §. *quindecim ff. de leg.* arbiter non potest proferre sententiam de compromittendo in alium.
54 *Boerius decis.* 283. *in 2. parte*, arbiter † non posset ferre sententiam partibus non citatis, nisi fuisset ità conuentum in compromisso, vnde posset citare: & laudum per tacitum consensum partium, transiret in rem iudicatam, & instantia eorum perit triennio, vbi non est conuentum, secus in arbitratore; & vbi fit compromissum non opus est petitione, & libello: procurator non posset cõpromittere sine speciali mandato, nisi essent cum libera potestate prorogatio fieri non potest, nisi partibus consentientibus, vel nisi sit conuentum, quod Iudices possint prorogare: etiam partibus dissentientibus. *Boerius cad. quæst. in 2. parte*, arbitrium
55 † potestati datum in maleficijs in non præscriptis, & exceptuatis. *Boer. quæst.*
56 26. *in 1. parte*, vbi † fit prorogatio, debet partibus intimari. *Capycius dec.* 93.
57 & vbi negatur † coniunctio, nõ potest fieri compromissum, nisi prius constet de coniunctione, idem *Capycius dec.* 7.
58 compromissum † potest peti dato termino ante citationem testium. *decis.* 49 84. *idem Capycius*, compromissum † facere non potest, qui de re libera non potest disponere. *decis.* 39. *idem*
60 *Capycius num.* 35. arbiter, † & arbitrator differunt, quia arbiter procedit iuris ordine seruato, arbitrator prætermisso iuris ordine. *Guido Papæ q.* 101.
61 Arbiter † cogitur iudicare, licet non cogatur acceptare compromissum. *Bart. in l. in sacris, C. de prox. sac. scri.*
62 *lib.* 12. & vtrum † venditor, auctor laudatus tamquam cõsaguineus illius, qui mouit litẽ possit compromittere, seù petere compromissum. *Bart. in l. si minori. C. de iur. fisc. dicit quod non lib.* 10. *per textum l. venditor ff. de iudic. & l.* 1. *C. de in rem actio.* & vbi fuerunt
63 duo † electi clericus, & laicus in electione termini, in casu discordiæ debent interuenire Iudex laicus, & Iudex clericus. *Bart. in l. iurisperitus ff. de ex-*
64 *cusat. tuto.* de † clausulis, quæ solent apponi in compromisso, vide *glosam singularem in prohemio Constitutionum Regni fol.* 3. *col.* 1. non per omnia laudum dicitur sententia. *l. quid ergò* §. *ex compromissa ff. de ijs, qui not. in fam.* ar-
54 biter † cogitur secundum compromissum acceptare si primum acceptauit, & non protulit laudum infra terminũ.
66 *l. si cum dies ff. de arbit.* si fuerint † clerici arbitri, appellatur ad Iudices eorũ, si laicus ad Iudices laicorum. *Bald. in l. præcipimus C. de appellat. & quia Moderni alia dicunt*, hic eos non refero, sed poteris per te illos videre.

Cum enim ex pestilenti in salubrem locum, corpora ægra translata fuerint, & ex fontibus salubribus aquarũ vsus subministrabuntur, celerius conualescent, ità afficietur vti ex natura loci maiores austusque, cum dignitate diuinitas excipiet opiniones, eodem modo ex differentijs in salubre consilium homines concurrunt breui compendio ad amicorum iudicium, veluti ad portum ancora fundatur, & eas ex animo compromittunt, expulso abiectoque malo consilio. Defensionis est murorum, turriumque, & portarum, ratio ad hostium impetus perpetuò repellendos excogitata; defensionis est malorum consiliorum expulsio, & commune refugium amicorum reconsiliatio, & proindè compromissum originem habuit ab illis primi rui hominibus, quo tempore, nec lex, nec consuetudo dirimebat lites antiquorum. Sed nuda fides, qua conueniebatur in vnum, & vnius iudicio, vel plurium determinabantur, eratque de iure digestorum res libera, & absoluta extrà necessitatem inrisdictionis. *l. labeo* §. 1. *ff. de arbitr.*

Digitized by Google

Sed vbi ſemel cognoſcere cœpit, cogetur finire, poſtmodum homines euaſere litigatores, quod colonus ferè aduocatus dici poteſt, vbi *Martialis lib. 1. ad ritum.*

Cogit me ritus aſſitare cauſas,
Et dicit mihi ſæpè magna res eſt;
Res magna eſt ritè, quam facit colonus.

67 Liberti † poſſunt aduocare. *l. 2. C. de poſtul.* & aſſeſſores eſſe. *l. 1. ff. de officio aſſeſſor.* item, & eſſe arbitri. *l. Pedius ff. de arbitr.* infames non poſſunt eſſe aſſeſſores, ſecus in officio arbitri voluntarij. *d. l. parui ff. de arbitr. ſeu l. Pedius, ibi parui referre ſit integræ famæ,* an ignominioſus, item procurator poteſt eſſe arbiter. §. 1. *inſtit. de exceptio.* aduo-
68 catus non † poteſt eſſe infamis. *l. 1. §.*
69 *hoc edicto C. de poſtul.* Sed an † excommunicatus poſſit eſſe arbiter, quod nõ propter legem Dei, in qua dicitur habendus eſt, vt *Enticus, & Publicanus,* vbi partes non poſſunt participare, vt *in Authent. de priuileg. dot.* in fine inter hæreticos poteſt. *l. quomodo C. de hæret.* quod non poſſit eſſe arbiter, extat *cap. ad probandum extra de re iudic.* ratio, quia ſeruus diaboli. *cap. nonne eo. tit.* & ſeruus peccati. *l. fin. C. de ſent. paſſ.* quid ſi eſt compromiſſum in duos inſolidũ,
70 quorum † an qui eſt prius, vel excommunicatus, dic quod procedetur cum eo, qui non eſt excommunicatus. *d. l. Pedius* §. 1. *iuncta gloſ.* ità tamen, quod dictum ſit, quod alterius ſententia valeat. *l. non diſtinguemus* §. *cum in plures ff. eo* dixi ſupra arbitros cogendos, fallit vbi nam facta eſt ſordes, ſeù turpido ipſius. *l. ſed ſi* §. 1. *eo. tit. iuncta gloſ. in verbo turpido,* non obſtat *l. Labeo* §. *tametſi,* qa ibi arbiter recuſabat determinare, & fugiebat, volens morem gerere alteri parti, & corruptus ne diceret ſententiam, *in d.* §. 1. erat ſecus nolebat altera ex partibus, propterea quod cogeretur, & proindè ſi præceſſit ſententia eſt nulla, ſaltim exceptione doli. *l. arbitrorum C. eo. tit.* in iudice ipſo iurare non valet ſententia data per pecuniam. *l. venales C. quando prouocare,* non eſt neceſſarium per gratiam, tenet *l. ſeruo inuito,* §. *cum prætor ff. ad tre-*
71 *bell.* Quid ſi † in compromiſſo eſt clauſula, ſi quid dolo in ea re factum ſit, & ideò ſi arbitrum quis corruperit pecunia ambitione, vel aduocatum diuerſæ partis, vel aliquem ex ijs, quibus cauſam ſuam communis erat ex doli clauſula poterit conueniri, vel ſi aduerſarium callidè circumuenit, vel in lite dolo verſatus eſt, ex ſtipulatu agi poteſt, vbi *gloſ. in verbo exceptio* dicit, quod annullatur ſententia arbitri, ſed per exceptionem doli, item fallit, vbi
72 litigatores eum infamauerant, † item vbi erunt ad alium Iudicem, & ſpreuerint eum contumelia, enim eundo ad alium affecerunt, propter quod modo non debent audiri à prætore petendo, quod cogantur. *l. litigatores ff. eo. tit.*

73 Compromiſſum † capitur pro pœna *l. litigatores,* ibi *arbitrum autem cogendum non eſſe ſententiam dicere, niſi compromiſſum interuenerit. gloſ. exponit,* ideſt niſi pœna allegat. *gloſ. in verbo compromiſſum. l. non diſtinguemus ff. de arbitris in princip.* quæ non facit, quia ibi compromiſſum capitur pro conuentione partium, quæ in conuentione aliquam pœnam, ſine qua compromiſſum fieret eluſorum, vt nemo contemnat compromiſſum, pœna ponitur in compromiſſo, & ſufficit, q quæuis res ſit pro pœna permiſſa, vt *in d. l. litigatores,* ibi ſed *ſi alia res vice pœnæ,* & compromiſſum non valet, ſi fuerit ab vno pœna promiſſa, ab alio. non *l. Pomponius in 1. reſponſo ff. eo. tit.* quid ſi compromiſſum fuerit ſtipulatum ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit, dic quod non eſt cogendus arbiter ſententiam dicere, niſi poſtquam venit nauis. *l. litigatores* §. *fin. ff. eo. tit. & l. non diſtinguemus,* §. *ſumma.*

74 Arbitri, † primò debent inſpicere compromiſſum, & eius fines non excedere, & omnem tractatum ex ipſo compromiſſo ſumendum eſt. *l. non diſtinguemus de offic. ff. de arbitr.* nec etiam Iudex poteſt excedere fines ſuæ com-

miſſio-

Digitized by Google

missionis. *l.1.C.si à non competenti iud.* nisi post litem contestatam, in ea re aliquid incidat, vel emergat. *l. ediles, §. item sciendum, ff. de edil. edict. l.1.C. de ordine iud. ibi vniuersam incidentem quæstionem, qua in Iudicem denotatur examinare quomodo non de ea, sed de hereditate pronunciat, vbi glos. in verbo quoniam ibi,* & nota, quod primæ tres
75 leges dicit, quod incidens, † aut proponitur per modum exceptionis, vel defensionis, vel reconuentionis, aut accusationis, & tunc an pronunciandum sit super incidenti. *glos. praedicta dicit, quod sic per regulam iuris, l. de qua re ff. de iud. Io.* distinguit inter incidentes, quæ habent causam vetustiorem ante iudicium, vt tunc non pronũcietur, & sufficiat super principali quęstione pronunciari, & emergentes, quę habent causam nouam, & originem post iudicium ceptum in teste falso, & tunc pronuncietur, & hoc ideò, quia aliter in causa non procederetur, nisi emergeret, hodie post conclusum in causa per *Regiam pragmaticam Regis Catholici*, & procedit quando ciuilis incidit ciuili, secus quod criminalis criminali, vt in accusatione adulterij, quando incidit crimen lenocinij, vel criminalis ciuili, vel ciuilis criminali exemplum in instrumento producto, deindè reperitur falsum, & in plagio serui, q deindè asserit venditus, & vbi quis habet in vno loco generalm causæ commissionem, vel specialem, & inciderit quæstio aliqua de ea cognoscit. *l. fin. C. vbi, & apud quem cognitio. rest. agitit. sit in fine,* vel nisi ex consequentia, vt de expensis, & fructibus. *l. Paulus de re iud.* eaque videntur delegata, sine quibus commissum exequi non potest. *l. ad rem. l. ad legatum ff. de procur.* vel nisi conuentus reconueniat conuenientem, vel nisi vniusque
76 partis prorogetur, † iurisditio de re ad rem, de persona in personam, & de quantitate ad quantitatem. *dict. l. de qua re d. l. fin. §. fin. ff. de appellatic.*
77 Item nec procurator † potest excedere fines. *l. si procurator. l. maritus C. de procurator.* nisi procurator plenam potestatem agendi habuerit, quia tunc etiam potest procurator transigere, nam *glos. in l. quam Tuberonis §. alia est causa peculij liberæ administrationis, nam specialiter concedenda est in verbo specialiter:* hoc ideò, quia continet alie nationes rerum, item ei solum potest à debitore peculiari, & ipse alijs, item delegare debitorem potest, non sufficeret generalis, sed generalis cum libera, in quibus casibus requiratur speciale mandatum, notatur in *glos. fin. l.2.C. de procur. & in l. Pomponius ff. de procur.*
78 Nec negotiorum † gestor egredi fines mandari potest. *l. diligenter ff. mandat.* faciunt tñ arbitri ea, sine quibus commodè explicari non possunt, vt diem solutioni statuere, & in fructibus, & similibus. *l. quid nam §. solutioni ff. de arbitr.* & hoc vbi fructus veniunt ex natura iudicij in tantum, secus si principaliter, item procurator fisci nõ potest cõpromittere, quia nõ potest obligare fiscum vltra naturã contractus. *Bald. in l.1.C. cred. euict. pignor. nõ deberi* pferri
79 † dies compromissi quando potest, & quomodo intelligatur, dic quod aut in compromisso est cautum, debet de die proferenda, aut non, primo casu potest proferri, dummodo proferatur manente prima dilatione data in cõpromisso. *glos. in l. idem Pomponius §. ex compromisso in verbo proferri,* dicit non potest proferri, quando non est actum, vt possit proferri, sed tunc si ambæ partes volunt arbitri, debent consentire, vel statim iudicare, idem dicit *in l. arbiter eo. tit. in verbo non potest*; sed vbi potest, quia à principio cautum est, cogi potest, sed arbiter si est bonus non debet expectare iussum prætoris, vt *glos. in d. l. arbiter in verbo futurum*. Sed vbi non est cautum, & partes volunt arbitrum sententiam dicere, dic quando dies est exitura, denuò pati debent, quod iterum in se compromittatur. *d. l. arbiter §. fin.* Imò si cautum esset de pluribus differentijs, eadem die senten-

Digitized by Google

tiam dicere, si de aliquibus pronunciauit, de aliquibus protulit, sententia est nulla, licet probatio fuerit valida. *l. Labeo ff. eo. tit.* hæc autem clausula diem proferre, nullam aliam facultatem dat arbitrio, quam diem prorogandi, & ideò conditionem primi compromissi, nec minuere, nec potest mutare diem proferre, vel præsens, vel absēs, vel per nuntium potest. *l. diem ff. eo.* secus in dilatione. *l. à procedente C. de dilatio.* &

80 notatur *in glos. d. l. diem*, † quod interlocutoria potest dari per aliū, facit *l. 2. C. de sent. exper. recita.* ibi *exceptis, &c.* Et cęteris Illustribus Iudicibus, quibus conceditur licentia, & per officium suum, & eos, qui ministerium suum eis accomodant sententias diffinitiuas recitare, & *glos. in l. Statutis eo. tit. in verbo proferant*, quæritur modo, quid si antequam primum compromissum finiretur, denuò compromiserunt, & prolatus est dies, manet arbiter primus: & dicitur vnum, & idem compromissum, licet non fuerit cautum in proferendo, si verò post finitū diem, iterum sit compromissum, dicitur secundum compromissum. *l. si cū dies, vbi glos. ff.* & ibi *si caterū canebatur*, & ipse protulit, manfit arbiter, & vbi ab initio cautum est de die proferenda, tunc arbiter potest prorogare, si iusta causa imminenti occasione testiū, instrumētorum aduocatorum, etiam parte contradicente prorogare potest, vt tenet *glos. in l. non distinguemus*, §. *dies compromissi in verbo dies ff. de arbitr.* secus vbi non est cautum ab initio, vel omnes partes contradicant. *l. arbiter ità sumptus eo. tit.*

81 Recipere * compromissum dicit, quando ille, in quem est compromissum recepit, ideſt acceptauit, quia tunc cogendus est. *l. 3. §. ait prætor ff. de arbit. l. fin. vbi glos. in verbo locum habere, C. de contraben. emptio.* dicit, & ipse, in quem cautum est recepit, & alias recepisse dicitur. *in l. idem Pomponius scribit si de meis eo. tit. de arbitr.* §. *recepisse*, qui Iudicis partes suscepit, & pollicetur se finem controuersijs impositurum, quod si hactenus interuenit, vt experiretur, an consilio suo, vel auctoritate discuti litem paterentur non videre arbiter, arbitrium recepisse; sed arbitratum dicit *glos. in verbo recepisse*, & secundum hoc potest vni auferri, & dare alteri, dummodo non nimium lædat, vt tenet *glos. in d. l. fin.*

82 vel interuenit, † an posset eos concordare, quod quidem aliquando Iudex ex bonis medijs consueuere facere, scilicet partes redducere ad concordiam, & in eo casu vtitur ea facultate, & non abutitur iurisditione ipsius, vt tenet *glos. in l sed si in seruum*, §. *si quis Iudex in verbo inferre ff. de arbit.*

83 Plenum † compromissum dicitur, quando habet doli clausulam. *l. ità demum* §. *fin. in fine ff. de arbit.* alias dicitur plenum compromissum, quādo est cōpromissum de omnibus differentijs, *l. si cum dies*, §. *plenum ff. eo. tit.* alias plenum quando est validum. *l. idem Pomponius iuncta glosa in verbo plenum ff. eo. tit.*

84 Arbiter ferens † sententiam, seù laudum contra formam compromissi, dicitur nullum, & si durat de terno potest verum proferre laudum, ità dicit *Io: Cblderius in cap. qualiter* el primo, *infra de accusat. per l. quid si tamen ff. de arbitr. & Bart. in l. diem proferre*, §. *fiari ff. de arbitr.*

85 Liquere dicitur † in compromisso, quando est probatum, & tunc aut ex parte actoris, & vincit, aut ex parte rei, & absoluitur, & dicitur liquidū illud, quod est plenè probatum *l. idem Pomponius scribit si de meis* §. *fin. ff. de arbit. vbi glosa in verbo non liquere*, vel dicitur non liquere, quando non vidit attestationes. *l. Pomponius ff. de re iud.* & alibi dicitur non posse liquere, nec dici liquidum esse, nisi post concluſum in causa, ità dicit *glos. in cap. significauerunt de testib.* & compromitti potest, quousque finitur sententia lis, vt *Innocent. in cap. insinuatione de appell. & Bald. in l. generali C. de sacros. Eccles.*

Com-

Digitized by Google

86 Compromissum † repertum gratia tollendarum litium non differēdarum. *l. quamuis ff. eo. de arbitr. vbi glos. in verbo differendarum* dicit, quod differre, & tollere sunt contraria, & ex hoc tractum est illud prouerbium, quod differtur, non aufertur. §. *quod si dominus instit. de sing. rebus pro fidei reli. & l. destitisse ff. de iudic.*

87 Delegare † an possit arbitrare, dic quod non, quia compromissa non animo propagandi inuenta. *l. non distinguemus §. quæsitum ff. eo. tit. ibi idem Pedius probat.* nè propagentur arbitria aut in alios interdum inimicos agentium transferantur sua sententia finem controuersiæ eum finem imponere oportet, facit etiam *l. 2. in fin. C. de sent. experi. retit.*

88 Confirmatur † sententia taciturnitate decem dierum, & ex lapsu decem dierum erit exceptio, vt dicit *glos. in l. si duo rei in verbo si socij in fine ff. de arbitr.*

89 Compromitti † quarè non potest in causa criminali, dicit *glos. in l. non distinguemus, §. Iulianus in verbo delicto*, est ratio, quia in criminali quilibet solueret pœnam pecuniariam, vt corporalem euitaret.

Compromitti in causa appellationis, an possit, dicit *Paulus de Castro quod non, cons. 78. & adde Iason in l. si causa cognita, C. de transactio.*

Franciscus Scalonus V. I. D.

ADDITIO

HAnc Pragmaticam commento illustrauerunt Troys. D. Reg. Rouit. & luculenter Camill. Bonell. in suo tract. de compromissis ad cuius ornatum multa recollexerunt Marant. in specul. par. 5. in 2. p. tit. de compromisso. Muscat. in prax. S. C. lib. 1. p. 2. glos. gradatim.

Et simile statutum extat Bononiæ, vt testatur Pet. Benint. dec. 21. in princip. & Perusiæ, vt inquit Ludouic dec. perus. 2. num. 4. & dec. 47. Mediolani extat statutum, de quo per Carpan. in Const. Mediol. cap. 115.

Ex ista pragmatica colligitur omnes esse ligatos ad compromittendum causas inter consanguineos, non solum maiores: sed etiam minores, & ità semper iudicauit S. C. post Marant. vbi supra Anna sing. 115. compromissum Borrell. de compromiss. §. 1. glos. 3. num. 53. 54. & 55.

Sicque tutor pro eis vigore huius prag. compromittere non prohibetur. Visconti. in concluſ. 2. compromissum, ad quod Ludouic. dec. perus. 2. num. 1, inquit posse compromittere tutorem adhibitis sollemnitatibus, quæ adhibentur in alienationibus rerum minorū, de quibus per Afflict. in Constit. minorum iura num. 24. quia compromittere non potest, qui alienare prohibetur. Maur. senior allegat. 50. nu. & sic requiritur decretum non solum in compromisso. Borr. de compromiss. §. 3. glos. inquit, sed cum prorogatione Lanar. cons. 33. num. 3. & an absque decreto valeat, vel non D. Reg. Fab. Capyc. controu. 40. num. 23. tom. 2. nam compromittere est alienare, ità Reg. de Ponte cons. 5. num. 22. tom. 2.

Sed si pupillus absque tutore compromiserit vigore huius statuti, & sententiam contrariam reportauerit non restitueretur, quia vsus est iure communi. Affl. vbi supra nu. 18.

Et quid in filijs fam. per existentiam prag. 1. de S. C. Maced. prohibente, quod absque consensu patris non possit contrahere, an possit compromittere vigore huius statuti, vide Alex. cons. 39. nu. 3. vol. 1. vbi concluditur affirmatiuè cum istud statutum sit magis speciale. Marant. vbi supra num. 10. ad materiam vide Carpan. ad Const. Mediol. c. 19. nu. 91.

Et an clericus litigans cum seculari, in curia seculari teneatur compromittere vigore huius statuti, vide Arnon. sing. 38. Marant. vbi supra num. 26. Vrsil. latè decis. 46. num. 6. Borrell. d. tract. §. 1. glos. 3. num. 219. & num. 223. cum seq.

Et quid in procuratore si possit compromittere absque mandato, vide Marant. vbi supra num. 8. & p. 4. dist. 14. num. 4. affirmantem, & & sic decisum refert Benintend. decis. 21. à num. 1. ad 8. Borrell. dbi §. 2. glos. 5. num. 2. & si semel compromiserit, an iterum poterit cōpromittere, vide Dn. Anton. de Marin. quot. resol. cap. 65. num. 6. & quid in vniuersitate, vide Vrsil. dec. 46. nu. 22. Borrell. d. tract. §. 1. glos. 13. num. 244. vt si de territorio Vniuersitatis ageretur accedente Regio assensu. Camp. in cap. pondus equum num. 6. citat hanc prag. & tenet, quod sic.

An ista pragm. locum habeat inter consanguineos spurios. Marant. d. p. 6. tit. de compromiss. num. 520. & 21. Vrsil. vbi supra num. 7. Borrell. d. tract. §. 1. glos. 3. num. 164. & seq.

Et quid inter ligitimatos. Marant. vbi supra num. 26. & Vrsil. ibidem num. 7. Borrell. d. tract. §. 1. glos. 3. num. 174. & seq.

Quid si consanguineus ob delictum fuerit contumax reputatus; an cogitur compromittere. Vrsil. vbi supra num. 11.

Nota, quod ista pragmatica dat iurisditionem arbitris, quam de iure communi non habent Anna alleg. 72. num. 4. & proindè arbitri sic electi dicuntur arbitri iuris.

Et an ab eis appellatur, & ad quem Marant. d. p. 6. in 2. actu de appell. num. 273.

Et ſi admittatur laudatio auctoris coram eis inxta hanc pragm. vide Foller. ad Marant. d. ſpecul, p. 4. diſt. 6. num. 21.

Et an auctor laudatus poterit compromiſſum petere iuxta hanc pragm. Marant. d. tit. de compromiſ. num. 7. Vrſil. dec. 15. num. 5. ità deciſum refert.

Demum ſi non fuerit petitum compromiſſum à litigantibus vrgore iſtius pragmaticæ, an proindè compromitti poſſit, vide Troyſ. in ritu 245. num. 5. tenentem, quod non, quod facit ad intellectum iſtius pragmaticæ.

Et an ſemel, vel pluries peti poſſit compromiſſum vigore huius prag. vide Affl. in Conſt. obſcuritatem ſub num. 11. Marant. vbi ſupra num. 4. Vrſil. vbi ſupra num. 1. & 17. Arnon. ſing. 54. & Anna ſing. 109. refert pluries deciſum per S. C. non poſſe vltra bis, adde D. Reg. Rouit. conſ. 35. num. 8. tom. 2. vbi nu. 9. 10. & 11. addit niſi fuiſſet adiecta clauſula illa toties quoties, &c. Ad materiam iſtam vide Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. d. cap. 65. per totum poſt Borrel. d. tract. §. 2. gloſ. 3. num. 13. 15. & 16. Gallup. in praxi S. C. par. 1. cap. 3. num. 23.

Ibi, vel affinitatis nota hæc, quod affines vigore iſtius ſtatuti non poſſunt artari ad compromittendum, quando affinitas eſſet diſſoluta, quæ tamen reſpectu impedimenti matrimonij, adhuc perdurat Ludouic. d. dec. peruſ. 2. num. 17. poſt Marant. d. tit. de compromiſ. num. 15. vbi num. 1. addit eſſe computandum gradum affinitatis de iure ciuili vſq; ad quartum gradum. Vrſil. d. dec. 46. num. 13. vide Carpan. d. cap. 115. num. 10. & 11.

Ibi de iure, & de facto de iſta clauſula vide Vrſil. d. dec. 46. num. 22. Borrell. d. tract. §. 2. gloſ. 5. num. 1.

Ibi, vel prius debeant eligere, Notandum erit, quod non poteſt compromitti in duos, quod eligant tertium incertum, & quid in arbitratore, an idem qui in arbitrio oſtendit Roman. ſing. 164.

Et quid ſi non fuiſſet factum in duos communes amicos, & ita non ſecundum hanc pragmaticam, an ſit nullum, oſtendit Vrſil. vbi ſupra nu. 15. item quod ipſi arbitri eligant tertium ignotum, an valeat Carpan. d. cap. 115. num. 156. & 310.

Ibi poſtquam compromiſſum acceptauerint, nota quod ab iſto die acceptationis currit tempus duorum menſium, quod datur ad expediendum cauſam compromiſſi. Vrſil. deciſ. 84. num. 5.

Niſi in compromiſſo dictum ſit ab hodie, quarè laudum latum extra tempus erit nullius momenti, vt pluries iudicatum refert Præſid. de Franc. dec. 274. & 626. vide Carpan. ad Conſt. Mediol. cap. 120. num. 47. cum ſeq.

Ex quo iſta pragmatica excipit certos caſus, in quibus compromiſſum inter coniunctos peti non poteſt, inquit Don. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 66. num. 1. & de quibus cauſis debet fieri Gallup. vbi ſupra num. 31.

Ibi vbi eſſent inſtrumenta, nam vbi eſſet inſtrumentum liquidum, & iuratum non ſit compromiſſum, ſecus tamen ſi cõtineret aliquod dubium Io: de Amicis conſ. 72. num. 3. & Don. Ant. de Marin. d. cap. 66. num. 2. eo maximè ſi in eis appoſita eſſet clauſula propria auctoritate capiendi, vt inquit Frecc. de preſent. inſtrum. d. 8. q. 3. num. 79. incert. Auctor de præſent. inſtrum. in fine verſic. qualiter liquidabitur, ad quod inquit Ferrat. in caut. 55. quod ſtante ſtatuto prædicto, quando actor reum conueniret vigore promiſſionis iuratæ. Marant. vbi ſupra num. 18. & 19. & proindè Iudex debet prius pronunciare inſtrumentum eſſe liquidum. Vrſil. d. deciſ. 46. num. 8. facit determinatio 72. Aſciæ, ex quo compromiſſum, qvod vigore ſtatuti fieri non debet, vbi agitur vigore inſtrumenti intelligitur, quando agitur executiuè, non tamen ſi agatur via ordinaria D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. 62. num. 3. 5. 6. 7. 8. & 9. tom. 1. vbi alia conſimilia adduxit, poſt Borrel. eo. tract. §. 2. gloſ. 1. num. 151. & 169. Carpan. ad Conſt. Mediol. cap. 42. num. 224. idem ſi fieret vigore pactorum executiuorum, idē cap. 156. num. 40.

Ibi ſententiæ, an compromiſſum fieri poſſit de re iudicata, vltra Marant. vbi ſupra num. 19. Vrſil. deciſ. 46. nu. 10. Surd. deciſ. 185. D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 70. tom. 1. vbi plura de hoc, & Carpan. ad Conſt. Mediol. cap. 367. num. 270. cum ſeq.

Ex quo compromiſſum generale reſtringitur ad ea, de quibus eſt lis, vel præparatio eius Carroc. deciſ. 46. num. 21.

Ibi, nec etiam in cauſis feudalibus, adde Anna in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ num. 284. vſtra Frecc. de ſubfeud. lib. 2. verſ. pluribus autem modis num. 88. vbi limitat quando adeſſet licentia Regis. Afflict. in Conſt. Conſtitutionem num. 52. Marant. vbi ſupra num. 22. Vrſil dec. 43. & 82. num. 6. Capyc. in tract. feud. Rub. feud. compromiſ. Piſanel. in pragm. 1. num. 3. de falſ. Don. Ant. de Marin. vt ſupra cap. 67. ſicque accedente Regio aſſenſu valeret, nouiſſimè D. Reg. Hect. Capyc. Latro deciſ. 33. vbi plura ad hoc D. Reg. Lanar. conſ. 33. num. 5. D. Reg. de Ponte conſ. 4. num. 13. tom. 2. Borrell. d. tract. §. 3. gloſ. 4. num. 94. & an locum haberet iſta pragm. vbi agitur de quantitate paragij ſuper feud. idem Reg. Galeota, vbi ſup. nu. 56. D. Reg. Hect. Capyc. vbi ſupra num. 10.

An in cauſis criminalibus. vide Vrſil. deciſ. 84. num. 4.

An in cauſis ſpiritualibus, quod non, niſi pro fructibus Marant. d. ſpecul. p. 4. diſt. 13. num. 11. & in alijs cauſis relatis per Vrſil. dec. 46. num. 15.

An in debitis iuratis Fortun. in tract. de verit. & error. p. 2. in 1. membro num. 140.

Et quid vbi adſunt teſtamenta, vide eundem Don. Ant. de Marin. d. cap. 66. num. 2.

Ibi vltima die hic nota, quod citatio partis nõ eſt facienda in vltima die compromiſſi, vbi arbiter fert ſententiam, quia illa vltima dies habet vim citationis. Fuſcus ſing. 64. lit. C. & ſic in vltima die cõpromiſſi ferri poteſt ſen-

tentia

tentia Tiraquell. in tit. res inter alios acta verſ. limita, tertio principaliter ex mente Alex. in l. de vnoquoque ff. de iudic.

Pro coronide erit admittendum, quod tale compromiſſum peti debet ante termini dationem, vt tradit Don. Ant. de Marin. d. cap. 66. num. 5. vel in ipſa termini datione, vt deciſum retuli in Compend. deciſ. verbo. compromiſſũ p. 1. poſt Borrel. d. tract. §. 2. gloſ. 2. num. 25. Gallup. vbi ſupra nu. 10. & 11.

Et non publicatis atteſtationibus refert Carroc. dec. 98. & facta concluſione in cauſa Borrel. d. tract. §. 2. gloſ. 1. num. 369. & 370. ſubdit neque publicato proceſſu, & gloſ. 2. nu. 26.

Io: Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Non probans, quando dicatur calumniari, & quæ perſonæ excuſentur, & beneficia, quando dicantur calumniari. 2. & 3.*

4 *Iuramentum præſtatur ad excludendam calumniam.*

5 *Quando petit beneficium, contra plures, vtrum pluribus pœnis, ſi non vtitur multetur.*

6 *Qui perſuaſit peti beneficium, num multetur hac pœna.*

7 *Depoſitio, quando pecunia in nominatione, ad quem finem.*

8 *Quando, & in quibus caſibus tenetur depoſitare faciens nominationem.*

9 *Minor, an reſtituatur aduerſus dolum. 10. & 11.*

12 *An mulier, & ruſticus reſtituantur.*

Si quis petierit dilationem vltra marinam, vel repulſam, ſiuè beneficium, eiſque vſus non fuerit, nec probationes aliquas infra eas fecerit vnius vnziæ pœna multetur, qui tales dilationes petierit, procurator verò, qui ſine ſpeciali mãdato illam petierit, vel petendam eius principali perſuaſerit duplicatam pœnam ſoluere teneatur. Nec per præſentem diſpoſitionem derogatum eſſe volumus, pragmaticæ per nos, alias ſuper dilatione vltra marinam, vel extra Regnũ editæ, quæ per omnia in ſuo robore firma remaneat.

De dilationibus per calumniam non petendis.



It Imperator in *l. noſtris C. de calumniat.* non licere in eos, q̃ non poſſit oſtendi iudicium animos commoueri, idcircò vbi ille contra quem petitum eſt beneficium, nihil probauerit, & petens ſaltim ſemiplenè probauerit,

1 excuſatur † à præſumpta calumnia, dicit *Bald. in l. ſciant C. de probat.* fuerat enim iſta temeritas harum perſonarũ diuerſimodè reſtricta, quoniam primo

2 non admittebantur † temerè alium vocare, niſi præſtita cautione de exequendo, & expenſarum. *Authent. quod ſieri, C. de dilat.* & amplius quam ſemel ad ſe inſtruendum impetrabant dilationem. *l. 1. C. eod. tit.* quarè cum poſt concluſum in cauſa non tribueretur vlterius dilatio. *l. cum à nobis, C. de dilat.* erat in præſumpta calumnia ille, †

3 qui petebat beneficia cum potuerat in prima dilatione hoc facere, & verificare eius intentionem, & eo magis procurator, & aduocatus. *l. ſi quis aduocatus, C. de except.* & proindè † ad

4 excludendam calumniam præſtabatur iuramentum de calumnia, quod probatio non neceſſaria nulla exigebatur. *Authent. in iſto iuramento, C. de iur. iur. propter calum.* quid ſi contra † plures

5 petij beneficium, vtrum reſpectu omnium vna pœna, vel diuerſis. *Bald. in l. ordinarij, C. de reiuend.* dicit quod ratione vniuerſalis iudicij vna pœna punitur, & vt incidat in pœnam fit neceſſe, quod fiat de iure, an verò ſufficiat de facto, vide *Iaſonem in l. vbi pactum, C. de tranſact.* perſuaſerit † ad vtilitatem illius, cui perſuaſit eſſe petendum beneficium idem in conſulente argumento facit id, quid notat *Bar. in l. non ſolum, §. ſi mandato meo ff. de iniurijs,* ſi quis petit dilationem, quæ concedi ſibi debet. §. *& quoniam Authent. de teſtib.* tamen † debet opponere quan-

6

7

tita-

titatem pro expenſis, vbi calumniosè inuentus fuerit petijſſe. *gloſ. eſt ſingularis in cap. Statutum, §. fin. de reſcript. Panor. & alij in cap. conſtitutus extra de fideiuſſor. & Iaſon in l. 1. col. 8. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp.* & proindè fuit facta *Regia nouella pragmatica*, q̃
8 petens † dilationem extra regnum, & vltra marinam non admittatur, niſi facto depoſito ducatorum quindecim pro quolibet menſe dilationes ſtatuendæ, vt in *pragmatica, quæ incipit Ramundus vniuerſis fol.* 10. qua ſi nõ fuerit vſus medietas collitigatori, & altera medietas comodis Sacri Conſilij applicatur.

9 An minor reſtituatur aduerſus † dolum præſumptum contra ipſum, exemplum ſi ille qui ſpernit iuriſditionem Iudicis petat reſtitui aduerſus contẽptum dicitur, quod non. *l. ait prætor, §. ſi quis particeps, ff. de ijs, quæ in fraud. cred. & l. ſi fundum, C. de reiuend. l. ſi ex cauſa, §. commiſſa, ff. de minor. l. 1. C. ſi aduerſ. delict.* verum intellige prædicta ſecundum *Bart. in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. non. nunciatio nu. 32.* In dolo præſumpto de præterito non habet locũ, ſed in dolo præſumpto de futuro. *l. ſi ex cauſa §. commiſſa quinta de minor. l. 1. §. fin. ff. de edend. l. auxilium ff. de minor. eſt gloſ. in l. vbi ff. de edend.* & ſi vult reſtitui ad producendum teſtes, ſi de nouo videtur *textus, quod ſic in l. 6 minor 25. anno. §. ommiſſam*, niſi fuiſſet vſus iure communi, quia tunc non admitteretur. *l. non videtur C. de in integrum reſtit. Innocent.* dicit, quod † ſi
10 minor nullos teſtes produxit ſuper articulo, tunc de facili reſtituitur, vt perducat. *in cap. coram Felicis de reſtit. in*
11 *integr.* ſi verò † aliquos teſtes produxit, & nihil probauit, tunc non reſtituitur de iure communi, niſi præcedenti aliqua cognitione, vt tenet idem *Innocentius in cap. auditis eod. tit.* ſecus, vbi comparet tutor pro pupillo, quia ceſſat timor ſubornationis, cum non tractetur de proprio commodo. *l. videamus, §. 1. ff. de in lit. iur. cum factum tutoris, ff. quando ex facto tutor. per totum. l. apud Celſum, §. illam, ff. de dol. exceptio.* item in ipſo minore non præſumitur dolus, & reſtituitur aduerſus dolum præſumptum. *l. 1. in fine ff. de eden.* timor enim ſubornationis, eſt dolus præſumptus in futurum, ſed patitur damnum de præſenti, & idcircò reſtitur, & licet propter calumniam futuram non reſtitueretur maior, ſecus in minore. *l. 1. §. accuſationẽ, ff. ad turpilli. iuncta l. quod. deſtitit Bart. vbi ſupra nu. 34.* ſecus in cauſa criminali ad probandum contra eum, quem criminaliter accuſauit, ità dicit *Speculator in tit. de reſt. in integr. §. qui autem, verſ. ſed parte, & Io: Andreas in d. cap. auditis,*
12 quid † in muliere, & ruſtico de iure communi non reſtituitur mulier, nec ruſticus, ità dicit *Bar. vbi ſupra nu. 35. & Bald. conſ. 102. in 3. volum.* ſed de iure Regni per Conſtitutionem minorum iura minor reſtituitur, & ſimiliter mulier per aliam ſequentem Conſtitutionem. ſit laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

DE hac pragmatica meminit Affl. in Conſt. cauſas alias num. 8. in fine, & Troyſ. in ritu 140. & hic iuxta eius numerum in prag. 22. eod. tit. nouiſſimè hic D. Reg. Rouit. allegat concordantem prag. 47. §. 4. de offic. Magiſt. Iuſt. quapropter reſpectu dilationis vltra marinam petitæ, qua vſus non fuit, fuit alia prag. poſtea edita in prag. 3. eo. tit. quia mandat non vtentibus tali dilatione, vt ſententiantur amiſſione depoſiti facti iuxta eius diſpoſitionem, vbi ſubditur per eius diſpoſitionẽ præiudicari huic pragmaticæ & prag. 31. de offic. S. C. neque ritui M. C. 140. vbi latè Carau. num. 6. Campag. in cap. poſt commiſſi num. 12. Scagl. in ritu 69. num. 68. de Franc. dec. 57. in princ. vbi tradit praxim dictæ ſeruatam in ijs Tribunalibus, & cautelam ſeruandam circa hoc concluſione S. C. de qua in meo Compend. p. 1. verbo compromiſſum, & quatenus pertinent ad hanc materiam nominationum per Regnum, & extra Regnum prolixius agit Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. p. 5. gloſ. ſuſpectorum per totam ante eum. Tatagl. in praxi ciuili cap. 4. num. 12.

Ibi procurator, vide Afflict. in Conſtit. exceptiones nu. 30. vbi determinat, quod defenſor pro abſente, ſi non probauerit exceptionem dilatoriam ad expẽſas condemnabitur.

Ibi

Ibi nec præsentem, vt est prag. 31. de offic. S.C. & prag. 7. de ord. iudic. ad quod vide Carau. in ritu 140. num. 6.

Quò verò ad repullas petitas per partes illis non vtentes, statuta est pœna adiecta in prag. 31. §. decreto S.R.C. de offic. S.C. vltra prag. 16. de ord. iud.

Quo verò ad beneficia petita per eadem partes illis non vtentes patet dispositio eiusdem prag. 31. §. decreto, & in pragm. 1. §. petentes de procur. vbi extat pœna duorum ducatorum ad quod vide Gallup. in praxi S.C. p. 2. cap. 3. num. 1.

Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, quando interponitur, quãdo currat, & infra quos dies tenetur præsentare processum appellans, & quid si appellatio etiam differat à superiore, & restitutione in integrum* 2. 3. & 4. 42. 44. 81. 82. 83. & 92.

5 *Quæ impediant currere tempora appellationum, & excusent.* 6. & 29.

6 *Sententia dicitur fortuna, & à quo tempore currunt fatalia,* & 7.

8 *Appellatio procedit ab apertura.*

9 *Obmissio appellationis purgat vitium Turpilliani, & non vitium nullitatis.* 40. 46. & 50.

10 *Appellatio in quibus casibus non suspendit exequutionem.* 11. 12. 13. 14. 15. 17. 22. 24. 25. 26. 27. 35. 36. 79. 84. & 85.

16 *Quando fiscus, & coadiutor curiæ non fuit citatus, quomodo fiet,* & 21.

18 *Appellatio ab interloquutoria, quid operatur, & an reuideatur ex eisdem actis.*

19 *Appellatione desertu, Iudex quando potest exequi suam sententiam.* 71.

20 *Præsentatio processus, cui fieri debeat.*

23 *Appellãs faciendo aliquem actũ coram Iudice, à quo, an renũciare videtur.*

28 *Appellatio si deseritur, non excluditur dicere de nullitate.*

29 *Citatio ad dicendum causam quare, sententia non debet exequi.*

31 *Si non admittitur appellans, adeat superiorem, & causam delegando superior ad se auocat,* & 32.

33 *Appellationi est fauendum.*

34 *Procurator præiudicat domino, non appellando.*

37 *A rescriptis falso impetratis, licet appellare.*

38 *Error nocet appellando à maiore ad minorem,* & 73.

39 *Libelli appellatorij, quæ continere debeant.*

41 *Si sententia nocet, cuius interest.* 43.

45 *Tutor, quando appellat, & finitur interim tutela.*

46 *Quando appellatur obmisso medio.*

47 *Quando potest appellari ad Iudicem secundarum causarum.*

48 *Quando timetur de depopulatione fructuum.*

49 *Is qui appellauit, defendi debet apud Iudicem appellationis.*

51 *Appellatio non excludit ius offerendi, & an possit mutari actio,* & 52.

53 *Fiscus non appellat ab absolutoria.*

54 *In feudalibus non potest esse Iudex appellationis Magna Curia.*

55 *Primò non admittebantur appellantes, nisi præsentatis literis dimissorijs, & vbi confirmatur sententia ducatorum* 200. *amplius non reclamatur,* & 56.

57 *Qui appellat, stat sub protectione Iudicis,* & 58.

59 *Sententia delegati à senatu non exequitur.* 60. & 61.

62 *Appellatione interposita omnia manent in suo statu.*

63 *Paupertas, quando excusat à persequutione, & de alijs impedimentis.* 64. 65. 66.

67 *Quando appellatur aduersos Iudices, quando potest variare, & eligere.*

68 *Qui appellat, iustificare debet appellationem.*

69 *An Iudex interposita appellatione possit remittere carceratum.*

70 *Pœna fusta appellantium.* 72.

74 *An possit Iudex appellationes iudicare vltra iurisdictionem.*

75 *Decursis fatalibus, quando detur reparatio.* 77. 77. 78. 80.

85 *Periculosum est officium procuratoris.*

87 *Iter arreptio ad superiorem.*

Pro-

Digitized by Google

88 *Procurator, an poſſit renunciare appellationi.* 89. & 90.
91 *Reſeruatio facta de appellando in ſcriptis.*
93 *De interloquutorijs.*

Appellationum tempora, per Conſtitutiones ſacras præfixa obſeruari volumus, coram quibuſcunque Iudicibus, etiam in Sacro noſtro Conſilio, in quo etiam circa fatalia diſpoſitionum dictarum Conſtitutionum locum habere decernimus.

De temporibus appellationum.

1 APpellatio interponitur
2 † infra decem dies. *Authent. quæ ſupplicatio de precib. imper. offer. Authent. hodie, & l. ei, qui C. de temp. appellat.*
& infra † quinquaginta dies appellãs debet inſtanter inſtantius inſtare, pro copia proceſſus, pro literis dimiſſorijs, & prẽſentare proceſſum Iudici, ad quẽ vt *Conſt. appellat tempora ſub rubrica de appellatio.* & facere † finire appel-
3 tationem infra annum, & ex cauſa infra biennium. *l. & qui, C. de temp. appellatio. cap. cum ſit Romana extra de appell. & quæſt. 6. cap. ei. qui ritus Magnæ Curiæ* 247. & ſi ſtat † per Princi-
4 pem, quo minus committatur cauſa non currunt fatalia. *Authent. ſed & lis, C. de temp. appellat. deciſ. Mazei* 78.
5 omnia † acta debet producere appellans. *Guido Papa quæſt.* 20. & 425.
6 440. & currit primum † fatale à die interpoſitæ appellationis, vt in dicta
7 Conſtitutio † ſententia dicitur fortu-
8 na. *l. eos §. ſuper ijs, C. de appellat.* † appellatio procedit ab apertura, & abſq; litis conteſtatione. *l. cum anterioribus §. illud C. de temp. appell. & ritus Magnæ Curiæ* 250. qui incipit *Item Curia ipſa, & Andreas de Iſernia in Conſtit. dilationes, & l. 1. ne liceat tertio quocare c. 6. interpoſita extra de appellatio. Imola in c. Ranuncius in verbo conteſtata extra de teſta. Oldradus conſ.* 12. *Bart. & Alex. in c. illud. Mazeus in d. Conſtit. dilationes* idem in interloquutoria. *cap. per tuas extra de appellat. Lonfrancus in c. quoniam cõtra in verbo interloquutoria nu.* 140. appellatio interponitur ad immediatum, niſi vbi eſſet *Bart. in l. vbi ff. de tutor. & cur.*
9 *dat.* † obmiſſio appellationis purgat vitium Turpilliani. *Andreas in principio Conſtitutionis poſt mundi machinam,*
10 appellatio in † cauſa momentaneæ poſſeſſionis, non ſuſpendit exequutionem, niſi in fructibus, & intereſſe. *l. vnica, C. ſi de momen. poſſeſſio. & Bart. in l. prætor ait, §. iuſſus ff. de appellat. & rel. & Mazeus deciſ.* 279. nec appella-
11 re interpoſita à † publico, & manifeſto debitore. *l. 2. publicarum. C. quorum*
12 *appellat. non recip.* in cauſa † appellationis poteſt opponi exceptio, quod petis intus habes dolo facis petere. *l. 1. C. de re iud. l. ſi cum nulla ff. de appellat. cap. aliquibus extra eod. tit.* in
13 cauſis † breuibus proceditur ſummariæ ex non ſcripto *Authent. niſi breuiores, vbi Bart. C. de ſent, per. recita. ritus num.* 252. *Mazeus deciſ.* 261. & *cap. de appellationibus extra,* vbi admittitur appellatio, licet infra duas vnzias exe-
14 quutio non impediatur ſententia † lata contra abſentem legitimè citatum valet, niſi vbi fuerit appellatum. *l. ab eo C. quomodo, & quando Iudex cap.* 1. *vt*
15 *non conteſt.* † appellatio à ſententia concluſionis ſubreptionis pecuniæ fiſcalis non ſuſpendit exequutionem.
16 *cap. vulgaris famæ car.* 23. & ſi † ſententia fuerit data non citato coadiutore curiæ debet notificari ſuperiori, qui cognoſcit, infirmet, vel confirmet.
17 *cap. plerumque car.* 17. ab † exequutione, ſeù exequutore non appellatur, niſi excedat. *l. ab exequtore, C. eod. tit.* conuictus, & confexus non appellat. *l. obſeruare, C. eod. tit. vbi Carrerius pleniſſimè, & DD. in l. vnica C. de rapt. Mazeus in Conſtit. humanitate, & in Conſtitutione panam eorum, & dictum*

cap.

Digitized by Google

cap. plerumque, & cap. contingit, & Capycius decis. 144. *Gramaticus voto* 2. de appellatione à diffinitiua, & ab interloquutoria vide *Bart. in princ. Constit.*
18 *col.* 6. *car.* 3. quando † appellatur ab interloquutoira debet reuideri ex eisdem actis, nisi fuisset lata in contumaciam, quia tunc nouæ causæ possent produci, & probari, vt tenet *Bart. in l.*
19 *ait prætor num.* 4. *ff. de minor.* † appellatione deserta, Iudex à quo potest exequi sententiam. *Antonius de Butr. in cap. ex insinuatione extra de appell. & Romanus singulari* 262. *incipiente hoc nesciunt legistæ*, & si appellans prosequitur, reuocatur sententia, & exequutio. *Bart. in l. præses, C. de appellat.*
20 productio, & † præsentatio processus potest fieri notario causæ. *l. eos C. de appell.* §. 1. *Authent. quæ supplicatio de precib. imp. offer. C. & l. si præses, C. de*
21 *assesso.* sentétia † lata aduersus fiscum non citatum est nulla. *Bart. in l. cæ-*
22 *sas C. de sent. aduer. fisc.* Appellatio † non admittitur ab apertura testamenti ab annona, ab inductione in possessionem, à perpetuo edicto à decreto venditionis pignoris. *l. fin. ff. de appell.*
23 *recip.* appellans faciendo † aliquem actum coram Iudice, à quo videtur renunciatio esse. *Capyc. decis.* 88. à Prin-
24 cipis sententia † non licet appellare, sed reclamare tantum. *Capycius decis.*
25 111. Non appellatur † in crimine læsæ Maiestatis. *Capycius decis.* 130. ap-
26 pellatur † à iusticiario ad magistrum iustitiarum, *idem decis.* 137. nec extinguit pronunciatum, *idem* 202. à de-
27 creto † de torquendo, à mandato condemnatorio, vel absolutorio non appellatur, secundum *vsum Magnæ Curiæ sub rubrica de appellatio. car.* 10. licet hodie potest appellari à tortura, & cominata tortura, sed non suspendit exequutionem, nisi fuerit prouisum per superiorem, quod verbum faciat, extat *Cap. Regni, quod incipit tormenta*
28 *car.* 14. † appellatio si deseritur, non per hoc excluditur dicere de nullitate, & adire superiores per viam recursus querelæ, vt tenet *Philippus Decius in c. cum sit Romana col.* 9. *vers. sed huius tamen non obstantibus extra de appell. & Bart. in l. si expressim, ff. de appellat. cap. licet di sent. excom. in* 6. *& cap. con-*
29 *certationi de appell. in* 6. non currit † fatale, quando impedimentum causatur facto appellati, & agitur de reuocatione attentatorum, vt tenet *idem Decius in cap. ex ratione col.* 7. *extra de appell. Rota in antiquis decis.* 15. *& Bald. in l. intra vtile ff. de minor. Oldradus cons.* 73. *elapso anno*, citata parte ad dicendum quarè sententia exequi non debeat, potest procedere Iudex, à quo, vel ad quem *Decius in col. penul.*
30 *d. cap ex ratione*, non solum dicitur † appellare quando dicit appello, sed quando ex circumstantijs, & ex effectu rei demonstratur. *Authent. si quis litigantibus, C. de episcop. audi. & Decius in cap. audientiam extra de appell.* quando aliquis dicit misisse libellum appellationis Principi, & illum expectare non auditur. *l. eius ff. de appell. recipien.*
31 & si non † admittitur appellans adeat superiorem. *l. ei cuius ff. eo. tit.* quando
32 Papa † causam delegando ad se aduocat, inferior non se intromittat. *cap. vt nostrum extra de appell.* appellari de iure canonico potest, sed non de iure ciuili. *cap. vt debitus honor de appellat.* appellatus post annum, potest prosequi appellationem. *Abbas in cap. ex*
33 *parte extra de rescript.* appellationi † est fauendum, & indubio non esse desertam. *Cagnolus in l. quoties nihil ff. de*
34 *reg. iur.* † procurator non præiudicat domino non appellare. *Bald. in l.* 1. §. *fin. ff. quando appell.* & ità fuit iudicatum in quadam causa quorundam de Costa Amalfiæ per Sacrum Consilium, referente Magnifico Domino Thoma Altomare Regio Consiliario, & causæ Commissario, in qua causa interuenit pro actuario, Alfonsus de Capua ap-
35 pellari à Rege à senatu † non potest, sed reclamari. *l.* 1. *à quibus app. non hic l.* 1. *C. de sent. præfect. prætor, & Andr. de Isernia in d. Constit. appellationum*

tem-

Digitized by Google

tempora, & in probemio Conſtitutionũ.
36 Non appellant † publici latrones, vt notatur *in l. edicto §. ſin autem C. de ediect. diu. adr. toll. & Bald. in §. publici*
37 *latrones de pace tenend.* à reſcriptis * ſubreptitijs, & falſo impetrari, licet appellare. *l.* 1. *§. ſi epiſtolam ff. de appell.*
38 error † nocet in appellando, quando appellatur ad minorem. *l.* 1. *§. ſi quis*
39 *in appellatione ff. de appell.* libelli † debent continere nomen dantis contra, quem appellatur, & aqua ſententia appellatur. *l.* 1. *§. libelli ff. eo tit.* appel. interponitur voce apud acta. *l. ſed ſi apud acta ff. de appell.* & ſi ſunt plures
40 † non appellantes intelliguntur acquieuiſſe dicta. *l.* 1. *§. ſed illud,* ſenten-
41 tia † nocet ei, cuius intereſt ſi de ea habuit ſcientiam, & non appellauit. *l.* 1. *§. ſed ſi procurator ff. eo.* ſecus in hęrede condemnato, quia non nocet alteri hęredi, appellatio interponitur à quocunque in cauſa criminali. *l. non*
42 *tantum ff. de appell.* & ſi aliquis † condemnatus ſoluit impellente Iudice ſententia reformata, debet ſibi reſtitui pęcunia. *l. cum ex cauſa ff. eod.* dies ap-
43 pellationis interponendæ currit † à die ſententiæ latæ. *l.* 1. *§. biduum, & §. quod in ſententijs ff. quando appell.* niſi fuerit impeditus, *d. l. §. dies,* & vbi comparet ipſe à die ſcientiæ, vbi procura-
44 tor ſecus *d. l. § ſin.* mater † poteſt appellare pro filio, & non dicitur intercedere, & licet à principio non potuiſſet comparere. *l.* 1. *ff. de appell. recip.*
45 ſi tutor † datur per decretum pupillo, & appellat interim, datur curator pupillo, verum ſi eſt neceſſarium, quod adeat hæreditatem dabitur tutor. *l. cũ in vna §. tutor. ff. eo. tit.* & ſi appellatur
46 † obmiſſo medio remitti debet ad Iudicem ſuum. *l. Imperatores ff. de app.* & cauetur in regia pragmatica, quod in ſecundis cauſis poteſt peti remiſſio, vide infra appellatione interpoſita, ſi
47 timet de populationem fructus † poſſunt ſequeſtrari. *d. l. Imperatores §. fin.*
48 ſi prætenditur † error in ſententia, reſcindatur ſine appellatione. *l.* 1. *§. ſtẽ ſi ff. quæ ſent. fin. app. reſcin.* is qui ap-
49 pellauit † in alijs cauſis defendi debet in loco, à quo appellauit *ff. l.* 1. *apud eum, à quo appell.* in criminalibus renunciari non poteſt expreſsè. *Mazeus*
50 *deciſ.* 75. & per * obmiſſionem non purgatur vitium nullitatis. *idem deciſ.*
51 354. appellatio † non excludit ius of-
52 ferendi. *idem deciſ.* 157. actio * an poſſit mutari in cauſa appellationis. *Ma-*
53 *zeus, quod ſic deciſ.* 52. fiſcus † non appellat ab abſolutoria, *ritus qui incipit vbi verè denunciatus cur.* 10. in feudalibus Magna Curia non poteſt eſſe Iu-
54 dex †. appellationis, *ritus qui incipit Item ſeruat ipſa Curia cognoſcere car.* extat obſeruatio in Sacro Conſilio facta per Regem Catholicum in anno 1510. 12. Iulij, quod non debent admitti appellantes, niſi præſentatis literis dimiſſorijs, & copia appellationis, & ſi confirmatur ſententia ducatorum
55 200. per Sacrum † Conſilium non reclamatur amplius, ità fuit declaratum per S. C. in anno 1543. appellatio eſt
56 † commune, & ordinarium retinendum auxilium adminiculum. *l.* 1. *& 2. C. quando prouoca non eſt neceſſ. l. in cauſæ ff. de mino. l.* 1. *ff. de appell. l. cum apud ff. iud. ſol. l. cum minor §. falſus ff. rem ratam hab. l.* 1. *§ fin. ff. ad turp.* &
57 ille, † qui appellat, ſtat ſub protectione Iudicis ad quem, & non debet in cauſis ciuilibus carcerari, & detineri non debet iniuriari tormentari, & grauari. *l.*
58 *minimè C. de appellat.* Nec Iudex, † à quo debet conuiciari. *l. illud ff. de appellatio. cap. vt debitus honor extra eo.*
59 *tit.* Nec poteſt exequi delegatus † à Principe *l. eos etiam C. de appellat.* licet imaginem Principis repreſentet, & facit dicta lex ad remouendum opinionem eorum, qui fuerunt in ſententia, quod quando excellens Præſidens committit appellationem Magnæ Curiæ, debet eadem Magna Curia Vicariæ exequi eius ſententiam Iudex delegatus, quod eſt falſum. *l. à pro conſulibus, C. de appellat.* & vbi ſententia feciſſet
60 tranſitum † in rem iudicatam, & con-

tine-

Digitized by Google

tineret manifestam iniquitatem, de iure ciuili non potest reuocari. *l. ciuem, incolæ, B. eo. tit. l. rescriptum §. fin. ff. de*
61 *distr. pigno.* quid enim si aliquis ex † Iudicibus inferioribus protulit sententiam, quæ de perse non habet exequutionem, & dixerit facta relatione in Collaterali Consilio condẽno talem, &c. An habet exequutionem, & non possit appellari, dic quod sic. *l. nouum, quod C. de appellatio.* & vbi appellatio
62 fuerit interposita † omnia manent in eo statu, quo erant ante sententiam. *l. appellatione interposita, C. eo.* & vbi
63 non appellauerit infra decem dies † excusatur propter paupertatem, propter ignorantiam. *l. si procurator, § igitur si ignorauerint, ff. mandat. Innocẽt. in cap. ex ratio. de appellat. Bald. in l. fin. C. de cond. inser.* item vbi non perse-
64 quuti fuerint appellationem infra † quinquaginta dies, vtputa si cursor qui transferebat apostolos, processum mortuus fuerit. *l. præses, C. de appellat.* vbi propter aliquas causas infra primũ fatale non fecerint expedire causam appellationis, vtputa quando stetit per Iudicem, quominus committatur appellatio. *Authent. sed & lis, C. de temp. appell. Mazeus decis.* 78. & quando appellans non cessat coram Iudice instare, quod causa terminetur, & Iudex cũ non admittat, & differt illum suscipere non deseritur appellatio. *Authentico si appellatione secura*, & non dicitur cessare appellans, vbi per mensem ante finitum annũ datis allegationibus instetit causam expediri. *Authent. ei, qui appellat. C. eo. tit.* & sic conceditur bien-
65 nium † ex causa, & in casibus prædictis vbi ommiserit ex negligentia appellare, & persequi appellatio deseritur. *l. quoniam nonnullos, D. de appellat.* item
66 ad eum, qui † grauauit non debet remitti causa. *l. eos, qui de appellat. C.* nisi causa esset modica, vel minima, & loca essent distantia, quia in eo casu remittitur. *l. cum post sententiam, C. de appellat.* & ità obseruatur in Sacro Consilio, & vbi esset infra summam ducatorum centum, iuxta formam *Regiæ pragmaticæ*, item si aliquis appellauit ad diuersos Iudices infra de-
67 cem dies † potest variare. *l. si quis li-*
68 *bellos, C. eo. tit.* & ille, † qui appellat, iustificare debet suam appellationem. *l. hij, quod C. eo. tit.* & appellatione reparare ommissa in prima instãtia, quoniam si in prima instantia minus allegauerit, potest in causa appellationis reparare si non sufficienter testes produxerit, producet in causa appellationis sumptibus ipsius appellantis. *l. eos*
69 *§. si quid autem, C. eo. tit.* & proprium † Iudicis, à quo appellatur est, vbi habet fide iussionem idoniam, remittere carceratum ad Iudicem, ad quem opiniones vtriusq, exempla refutatorios, alias
70 apostolos dicta. *l. eos §. fin.* & vbi † cognouerit frustratoriæ appellasse multabit eum. *§. temere eiusdem legis*, & in obseruationibus Sacri Consilij statuta est pœna contra appellantem ab interlocutoria carulenorum quindecim, sed
71 vbi cognouerit Iudex, † à quo appellantem non prosequi sententiam exequitur. *l. fin. contra minorem, C. de ap-*
72 *pellat.* & si apppellans † vicerit, & contiterit Iudicem, à quo non admisisse appellationem multabit. *l. à pro consulibus §. superatus, C. de appellat.* & ap-
73 pellatio † interponitur de gradu in gradum, de inferiore, ad superiorem. *l. præcipimus, C. de appellat. & l. in of-*
74 *ferendis eo. tit.* & ratione dubij † iudicatur vltra iurisditio. *§. fin. C. eo. tit.* &
75 vbi fatalia sunt † decursa, non datur reparatio, nec restauratio temporis, quoniã vigilanti diligentia vti debuit, vt appellatio introduceretur, seù saltim in medio tempore statuto consignetur sacro scrinio expedienda. *l. nemo arbitretur C. de tempor. appellat.* te-
76 netur, quod † infra primum fatale gesta colligere, & ea viris deuotis epistolaribus tradere, & libellos refutatorios offerre, & lites in sacrum Concistorium introducere. *l. cum anterioribus, §. in tuis, C. de temp. appellat.* & si
77 fortè † propter pestem, aut bellum nõ

Digitized by Google

poteſt introduci ſubdicitur ſepus iſtud *eadem l.§.ſi tamen noſtro*, & an,& quãdo conceditur ſecundum fatale. *ead. l. §. illud*, cui iuri appellandi, & proſequendi renunciari poteſt. §. *fin. dictæ l.*

78 & ad hoc, vt concedatur ſecundum † fatale requiritur proteſtatio,& petitio ſecundi infra primum,& non ſolum vna,ſed duo, vt tenet *Alexander in d. l.properandum*,§.*fin. vtraque C.de iud.* & ità pluries fuit deciſum non obſtante doctrina *Bart. in l.vna*,§.*vſuras*,*ff. de leg.* 1.

79 An primò liceret † appellari à ſententia præfecti prætoris dicas;quod ſic vt narrat in *l.* 1.*ff.de off. præfect. prat.* poſtea per ſententias Principis ſublata eſt facultas appellandi, credidit enim Princeps eos ob ſingularem induſtriã, exploratamque fidem, grauitatem, & magnitudinem non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia, ac luce dignitatis ſuæ,quam ipſe foret iudicaturus,& idẽ procedit in Epiſcopis Cardinalibus,vt tenet *gloſ. in l.*1. *in verbo iudicaturus*, *& in l.præfecti*,*ff. de minor.* dicitur, q; eſt, quod amodo reſtitutio in integrũ,

80 & tenet *Iaſ. in l.ſi quis aduerſus*,*C. de precib. imp. offer.* † appellatio quidem iniquitatis ſententiæ quærelam continet reſtitutio in integrum,erroris proprij veniæ petitionem, vel aduerſarij circumuentionem, ſupplicatio veniam ei gratiam procedendi, & ſemel tantũ ſupplicatur, facit ad id *gloſ.in l.*1.*C. de ſent.præfector.prat.in verbo prouocãdi*, & proindè in ſupplicatione, per quam itur ad Principem per inuocationem ſupplicationis dicitur, recurritur tamquam ſeruus ad aſilum, vel ad ædem ſacram vti refugium miſerorum, vt tenet *gloſ.in d.l.*1.*in verbo poſt ſucceſſio-*

81 *nem Iudicis*. Quartò ſi † à principio committitur cauſa in Sacro Conſilio, & determinatur, deindè ſupplicat ſemel tantum, & imponitur perpetuum ſilentium,ità tenet *gloſ. in l.*1.*C. ne liceat in vna*, & *eadem cauſa*. Tertiò prouocare in verbo prouocatio, ibi interdum, tantum, ſemel, vt ſupra de *Epiſcopali audientia. Authent.ſi quis litigantium,& l.*1.*C.de aſſertio. tolle. & de appellationibus l. in offerendis*, *& l. iubemus*,*& §. illud*, *Authent.de appell.* quandoque nec ſemel propter dignitatem ludicis,vt in decretis, & in ſententijs,quæ dãtur in Collaterali Conſilio per Illuſtriſs. Dominum Prore-

82 gem, ſed vbi dantur duæ ſententiæ † inferioribus poteſt ſupplicari Præfecto prætorio,qui ſi confirmat, non poteſt vlterius ſupplicari, ſi infirmat poſſet ſupplicari ab eius ſententia, vt tenet *gloſ. in d. l.* 1. *in verbo retractare*, & quid ſi non potuit expediri infra bien-

83 nium † poteſt vltra biennium determinari ex cauſa. §.*hoc quoque Sancinus Authent. vt ſponſalitia largitas*, & in hoc parificatur Senatus, & Princeps, quia ſicut non licet à Principe appellari,ità nec à Senatu, ideſt actu Senatorum.*l.quominus ff.de flumi.l.*1.§. *de qua re ff.de poſt.l.non ambigitur iuncta gloſ.ff.de legi.& l.*1.*ff.à quib. appellat. non*, ſed an ab eius reſcripto liceat ap-

84 pellari, dic q; ſic, † quia non appellatur propriè à reſcripto,ſed à ſuggeſtione, & narratione mendaci inferioris ludicis conſulentis. *l.* 1. §. 1. *cum ſequentibus ff. de appellatio. & relatio.*

85 1.*à quib. appell.non licet*, † poſſit quatuor caſus, quibus non licet prouocari,ſcilicet à Principe, à Senatu, ab eo cui iuſſit cognoſcere Princeps remota appellatione,& ab ea ſententia, partes appellationem remiſerunt, eſt quintus caſus à Præfecto prætorio, ſextus ab arbitro.*l.*1.*C.de arbit.* ratio eſt, quia eſt vilis, & nulla, quia exequi non poteſt, & ex ea naſcitur actio in factum, ſed eſt quædam ſpecies appellandi,dicitur *in l.non diſtinguemus* §. *quædam*,*ff. de arbitr.* erant tempore Iuſtiniani ludex præuidens victo non appellat. *gloſ. in l.*1.*ff.de except. rei vend.* & tradit præfectura Orientis, & Grecia erat Sedes dicti præfecti, erat præfectura Aſiæ, & reſidebat in egiſto,erat Africæ,& apud Cartaginem reſidebat,erat Europæ,& Romæ reſidebat,vt tenet *Odofredus ſu-*

per

Digitized by Google

per rubr. de offic. præfecti prætorio orientis, & in sequentibus titulis, & de ijs omnibus remitto me ad magnificos aduocatos, & famosos procuratores, quorum officium longè periculosum hactenus fuit, & est.

86 Periculosum † est officium procuratoris, aduocati, & Iudicis, nam vbi procurator, aduocatus interuenit in aliquo iudicio cõtra testamẽtũ, vel dictũ est, instrumentum, vel testimoniũ falsũ eis aduocantibus, vel patrocinantibus non possunt se iuuare ex eodem testamento, nec petere legatum, sicuti, nec Iudex, qui pnunciauit testamentũ esse falsum, & nullum, idem in teste, qui deposuit contra testamentum. *l. si exheredatus ff. de inoffic. test. Angel. Io: Faber in §. si tutor instit. eo. tit. & Angelus in l. Papinianus, §. memini, ff. de inofficios. testament.*

87 Iter † arreptio ad summum Pontificem, habetur loco appellationis. *Bald. in l. de pupillo §. si quis* el secondo, *ff. de oper. nou. nunciatio.*

88 Quid si † libellus fuisset ineptus in causa principali, vtrum possit sententia reformari coram Iudice appellationis, dic quod non. *cap. cum dilecti extra de empt. & vend. Bald. in l. 2. in 14. quæst. C. de rescinden. vendit.* & ità limitat *textum. l. Titianus, ff. quod cum eo. Barbatia in cap. literis de offic. deleg. num. 16.*

89 Procurator, an possit † renunciare appellationi interpositæ, dicit quod sic, quando videt, quod causa est temeraria, & iniusta, ità dicit *Bald. in l. cum procurator, ff. de oper. nou. nunciat.* sed quid si procurator appellauit viua vo-
90 ce, † & Dominus in scriptis, vel Dominus viua voce, vel in scriptis, quam persequi appellationem debeat primã, per quam sententiam, fuit rescissa, secus in interloquutoria. *l. 1. in fine cum l. sequenti ff. de appellat. cap. 1. iuncta glos. in verbo interloquutoria de app. in 6.* & nihil operatur reseruatio illa appello viua voce reseruato beneficio appelandi in scriptis, sicut nihil reuelat

91 reseruatio † in libello, clausula cum iure addendi, diminuendi. *c. inter dilectos extra de fid. instr. Bal. in l. generaliter, C. de reb. credit.* dicitur, quod cogitur eligere, quam velit, & licet. *Paulus de Castro*, secundum quod refert *Alexander in l. cui procurator, §. si dominus* videatur tenere, quod tempus perse-
92 quendæ appellationis currat à † tempore secundæ appellationis, fuit in contraria opinione in cons. 25. & *in l. asse toto*, q currit à prima, & secunda trahitur ad primam, vt tenet *Romanus in cons.* 41. quod incipit *In præsenti consultatione nu. 4.* quia prima rescindit, & frustatoria est secunda, & punitur, quod frustratoriæ apppellat. *l. eos, §. ne temere, C. de appellatio. & Bal. cons.*
93 108. *in 5. lib.* sed quid si † sunt duæ interloquutoriæ, dic, aut sunt duæ, quæ sapiunt cum diffinitiuæ, & tunc prima valet, & secunda non, quia duæ non possunt ferri super eodem. *l. 1. C. quando prouoc. non est necessar.* aut constat, quod secunda est lata, animo recedendi à prima, & valet secunda. *Bart. in l. quod iussit, ff. de re iud. l. si quem, ff. de rescind. vend.* sed re integra, hoc procedit, ideſt ex eisdem actis, aut est contra me, & procul dubio est recessum à prima, exemplum vbi prætor primo promisit, deindè prohibuit. *l. si opus, ff. de op. nou. nunciat.* aut est diuersa, & videtur recessum à prima, exemplum si prætor præcepit infra biennium caueri, deindè iussit in longum tempus caueri, videtur secunda interloquutoria. *l. Valerianus iuncta glos. in verbo voluerit in fine, ff. de prætor stipulatio.* aut secunda interloquutoria continet idẽ, quod prima, & est talis, quæ trahit statim secum exequutionem exemplum in Iudice, qui pronunciauit articulos non esse admittendos, vel dilationem dandam, & tunc secunda nil valeat. *arg. in l. apud Aufidium, ff. de opt. leg.* quoniam per primã consumitur actus, & sic à secunda non est opus appellandi, si verò non trahit secum exequutionem, exemplum vbi ex vtraq; concedi-

Digitized by Google

ditur dilatio, quia vt ad eundem effectum facit in argumentum. *l. 6 quis ante, ff. de acqui. possessio. l. 3. §. ex pluribus, ff. eo. tit. vbi glos. in verbo possidea de vsucapionib.* procedente ex duabus causis tendentibus ad eundem effectus, sequitur *Bart. in d. §. si Dominus, idem Bald. appellationq geminata*, quia secundam venit ad coadiuuandum primam, & non ad eam repugnandam. sit laus Deo.

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

TRoys. in pragm. 23. eo. tit. iuxta eius ordinem comento ornauit, & post eum D. Reg. Rouit. hic, & vltra eos ad ornatum materiæ huius pragm. vide Aflict. in decis. 76. vbi Vrsil. in princip. citantem hanc pragm. eiusque materiam exarando, & nouissimè Muscatell. in praxi S.C. lib. 2. p. 1. glos. prosequendum nu. 94. plura recollexit Iul. Cæs. Gallup. in praxi S.C. p. 3. cap. 4.

Limitatur dispositio huius pragm. vt non procedat quando vigore relationis faciendæ in Collaterali Consilio, & sic de similibus non potuit causa terminari, quoniam fatalia tunc non currerent, & ità pluries obtẽptum fuisse, dixit Vrsil. vbi supra nu. 7. Muscat. d. praxi lib. 2. p. 2. glos. conceduntur num. 11.

Ibi fatalia ad hoc vide Marant. in eius specul. p. 6. in 2. actu de appellat. num. 232. Muscat. d. praxi lib. 2. par. 2. glos. fatale, & quando currunt, vel non currunt, in quibus Tribunalibus ostendit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. lib. 1. controu. 19. tom. 1. per totam.

Et an fatalia currant in reclamatione, vide D. de Franc. decis. 646. vbi etiam in fine prosequitur, si pro reuisione obtempta à Regia Cancellaria, similiter fatalia currant, vide D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in addit. ad cons. 163. Camilli de Medic. & si talis cursus fatalium nõ impeditur per latitationem, & pauperatem reclamantis, neque per eius mortem, neq; pro hæredis exoneratione Iacob. Gallus cons. 109. per totum.

Vlterius primum fatale currit à die interdictæ appellationis coram superiore. Aflict. in Const. appellationum tempora num. 29. Muscatell. vbi supra.

Et secundum fatale peti debet infra primum secundum Aflict. in d. Const. allegatum per Vrsil. decis. 80. nu. 3. vbi plura ad hoc, & Muscat. d. p. 2. glos. secundum fatale.

Io. Baptista de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Temerarius litigator, quis dicatur, & num. 2.*

3 *Non solum habet locum in causa ciuili, sed criminali.*

4 *Quomodo debent taxari expensæ, & quæ expensa num. 5.*

Temeritatem litigantium à legibus punitam approbantes, mandamus, victorem victori in expensis per sententiam condemnandum, vel ex iusta causa absoluẽdum, prohibentes in sententijs expensarum condemnationem reseruari.

De expensarum condemnatione non reseruanda.

1 TEmerarius † actor dãno expensarum afficitur, & sic propter temeritatem fit condemnatio expensarum, etiam illarum quæ fiunt extra processum, vtputa in viaticis, & similibus, alias ratione victoriæ fiet condemnatio in expensis apparentibus ex processu causæ, & procedit, vbi actor, qui à principio explorare tenetur, omnia concernentia causam ipsam petit condemnari Titium, cum multi sint Titij non expresso, de quo Titio senserit, vel propter aliam causam generalem confuse narratam, nisi iustam causam litigandi habuerit. §. *oportet, Autent. de iud. & l. qui solidũ, §. etiam, ff. de leg.* 11. & quando temerariè egit ad expensas litis, & viatica, ac cibaria, quæ vltra quam domi fecit, expendit *l. venditas §. 1. ff. de leg.* 11. & procedit etiam in eo, qui vocauit, seù vocari fecit alium in iudicium non vocandum, verum quando vocatus sciens Iudicem, ad quem vocatur non esse competẽtem, & non comparuit Iudex causæ, etiam incompetens, eum condemnabit in expensis, ità dicit *Bart. in l. cum qui*

2 *temere, ff. de iud.* dicitur † enim esse in culpa eo ipso, quod non probat. *l. 1. §. fin.*

Digitized by Google

fin. ff. ad Turpill. & vbi qui litigauerat, obtinuerit condemnationem expensarum contra temerarium actorem, eo casu si expensas, etiam minimas factas in hospitio mercedem data aduocatis, vel notarijs, Iudex considerata prolixitate temporis, & quantum potuerit expẽdere condemnabit,† & hoc 3 procedit non solum in causa ciuili, & sententia diffinitiua, verum etiam in interloquutoria, & causa criminali, & vbi agitur de taxatione, condemnatus, debet citari, vt notat *Bart. in l. non ignorai. C. de fruct. & lit. expens.* aliæ enim sunt expensæ, quæ reficiuntur ratione contumaciæ, de quibus dixi supra *in pragmatica comparente*, aliæ sunt expensæ, quæ debentur ratione retardati processus, vbi quis distulit iudicium pluribus exceptionibus per eum oppositis, aliæ sunt, quæ debentur ratione temeritatis, vt dixi supra, aliæ quæ debentur ratione victoriæ, vt notat *Bart. in l. sancimus C. de iud.* & an excusset ab expensis actorem iuramentum calumniæ, vide *Andream de Iser. in Constit. diuorum Principum in fine primi libri car.* 82. expensæ autem viatici dicuntur illæ, quæ fiunt in eundo, & redeundo, *cap. vt præteritæ extra de elect.* & hoc obtinet cum victus succumbit, secus est vbi debentur expensæ ratione contumaciæ, quia debentur illæ, cum fiunt post primam contumaciam. *cap. cum dilecti extra de dolo, & contum.* nec illas resarciet, quas fecit casu fortuito. *l. inter causas, §. non omnia ff. man.* Item mediocres non delicatas illas, quæ factæ sunt propter ipsam causam necessarias non vtiles, & ad eas probandas, præmissa ratione iuramento admittitur liquidari præsumitur, enim præstito iuramento de calumnia bona fide litigare in hac opinione fuerint multi canonistæ. *glos. sing.* hæc omnia notat in verbo expendisse, *secunda quæst. 1. cap. in primis*, & vbi Iudex appellationis viderit Iudice in prima instantia non condemnasse, poterit facere condemnationem de expensis factis in lite principali, quia vbi cognoscit de causa principali, cognoscit etiam de accessorio, & Iudex primæ causæ poterit. Item cognoscere de expensis, ità dici *Andr. in d. Constit.* 4 *diuorum Principum*, expensæ † pendente appellatione possunt taxari, licet non possint exequi. *Lapus alleg.* 82. *Decius in cap. postoralis, §. verum extra de appell.* in causa appellationis semper condemnari debet ad expensas. *Bart. in l. tutor, §. tut. ff. de administrat. tuto. & ritus Magnæ Curiæ*, qui incipit *Item Iudex car.* 12. *Bart. in l. fœnus ff. de famil. herciscun.* quam † condemnationem non potest sibi Iudex reseruare, vt *in pragmatica Isabellæ car.* 11. ad quas semper condemnabitur, vbi euidens causa non excusat, quas resarcire tenetur de facultatibus proprijs condemnatus, vt *in Constit. diuorum Principum in 2. lib.*

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

AD ornatum huius pragm. vltra congesta per Troys. iuxta eius ordinem in pragm. 24. eiusdem tituli, & D. Reg. Rouit. hic adde Carauit. in ritu 197. nu. 3. & seq. Episcopum Fuscum in fing. 68. lit. I. Episcopum Campanil. in addit. ad Oliuam in ritu Arch. Neap. 4. sub num. 15. & 19. in fine. Muscat. in praxi S. C. lib. 1. p. 7. glos. condemnando num. 73. cum seq. & lib. 2. p. 1. glos. sententia num. 25. Episcupum Ricc. collect. decis. 1379. Carrab. sing. 69. regulariter enim quando fit condemnatio fertur sententia diffinitiua in principali, & fit condemnatio expensarum. Luc. de Penna in l. 1. C. de suump. recup. lib. 10. quæst. 9. & si ommissa fuerit talis condemnatio videtur absoluere, Paris de Synd. verbo Iudices puras num. 7. & propterea non possit reseruari in sententia, vt hic deinde quam quã in S. C. ratio fiat condemnatio expensarum disponitur seq. in sentententijs clausula neutram partem in expensis condemnando.

Io: Baptista de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Præstatur cautio de soluendo debitum, & pœnam facta præuentione.*
2 *Præuenire quis dicatur, &* 3.
4 *Quando inducitur præuentio.*
5 *Quando Iudicis officium imploratur.*

Digitized by Google

6 *Quando impediatur liquidari inſtrumentum.*
7 *Quando poteſt inhibere Iudex præuentionis.*
8 *Requiritur citatio ſuper tenore inſtrumenti.*
9 *Exceptio, quæ requiritur altiorem indaginem.*
10 *Citatus offeratur in continenti probaturus.*
11 *In præuentione ſufficit ſola citatio.*
12 *Quando vnus ex multis creditoribus remittit partem debiti, num præiudicat alijs creditoribus.*
13 *Præuentio contra clericum, coram quo fieri debet.*
14 *Præuentio, quando fieri debeat.*
15 *An renunciari poſſit huic beneficio.*
16 *Quid faciendũ, quando eſt contumax.*
17 *Quando poteſt opponi, de in comparentia Iudicis.*
18 *Reſcriptum impetratum contra plures, quorum vnus eſt nominatus, quid faciendum operetur.*
19 *Quando vnus citatur ſuper vno capite de pluribus, quid faciendum.*

Malitijs litigantium, qui præuentiones indebitas faciunt, occurrere volentes ſtatuimus, vt nullus præueniendo creditorem ſuum conuenire poſſit, coram quocunque Iudice, ſi prius præſtita fideiuſſione, de ſoluendo debitum, caſu quo de ſolutione in cauſa præuentionis legitimè probatum non fuerit, qui fide iuſſor etiam promittat vnzias decem pro pœna, quam ipſo iure ipſum principalem incurrere volumus, qui talem præuentionem fecerit, & in ea ſuccubuerit, mandantes in eiſdem præuentionibus ritum Magnæ Curiæ obſeruari prouidentem, quod tempore publicationis proceſſus, debeant tales debitores pueniẽtes perſonaliter comparere, vt detineri poſſint, ſi nihil probatum apparuerit.

De præuentione moderanda.

Dicitur hic de prœuentione moderanda, quoniam primo loco ſecundum *ritum Magnæ Curiæ Vicariæ ſub rubrica de præuentione*, non præſtabatur cautio de ſoluendo debi-
1 tum, & pœnam, qui ritus incipit † *Item quod quando contingerit fol.* 7. nec poterat fieri præuentio ipſa, coram quocunque Iudice, niſi in ſola Magna Curia, *vt dicitat ritus, qui incipit Item, quod ſatisfactione dicti debiti car.* 7. *col.* 3. hodie per *hãc Regiam pragmaticam* non poteſt fieri dicta præuẽ-
2 tio, niſi † præſtita cautione, præuenire
3 autem nihil aliud eſt, niſi præoccupare viam agendi *l.* 1. §. *certè ſi præuentum eſt, ff. de in rem verſo. l. ſi quis à multis verſ. ſi quidem vnus occupauerit ff. de notax. l. ſi quis poſteà, ff. de iud. vbi*
4 *Bald. dicit,* † quod per ſolam citationem inducitur prœuentio, & *Tiraquel.* vbi cumulat multa *de retractu, & conuentione* §. 1. *num.* 23. *fol.* 861. quia licet prohibitus ſit excipere virtute ſtatuti, fuit tamen admiſſus, vt hic virtu-
5 te diſpoſitionis *ritus*, & *Regiæ* † *pragmaticæ*, nec prohiberetur, etiam ludicis officium implorare, vt notatur in *l. planè ff. de pet. hared.* & an pendente præ-
6 uentione † creditor impediat liquidare inſtrumentum, dic quod procedunt à pari paſſu imploratio officij Iudicis, & præuentio quoniam vtrumque remedium nititur equitate, nè creditor lucretur cum aliena iactura, & debitor damnum patiatur, maximè quando præuentio non requirit altiorem indaginem, vt notatur *in cap.* 1. *de mutu. petit. & Bart. in l.* 1. §. *fin. ff. de varijs, & extrao. cogn. & Albert. Brun. in tractatu de Conſtit. in* 3. *volum. ſub rubri-*

rubrica de exequutione instrum. Domini Antonij de Canario in vers. quinquagesimo primo quæro, sed quid si sit commissa causa nullitatis instrumenti vni Iudici, ad instantiam debitoris, & creditor petat exequutionem coram alio
7 Iudice, & Iudex nullitatis inhibet † & Iudex exequutionis non obstante inhibitione exequitur instrumentum, an teneat quod sic, vt notat *Innoc. in cap. cum in iure de officio deleg. sub verbo de mandato*, & sequitur idem *Albert. vbi supra vers. quinquagesimo secundo*, &
8 non mirum est, cum vigore † statuti requiratur citatio super tenore instrumenti, & sic causæ cognitio, ità tenet *Albertus Brunus vbi supra vers. quartodecimo quæro*, dicuntur † enim requirere huiusmodi remedia altiorem indaginem, quando examinari non possunt infra tempus, infra quod examinatur exequutio. *Bart. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud.* vel infra tantum tempus, infra quantum principalis processus expediretur. *l. si bis à quo ff. vt in possessionem legatorum. Bart. in extrauag. ad reprimendo in verb. Summarie*, licet *Albertus Brunus vbi supra vers. quinto quæro*, dicit quod vbi nulla exceptio probanda admittitur, nisi ea, quæ momento probari posset, cau-
10 tus opponens † se offerat in continenti probaturum, quia admittitur, & impedit exequutionem. *l. si prætor, §. si Marcellus, ff. de iud. & Albertus Brunus vbi supra vers. vndecimo quæro*, & procedunt prædicta, vbi instrumenta non essent vitiosa cãcellata, & rasa, vt tenet *Bald. in l. 2. C. vt impossess. leg. & Paulus de Castro in l. 1. C. de edicto diui Adri. tollend.* & vbi legi possent instrumenta oculis corporis. *Bart. in l. 1. ff. de ijs, quæ inest. delent*, & quod non sit elapsum tempus viginti annorum, vt dictat *ritus*, qui incipit *Item, quod ad satisfactionem dicti debiti*, & est iuris, vt tenet *Soccin. cons. 120. & 231.* item vbi adimpleuisset ex parte sua actor, alias non posset liquidare instrumentum. *Philippus Cor. cons. 297. & 238. in 3. vol.* & aduerte, quod in præ-
11 uentione quandoq; sufficit sola † citatio, vt *in l. si quis postea, ff. de iudicijs*, quandoque exigitur contestatio litis, vt tenent *Angel. Bald. Paul. de Cast. & Bart. in l. si quis in iudicio, ff. si quis cautio per glosam singularem in l. qui autẽ eod. tit.* quandoque sententia, & tunc dicitur esse melioris conditionis, qui per eius peruenit ad sententiam. *l. sed si à multis, ff. de noxal. l. sed dicendum ff. de in re vers. 2.* de præuentione vide *DD. in l. si pluribus, & in l. si seruus plurimum, §. si quis ante, ff. de leg. 1. in l. si pluribus, ff. de procurato. l. si tamen Titius, ff. de verb. oblig. l. prior ff. de iudic. l. inter eos ff. de re iud. l. in summa ff. de pecul. Felin. in cap. cum M. Ferrar. in 13. col. extra de Constit. Albericum de Rosata in dictionario suo in verbo præuentionis, & Doctores in l. si conuenieris & in l cum quadam puella ff. de iurisd. omnium iudic. & Bart. in l. ex duobus ff. de duob. reis, & Ludouic Roman.*
12 *cons. 161.* & vbi essent plures † rei credendi, & vnus remittet partem debiti, non noceret alijs. *Paulus de Castro in l. si vnus ff. de pac.* de præuentione vide *Maz. decis. 219. & 387. & 294. & Sue-*
13 *cinum in 3. vol. cons. 78.* & præuentio † contra clericum debet fieri coram Iudice competenti suo, & extat *ritus Magnæ Curiæ car. 7. lo vltimo Sub rubrica de præuentio.* & de materia præuentionis vide *Angelum in tractatu maleficiorum in verbo Iudex commisit col. 6. vers. quæro an citatione, & Angel. in §. scientes Authent. vt iud. sin. quoquo Iuffragio, & Bart. in l. sepulcri ff. de sepul. viol. & c. dudum in Cap. regni*, qui diligentia præuenit meliorem conditionem sibi facit. *l. si non expedierit §. 1. ff. de bon. auth. iud. possid. l. pupillus, ff. quæ in fraud.* quoniam alij suæ negligentiæ expensum ferre debent, & præ-
14 uentio † aut fit ex incidenti, quia reuelatum est instrumentum esse falsum, & præueniendo retractatur. *l. si ex falsis, C. de transactio. & Tiraquell. in tractatu de iure primo genituræ in 12. opposit.*

poſit.17.quæſt.num.4. vbi allegat *gloſ. ſingularē in l.ſi vnum §. ſi duos in verbo petent.ff.de leg.& Bald.in l.1.ff.de rer.diuiſio in 43.quæſito,& in l. ſi cum tempore ff.de pact. & Doctores in l. per agrum C.de ſeruit.& Raphaelem Cumanum in l.cum quidam ff. de leg. 2. & c. non iniuſtè extra de procurato. & ſingulare Guidonis Papæ 795. & eundem Guidonem in deciſ.202.& conſ.153.*cui beneficio inducto per iſtud ſtatutum

15 poteſt † renunciari, vt tenet *Albericus Roſ.in tractatu ſtatutorum in prima parte,* & notatur *in l.ſi quis conſcribendo C.de edend.*quoniam Iudex debet obſeruare conuentionem partium. *gloſ. in l.paciſci.ff.de pact.*& notatur *in Authent.generaliter C.de Epiſcop.& cleric. & in l.ſi conuenerit ff. de re iud. & in l. tale pactum,§.1. ff. de pact. & in l.ius publicum ff. de pact. DD. in l. ſi prætor ff. de iudic. Hoſtienſis in ſumma de renunc. in §. qui poſſint renunciari, & §. cui iuri poſſint renunciari, & Speculat. in tit.de renunc.& DD. in l. 1. C. de pact. & in l. qui ſuperſtitis, & in l. his poteſt.ff. de acquir. hæredit.* & quia iſta materia eſt quotidiana poteris prædictos Doctores, & remiſſiones ſtudere in caſu qui tibi, & occurrent, & reſoluere intentionem tuam, ſaluo ſemper in quolibet capite prædictorum meliori conſilio.

16 Quid ſi fuiſſet † contumax, coram primo non audiretur,allegans pendentiam litis coram ſecundo, niſi comparuiſſet coram primo, vt tenet *Angelus in l.ſi quis poſteà ff. de iudic. Bart. in l. ſepulchri ff.de ſepulc.viol.1.& l.quãuis ff.de damno infect.Bald.in l.ſenatus, C. qui accuſare, Imol. in cap. de iis extra de accuſat.* niſi renuncietur primæ inſtantiæ non poſſet adiri aliud Iudex. *Angelus in l.ſi prætor, & in l.ſicuti, §. Celſus ff.de damn.infect.& Innoc. in cap. ſuper literis de reſcript.* ſed ſi reus comparet,& purgat contumaciam, & refecit expenſas, poteſt coram ſecundo Iudice opponere exceptionem præuentionis factæ coram primo Iudice; vt tenet *Alex.in d.§.Celſus,*& proindè dicebat *Angelus in d. l. ſi quis poſteà,*

17 quod ineptè opponit † coram ſecundo de incompetentia Iudicis, & ineptè petitur remiſſio ad primum Iudicem, ſed tantum debet allegari præuentio ſola, & quando non comparet coram primo valet proceſſus coram alijs.*l.euidenter ff.de rei vend.* & reſcriptum im-

18 petratũ contra plures,quorum * vnus eſt nominatus,& non alij,non propterea dicetur præuenta, ſi alij non ſunt nominati,vt notat *Innoc. in cap. paſtoralis de reſcript.*& ſi peteret pars,quod cauſa remittatur ad eundem Iudicem, & non remittetur,poteſt appellare, & iuſta eſt appellare,vt tenet *Innoc. in cap.cum M.Ferrarienſis in fine extra de conſtit.l. 3. ff. de quibus rebus ad eumd. iud. l.ſi pariter ff. de cauſ.liber.*ſi non peteret eſſet legitimus proceſſus. *l. penul. ff. de pet. hæred. l. is à quo ff. de*

19 *reiuend.* ſed quid ſi litera † continet plura capita,& citatur ſuper vno capitantum, num perpetuetur iuriſditio ſuper alijs,dic quod non, niſi ſimpliciter citetur, item quod ſi continet plures perſonas, & vna citatur, dic quo ad alios non perpetuatur iuriſditio,ità tenet *Innocent. in cap. licet extra de offic. deleg. num.4.* laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V.I.D.

ADDITIO.

HAnc paagmaticam comentauerunt Troyſ. & D.Reg.Rouit.ad quam vide Frecc. de præſent.inſtrum.par.9. in 3. quæſt. poſt Marant. in eius ſpecul.p.6.in 8.actu nu. 26,Auctorem noſtrum in ritu 163. num. 9. Berard. Pand. de præſent. inſtr.p.4.declar.9.nu. 100. Franc.Ant.de Iudice,Rober. de liquidat. inſtrum.conſid.4.num. 58. & ſeq. Carauit.ritu 190.Muſcatell.in praxi S.C.lib.2.p.1.gloſ. in forma num. 77. & ſeq. & in praxi fideiuſſor. p.2.q.8.nrm.5.latiſſimè Galter.in praxi inſtr. 3.par.2.partis rubr.2.per totam, vbi plura ad ornatum prùſequitur.

Ibi niſi præſtita cautione ex iſta, cautio pro forma requiritur, vide Carauit. in ritu 189. nu.7.& ſeq. Galter,vbi ſupra nu 13. Tartagl. in praxi ciuil.cap. 1.num.35.Muſcatell. in praxi S.C.lib.1.p.3. gloſ. expenſas num. 37. & an peti debeat iſta cautio Alberic.Oliua in ritu Archiepiſ.20.ſub num.3. inquit eſſe pe-

ten-

tendam, & quid si non fuerit petita, neque data, an vitiet processum Berard. Pand. vbi supra num. 118. vide Marcell. Calà de modo articul. §. 1. glos. 4. num. 48. dicentem, quod præueniens creditorem ad cassandum instrumẽtum petit. si ante litem ceptam cautionem de soluendo debitum, & pœnam; & comparendo personaliter non obtulerit iuxta hãc pragm. pendente iudicio, an teneatur præstare talem cautionem, & iudicium ex vi clausula sola facti veritate inspecta conualidare affirmat, & si immobilia possideret, an eam præstare compellitur Pand. vbi sup. nu. 119.

Ibi personaliter comparere, vide Carauit. in ritu 168. num. 3.

Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Venditor dicitur primus, auctor, & fideiussor dicitur secundus auctor.*
2 *Denunciatione debent duo obseruari, scilicet denunciari lis mota, & peti quod defendatur.*
3 *Quando euictio imminet, in limine contractus.*
4 *Iuramentum de calumnia contra auctorem laudatum.*
5 *Quando venditor scit, rem esse alienã.*
6 *Quid fieri debet, quando auctor non inuenitur in loco Iudicis. 7. & 8.*
9 *Quando est certus, an cerciorari debet.*
10 *Vbi res fuerit euicta, fructus compensabit cum melioribus.*
11 *Quomodo, & quando fit denunciatio.*
12 *Potest venditor, si vult assistere iudicio. 13.*
14 *Quando emit hereditatem, an teneatur de euictione. 15.*
16 *Si denunciatum est principali, an teneatur fideiussor, & 22.*
17 *Iniustè condemnatus, non habet regressum contra venditorem.*
18 *Quomodo exequutio commouendi auctorem.*
18 *Auctor, quis primus, & quis secundus dicatur.*
20 *Si auctor comparuerit, & fuerit opposita exequutio concernens, persona, quomodo proceditur.*
21 *Quomodo denunciatur auctori.*

Dubitationem circa dilationem petitam in realibus ad citandum auctorem in iudicijs, sæpius ventilatam, remouentes statuimus, vt huiusmodi petitionis vigore inditium, nullatenus retardetur, si auctor in loco, vbi iudicium agitatur præsens fuerit, cum tunc in dilatione ad respondendum libello, reus ab auctore informari possit, sin autem absens auctor fuerit, dilationem iustè petendam, & concedendam, & interim cum reo supersedendum decernimus; vt reus ipse defensionum ignarus ab auctore de ipsis plenè informari possit, & eius causam instruere, qui auctor citatur ad subministrandum litis expensas, ad quas obligatus appareret, & singula seruare, ad quæ se instrumento inter reum, & auctorem, vel aliter obligasse apparuerit, ad petitionem ipsius rei cogatur, sine figura iudicij sententiamque latam contra reum defensum contra auctorem suum, qui vt defensorem ipsius rei se præbeat exequutioni mandari volumus sine alio nouo processu pro ijs, quæ in instrumento defensionis obligatus fuerit.

De termino citandi auctorem in causa reali.

1 VEnditor, qui dicitur auctor laudatus tenetur statim mota † lite emptorem defendere. *l. si plus, vel minus, §. mota lite, ff. de euict.* & si non defendet, tenetur ad interesse. *l. cum quærebatur, ff. iudicat. solut.* & *Bart. in l. 1.*

l.1.C.de euict. & licet venditor ſciat litem motam, tamen debet lis ei denunciari, vt aſſiſtat liti. *Bart. in l. emptor. C.de euictio.la ſeconda*, & aduerte quoniam debet in denunciatione † facienda declarari, & notificari lis mota venditori, & proteſtari contra eum ſi non venerit. *Bart.in l.empt. C. de euictio.* & quid ſi emptor eſt debitor vẽditori † in pretio rei, cuius euictio imminet in limine contractus, vtrum poſſit retinere pretium, dico quod ſic, donec fuerit ſibi cautum de euictione, & dat cautelam. *Bart.in l.ſi poſt C. euictio.* contra illos, qui ſupponunt calumniantes, vt obtineãt fideiuſſionem, ſcilicet † quod petant conuenti iuramentum de calumnia contra reum, & actorem, adde quæ notatur *in l.à diuo pio, §.ſi poſt, ff. de re iudic.* & quod notat *Bart.in l. habitationem §. fin. ff. de per. & com. rei vend.* ſi † venditor ſciuiſſet rem eſſe alienam incontinenti, emptor contra venditorem poſſet agere de euictione *text.eſt ſingularis in l.ſeruus, quem §. fin. ff. de actio. empt.* & non ſolum poteſt denunciari auctori ſuo, ſed primo venditori. *Bald.in l.1.in penul.col. C.de rer.permut.* & maximè vbi inſtrumento adeſſet clauſula, per quam emptor eſt conſtitutus procurator in rem propriam. *Bart.in l.ſi pro re §. ſi pro victione, ff.de euictio.* & *Capyc. deciſ.* 197. & qualiter † fieri debeat, vbi auctor non inuenitur, dicit *Bart. in l. ſi dictum §. ſi præſente, ff. de euictio.* dicit, quod ſufficit fieri coram vicinis, & ſi emptor fuerit victus, an cogatur appellare, dic quod vbi eſt clauſula, quod re euicta non poſſit dici allegari, vel opponi, q̃ ſententia fuit lata per Iudicis iniuriam vel emptoris negligentiam, vel abſentiam cum refectione damnorum ſumptum, & intereſſe; quæ ſubſtinetur in iudicio, vel extra, cum præcludatur via per pactum, non poteſt quicquam excipere de prædictis. *l.ſi creditoribus* † *C.de comu.ſe.manumict. l.venditores, ff. de verb. obligatio.* ſed vbi non affuiſſet tale pactum, & per contumaciam, vel per iniuriam Iudicis ſuccumberet, tũc ante teſtium aperturam, & ante ſententiam † latam debuit denunciare litem, vnde in culpa fuit, in iudicio non ſtetit, vel cauſam non defendit, niſi vbi quando plenè defendiſſet, nihilominus ſuccumbiſſet. *l. huius §.gayam, ff. de negot. geſtis, & Bald. in l. emptor. la ſeconda, C. de euict. die*, quod non debet appellare ſecundum *Angel. & Bal. in d.l.emptor*, quãdo eſt † certus quod ſouet malam cauſam, & eſt dubius, quando verò ſouet bonam cauſam tenetur appellare, & denunciare venditori quod appellauit, vt poſſit proſequi dictam adpellationem, vt tenet *Bart. in l.Hærennius, §. gayam ff. de euict. & Imol.in cap.fin.de actio. empt. col.4.verſ.nouus*, ſi non apparuit, & de hac materia latius additionem *Alex. ad Bart.in d.l.Hærennius, §.caya.* & vbi res fuerit † euicta fructus compenſabit cum meliorationibus. *Bal.in l.ſuper C.de euictio.* fit † iſta denunciatio duplici ratione primo, vt notitiã habeat, & compareat defenſurus litem, & eſt principalis ratio, ſecundo denunciatur vt ſe inſtruat à principali de iuſtitia cauſæ. *Bart.in l.venditor, ff.de iudic.* & *in Authent.qua in prouincia, C.vbi de crimi.agi.oppor.* & vbi vincit fuerit niſi fuerit ſibi cautum ex pacto, emptor nõ recuperet impenſas. *Bald.in l.ſi ſtatutus, C.de euictio.* & poteſt venditor aſſiſtere, & † facere probationes, etiam in cauſa appellationis, ſecus ſi tertius comparet in cauſa, quia non poſſet inducere, quas reus principalis non poſſet. *Bald.in l.ſi parentes, C.cod.tit.* & vbi emptor reperit rem obligatam poteſt liberare eam ſoluendo debitum. *Bald. in l.cum tibi, C.de euict.* quando † emit aliquis hæreditatem, & euincitur aliqnod corpus particulare, non tenetur venditor, nec etiam ad ſumptus. *Bal.in l.1.C.de euict.* & vbi eſt actum † quod non teneatur de euictiune, tenetur ad pretij reſtitutionem, vbi verò fuerit cautum, quod ad nihilum teneatur, nõ tenetur ad pretij reſtitutionem. *Bald.*

in l.

Digitized by Google

in l. non dubitare, C. de euictio. & si de-
18 nunciauerit principali † sufficit, vt teneantur fideiussores. *Bald. in l. auctore, C. de euictio. & Capycius decis.* 106. & euictio habet locum in parte, vbi pars euincitur maximè, vbi est dictum *Boer. quæst.* 46. *num.* 8. *in prima parte.* & non habet locum in donatione, nisi fuerit dictum, & in donatione remuneratoria idem *Boerius quæst.* 33. *nu.* 26. *& quæst.* 67. *num.* 1. *in prima parte,* &
17 vbi iniustè † fuit condemnatus, & nō appellauit, cum teneatur, non potest agere de euictione, ità refert *Mazeus decis.* 49. *num.* 2. *& Capyc. decis.* 196. & quam denunciationem facere debet emptor venditori, vide *eundem Ma-*
18 *zeum decis.* 19. quæ † exequutio fit ex eodem processu, & non opus est alio processu, vt in hac pragmatica, & sic consueuit decidi, & pronunciari, & maximè hodie, vbi notarij infinitas cumulant clausulas concernentes euictionem, quas hic non refero.

19 Auctor † dicitur principalis venditor, seù primus, & fideiussor euictionis, dicitur secundus auctor, alias vocatur confirmator, quia confirmat, & roborat contractum. *l. illud, ff. de euictio.* §. *non solum, Authent. de fideiussor.* §. 1. *instit. de fideiussor.* & sic vbi imminet euictio in limine contractus consueuit prouideri, quod præstet secundum auctorem, & sic fideiussorē, ità dicit *glos. in d. l. illud. in verbo non debere.*

20 Si Auctor † vocatus comparuerit, & ei fuerit opposita exceptio concernens personam emptoris, per quam excluditur, vtputa exceptio iuris iurandi delatur agenti per emprorem dicas, quod emptor euictus exceptione iuris iurandi, vel similij fundatā personā emptoris, non habet recursum contra venditorem, secus quando excluditur exceptione fundata in personam venditoris. *l, hoc iure vtimur, ff. de euictio.* secus quando ex persona vtriusq; emptoris, & actoris, quia tunc Iudex potest hoc declarare, & ad eum est recurrendum, si non appparet dici potest, quod absoluatur. *l. sed & si, ff. eod. tit. iuncta glos. in verbo & sic.*

21 Quando † est denunciandum auctori dicit *text. l. si rem* §. *fin. ff. de euictio.* quod non est præfinitum tempus, dum modo non fiat propriè condemnationem, ideſt si non est renunciatum allegationibus, & testes non sint aperti, & publicati, vt dicit *glos. finalis in d. l. si rem* §. *fin.* & vtrum possit fieri dicta denunciatio in causa appellationis, dicas quod non, nisi res sit integra, vt notat *glos. in verbo profinitur,* alias dicitur, quod dicta denunciatio debet fieri prius, siuè sit in Ciuitate, siuè extra Ciuitatem. *l. si ideò,* §. *fin. eo. tit.* alias dicitur, quod sufficit, quod sit præsens tempore sententiæ, quia potuit appellare, vt dicit *glos. in l. Hæremnius in verbo præsertim ff. eo. tit.* quid si emptor appellauit, & passus est transiri fatalia, & deseri appellationem in bona causa ad auctorem reuerti non potest. *d. l. Hæremnius in fine,* idem si renunciauit appellari, vel non appellauit à sententia quando erat bona causa, vt *glosa notat in d. l. Hæremnius in verbo ex præscriptio.* quid si non posset denunciare non denunciauit, idemque euictus esset tamquam parum instructus de negotio, hoc ipso videtur dolo fecisse, & ex stipulatu agere non potest. *l. si Fundo,* §. *fin. ff. eod. tit.* fallit nisi pacto hoc esset remissum, vel adesset in instrumento venditionis, quod in quacumque parte litis, etiam in secunda, vel in instantia, vt notatur *in d. l. Hæremnius & in glos. in l. si Fundo in fine, in verbo non potest, ff. de euictio.* sed quid si sciuit venditor moram litem, an oporteat ei nunciari, quod non, facit in argumentum *lex* 1. *in fine ff. de actio. empt.* vbi nec cerciorari debet, quod non ignorauit. *l. Hæremuius,* §. *gaya, sed glos. in l. emptor Fnndi, C. de euictio.* dicit quod tutius est scienti denunciare in verbo, vt fideiussorem, verum vbi præscierit sententiam latam appellare debet. *l. à sententia, C. de appell. l.* 1. *C. vbi in rem actio, & d. l. Hæremnius,* §. 1. vtrū

exiga-

exigatur, quod denuncietur etiam fideiuſſori,& ſic ſecundo auctori, *gloſ.in l.auctore laudato* tenet,quod non in verbo *ignouerit C.eo.*vtrum emptor teneatur ſemper appellare, dic quod aut fouet bonam cauſam, & tunc non ſolum appellare, ſed perſequi *d.l. Hærẽnius*,§.1.*l.ſi bonam cauſam*,*C.de adminiſtr.tutor.l.ſi procuratorem*,§. *ignorantes*, *ff. mandati*, in dubio præſumitur mala,dicit *gloſ.in d.l.ſi bonam*,ſi fouent malam cauſam,& ſciunt hoc, non tenetur proſequi, nec appellare, ſicuti nec mouere lites contra alios poſſent, vt euitent condemnationem expenſarum.*l.non eſt ignotum*, *C.de adminiſtr. tut.* quia & tunc non debent conuenti pati ſemper ſe vocari in ius, alias ipſi tenerent reſarcire expenſas omnes *l. quoties* §,*ſicut autem*,*ff de adminiſtr. tut.l.idemque*,§.*fideiuſſor*, *l.ſi fideiuſſor ff.mandati*,*l.qui proprio*, §. *litis ff. de procurator.* nam propter temeritatem ad expenſas tenetur, ignauia litigantium punitur.*l.qui ſolidum*,§.*etiam*,*ff.* 22 *de leg.* 2.& non † ſolum eſt denuncian dum auctori, ſed ſucceſſoribus ipſius, & vbi fuerit res euicta non ſolum tenerur auctor ad pretium, ſed ad intereſſe,niſi alio fuerit conuentum.*l.cum ſucceſſores*,*C. de euictio.* & vbi non fuit denunciatum iudicium auctori, & ſopitum eſt taliter, quod retractari non poteſt emptor non habere greſſum de euictione contra venditorem. *l.ſi parentes*,*& l.emptor. C. de euictio.* & in hoc laus Deo.

Io: *Franciſcus Scaglionus V.I.D.*

ADDITIO.

VLtra congeſta per Troyſ. in pragmatica 26.ſecũdum eius ordinem,& per D.Reg. Rouit.hic vide Tartagl.in praxi ciuil. cap.3. nu.25.latiſſimè Muſcatell.in praxi S.C. lib.1. par.3. gloſ.pari paſſu, & gloſ. nominent in addit.lit.b.Iul.Gæſ.Gallup.in praxi S.C.p.7. cap.15.nu.64. qui hanc materiam laudationis in auctorem exarant,& vltra Miſing. centur. 3.obſeru.24.plenè Io:Baptiſta Schuuart. in proceſſu iudic. lib. 1. tit. quint.iud. præpar, actus laudat.in Auctorem cap. 1.2.3. & 4.

Io:Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Qui fuit condemnatus ad expenſas, & nihil probauit, & poſuit in cauſa principali, non admittitur ad procedendum,niſi refectis impenſis.*
2 *Quomodo intelligitur, & an habeat locum in eo tantum,qui poſuit,vel probauit,vel altero ipſorum.*
3 *Num ille,qui ſoluit repetit,ſi obtinuit in ſecunda inſtantia, & num.*5.
4 *Quarè non admittitur ad procedẽdum, qui nihil poſuit,& probauit.*
6 *Sed quid ſi officialis ſoluit dictas expenſas,quia malè iudicauit,num recuperat illas à parte, in cuius fauorẽ protulit expenſas.*

Qui in cauſa principali nihil poſuerint, vel probauerint, cum condemnantur in expenſis ſæpius appellãt, magis, vt differant, quam, quia credant iuſtam cauſam proſequi, propterea ad remouendum fruſtratorias dilationes ſtatuimus eum, qui in iudicio principalis cauſæ: Nihil probauerit propterea quę ſuccubuerit in expenſis condemnatus ad remedium appellationis, nullatenus admitti, niſi prius expenſas condemnationis legitimę taſſatas cum effectu ſoluerit, præſtita tamen idonea cautione per eum, cui dictæ expenſæ ſolutæ fuerint de eas reſtituendo, ſi per Iudicem appellationis eas reſtitui debere iudicatum fuerit, niſi in promptu talis appellans iuſtè ſe impeditũm ducuerit in probationibus faciendis, quo caſu etiam reſpectu dictarum expenſarum ſententia per appellationem ſuſpenſa remaneat: & præſens diſpoſitio non habeat locum in cauſis Eccleſiarum, pupillorum, viduarum, minorum, & miſera-

Digitized by Google

ſerabilium perſonarum, in quibus ius commune ſeruetur.

De expenſis ſoluendis per appellantes, qui nihil in cauſa principaliter probauerint.

1 Dicitur in præſenti pragmatica, qui nihil poſuerit, vel probauerit, cum condemnatur in expenſis, nullatenus admitti, niſi prius expenſas condemnationis legitimè taxatas ſoluerit, iſte textus habet difficultatem reſpectu dictionis, vel quæ eſt dictio, alternatiua, cuius proprium eſt in affirmatiuis alterum eſſe factum, & in negatiuis neutrum eſſe factum, vt tenet *Bart. & cæteri ſcribentes in l. ſi quis docenta, §. cum ità, & §. de vtrum, ff. de reb. dub. Cynus, & Io: Andr. in c. in alternatiuis de reg. iur. in 6. Bal. & cæteri Canoniſtæ in cap. inter cætera de reſcript.* in caſu autem de quo agitur procedit vniuerſalis dictio nihil, & dicitur, quod nihil poſuerit, vel probauerit, nullo modo admittatur, ergò ſi aliquis poſuerit tantum, & non probauerit non admittatur, quoniam vtrumque erat faciendum, ne committeretur pæna, quia, ſiuè alterum, ſiuè neutrum factum ſit non admittitur *d. §. cum ità* inducendo illum textum in penalibus, cum ità ſtipulationem cõcipimus, ſi hominem, aut fundum non dederis, centum dare ſpondes, vtrum eſt faciendum nè ſtipulatio committatur, ideſt ſiuè eſt alterum, ſiuè neutrum factum ſit tenebit
2 ſtipulatio, quia licet ſit verum † poſuiſſe non eſt verum probaſſe, & proindè vtrumque fieri debet, vt non committatur pæna, & committetur pæna, ſi alterum non fiat, vt tenet *Alexand. in l. ſeruus 3. num. ff. de verb. oblig.* & tenent omnes per me ſuperius allegati, & maximè in caſu, de quo agitur, vbi inferius *pragmatica* diſponit, quod non admittatur, niſi probauerit, non dicitur probaſſe, qui poſuit, & paria ſunt probare, & obſcurè probare, quia habetur
3 pro non probante, vt tenet *Io: And. in regula in alternatiuis nu. 4.* cum non nudis aſſeuerationibus, nec mentitæ profeſſioni ſtandum eſt. *l. non nudis C. de probat. l. non epiſtolis eod. tit. l. Imperatores ff. de probat.* quarè ſi nihil probauit, debet reſarcire expenſas legitimas, de quibus loquitur *Bart. in l. ſancimus, C. de iudic.* quas † ſi ſuccumbit in cauſa appellationis reſtituat, vt diximus ſupra, ex his excipiuntur viduæ minores, eccleſiæ, pupilli, & miſerabiles perſonæ, in quibus habet locum ius commune.

4 *Gloſa † in l. contumacia, ff. de re. iud. in verbo damno,* & argumentando à ſimili ponitur, primò exemplum in vero contumace, quando vocatus non venit, non ſolum punitur in expenſis, ſed veniens interim non auditur ſecus in præſumpto contumace. *l. & poſt §. fin. ff. de iud. l. properandum, § ſin autem, C. de iud.* & in eo, qui decreto nõ paruit, ſpernendo præcepta Iudicis, idem Iudex poteſt ei denegare iuriſditionem. *l. ſed ſi per prætorem, §. ſed & ſi dum decreto ff. ex quib. cauſ. maior.* Iudex poteſt ſtatuere terminum ad exibendum ſcripturas, teſtes, & alia, & comminare ſe vlterius non auditurum. *l. ſi ea C. de accuſatio.* hic perdidit cauſam, ex eo, quia nihil deduxit, & probauit, vt dicit *gloſ. ſupradicta*, & idcirco vigore huius pragmaticæ, punitur ad refectionem expenſarum, dicitur eſſe in calumnia qui non probat. *l. non ignorat iuncta gloſ. in verbo pro calumnia, C. de fruct. & lit. expenſ. & gloſ. in l. 1. C. de aduocatis diuer. iudicum in verb. quod ſi non docueris*, ſed quod ſi † reuocatur
5 ſententia, non recuperat expenſas, etiã ſi ex capite iniquitatis, ſupra tenui cõtrarium, tamen ſaniori conſilio poſſem dicere contrarium, per infraſcripta, quod ex quo iſtæ expenſæ veniunt in pænam contumaciæ, vel non probantis, argumento faciunt ea, quæ allegãtur per *Decium in cap. ſæpè in vltim. col.*

Digitized by Google

extra de app. vers. 2. *quæritur ibi tales expensæ veniunt in pœnam contumaciæ*, quæ expensæ taxari debent, vide *Innocent. in d. cap. sæpè, & Bald. in l. sancimus, C. de iudic.* & si iudex † qui facit partem in iudicatu, soluit expensas alteri parti, vter possit recuperare à parte, dic q. non. *Bald. in l. Municipia, C. de seruis fugitiuis*, & si pars monit litem de consilio aduocati, num possit illas recuperare ab aduocato, vide *Bald. in l. 1. C. de aduocat. diuer. iud.* & quomodo, & quæ expensæ taxari debeant, & quando habet instam causam litigandi actor, vel reus, vide *Bald. in Authent. generaliter, C. de Episcop. & cleric.* sit laus Deo.

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

VLtra Afflict. in Const. Iuris peritorum sub num. 15. vers. hodie verò allegat istam pragmaticam dicentis fuisse supradictam ex dictis Domin. in cap. 1. de rescript. in 6. & ad hanc vltra etiam nostrum Auctorem in ritu 260. num. 24. Marant. in specul. par. 6. in 2. actu de appell. num. 253. Episcopus Campanil. ad Oluam in ritu 4. Curiæ Archiep. sub num. 18. Carrab. in fin. 11. de syndicatu Muscatell. in praxi S. C. lib. 2. par. 1. glos. sententia num. 25. & eod. lib. par. 3. glos. probandum num. 13. & glos. partis num. 98.

Io. Baptista de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Creditores præcario rogantur à debitoribus.*

2 *Creditor potest agere cõtra debitorem, & impetrare, vt pignus possideret, & haberet in solutum.*

3 *Pignus resoluitur, quando actio in casu euictionis firma remaneat.*

4 *Adiudicatio datur, vbi concurrit possessio.*

5 *Iudex profert sententiam, & eligit estimatores compilato processu, vbi non reperit contradictorem.*

6 *Iudex habita relatione estimatoris, secundum declarationem ipsius mittit victorem in possessionem, vbi tuetur eum.*

7 *Assistentia conceditur pro dote, & vsu fructu dotis.*

8 *Assistentia, quæ sit, & quam probationem requirit.*

9 *Appellari non potest à sententia lata ab interdicto Saluiano.*

10 *Adiudicatio vsitatur tota, licet sit locus redemptioni, quando missio fit in plus, & facta adiudicatione non habet locum ius offerendi, quod limitatur.*

11 *Interdictum Saluianũ, quod nam sit.*

12 *Saluianum interdictum obtemptum contra debitorem, vel extraneum, & recusaret restituere possessionem, an detur iuramentum in litem contra debitorem non pluris, nisi quæsiti, & contra possessorem quæsiti eius interesse.*

Assistentiam appretium contra tertium possessorem, pro executione instrumenti continentis obligationem bonorum, pactum de capiendo, cum constitutione præcarij peti posse, & per Iudicem concedi absq; aliqua bonorum discussione contra principalem facta, alijs concurrentibus, quæ de iure necessaria sunt in assistentiæ, vel hipotecariæ causa declarantes.

De assistentia sine discussione bonorum præstanda.

BReuiter, vbi quis pignorauit rẽ ipsius, & præcario impetrauit, vt possideret pignus, cum quotidie præcario rogantor creditores ab his

1 qui pignori dederunt. *l. certum*, † *§. quæsitum ff. de præcario*, meritò ex natura præcarij, vt tamdiù eadem liberalitate vtatur debitor, quamdiù velit creditor. *l. ait prætor, ff. eo. tit.* & pindè

volens

Digitized by Google

volens incumbere pignori, creditor
poteſt agere contra debitorem per ſu-
2 perius allegata, † & impetrare, vt pi-
gnus poſſideret, & haberet inſolutum.
l. eleganter ff. de de pignorat. actio. quo
3 caſu niſi ſit dictum, † quod in caſu eui-
ctionis remaneat actio firma reſoluitur
4 pignus. *Bar. in d. l. eleganter* † daturque
adiudicatio, vbi concurrit poſſeſſio, *l. ſi
quis putans*, §. *idem Iulianus*, ibi *ſed ſi
exceptione non fuero vſus officium Iu-
dicis erit, vt cum debitori totum homi-
nem adiudicauerit*, quæ adiudicatio fit
officio Iudicis, vt diximus ſupra de 2.
dec. ff. comun. diuid. & vbi hipotecaria
poſſeſſio ipſa aduocatur. *l. cum vendi-
tor, ff. de euictio. & Bart. in l. creditores,
C. de pignor.* & vbi compilato proceſſu
non reperit contra auctorem, Iudex
5 profert † ſententiam, & eliget extiman
tes. *l. hac edictali*, §. *is illud*, *C. de ſecũd.
nup.* & tunc Iudex habita relatione, ſe-
cundùm declarationem factam exti-
matoris, iam mittat victorem in poſ-
6 ſeſſionem, in qua tuetur † eum Iudex.
l. tutor ff. de pignorat. actio. & ante hãc
immiſſionem non efficitur verus Do-
minus. *l. non eſt mirum, ff. eod. tit.* & de
hac datione inſolutum, vide *Bart. in d.
l. creditores, & in l. Titius. ff. de pigno-
ratio. actio. & Bald. in l. 2. C. ſi in cau-
7 ſam iudicati*, & de † aſſiſtentia pro dote
& vſufructu dotis, vide *Maz. deciſ.*
95. & quid ſit aſſiſtentia, & ad quam
8 probationem agens † aſſiſtentia tenea
tur, vide eumdem *Mazeum dec.* 383.
& Bart. in l. 1 ff. de Saluiano interdicto,
9 † vbi dicit, quod à ſententia lata ab in-
terdicto Saluiano non poteſt appellari,
10 & *Bald. conſ.* 373. *incipiente* † *Caſus
talis* adiudicatio vitiatur tota, licet ſit
locus redemptioni, niſi in appretio ſit
miſſio in plus, factaque adiudicatione
non habet locum ius offerendi, niſi eſ-
ſet interpoſita ſententia ex falſa cauſa,
non habet locum in aſſecuratione, vt
tenet *Capic. deciſ.* 91.
11 Interdictum Saluianum eſt interdi-
ctum adipiſcendæ, & quamuis interdi-
cta ſunt realia, ideſt in rem cõceptam,
vi tamen ipſa perſonalia ſunt, ex quo
qui interdicto tenetur, obligatus eſt
ad id, quod venit ex interdicto. *l. 1. in
fine ff. de interdict.* agit enim adipiſcen-
dę poſſeſſionis gratia, Saluiano interdi
cto pro rebus tacitè obligatis, & hy-
potecatis à colono. *l. 1. §. eum prædium*
el primo *ff. de pignor. & l. & quæ non-
dum* §. *quod dicitur ff. eod. tit. & l. ſi ſu-
peratus, l. ante omnia ff. de probatio.* ſed
in Saluiano interdicto, ſufficit probare
ipſum poſſediſſe. *l. 1. ff. de Saluia. inter-
dict.* §. *ſequens, verſ. interdictum quoq;
inſtitut. de interdict.* dicitur directum
competere contra Colonum, contra
alios vtile, ſic ſeruiana, & quaſi ſer-
uiana directa contra Colonum, vtilis,
ſeù quaſi ſeruiana contra extraneos,
vt tenet *gloſ. in l. 1. C. de præcar.* & inter
Saluianum *in verbo cõpetit iuncto, tex-
tu in fine, licet Iaſon in d. §. item ſer-
uiana*, teneat quod quaſi ſeruiana cõ-
petit pro quocumque pignore, quod
eſt falſum, & contra eum facit *text. l. 1.
ff. de Saluia. interdict.* §. 1. ibi *ſinguli ad-
uerſus extraneos rectè experientur Sal
uiano interdicto*, & inferius ibi, *at ſi
pro partibus res obligetur vtilis actio,
& aduerſus extraneos, & inter ipſos
dari debebit*, vbi *gloſ. in verbo extraneo,
& gloſ. in l. 2. eod. tit. in verbo ad præ-
uianum*, ibi quaſi in ſeruiana non ſit
occupantis, & poſſidentis meliori con-
filio, & illa verba melior eſt conditio
poſſidentis, quando eſt inſolidum res
obligata intelligitur, vt ab eo res non
poſſit auocari per alterum, cui res eſt
inſolidum obligata, & tuetur exceptio
ne, ſi non conuenit, vt eadem res quo-
que mihi pignori ſit. *l. ſi debitor, ff. de
pignor.* & ſeruiana datur etiam pro fru-
ctibus, qui acceſſoriè veniunt, dummo
do bona fide non ſint conſumpti, *d. §.
cum prædium, ff. de Saluta. interdict.*
ratio eſt, quia dicti fructus non fuerunt
in bonis, & de bonis tẽpore obligatio-
nis, ſecus in dote ex priuilegio dotis,
quia competit in pecunia conſumpta,
& ratio eſt, quia pecunia fuit in bonis,
& priuilegium operatur; vt is, qui con-

Digitized by Google

ſumptè teneatur, alias cederet lucro ipſius, in damnum petentis, & vt redeamus ad rem ipſam auocata poſſeſſione, ſeù adepta per remedium prædictum. Idem importat dicere aſſiſtere, quod incumbere pignori, nam per Seruianam, & hypotecariam aduocamus nudam poſſeſſionem, cum nuda poſſeſſio ſit pænes aduocantem, & non dominium. *l. ſi cum venditor, ff. de euict. l. ſi pignoris proſequutio iuncta glo. ſaff. de pignor.* auocata poſſeſſione bonum eſt aſſiſtere, & perſeuerare in intenuta, & poſſeſſione illa aduocata, & incumbere pignori, datur contra poſſeſſorem. *l. ſi fundus* §. *in venditione*, & vbi aduocauit poteſt petere adiudicationem per *hanc regiam pragmaticam, vel C. de iur. dominio impetrãd.* alias de iure ciuili *d. l ſi fundus* §. *creditor*, vbi ſi obtinuit, & recidit à poſſeſſione, creditor poteſt recuperare poſſeſſionem, nõ obſtante, quod ſit iudicium ſuper hy-
12 potecaria. Sed quid ſi † ſit obtentum contra debitorem, vel extraneum, & recuſant reſtituere poſſeſſionem, iurabitur in litem contra debitorem non pluris, niſi quæſiti debetur, ſi contra poſſeſſorem quæſiti eius fuit, & eſt. *l. ſi inter Colonum*, §. *ſi res pignorata ff. de pignor.* & interim creditor aduocata poſſeſſione poteſt locare rem ipſam. *l. prædia ff. de pignor.* laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

HAnc pragmaticam comentarijs ornauerũt Troyſ. in pragmatica 28. iuxta eius ordinem. & D. Reg. Rouit. hic, ſed nouiſſimè Barbat. edidit ſollemne tract. de aſſiſtentia, ſeù de reſtitutorio interdicto apud quẽ erint videre congeſta per ipſum, & quid erit probandum pro conſequutione ſententiæ aſſiſtentiæ, docet Marcell. Calà de modo articul. §. 2. gloſ. vnica num. 249. ad intelligentiam iſtius pragmaticæ, vide Muſcatell. in praxi S. C. lib. 1. par. 7. glo. condemnanda num. 111. & ſeq. & lib. 2. gloſ. ſententia num. 146. Carrab. in fing. 19. de ſynd.

Adde D. Præſ. de Franc. deciſ. 80. vbi ponit caſum notabilem pertinentem ad hanc pragm. ſi aſſiſtentia concedi poſſit creditori ſuper re vendita per hæredem obligantis in tempore obligationis erat in poſſeſſione debitoris, quamuis hæres prætendiſſet bona ipſa alienaſſe vti bona materna, & ibi num. 15. plura de remedio aſſiſtentiæ verba facit, & melius deciſ. 120. potiſſimum num. 6. quærit ſi iſta pragmatica locum habeat, quando tractatur iudicum aſſiſtentiæ, cum adiudicatione facienda creditori, non autem ad finem vendendi, & transferendi dominium bonorum obligatorum in alium, & ſic iudicatum, vbi num. 11. dixerit quando intereſſe debeatur per victum; qui reſtituere debet pretium victori in cauſa appellationis reuocatis ſententijs S. C. ad quod facit altera dec 112. vbi caſum notabilem aduerſus auctorem laudatum dixerit, reliquos caſus pertinentes ad iſtam materiam aſſiſtentiæ recollexi in compendio deciſ. Regni par. 1. 2. & 3. & in ſupplemento deciſionum verbo aſſiſtentia.

Ibi cum pacto capiendi conſtitutione præcarij, &c. adde, quod aſſiſtentia non datur abſq; clauſula conſtituti, & præcarij, vel inuentito poſſeſſore refert Iul. Cæſar Gallup. in praxi S. C. par. 2. cap. 9. num. 28. & 29.

Et quid ſi non fuiſſet adiecta iſta clauſula in inſtrumento, an habeatur pro adiecta refert Benint. deciſ. bonor. 32. num. 6.

Io: Baptiſta de Teoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *A quibus caſibus non appellatur ad finem retardandæ exequutionis.*
2 *Decretum aſſiſtentiæ, dicitur affirmatiuum.*
3 *Suſpendit liquiditatem fructuum appellatio.*
4 *Etiam in caſu aſſiſtentiæ decretum interpoſita appellatione infra decem dies exequi non poteſt.*
5 *An impediatur exequutio, per reſtitutionem in integrum.*
6 *Quæ nullitates impediant exequutionem.*
7 *Quando impeditur currere terminus appellationis in cauſa aſſiſtentiæ.*

Magnæ Curiæ Vicariæ ritum, quod à decreto ſuper aſſiſtentia affirmatiuo, non appelletur ad effectum retardandæ exequutionis, locum habere decernimus poſt exequutionem. verò factam appellationem iuſtificari poſſe ad effectum, etiam ipſius aſſiſtentiæ reuocandæ declaramus. De nullitate autem ipſius de

creti

creti ex eisdem actis cognosci,& iudicari posse volumus, & mandamus ad effectum, etiam ipsius exequutionis retardandę,quousque de dicta nullitate iudicatum fuerit.

De appellatione in causa assistentiæ.

EXtat ritus in Magna Curia num. 25. qui incipit *Item non appellatur vigore regalium literarum, ibi item non appellatur ab omnibus casibus, à quibus prohibetur à lure communi,*
1 quos enumerat † *Mazeus decis.* 261.& quoniam non fit mentio de iudicio assistentiæ, nec de decreto lato in iudicio assistentiæ, extat alia decisio eiusdem *Mazei super hoc num.* 383. & extat pro hoc *doctrina Bart. in l. 1. ff. de Salu. interdict. in fine*,& dicitur decre-
2 tum affirmmatiuum,† quoniam eidem petenti confirmatur possessio virtute pacti assignata,& proindè à tali decreto possessionis non appellatur, solum
3 appellatio † suspendit exequutionem fructum,& expensarum,& interesse, ità dicit *Bald. in l. vnica C. si de momen. possessio fuerit appellatum, & Bart. in l. prætor ait,§. iussus ff. de appellatio. & relatio. & Mazeus decis.* 279.& *Palatios Rubios in repetitio. cap. per vestras de donatio. inter vir, & vxor. fol.* 102. *col.* 3. *vers. aduerte prope finem*, & de huiusmodi decreto, vide *Capyc. decis.* 51. & quamuis istud decretum exequi
4 † possit nihilhominus debet Iudex expectare, quod labantur decem dies,
5 *idem Capycius decis.* 167. *num.* 2. quæ † quando profertur in dicta sententia assistentiæ, vel decretum, non impeditur per restitutionem integrum petitam,idem *Capyc. decis.* 53. licet ea petita debeat dari cautio de restituendo in casu retractationis, & quod impedia
6 tur † per exceptionē nullitatis,& quæ nullitates impediāt exequtionē istius sententiæ. *Capyc. decis.* 167. *num.* 3. & *Maz. decis.* 283.

Ista est benè glosata, remanet solum videre ritum, qui loquitur de hoc, & non reperi,hactenus talem ritum, nisi suscriptos *ritus sub rubrica de app. ad mist.* Item *non appellatur à decreto ipsius Curiæ ciuili, vel criminali,* Item *non appellatur ab omnibus casibus, in quibus prohibetur à iur. & Constitutio. Regni.*

7 Incidenter † quæro, quando impeditur currere instantia in causa appellationis, dic compromisso, accusatione impedimento Iudicis. *Mazeus decis.* 78 *l.* 3. *ff. de bon. poss. contr. tabul.* acta Iudicis, à quo non valeant pendente termino ad dandum apostolos, quod sic *Boerius tenet in* 2. *parte quæst.* 256.à contrario secus. laus Deo.

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

QVamuis hæc pragmatica fuerit comentata à Troiſ. in pragm. 29. iuxta eius ordinem, & per D. Reg. Rouit. hic, & ab Actore nostro in ritu 260. num. 15. eam etiam citant idem Troys. in ritu 257. Fusc. in singul. 74. appellatione Tartagl. in praxi ciuili cap. 6. num. 5. & 6. Præs. de Franc. decis. 86. sub nu. 2. Marant. in speculo p. 6. in 2. actu de appellat. num. 321. & diffusè Muscat. in praxi S. C. lib. 1. p. 7. glos. condemnando num. 110. & lib. 2. p. 1. glos. informa num. 5. & p. 3. glos. fuerint num. 43. & seq. & in praxi de fideiuss. p. 1. modo 18. num. 5. vide eumdem Præs. de Franc. decis. 120. & in decis. 136. quærit, an sicuti sententia assistentiæ, quæ mandari debet exequutioni, non obstante appellatione præstita cautione iuxta pragmaticam de assistent. si fuerit exequuta, & deindè ex tractatu temporis reuocata in beneficium rei, debeat secunda sententia eodem modo exequutioni de mandandari non obstante appellatione, refert affirmatiuè decisum fuisse.

Io: Baptista de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Quanto tempore durat instantia.*
2 *An, & quando insuflatur spiritus vitæ, & 3. 4. 5. & 6.*
7 *Instantia incipit à litis contestatione.*
8 *Instantia perempta actus consumpti durant.*

Digitized by Google

9 *Inſtantia quanto perpetuatur per citationem ad dicendum*
10 *De impedimentis fatalium.*
11 *An aduerſus tres ſententias, maior reſtituatur.*
12 *Quomodo reſtituitur inſtantia in cauſa criminali, & in cauſa appellationis, &* 13.
14 *Quæ acta pereunt perempta inſtãtia'.*
15 *Quis erit Iudex reſtitutionis.*
16 *Diligentia in cauſa, quando profit.*
17 *Quomodo conceditur ſecundum fatale.*

Inſtantia cauſæ in iudicijs à iure præfiſſa, ſi decurſa fuerit per negligentiam partis, nullatenus reſtituatur, niſi prius refectis expenſis, ſi autem culpa Iudicis tunc reſtituta ipſo iure intelligitur. Et intelligitur per Iudicem ſtetiſſe, ſi per duos menſes ante lapſum inſtantiæ proceſſus cõcluſus ipſi Iudici fuerit præſentatus, cum petitione, & proteſtatione, vt ad expeditionem cauſæ procedere debeat, prædicta tamen non habẽt locum in perſonis, quibus per beneficium reſtitutionis in integrum à iure, & Regni Conſtitutionibus ſubuenitur, in quibus reſtitutionem petentibus beneficia eis ſalua remanent.

De inſtantia non reſtituenda ſine reſtitutione expenſarum.

a 1 2 INſtantia cauſæ principalis durat triẽnio *l.† properãdum, C. de iudic.* & vita ipſius finitur per lapſũ trienij, vnde * finita poteſt ei inſuſlari per Principem ſpiritus vitæ, vt dicit *gloſ. in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cauſ. mat.* quam faciunt ſingularem. *Bald. & Alberic. de Roſat.* ibi ſicuti Chriſtus, qui inſuſlauit ſpiritum 3 vitæ Lazaro mortuo, & hoc † eſt verũ ſi fiat iſta ſuſcitatio ex cauſa, vtputa, ſi perempta eſt occaſione peſtis, belli, terremotus, feriarum repentinarum, paupertatis, legationis publicæ, vel culpa Iudicis, vel ex alijs cauſis iuſtis, tũc non tenetur ad refectionem expenſarum argumento *l. properandum, §. fin. vtraque C. de iud.* qui a ſua negligen- 4 tia non perijt, ſed vbi eſſet perempta † non ex cauſis prædictis, & alijs fortè ſimilibus tenetur ad expenſas, & alias non audiretur, vt tenet *Boerius quæſt.* 5 247. *num.* 10. & 11. *in* 2. *parte in* 2. † verò inſtantia ſcilicet in cauſa appellationis, vbi ob defectum proſequutionis eſt deſerta, dicit *Bald. in l. peremptorias, C. ſent. reſcin. nõ poſſ.* quod Princeps ex certa ſcientia poteſt prorogare inſtantiam, & illam ſuſcitare, idem 6 *in l. fin. cod. tit.* immò † poteſt reſtituere ad appellandum à ſententia, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, & ſi ſecundo anno ex cauſa, etiam iniuſta fuerit impeditus reſtituitur, vt idem *Boerius quæſt. prædicta num.* 12. 13. *vſque in fine dictæ quæſt.* & inſtantia incipit à litis conteſtatione in cauſa principali, vt notatur *in d. l. properandum*, & quæ cauſæ habeant inſtantiam, & an quando dicatur perempta, vide *Mazeum deciſ.* 346. & habet locum in Conciſtorio Principis, vt idem *Mazeus* 283. vbi propter peremptionem inſtantiæ proceſſus annullaretur, de nouo agens debet reficere impenſas, vt idem *Maz. deciſ.* 70. inſtantia pe- 8 rempta durant effectus † conſumpti, nec currit dum diſcutitur aliqua cauſa emergens, vel principalis impedito licet currat, datur reſtitutio, & differunt inſtantia cauſæ principalis ab inſtantia cauſæ appellationis, vt tenet 9 *Capyc. deciſ.* 11. & perpetuatur † per citationem ad dicẽdum in prima tamen cauſa, idem *Capyc. deciſ.* 109. & ſi prima vice fuerit ſuſcitata poteſt, & ſecundo loco reſuſcitari, vt tenet *Capyc. deciſ.* 145. quid in cauſa criminali, dic quod

aut

Digitized by Google

aut peremptа eſt negligentia actoris, & non reſuſcitatur, aut culpa Iudicis, & reſuſcitatur à Principe, ſed poteſt prorogari inſtantia in cauſis criminalibus infra primam inſtantiam. *Capycius deciſ.* 206. & ſi quis appellauit, & ha-
10 buit primum, & ſecundum fatale, † & in ſecundo fuit impeditus iuſto impedimento, & per quatuor menſes eſt elapſum ſecundum fatale, & fuerit negligens per duos menſes ad petendum reſtitutionem dictorum quatuor menſium, ſecundò, an dicti duo menſes trahant alios duos menſes iuſti impedimenti, quod ſic, *Cappella toloſa. quæſt.* 177. & *Guido Papa quæſt.* 406. & idem an aduerſus tres ſententia reſtituatur
11 † maior *quæſt.* 54. inſtantia nè deferatur, debent exhiberi acta, & interpellari, Iudex pro expeditione cauſæ, alias non præſumeretur negligens Iudex, vt notat in *Authentico item ſi, C. de tempo.* appellat *Paulus de Caſtr. conſ.* 184. *videtur col. fin. in.* 1. *lib.* & *Alex. conſ. conſ.* 64. *viſo proceſſu col.* 1. *in* 1. *par.* & *conſ.* 69. 200. *deciſ. Maz.* 50. *Alex. conſ.* 164. *viſo proceſſu col.* 2. *in* 2. *par.* inſtantia
12 principalis † appellationis criminalibus, vbi dicitur perempta, quomodo reſtituatur, & in quibus caſibus, vide *Bart. & alios in l. arbitro, §. cuius dolo, ff. de dolo,* & in cauſa appellationis, & an, & quando eſt nulla ſententia perempta inſtantia lata, vide latius *Sebaſtianum Vantium in tractatu de nulli, ſub rubrica de nullis. ex defectu iuriſdictio. nu.* 116. & 117. *Guido Papa*
13 *conſ.* 4. *num.* 6. dicit, quod reſtitutio † aduerſus lapſum temporis concedi nõ debet, niſi cauſa cognita, & debet docere de eius diligentia, alias præſumitur negligentia, & iſta reſtitutio non ſolum conceditur minoribus. *l. & ſi ſine dolo, §. in hermocidus, & §. præcedenti ff. de minor.* ſed maioribus. *l. ab hoſtibus, ex quib. cauſ. maior.* niſi preceſſerit eorum negligentia, vt tenet *Io: Conſtantius in Comentarijs Conſtitutionũ Regiarum Franciæ ſub rubrica de reſtitutione,* permittitur etiam ius *Authentica ei, qui C. de appellat.* dicta teſtium,
14 † quæ non reperiuntur publicata pereũt. *Bart. in l.* 1. *ff. de ijs, quæ in fraud.* & vt refert *Guido Papa* non datur reſtitutio ex capite negligẽtiæ *q.* 473. & hæc reſtitutio per Principem committi poteſt, & vbi ex actis patet de impedimento ad id reſtituetur, alias reſtituitur in cauſa appellationis ad annũ Bellamæra *concluſ.* 216. & de materia reſtitutionis, vide *Octauianum Veſtriũ in ſua practica ſub rubrica de reſtit. in integr.* & *Bart. in d. l.* & *ſi fine, §. penul.* & *fin. ff. de dol.* & *in l.* 2. *§. ſi quis iudicio, vbi Bal. ff. ſi quis cautio.* & prædictam reſtitutionem habet minor pupillus per *dictam legem, & ſi fine dolo, §. fin.* & *penul. eccleſia, res publica l. res publica C. quibus ex cauſ. maior. in integr. reſtit. dat.* & *l. rem publicam, C. de iur. reip.* & in hoc vtitur iure minorum, vt tenet *Bart. in d. l. reſpublicæ,* & in reſti-
15 tutione, vbi non appellauit, erit † Iudex, à quo vbi verò appellauit, erit Iudex, ad quem ita tenet *Cynus in l. præſes. C. de appell.* & *Bal. in d. §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis cautio.* vbi etiam loquitur de impedimento paupertatis, & *Decius in cap. ex ratione de appellatio.*
16 ille verò, † qui adhibuit diligentiam, quam potuit, caſus fortuiti præſtant ſibi cauſam reſtitutionis. *l. cum matribus, C. qui petant tutor.* inſtantia non perijt, dicit *Hieronymus Cagnolus in reg. ea eſt natura,* quando protelatur propter exceptiones, & ſubterfugia partis, & hoc procedit quando de facili non poteſt remoueri tale impedimentum. *Decius in l. qui poteſt facere, ff. de reg. iur.* & inſtantia in cauſa appellationis incipit ab apertura, & notatur *in ritibus Magnæ Curiæ in ritu,* qui incipit *Itẽ in eis De Curijs car.* 10. *Guid. Papa q.* 58. & *gloſ. in l. fin. C. de temp. appell.* & aduerte, quod vt concedatur ſecundum fatale, & perpetuetur inſtantia, non ſufficit vna proteſtatio, ſed requiruntur plures ad ſummum duæ, vt notatur *in d. §. fine vtraq;* ſit laus Deo.

Io: Franciſcus Sçaglionus V. I. D.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO.

TRoyſ. in prag. 30. ſecundum eius ordinem, & D. Reg. Rouit. hic multa recollexerunt, & præter eos iſtam pragmaticam, citant Batius ad Afflict. in Conſt. cauſas, alias in verbo cauſæ ante eum Marant. in eius ſpecul. p. 5. num. 31. & ibi Foller. in addit. Carau. in ritu 248. num. 12. Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. p. 7. gloſ. ſententia.

Nec ommittendum erit, quod diſpoſitio huiue pragmaticæ eſt conformis diſpoſitioni iuris communis, quo iure idem fuerat mandatum. vt refert Rocca in tract. pract. iudic. lib. 5. tit. de Inſtantia cauſæ, & Afflict. in Conſtit. hac lege num. 3. & ſeq.

Adeo, quod cum inſtantia perit culpa partis, non reſtituitur abſq; expenſis, taliter, q; per inſufflationē tēporis, ſi culpa partis petentis interfuiſſet, teneretur latius Boer. dec. 246.

Et an hæc pragmatica procedat in S. C. Molfeſ. conſ. 47. num. 14. tenet quod non, vbi rationes aſſignat, ſed contrarium practicatur texte Iul. Gallup. in praxi S. C. lib. 2. c. 17. nu. 41. ſicque indifferenter in inſufflationibus factis perempta inſtantia adiciuntur verba illa per ſpectabilem D. Præſidem S. C. refectis prius expenſis.

Et quid in cauſis reclamationum ſi culpa Iudicis, vel partis fatalia eſſent decurſa, vide Di Præſ. de Franc. deciſ. 646. conſ. 2.

Ibi negligentia partis, vide Par. de ſyndic. verbo Iudex tenetur.

Ibi ipſo iure, vide Marant. d. p. 5. num. 34. & Carauit. d. ritu 248. num. 12.

Ibi proceſſus compilatus, vide Camp. in cap. item iuſtitiarij num. 19.

Ibi cum petitione, & proteſtatione, vide Affl. in Conſtitut. hac lege num. 7. vbi citat hanc pragmaticam. & in Conſt. iuſtitiarij per prouincias num. 8. in fine, nam pars debet inſtare coram Iudice poſt cōcluſum in cauſa, vt cauſa ipſa expediatur, vide Alber. Oliuam in ritu 36. ſub num. 8. allegantem hanc pragm. aliam adducendo, & per Vrſil. deciſ. 50. quando proteſtatio ſit neceſſaria in impedimento cauſato per Iudicem, cuius occaſione tempus labitur, & in dec. 78 num. 3. Muſcatell. d. praxi lib. 2. p. 2. gloſ. cauſas nu. 15. & circa hoc erit notandum, quod iſta pragmatica fuit interpretata per S. C. vt facta citatione ad dicendum perpetuatur inſtantia per aliud triennium, & ſic de ſingulis, ità Piſanell. ad Afflict. in deciſ. 283. quem ſequitur Præſ. de Franc. deciſ. 643. num. 4. vbi in fine refert, quod perempta inſtantia in ciuilibus datur remediū inſufflationis temporis cauſæ, quæ obtinetur à Præſide S. C. vt conſuetum eſt & circa refectionem expenſarum, ſi actor inſufflauerit ſpiritum vitæ, & refecerit expenſas reo, & demum vicerit, & liquidatione expenſarum reus tenetur reſtituere dictas expenſas ſibi ſolutas, idem Præſ. de Franc. deciſ. 331.

Ibi petentibus beneficia, &c. concordat cum pragm. 11. de ord. iudic. & ad hoc erit notandum, quod duo ſunt beneficia, primum, & ſecundum Troyſ. in pragm. curſu dilatic num Præſ. de Franc. deciſ. 233. in princ. latè Muſcat. in d. prax. lib. 1. par. 6. gloſ. in integrum poſt Tartagl. in praxi ciuili cap. 4. ſub n 1. 22.

Io: Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Falſum quid ſit, & quomodo committitur, & 2. 16. & 24.*

3 *Quomodo excuſatur, qui depoſuit falſum. 4. & 20.*

5 *Mendax, quomodo punitur.*

6 *Raſura, quomodo puniatur, & 14.*

7 *Periurus, an perdat cauſam, & puniatur num. 18. & 42.*

8 *Scribens apocas falſas, quādo punitur.*

9 *Crimen ſtellionatus, an ſit iudicium publicum.*

10 *Falſarius, quando punitur ciuiliter.*

11 *Quæ qualitates agrauant falſitatem.*

12 *Concludere, oportet probatio ad hoc, vt puniatur de falſo.*

13 *Eximens literas à manibus alterius, quomodo puniatur.*

15 *An ſuperſedeatur in cauſa, ſi accuſatur de falſo poſt concluſum in cauſa, & 22.*

17 *An falſitas impediat reaſſumptionem.*

19 *Declaratio, quomodo, & quando fieri debeat. 23. & 24.*

31 *Iudex compellens teſtem, deponere falſum punitur.*

26 *Si fabricans falſum ſe abſtinet ab vſa, non propterea excuſatur.*

26 *Qui cognoſcit de falſo, & punit, & 27.*

28 *An clericus, qui coram layco depoſuit falſum, per laycum poſſit cognoſci, & puniri.*

29 *An teſtes, qui depoſuerunt coram arbitro puniantur per Iudicem ordinarium.*

30 *Procurator, qui declarauit velle vti, an puniatur. 31.*

32 *Clauſulæ inſolita apponi per notariū, facit præſumi falſum.*

33 *Qui inſtruit falſitatem punitur, non ſi inſtruit ad bonum finem, & 45.*

34 *Si dicitur actor inſtrumēto tamquam vero, non eſt ſimplex declaratio.*

35 *Falſitas in vno capite, an faciat falſū teſtem,*

Digitized by Google

teſtem ; & inſtrumentum in alijs capitulis. 40. & 41.

36 *Non eo ipſo, quod producit teſtes falſum commitit, ſed ſi ſcienter ad falſum deponendum.*

37 *An teſtis falſus teneatur ad reſtitutionem damni.*

38 *Quando vtitur ſcienter pœna falſi, punitur pœna manus.*

39 *Error, quando nocet.*

43 *Quid ſi teſtis deponit falſum, non corruptus.*

49 *Quomodo reuocatur ſententia ex capite falſitatis.*

Teſtem falſum, vel alias ſcripturas, qui in cauſa ſcienter producit, vel eo vſus fuerit, ipſo iure cauſam perdat, niſi infra octo dies poſt proceſſum publicatum continuò ſequentes renunciauerit coram iudice tali depoſitioni ſpecificè, & non in generali, quæ in iudicijs ſolet fieri renunciatio teſtibus, qui fortè falſa depoſuiſſent, vltra quam cauſæ perditionem pœnæ falſi à iure communi introductæ ſubijciatur. Teſtis verò, qui falſa depoſuerit per Iudicem cauſæ, ſeueriter pœna falſi puniantur, ſine nouo proceſſu ordinario, ſed ſufficiat ſi citentur ad dicendum quare de falſo teſtimonio per eum præſtito in tali cauſa, cum inſertione depoſitionis per eum factæ condemnari non debeat, tũc enim ſi citatus perſonaliter, vel ad domũ non comparuerit, vel per aliquem legitimè excuſatus non fuerit, tamquam contumax verus habeatur, quæ contumacia ad condemnandum eum de falſo ſufficiat, niſi quãdocumque ante condemnationem perſonaliter comparuerit cauſam in vinculis dicturus, in qua tunc audiatur, in cuius defenſionibus, pro quibus ſi aliquid appoſuerit, & probauerit, quod eum excuſare à dolo Iudici viſum fuerit abſoluatur, contraque ſi de falſitate conſtiterit condemnetur ad pœnam à iure, pro crimine falſi introductam. Similiterque contra principalem producentem, & vtentem; Iudex cauſæ producere debeat: Eccleſiæ autem pupilli, minores, mulieres, & miſerabiles perſonæ à tali pœna ſint immunes, in quam tantum eorum procuratores, tutores, curatores, actores incidere volumus.

De falſis teſtibus non producendis, & de pœna producentium, & vtentium.

1 FAlſum * habet tres ſpecies, primò largo modo dicitur omnis mutatio veritatis impropriæ, vnde dicit *Bald. in l. ſi ex cautione, C. de non numerat. pecun.* quod ſi remoueantur mens, & verba committitur falſum, ſi verba, & non mens dicitur diſſimulatio, & non

2 falſum, & proindè aliud † eſt ſimulatio, aliud falſitas. *l. 1. C. plus val. quod agit.* & iſta diſſimulatione non habet locum ſtatutum, & iſta pragmatica, cũ ſtatuta habent locum in proprio ſignificatu, vt tenet *Soccinus in l. ſi quis tentata, §. vtrum num. 5. ff. de reb. dub.* alias impropriè, quod non cadit in *legem Corneliã de falſis*, alias, & poſtremò propriè dicitur falſum, quod cadit in aliquod capitulum. *l. Cornel. de falſis*, ex quo infertur, quod non dicitur falſum committere propriè, niſi quod dolosè falſum commiſerit. *l. nec exemplum, C. de falſ. per Bart. in l. diuus ff. ad l. Cornel. de falſ. cap. is autem, cap. beatus Paulus 23. quæſt. 2. & idem Soccinus vbi ſupra num. 6.* vbi dicit, quod

Petrus

Digitized by Google

Petrus de Ancara consuluit in suo notabili consilio 22. incipiente Visa inquisitione, quod si aliquis † audiuit ab
3 aliquo tertio, cui credidit, & posteà iuramento deposuit; hoc per propriam scientiam, licet ignoraret, si tamen probatur illud esse verum in iudicio falsitatis excusatur, † & idcircò si rusticus
4 non ex malignitate, sed potius ex errore, vel temeritate falsum deposuit, non tenetur pœna falsi; ità dicit *Angel. in Authent. de testib. in §. ea licet in verba actu per illum textum, & Bal. in l. 1. in fine, C. de fid. instrum.* vnde idem deciditur in massario, qui falsum denunciauerit ex errore, qui præsumitur potius. *l. penul. C. de ijs, qui sib. ascri.* cum alias puniretur *l. lege Cornelia. § fin. ff. de fals. vbi Bart.* & punitur in expensis iste denuncians. *Bald. in l. sancimus, C. de iudic. & Ludouic. Rom. in l. penul. ff. ad Sylla. prædicta*, limitatur per *Bald. in l. 1. C. de error. aduo.* & ibi *Iacobus Butri*, & quomodo puniatur mendax in vno dictum eius in alio claudicat, quãdo mendacium præcessit in substantialibus, quoniam periurus in omnibus, & ei in alio non creditur. *Innocent. in c. fraternitatis extra de hæret.* sequitur *Bal. in rubr. de controu. inuestit.* denunciantes non probantes, quod asserunt puniuntur pœna falsi, vt tenet *Bart. in l. curiosi, C. de curios. & statio.* de rasura,
6 & † emendatione, vide *Bal. in §. pacta de pace. Const. & in l. 1. C. de edict. diui Adri. toll.* falsarius punitur ad interesse *Felin. in cap. 1. extra de Constit. col. 12.*
7 *vers. propterea*, & an periurus † perdat causam, vide *Salicetum in Authentica ei, qui iurat C. de bon. aut. iud. possid. Felinus in cap. ex parte extra de rescript. Angelus in tract. maleficiorum in verba falsario, & in l. si quis maior C. de transact. & Guido Papa cons. 29. & 89.*
8 *& decis. 128.* Debitor † scribens apocas falsas de recepto tenetur pœna falsi. *l. qui veluti, C. de fals.* & qui si aliquis adierat extra contractum adeò, quod non incidit in pœnam delicti, & repetiatur periurus, an ex officio contra dictum periurum procedi possit, & fuit determinatum in *Cappella Tolosana*, quod sic *concluf. 17.* ex eo, quia deierando dolum commisit in aduersariũ, secus si inquiratur respectu spretæ religionis, vt tenet *Io: Faber. C. de reb. cred. & Mazeus dec. 64.* dicit, quod causa periurij est causa criminalis, & extat *ritus Magnæ Curiæ*, qui incipit *Item seruat ipsa Curia car. 7.* crimen
9 * stellionatus non est propriè iudicij publicum, sed infamat, *l. quid ergo §. fin. ff. de ijs, qui not. infam.* falsarius
10 quandoque † punitur ciuiliter. *l. si legatarius, ff. de dol.* quandoque pœna exilij. *l. si duo § fin. ff. de iure iur.* quandoque decapitatur, vt notat *in Authent. vt non luxurientur contra natu. coll. 6.* aliquando motu Principis. *l. cunctos populos, C. de summa Tri. & fid. cato.* quandoque *l. 1. ff. de sicar. & Bald. in l. 2. C. de reb. credit.* quandoque *l. 1. ff. de fals.* aliquando pœna remotionis & à testimonio, & dignitate. *l. quoties, C. de dignit. lib. 12.* aliquando pœna infamiæ. *l. si quis maior, C. de transact.* & clericus veniens contra propriam promissionem venit priuandus beneficio. *Bald. & Hostie. in cap. quærelam nè prælati vices suas, & Abbas in cap. quærelam de iure iur. vbi Felinus, & Barbatia in cap. peruenit extra de fide instrum. in 10. col.* & qui celant instrumenta, & testamenta publica tenetur pœna falsi, vt in *Constitutione testamen*
11 *torum*, & quæ † qualitates agrauant, & releuant à pœna falsi, vide *Constitutionem*, quæ incipit *Qualitates*, & qui iurat se esse idoneum locupletem, & similia tenetur de dolo. *l. falsus, §. si*
12 *quis nihil ff. de furtis*, & † punitur falsarius, qui scienter commisit falsum pœna obtruncationis manus *Const. eos qui scienter* ad hoc, vt quis puniatur de falso requiritur, quod probatio falsi necessario concludat *Iason in l. 1. ff. si quis ius dicent non obtemp. colum. 4. vers. 2.* & fortius eximens literas à manibus seruientis, aut Nuntij Regij pœna criminis lesæ maiestatis cæterorum

iudi-

Digitized by Google

iudicum pœna falsi. *Guido Papa quæst.*
14 579. Abrasio † rescripti gratiæ, gratiæ, & iustitiæ, quomodo punitur. *Maz. decis.* 21. falsificare literas regias maius delictum committit, quam vti falsis literis, vt *in diffin decis.* & incidens quæstio falsi, an faciat supersederi in causa,
15 vide *Mazeum dec.* 226. dic † quod post conclusum in causa non facit supersederi, extat *regia pragmatica Regis Catholici*, quæ incipit *Ranuncius abac cum frequentius, & decis. Capycij* 25. & *Bal. in l. si quis cautione, C. de non numer. pecun.* dicit, quod falsum est mutatio
16 † veritatis. *Corneus cons.* 45. *in 2. par.* & *Soccinus cons.* 187. *in 2. par. Capyc. dec.* 30. & licet declarauerit reus nolle vti, nihilominus punitur pœna falsi, idem *Capyc. decis.* 67. quandoque excusatur
17 † quandoque licet in reassumptione dicatur instrumentum falsum non impeditur reassumptio, vt tenet *Capyc. decis.* 79. & an possit principalis depo-
18 nere absq; metu periurij, † adest *vitus*, qui incipit *Item quod quandoq; cur.* 3. periurus alias punitur fustigatione. *l. si duo patroni* §. *fin ff. de iur. iur.* decla-
19 ratio † debet fieri simpliciter absque alia protestatione, & conditione, prout tenet *Lapus alleg.* 119. & quamuis dicatur hic, quod debet fieri infra octo dies, fuit quod in eodem spatio percūtādi acta poterat deliberare, & cognoscere si aliqui ex testibus sunt falsi, sed non obseruatur, quoniam huiusmodi declaratio nunquam fit, nisi parte instante, & dato termino ad declarandū *l. diuus, & ibi Bart. ff. de falsi. & Paulus de Castr. & Bal. in l. si veteris, & in l. si aduersarius, C. de fide instrum. & Sali-*
20 *cetus in l. si falsos, C. de falsi.* rūsticus † excusatur à pœna falsi, vbi non reddit concludentem causam, seù rationem sui dicti. *Bald. in l. præsbiteri, C. de Episcop. & cler.* testis falsus in causa criminali punitur pœna talionis *cap. 1. quæst. 3. in glos. ord. & est testus in l. 1. ff. ad l. Cor. de sicar. & Bart. ibi*, quod punitur
21 etiam Iudex † compelleps testem deponere falsum, & ad prima adde, quæ habet *in l. 1. §. fin. ff. eo.* & quid si testis est in parte verus, in parte falsus, vide *Bart. & additionem ad eum in l. Quintus. ff. de aur. & arg. leg.* & si expono
22 querelam de falso † contra testes, & non contra producentem, vtrum debeat supersederi in causa principali, dic quod non. *Bart. in l. si testamentum, ff. de petit. hered.* & quid si interrogatus
23 si velit vti testibus, † & scripturis, & fuerit datus terminus ad declarandū, dic quod declaratio debet fieri simpliciter, vt dicit *Mazeus decis.* 119. cadit à causa, qui committit falsum. *l. in fraudem* §. *quoties, ff. de iur. fisc.* qui falsas attestationes faciendas, testimoniaue falsa, inuicem dicenda coierint, puniūtur pœna falsi. *l. lege Cornelia.* §. *pœna*
24 *legis ff. de falsi.* falsus † testis in causa homicidij, pœna homicidij tenetur *Bal. in* §. *iniura de pace iur. firm.* falsitas nō nocitura, non punitur: vt tenet *Cynus Bart. Bald. Sal. in l. damus, C. de falsi. & Gandinus in tractatu malefitiorum in tit. de falsi. per textum in l. 1.* §. *fin. ff. de dol.* falsum committit, qui nititur instrumento falso. *l. si falsos, C. de falsi.* & hæc est differentia in eo, qui fabrica-
25 uit, & † qui vsus est, quod ille, qui fabricauit, licet abstineat se ab vsu, nihilominus, tenetur secus in eo, qui teneretur propter vsum, quoniam si se abstinet, & declarat nolle vti non tenetur, vt *glos. & DD. in d. l. si falsos*, & an quilibet Iudex possit cognoscere; & punire, dicit *Bart. in l. nullum, C. de testib.* quod ille coram quo commissa est falsitas, & pro hoc est *glos. ordinaria in l. si ita, C. de falsi.* sed *Bart. in l. diuus ff. eo.*
26 tenet cōtrarium, † quod tunc demum ille solus potest puniri, qui habet facultatem, & auctoritatem puniendi, alias debet remittere ad maiorem Iudicem, & ista pars verior est, *per text. in Authent. de testib. in 2. col.* & de hac materia vide *Salicetum in d. l. nullum*, dicit tamen *Bart. in l. si quis obrepserit*,
27 quod vbi in actu iudiciario † fit aliquod delictum Iudice, vel à parte, vel à notario, vel à teste, vel aduocato,

tunc

Digitized by Google

tunc Iudex ex officio poteſt eos punire. *l. Athletas, §. 1. ff. de ijs, qui not. infa.* & vbi Iudex habet ordinarium imperium puniet eos ordinaria pœna, alias non niſi conſulto Principe, *l. penul. ff.*
28 *de falſ.* & † niſi ſit clericus teſtis, quia tunc remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum contra doctrinam *gloſ. in d. l. nullum per textum, & DD. in l. ſeù Authẽtica ſtatuimus, C. de Epiſcop. & cler. c. ſi*
29 *diligenti de foro compet.* † idem vbi falſum depoſuiſſent teſtes coram arbitro, & arbitratore. *l. fin. C. de teſt. & gloſ. in cap. illi 5. quæſt. 5. Antonius de Butr. in cap. verum in 8. col. extra de for. compet.*
30 & in † procuratore, vbi declararet velle vti, & dictus procurator eſt bonæ opinionis, & famæ, & factum eſſet antiquum, ac principales abſentes à loco iudicij tenerem, quod non tenetur pœna falſi. *l. diuus ff. eod. tit.* quæro teſtis depoſuit falſum, ſed eius teſtimonium non valet, vt quia depoſuit non iura-
31 tus † vel iurauit non præſentibus partibus. *Gandinus in tractatu maleficij in tit. de falſ.* dicit, quod communis opinio eſt, quod non, ſed extraordinariè crimine ſtellionatus, & pœna pecuniaria arbitro Iudicis, idem tenet *Alberic. de Roſata in 2. par. Statuto quæſt. 141.* idem dicitur in tabellione, qui confecit inſtrumentum falſum, alias nullum, & *Io: Andr. in reg. non eſt ſine culpa in mercurialibus extra de reg. iur. in 6. Cynus in l. 1. C. de ſepul. viol. & Bald. in l. data opera, C. qui accuſar. gloſ. in cap. ne quis arbitretur 22. quæſt. 2. Bald. in l. præbiteri, C. de Epiſcop. & cler. in l. fin.*
32 C. *ſi ex falſ. inſtrum.* clauſula inſolita † poſita per notarium, facit præſumi falſitatem contra eum, *gloſ eſt ſingularis in l. ſi quis ſub conditione ff. de conditio. inſtitutio. & Bar. Bald. Cynus in l. emptorem, C. plus val. quod agitur* non tenetur de falſo, quod ignoranter vtitur inſtrumento falſo, vt *in Conſtitu-*
33 *tione, qui falſo teſtamento,* & † qui inſtruit falſitatem teſtibus tenetur pœna falſi, vt in *Conſtitutione qui falſitatem;* Nuncius, qui tetulit citaſſe, & non citauit, tenetur pœna falſi. *l. qui nomine, ff. de falſ.* de iure canonico minus punitur vtens, vt notatur *in c. ad falſariorũ extra de crim. falſ. vbi Io. de Anania* plura cumulat ſuper hac materia, &
34 licet detur cautela, † vt dicat vtor inſtrumento tali tamquam vero, & verè fabricato, ſed ſi quouis modo appareat ſuſpectum, vel falſum ex nunc, prout ex tunc abſtineo, & in eius vſu argumento *tex. l. obſeruare in fine, ff. de off. Pretoris ſicil.* & in ea parte, quę per me facit, & non aliter, nec alio modo. *l. elegantèr, §. procurator ff. de dol. l. ait prætor, §. 1. ff. de damno infect. l. argentarius, §. 1. ff. de eden.* tollitur p hanc pragmaticam, & quid ſi inueniatur falſitas
35 in vno † capite, in alio verum dicit *Lancredus in 10. quæſt. in ſuo. dictio. tit. de probatio.* quod aut inſtrumentum continet vnum caput, aut plura capita diuiſa, & ſeparata, aut comiũcta, & connexa, ſi ſunt diuerſa nocet in illo ſolo capite, vt notatur *in l. ſi ex falſis, C. de tranſact.* diuiſa enim, nec poſitione, nec remotione tolluntur. *l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.* ſi verò coniuncta nocet in omnibus. *l. cũ actum. ff. de negot. geſt. leg. fin. C. de act.*
36 *cuſat.* nota igitur, quod non eo † ipſo, quod quis producit teſtes intelligitur falſum committere, niſi ſcienter ad falſum perhibendum producat, & hoc procedit in teſtẽ, quorum animum non potuit præuidere ſecus in inſtrumento. *l. ſcripturæ, C. de fide inſtrum.* crimen falſi præſcribitur ſpatio viginti annorum. *l. quærelam, C. de falſ. cap. venerabilis de exceptio.* fallit in Eccleſia, quia non præſcribitur. *Speculator in tit. de ſent. §. quoniam,* vbi allegat *textum*
37 30. *quæſt. 2. cap.* † *verè omnis,* is falſus teſtis in foro contentioſo tenetur de omni damno contingente ex illo, & de delicto, & de omni exitu ipſius delicti, vt *gloſ. in cap. præsbiterum de homicid. cap. imputari de reg. iur. in 6. habetur in cap. ſicut de teſtib. & cap. 1. de cuſtod. euchariſt. Bart. in l. furem ff. de furt. Bald. in l. quoniam facinora, C. ad l.*

iul.

Digitized by Google

iul. de vi. in foro conſcientiæ tenetur de dicto falſo teſtimonio, & non de omni damno, quod ex illo ſequitur, vt tenent omnes *DD. in d. cap. 1. de cuſtod. euchariſt.* & notarius poteſt corrigere inſtrumentum, vbi non eſt orta lis ſuper eo, ità *Bart. in l. ſi librarius, ff. de reg. iur. & Bald. in l. errore. C. de teſtam.*

38 vnde † ſcienter vtens falſis teſtibus, punitur pæna manus, vt in *Conſtitutione eos, qui ſcienter* idem in inſtrumentis, & in fabricante falſa inſtrumenta, & producente corruptos teſtes.

39 Primò eſt videndum de reſcripto, ſeù inſtrumento, quod conſiſtit ex materia, & forma, vbi eſt error in materia viciatur, illud in quo eſt erratum, vbi eſt in forma viciatur totum, vt tenet *Bald. in l. nec exemplum C. ad l. Cornel. de falſ. & idem in l. ſatis eo. tit.* niſi reuocatur in dubium totum, vt notatur *in l. ſi ex falſis, C. de tranſactio. & in cap. fraternitatis extra de teſt.* fallit niſi notarius eſſet perſona digniſſima *l. ſi quis ex argẽtarijs §. 2. ff. de edẽd.* ſcri-

40 ptura † in parte falſa, in totum eſt falſa *cap. ſi ad ſcripturas ſacras contra 9. diſt. 16. diſtinct. cap. canones 3. q. 9. cap. puræ l. cum eiuſdem ff. de edil. edict.* Idem in teſtibus, niſi articuli ſint ſeparati, vt tenet *gloſ. in d. cap. ſi ad ſcripturas in verbo quid in eis, & Iaſon num. 10. in l. ſi quis ex falſis C. de tranſactio.* dicit, q̃ ſi teſtes deponunt falſum in eo, quo non conſiſtit ſubſtantia negotij, ſcilicet in appendicijs, exemplum, ſi interrogatur de conſanguinitate, & negauit, nihilominus non poteſt puniri de falſo, per doctrinam *Iacobi Butrigari in l. Lutius ff. de ijs qui notantur infa.* & poſt eum *Angelus, & Bart. in d. l. ſi quis ex falſis*, item fallit, vbi pars con-

41 ſiteretur † alia capitula eſſe vera, vt tenet *gloſ. in l. 2. C. de falſ. & Alex. & alij in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. obligat.* & ſecundò limitatur non habere locum in præſumpto falſo, q̃ reſultat ex lineaturâ, caſſatura, vt notat *Bart. in l. filius §. ſequens quæſtio, ff. de falſ.* & facit *l. iubemus, vbi Bald. C. de teſt.* & an inſtrumenta alia eiuſdem notarij reddantur falſa, ſeù ſuſpecta *in §. penult. vide gloſ. Authentico de tabellis. Bald. in l. 2. §. miles, ff. de iuſtem. & in l. iubemus, §. ſanè C. de ſacroſ. eccleſ. & in cap. 1. de lege Corra. & Alex. in l. militibus, C. de teſt.* & quod reſidens nõ falſum, in vno ſit falſus, in omnibus ſit reprobata opinione *Baldi in rubric. de inſtrum. inueſtit.* quoniam ipſe tenet contrarium *in l. fin. C. de edict. diui Adriani tollend.* in oppoſitione, quia venit totum tanquam indiuiſibile, etiam reſpectu inſtrumenti, vt tenet *Salicetus ind. l. ſi ex falſis*, & ſequitur *Iaſon & Alexand. in conſ. 91. in 2. volum.* nam poſtquam eſt periurus, redditur eius teſtimonium imperfectum *cap. teſtimonium extra de teſt.* & notat *Innocent. in cap. fraternitatis extra de hæretic. & Bart. in l. Quintus ff. de aur. & arg. leg.* etiam, quod deponat per verba indirecta, licet euitet periurium, non facit fidem eius dictum, & de omnibus prædictis, vide *Ludouic. Romanõſ. 20. & Speculat. tit. de teſte §. ſecũd. & Bart. in tract. de teſt.* & in quo additione præſumitur falſum fuiſſe fabricatum ab vtente niſi nominet, à quo habuit, vt notat *Bal. in l. maiorẽ C. de falſ.* & vbi declarauit nolle vti, num euitet fabricans falſum, dic quod non. *l. ſi falſo eo. tit.* exceptio falſi nomeſt criminalis, vt dicit *Bal. in l. ſi lis C. eo.* & vbi venit ad reſcindendam ſententiam, tollitur quadriemnio, quando falſum non eſt à ſe commiſſum, ſed vbi eſſet à ſe commiſſum nõ tollitur quadriemnio, ſed quadriẽnio, poſt viginti annos, alias intellexerunt in exceptione ineſſe producta, vt dicit *Bal. in l. veluti, C. eo. tit.*

42 Quæro, quid ſi teſtis † deponit falſum non corruptus, & in ſuo principali, ità quod principalis non poteſt prouidere, quod ſit falſus, dic quod non, ponitur producens, quod non procedit in inſtrumento, nam teſtes dictum potuit ignorare, ſecus in inſtrumentum, vt dicit *Bal. in l. fin. C. ſi ex falſ. inſtrum.* & præſumitur † pro teſte, niſi

43

Digitized by Google

probetur corruptela, & idcircò *Bal. dat cautelam vbi ſupra*, vbi principalis habet ſuſpectum teſtem, vel inſtrumen-
44 tum, & interrogatur, quod † declaret ſi vult vti, nè faciat, quod teſtis puniatur, vt dicit, quia non reputo mihi hũc teſtem, vel hoc inſtrumentum; Ideò de hoc inſtrumento, vel teſte non curans vſui cedo, & talem faciat per procuratorem generalem. Nos verò dicimus, & melius quod omnibus volumus vti præter talem, cuius teſtimonio non indigemus, & cogimur facere talem declarationem, ſed num poſſit accuſari huiuſmodi teſtis, dicit quod ſic, licet teneatur contrarium, *Bald. in l. fin. C. quod falſo tutore*, & eſt verius.

45 Sed numquid † poſſit pars inſtruere teſtem, & teſtis interrogatus, negauerit, quod fuit inſtructus, incurrat pœnã falſi, dicit *Bald. vbi ſupra*, quod poteſt inſtrui, & non incurrit pœnam falſi, etiam quod negauerit eſſe inſtructus & intelligitur falſus, quando ſuper falſo capitulo producitur, vt tenet *Bal. in d. l. fin. C. ſi ex falſis inſtrumentis.*

46 Quomodo † reuocatur ſententia lata ob teſtes falſos, & inſtrumenta falſa, quæ tranſiuit in rem iudicatam, vide *in cap. 1. & 2. de falſ. cap. cum venerabilis in fine de exceptio. iuncta gloſ. in verbo comperta veritate.* laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

DE iſta pragmatica meminit Afflict. in Conſtit. litigator autem, & in Conſt. qui falſitatem ſub num. 5. in fine, & poſt eum Marant. in eius ſpecul. p. 6. in actu nu. 3. latè Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. p. 6. gloſ. termino ſub nu. 4. & ſeq. & in praxi crim. tit. de falſis nu. 39. Epiſcop. Ricc. collect deciſ. 1380. vbi plura adduxit ad hoc, & ſimile ſtatutum eſt Scribæ, vt per text. ad allegat. 11. num. 120. ſimiliter concordat cum ſtatuto Mantuæ. vt teſtis falſus cadat ab articulo, latè Surd. deciſ. 282. vbi plura de teſte falſo deduxit, & præſertim num. 23. dixit ad propoſitum pœnæ ammiſſionis cauſæ iuxta iſtam pragmaticam, quod falſitatem committens, licet perdat cauſam, non tamen per hoc aduerſarius obtinet, niſi ſuam intentionem plenè probet, ad quod notat Gloſ. in Conſt. quod falſitatẽ: quod prius non amittebat cauſam, qui vtebatur falſis teſtibus, ſequitur Boer. deciſ. 292. num. 3. vbi in princ. concludit ſi aliunde falſitatem commiſerit cauſam perderet, cætera ſupplet hic D. Reg. Rouit. & in prag. 4. in princ. infra eo. vbi de ammiſſione cauſæ, latè agit vltra Piſanell. hic copioſè aliqua notauit cum deciſionibus, & Troyſ. in pragm. 31. ſecundum eius ordinem circa alia concernentia falſitatem teſtis, plenius agit Catalan. in tractatu de indultu cap. 39. ad quod etiam vide Fortunat. in tract. de verit. & errore p. 2. in primo membro nu. 114. vbi hanc pragmaticam exornat declarando nonnulla ad eam pertinentia, & ad materiam ſi producens teſtes falſos perdet cauſam, vel non diffuſè proſequitur Farin. de falſit. quæſt. 150. à num. 41. cum ſeq. limitatur iſta pragmatica, quod non locum vendicat in criminalibus, & ſic deciſum refert Anna alleg. 2. præterea non procedit quoties teſtis depoſuiſſet non iuratus, vel alter adeò, quod eius diſpoſitio non valeret, & ſic alteri minimè noceret, licet falſum depoſuiſſet non puniretur de falſo, ſecundum Bart. in l. domus C. ad l. Cornel. de falſ. quod facit ad propoſitum huius pragmaticæ, vt inquit Garſia in dicto 3.

Ibi niſi infra dies octo, vide Epiſcopum Fuſcũ ſingul. 37. tit. 1. citantem hanc prag.

Ibi cum inſertione ſuæ depoſitionis, nam ſufficiens erit eius depoſitio, quod falſum depoſuit Felin. in cap. ſicut de teſt. vide quomodo probanda ſit falſitas teſtium, vt noceat ei, pro quo teſtes depoſuerint apud Marcell. Calà de modo articul. §. 2. gloſ. vnica nu. 1063.

Ibi in vinculis dicturus, vide Campagn. in cap. vt quæ ab Eccellentia num. 20. in medio.

Ibi pupilli, & mulieres, vide Affl. in d. Conſtit. litigator autem. vbi citat hanc pragmaticam ad hoc.

Io: Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Limitatur pragmatica non habere locũ in cauſa matrimoniali, & criminali.*

2 *Quomodo dicitur concluſum, &* 3.

Poſt concluſionem cauſæ, quoniam non eſt cognoſcere: ſed cognitum eſſe ſub colore veritatis indagandę, vel alio quocumque colore quæſito teſtes de nouo examinari, ex quorũ dictis cauſa, quæ prius ex proceſſu ſollemni clara apparebat, ſæpius in dubium reuocatur per depoſitiones huiuſmodi teſtium, non ſine manifeſta ſubornationis ſuſpitione, quam nõ ſolum poſt concluſionem,

ſed

ſed etiam poſt publicationem legum conditores timuerunt, omninò ꝓhibemus, etiam in noſtro Sacro Conſilio, nè ſub veritatis indagandæ ſpecie, manifeſta falſitatis occaſio præbeatur, inhibẽtes etiam talem teſtium receptionem in noſtro Sacro Cõſilio fieri ſub decreto, quod extra proceſſum tales ponantur atteſtationes.

De teſtibus poſt cauſam concluſam nullo modo admittendis.



Vpra plenius in pragmatica *concluſione facta*, & in *pragmatica quandoque ſalent*, diximus de ijs, quæ concernũt hãc pragmaticam, idem eſt iuris. §. *quia verò*, *Authentico de teſtib.* & *Bart.* & *Angelus in d.* §. falſe
1 † in matrimonio, & cauſa criminali, & vbi teſtes repeti peterentur, & depoſuiſſent extra articulum, & videt quo-
2 modo, & quando dicitur concluſum, & quomodo dicitur didiciſſe teſtificata, vbi non ſufficeret, quod percurraſſet ptoceſſum, nec oculis percurriſſet,
3 ſed debuiſſet perlegere, taliter quod memoriæ plenius id teneret, alias non diceretur didiciſſe teſtificata, & latius *Angelus in Authentica at qui ſemel, C. de probat.* & *DD. in cap. iurauit de probatio.* vbi materiam tetigit, & ipſe enumeraui in dictis pragmaticis plures cauſus, quos hic non repeto, ſed me ad ea remitto pro clariori intelligentia eorum, quæ hic dici poſſent. laus Deo.

Io: *Franciſcus Scaglionus V. I. D.*

ADDITIO.

POſt Troyſ. in pragmatica 32. ſecundum eius ordinem, & D. Reg. Rouit. hic latè Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 7. gloſ. de iure.

Io: Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Qua pœna punitur negans mutuum, & depoſitum.*
2 *Negans poſſidere, qua pœna punitur.*
3 *Negãs homicidium, an poſſit pœnitere.*

Conſtitutionem contra negantem mutuum depoſitum, vel commodatum quam indefuetudiuem veniſſe intelleximus, inuiolabiliter obſeruari mandamus, eam locum habere decernentes contra quoſcumque negãtes in iudicio promiſſionem, ſiue ſtipulationem per ſe, de aliquid dãdo, vel faciendo factam, ſi poſteà per probationes legitimas de mendatio conuictus, qui ſupradicta negauerit ad pœnam in dicta Conſtitutione contemptam.

De pœna negantium mutuum depoſitum, commodum, vel aliam promiſſionem.



1 Onſtitutio, quæ loquitur de negante † mutuum depoſitum commodatum, incipit *Regię Maieſtatis ſub rubrica de mutuatione, & recomendatione car. mihi* 59. & punit negantes in tertia parte rei negatę, depoſitate, ſeù tantundem extimationis fiſci commodus applicandæ, & ſi tranſegit cum parte, erit pænè tertia pars commodi tranſactionis, ità dicit *gloſ. in d. Conſt.*
2 quam ſequitur *Andreas*, negãs † etiam punitur, quoniam probata poſſeſſione quam negauit transfertur in competitorem. *Bart. iuncta gloſ. in l. fin. ff. de rei vend.* negans ſcripturam publicam ſi conuincitur punitur in *duplum. Bar. in Authent. contra quod propriam, C. de non num. pecun.* negans † homicidium
3

Digitized by Google

feciſſe, licet poſteà confiteatur, auditur quoad pœnam homicidij, non quoad pœnam negationis *Bart. in l. proinde §. notandum ff. ad l. aquil. & in dicta Authent. contra qui propriam*, idem dicitur in negante legatum, & *in l. aquil.* vt diximus ſupra de poſitionibus, & in hoc laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

ADde Afflict. in Conſt. Regni Regiæ Maieſtati, vbi Batius in addit. citat iſtam pragmaticam & eundem Afflict. in Conſt. in cauſa depoſiti verbo negat, conferunt etiam relata per Luc. de Penna in l. pen. C. qui milit. poſſ. lib. 12. vbi ponit aliquos caſus, in quibus non debet negatura probari, & inter cætera dixit quod ſi reus negabit onus probandi pecuniam non ſolutam, incumbit accuſatori, cum hoc non poſſit aliter rei, vel accuſati confeſſione probari, & è contra ſi fuerit ſoluta, & reus negauerit, & an liceat totum negare, & non plus debito, vel offerre verum debitum, vide Carroc. in tract. de oblat. p. 2. quæſt. 52. & ſi ſoluens iterum conueniatur pro mutuo, poterit illud negare, ſed cum qua cautela, vide Dec. & Cagniol. in l. ea eſt natura ff. de reg. iur. Carau. in pragmatica 2. de S. C. Maced. §. 16. num. 29. & 30.

Ibi ad pœnam in d. Conſt. contentam, quæ eſt tertiaria, quæ exigitur potius propter mendacium, quam pro iure ſalarij, & tunc exigitur quoties procederet negatio, & ſubſequatur probatio Afflict. in Conſt. Conſtitutionum num. 1. & melius in d. Conſt. Regiæ Maieſtati num. 6. expreſsè loquēdo de iſta multa ad hoc, vt locum habeat cenſuit tria eſſe neceſſaria ſ. negatio debiti, item probatio ipſius, item condemnatio, & ibi de probatione negationis ſatis proſequitur, quamuis Batius ad Afflict. in d. Conſt. Conſtitutionum dicat hodie iſtam trigeſimam, de qua loquitur d. Conſtitutio non habet locum, ſtāte nouella pragmatica Cæſ. Maeſt. incip. *Supplicano per l'adminiſtratione della Giuſtitia.*

Io. Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, quomodo primo vocabatur.*
2 *Matrices, quæ ſint, &* 3.
4 *Matricula, quæ dicatur.*
5 *Vbi cauetur, quod matriculentur, ſi nō matriculentur habētur pro priuatis.*
6 *An per matriculam probetur, quod non ſit matriculatus.*
7 *Literæ fenices, quādo inuentæ, & quare fuerunt inuenti.* 8.
9 *Quæ ſunt attēdenda in notario, &* 11.
10 *Officium notarij, quarè inuentum.*
12 *Quæ perſonæ eligi debent.*
13 *Quare ſic longa inſtrumenta ſint.*
14 *De corruptione notariorum.*
15 *Officium notarij antiquum, & notabile.*

Officium Notariatus inuentum, ad perpetuandum hominum geſta, & fidem promiſſam obſeruādam, adeo adulteratum reperitur, vt quod ad cautelam viuentium introductum fuit, in manifeſtū ceſſerit detrimentum, tum quia inter notarios nullus ordo, nullaque viuendi forma adhibitus apparet, tum quia temeraria quadam licentia aſſumpta malignā te hominum natura falſitates diuerſas committunt, vt per ſæpè non ſolum contrahentes in eorum cautelis fraudentur, ſed etiam falſo obligentur ad ea, quæ nunquam mente conceperunt fruſtratis noſtrorum prædeceſſorum Conſtitutionibus, per quas licet cautius prouidere, niſi fuerit, tamen ab hominum malignitate, quæ in dies creuit ſuperati reperiuntur, cui morbo nos authore Deo pro virili noſtra, remedium adhibere volentes. Hac ſalubri Conſtitutione ſancimus, vt in Ciuitate noſtra Neapolitana, quæ caput Regni eſt, & ſucceſſiuè in quibuſcumque Ciuitatibus, & terris noſtræ iuriſditioni ſubiectis, vbi copia notariorum reperitur, vſq; ad numerum quinquennarium, debeantque notarij ipſi in Ciuitate Neapolis in archiuo publico, vbi ſcripturæ publicæ conſeruantur, & in alijs terris apud loca, in quibus iura publica conſeruari conſueuerunt, tenere librum, in

quo

Digitized by Google

quo reperiantur scripti, & matriculati omnes, & singuli notarij Ciuitatum, vel terrarum prædictarum, qui tempore talis descriptionis, & matriculæ iurent super quatuor Sanctis Euangelijs, officium notariatus fideliter exercere, in qua matricula describantur ordinatè, qui continuò procreantur, sicq; de ea mortui deleātur scribendo annum, mensem, & diem mortis notarij de dicta matricula delendi, & in dicta matricula de nouo ponendi, & si notarius, qui non matriculatur officium exercuerit: officio in perpetuum priuetur. Qui verò notarij non fuerint ad numerum quinquennarium debeant matricularij in regno in loco viciniori, vbi dicta matricula reperitur, debeantque inter eos de trimestri in trimestrem eligere vnum Propositum, ad cuius mandatum se congregare debeant, quomodoque pro rebus, quæ dicto Proposito tractandæ videbuntur, pro onere, & commoditate officij eorum, & maximè singulo trimestri, semel congregentur in Ciuitate Neapolis in presentia vnius ex Iudicibus Magnæ Curiæ, in alijs locis in præsentia Capitanij, vel assessoris, & inter eos præponat de eis, quæ ad honestatem dicti eorum officij pertinēt, & maximè si quid intellexerint cōmissum per eos, vel per alterum eorum contra honestatem, vel eorum officij debitum, illudque corrigant, & emendent, prout res ipsa postulabit cum potestate suspendendi ab officio, qui legitima causa suadente suspendendus veniret. Mors autem notarij notificari debeat per hæredem ipsius, vel Sindicum loci, vbi notarius mortuus fuerit quādo hæres non supereſſet.

De notarijs matriculandis.

1 Notarij † primò logographus, seù grammatei; & locus eorum grammathophilatium. *l. moris ff. de pœnis*, & dicuntur logographi, qui scribunt etiam acta forentia. *Alciatus in*
2 *tit. de tabul. lib.* 12. C. Matrices † dicuntur loca, ex quibus deducitur aqua, seù materies aliqua, vt in dictionario Calepini notatur, & dicuntur loca, vbi conseruatur materia, seù id, de quo agi
3 tur hinc loca, vbi conseruatur † aqua dicitur matrix, seù fistula maior. *l. eos, C. de aquæ duct. lib.* 11. vbi Alciatus, & vulgo nuncupamus *la conserua dela*
4 *acqua*. † Matricula dicitur liber, vbi describunt nomina matriculandorum per ordinem. *l. matricula C. de agent. in rebus lib.* 12. *l. petitionem, C. de aduocat. diuer. iud. l. quicumque C. de choartalib. lib.* 12. *cap. perlectis sup. verb. matriculis* 25. *distinct. l. scriniarios, C. de test.*
5 *milit.* & † vbi cauetur, quod matriculentur, & non fuerunt matriculati habentur pro priuatis. *Bart. in ista l. matricula*, & quanto tempore perdatur beneficium competens respectu matriculæ. *l. aut facta* §. *tempus ff. de pœnis*, & an probet matricula *Bart. in d. l. petitionem*, &
6 † an per eam probetur, quod quis non est matriculatus. *Bart. in l. fin. C. de reb. cred.* & an non exercens gaudeat priuilegio, vide *DD. in d. l. scriniarios, C. de testib. milit.* & de matricula vide *l. fin. C. de officio præfect. Vrbis* dicitur in historijs, quod Lamech. auus Noe longè ante diluuium, & quasi per
7 annos quingentum inuenit literas † phœnicei, & modos fundendi metalla, & vaticinatus est diluuium, vt refert

Beroſius, ſeù inter pres ad Beroſium, & ad id fuerunt repertæ duæ columnæ, & ſic ſcriptura fuit reperta ad perpe-
8 tuandam memoriam, † qua mens noſtra inſtrueretur. *l.1.ff. de fide inſtrum. l.notionem* §. *inſtrumentorum ff. de ver. ſignific. l. ſciant, C. de probatio. l. cum res*
9 *C. eod. tit.* in notario eſt attendenda † morum grauitas, & ſcientia, *cap. cum in cunctis extra de electio.* ætas *l. 2. ff. rem pup. ſal. for. l. orphanotrophios, C. de epiſcop. & cler. cap. ſi quis triginta* 78. dicti ſuadetur ex eo, quoniam huiuſ-
10 modi officium † repertum eſt publica hominum vtilitate, & proindè propter tantam fidem huiuſmodi homines legales fuerunt inſtituti. *cap. quoniam contra de probatio.* & gerunt vicem, & duorum fidem, vt notat *Bald. in auth. ſed cum teſtator, C. ad l. falc.* literarum
11 ſcientia † eſt inſpicienda, quia prudentia indigens multos oprimit *prouerbiorum, cap.* 28. *ad euitandas falſitates*, vt puris manibus omnia per agant. §. *maximè authen. de quæſt.* & ea ſcientia in notarijs perquirenda eſt, quam ignorare turpiſſimum eſt. *l.* 2. §. *ſeruus Sul-*
12 *pitius ff. de orig. iur.* & † in officio notarijs debent eligi perſonæ benemerentes, qui non inania lucra ſectentur, ſed debita ſollecitudine exequentur *l. ad ſplendidioris, C. de diuer. officijs lib.* 12. & eligentes poterunt forte ad intereſſe teneri. *Bar. in l.* 1. *C. de mandat.*
13 *& coll.* & tanta † aſſertio in inſtitutis proceſſit ex auaritia notariorum, & vt maius ſalarium haberent, ità etiam, q prouideri deberet, vt notarij eligantur boni optimi, & chriſtiani, non auari, & pauperes; ſed diuites, & notabiles propter corruptionem, vt notatur *in cap. ſtatutum*, §. *notariorum de reſcri. lib. 6. l. nulli* §. 1. *C. de epiſcop. & cler. & l. tam de mentis C. de epiſcop. aud.* vnde dicit
13 ſcriptura † ſacra *Vhe vobis, qui corrupti eſtis prece, vel pretio, qui tacti odio, vel amore dictis bonum eſſe malum, & malum eſſe bonum, petentes tenebras eſſe lucem, & lucem tenebras mortificantes animas veſtras, quæ non moriuntur, ſed in inferno ſepelluntur*, & olim notarij in hac Ciuitate, vt audiui, fuerũt multi nobiles de ſedilibus iſtius
15 antiquiſſimæ Ciuitatis Neapolis, & † non immeritò, nam, & olim *Beroſius ille antiquiſſimus philoſophus aſtrologus, & matematicus*, cui Athenæ propter eius eximiam virtutem ſtatuam in publico erexerunt, cum lingua aurea fuit notarius, vt teſtatur hyſtoria, & in hoc laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V.I.D.

ADDITIO.

AD hanc pragmaticam vide Carol. Grimal. in addit. ad praxim ciuil. Tartagl. cap. 1. col. 26. verſ. de cuius practica, & qualiter probetur quem eſſe notarium, oſtendit Marcell. Cala de modo articul. §. 2. gloſ. vnica nu. 250.

Nota, quod tabelliones debent eſſe in iure periti, & illorum examinatio ad Principem ſpectat Luc. in l. contra publicam col. penul. C. de re milit. lib. 12. Intrigliol. ſing. 75. nu. 1. lib. 3. hodie verò ad protonotarium, ſiuè vicem protonotarij. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. legat. & protonot. vltra Afflict. in locis demanij ſub num. 25. Pariſ. de Sindic. verbo iuramentum ſub num. 2. verſ. & ab iſto & tenentur ſcire iuramentum; pertinet ad eius peritiam Intregl. ſing. 75. nu. 42. p. 3.

Inſuper mandatur, quod notarij debent matricolari, hoc eſt præuio examine, & ſic cum fuerit inſcriptus in numerum notariorum ponitur in libro matricularum deſcriptus, quamque hodie notarij matricula non ſit in vſu, ſed tenetur expedire facere priuilegium ſigillatum, & regiſtratum in forma Regiæ Cancellariæ, de quo teneat fides authenticas, vt refert D. Reg. Rouit. in hac pragmatica 1. num. 1. de notarijs, hinc eſt, quod notarius exercens officium ſine priuilegio, eius inſtrumenta non valent Reg. Salern. dec. 56. num. 5. quo fit, vt copia matriculæ prodeſt ad probandum quem eſſe notarium. Carauit. in ritu 188. ſub num. 10. & propterea ſi notarius repertus fuerit in matricula, valebunt eius inſtrumenta, ex præſumptione matriculæ, quia matricula inducit præſumptionem incorporationem, & inueſtituram ſecundum Bald. in l. 2. nu. 7. C. de ſent. & interloc. omn. iud. citatum per Catalan. in tract. de indult. cap. 18. num. 58. vbi num. 59. ſubdit ad propoſitum, quod quia ex matricula notariatus officio, ideò effectus eſt de corpore, & collegio notariorum, & præſumitur notarius Maſcard. de probat. concluſ. 1098. num. 9. & ſeq. & concluſ. 1037. à num. 4. cum ſeq. ibi Intrigliol. ſing. 75. num. 92. & 59. par. 3. quamuis, & notarius præſumatur, quod per ſe tale geſſit Tiraquell. de præſcript. §. 1. gloſ. 4. verſ. vigeſimo ſeptimo accedit, tenet, quod non

ex

ex multorum Doct. opinione, & quid ſi fuerit in poſſeſſione ſciente, & patiente illo, ad quem ſpectat creare notarios, vide Maſcar. de probat. concluſ. 1098. nu. 16. & ſeq.

Ibi vſque ad numerum quinquenarium, numerus notariorum debet inſcribi in matricula, cum eorum nominibus, &c. veluti agentes in rebus certo numero deſignati in matricula ſcribendi ſunt l. matriculam, C. de agent. in reb. lib. 12. vbi Luc. explicat iſtam matriculam quæ ſit, ità tamen quod ſi aliquis non fuerit repertus in libro matriculæ, non diceretur matriculatus, & ità probatur quem eſſe matriculatum. Marcell. Calà de modo articul. gloſ. vnica §. 2. num. 1172. licet in notario vltra prædicta nonnulla retulit Maſcar. de probat. concluſ. 1093. quæ requiruntur, & ſequitur ibi Calà nu. 251. & talis numerus notariorum antiquitus Neap. erat octo, & quinque Iudices ad contractus, vt tradit Afflict. in Conſt. occupatis num. 7. hodie ſunt multi nedum Neap. ſed per totum Regnum.

Ibi vnius ex Iudicibus M.C.V. vide Viuium in ſylua comun. opin. in opin. 647. Hodie M: C. V. circa conceſſionem officij notariatus non ſe intromittit, quia ſpectat ad officium Protonotarij. Afflict. in Conſt. in locis demanij ſub nu. 25. nec de geſtis per dictos notarios coram eadem in cap. rationes reddere, ſed eodem Viceprotonotario Anna in ſing. 360.

Ibi mors autem nota, quod notarius non ad tempus, ſed vita durante creatur Afflict. in Conſt. occupatis ſub num. 8. & eorum mors erit denuncianda, ſicut feudatarius, vt in pragm. 58. de offic. proc. Cæſ.

Io: Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit, & quarè dicatur protocollum, &* 2.
3 *Quando protocollum fidem faciat.*
4 *Dictio, &c. quid importet.*
5 *Quando omiſit clauſulas, quæ veniunt ex natura contractus, quid faciendum.*
6 *Protocollum, vtrum de per ſe probet.*
7 *Protocollo non exiſtente, reaſſumptum, num faciat fidem, &* 8.

Singuli ex dictis notarijs in principio cuiuſlibet anni, debeant corá priori in loco matriculæ comparere, ibiq; præſentare librum ligatum per numerum cartarum ſignatum, ſculpitumque in principio cuiuſlibet cartę per ſigillum Ciuitatis, vel loci prædicti, in cuius libri principio manu eiuſdem notarij, ſit deſcriptus titulus infraſcriptus, hic eſt liber mei talis notarij, confectus ſub tali milleſimo inditione, anno, regni Illuſtriſſimi Regis, in quo deſcribuntur omnes contractus, teſtamenta, & rogationes, de quibus anno prædicto contingerit me fore rogatum, ad quorum infra ſcribendorũ, perpetuam fidem præſentem titulum ſcripſi manu propria ſigno, quo in meis inſtrumentis vti conſueui, ſignaui, & continuò ſignum notarij in principio libri ponatur, & in dies in dicto libro ordinatè ſcribantur totius illius anni dicti notarij inſtrumenta, & rogationes, fideliter ſine interlineaturis, remiſſionis, & caſſaturis, cum omnibus ſubſtantialibus ipſorum inſtrumentorum, & rogationum, & ſi dicti notarij contrafecerint in decem vncijs, qualibet vice puniantur. Præpoſitus verò illius temporis, in libro matriculæ deſcribat comparitiones dictorum notariorum, & librorum præſentationem, ordine ſupra ſcripto ad pœnam ſupra ſcriptam, & quicumque non fuerit repertus in dicta matricula præſentaſſe in principio anni librum, vt ſupra ordinatum, etiam ſi poſteà cum præſentaſſe appareat, puniatur pœna ſupradicta, niſi propter infirmitatem, & abſentiam, vel aliud iuſtũ impedimentũ impeditus fuiſſet, de quo iuſto impedimẽto ſtetur relationi, & arbitrio dicti Prępoſiti, & collegij notariorũ cũ conſilio vnius ex Iudicib⁹ M.C. & in alijs locis cũ conſilio capitanei, vel aſſeſſoris.

De

De ordine in protocollis per notarios ſeruando.



Protocollum dicitur in breuiatura, vt refert *gloſ. in §. fin. de teſtib. in Authent. in verbo*, † protocollũ, alias gramaticæ loquẽdo dicitur, quod 1
breuiter; & ſuccintè notatur à notario, vt extendi, deindè atque abſolui poſſit † proto, primus, colla grecæ glutem, ſiuè collis gluti natura collitis concinnator glutina, hinc colla collomi glutino, & propterea iſta prima glotinatura debet cõtinere ea omnia, quæ hic, & alia, quæ in *§. fin. Authent. de tabell.* & † an, & quando protocollum fidem faciat, vide *Albericum in l. contractus C. de fide inſtr.* & quid importat, & refert dictio, & † cætera in protocollis, vide *Bart. ante alios in l. gallus, §. idem credendum ff. de liber. & poſtum.* & quomodo poterit extendere contractum, ibidem, & quando omiſit clauſulas aliquas, quæ † veniunt ex natura contractus, vide *eumdem Bart. in l. illa inſtitut ff. de liber. & poſthumis*, & quomodo poſſit dictam dictionem notarius extendere, & ampliare, ſeu breuiare ſubſtantia contractus non mutata, & redigere in publicum documentum, vide *Speculatorem in tit. de inſtrum. edictio. §. nono, verſ. item opponitur* contra reſcriptum, & de protocollis tabellionis defuncti, per alium notarium de mandato Iudicis publicandis, idem *Speculator in eo. tit. §. 3. verſ. iliud quoque protocollum*, & † vtrum de per ſe probet, vel quomodo, vide *Felinum in cap. cum P tabellio. de fide inſtrum.* & protocollo non exiſtente, vtrum † inſtrumentum reaſſumptum faciat fidem, & perdat vires ſuas, & vtrum pro plena fide recurratur ad protocollum, vide *DD. in cap. quoniam contra de probatio. & Dominus Mazeus in Conſtit. baiulos nu. 54.* dicit, q; vbi tractatur reaſſumi à protocollo inſtrumentum, & habet protocollum omnia ſollemnia requiſita, tũc autem viuunt duo teſtes, & tunc poteſt reaſſumi per alium notarium, præcedente decreto Iudicis, aut viuit vnus tantum, & in cauſa pia, & tunc reaſſumitur decreto Regis per Capitulum Regni, q; incipit *Illa ordinatio car. 44. Authent. viuit*, & ſimiliter decreto Regio in cauſa dotis, extat *litera Reginæ Ioannæ Secundæ*, quæ incipit *Baiulis*, & iudicibus, extatq; *Capitulum Ciuitatis Neap.* ſecus † ſi reperiretur in filſa, ſeù extra protocollum, & debet in huius caſibus conſtare de bona fama, & legalitate notarij, & quod contractus ſit repertus in protocollo, & quod ſit ſcriptum manu ſupradicti notarij per comparationem manus dicti notarij, & in hoc laus Deo. 8

Io: Franciſcus Scaglionus V.I.D.

ADDITIO.

PRæter Commentaria Troyſ. in pragm. 35. iuxta ſuum ordinem, & D. Reg. Rouit. iſtam pragm. allegat Affict. in Conſt. baiulos omnes ſub num. 8. & eam ponderat Berard. Pand. de præſent. inſtr. p. 1. declarat. 9. nu. 64. vbi tria reaſſumit notabilia, quæ protocollis ineſſe debent, vide Galter. in praxi inſtrum. par. 2. num. 12.

Ibi ſigno, quo in meis inſtrumẽtis vti conſueui, &c. nota, quod ſignum notarij requiritur in inſtrumento. Frecc. de præſent. inſtrum. p. 1. num. 12. & ſicuti nemini licet ſignum ſuum mutare, dixit Luc. de Pen. in l. 3. in fine C. de tabul. lib. 10. multò fortius notarijs hoc expreſsè vetitum eſt. Caſſan in Catal. Glor. mũdi par. 1. in 33. conſid. habetur in compend. errorum notariorum cap. 23. Intrig. ſing. 75. num. 8. p. 3. & quod ſit neceſſarium ſignum notarij in inſtrumentis refert Crauet. conſ. 136. num. 3. ſaltim de generali conſuetudine idem in conſ. 72. num. 4. quod eſt de ſubſtantia inſtrumenti. Boer. deciſ. 37. nu. 10. inſtrumentum, quod ſi vteretur duobus ſignis, teneretur pæna falſi. Cagnol. in l. ſi librarius num. 36. ff. de reg. iur. de quo latiſſimè apud Farinacc. de falſit. quæſt. 150. num. 38. & ſeq. vbi etiã de mutatione ſigilli omnia deduxit.

Io: Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Quæ debent interuenire in reaſſumptione inſtrumenti facienda.*

Quan-

Digitized by Google

2 *Quando contrahitur vaxallus cum Barone, notarius debet esse de demanio.*

3 *Quomodo conficiatur instrumentum de voluntate partium, & 4.*

5 *Illud, quid fit coram Iudice, & notario ex capite erroris, an reuocari possit.*

6 *Quid si in margine contractus reperiatur dictum, quod sic cassus de voluntate partium, & 7.*

8 *Notarij si patiuntur aliquos defectus, non patiantur rogari.*

9 *Quæ spectant ad publicam vtilitatem, non debent fieri per personas obiectas.*

Constitutionem diui Federici disponentem, quod notarij, & Iudices infra hebdomadam à die rogationis scribere, & subscribere instrumenta debeant, quam in desuetudinem veniisse nobis relatum est, tamquã vtilem, & necessariam renouantes, & declarantes. Statuimus, quod omnes, & singuli notarij infra octo dies à die quo fuerint de aliquo actu rogati, debeant instrumenta, & rogationes in libris, vt suprascriptis ordinatè, & clarè apparenterque scribere, & non per signa, nihil de substantialibus in dictis instrumentis obmittendo, cum clausulis principaliter necessarijs, & opportunis, &c. debentque instrumenta per eos scripta infra supradictos dies scribere in dicto libro, & curare, quod Iudex in dicto libro subscribatur, pro quibus scriptionibus, & subscriptionibus tempore rogationis, antequã ad rogationem procedant, faciant sibi solui pro locationibus, mandatis, & alijs rebus minimis tarenum medium pro maioribus, vsque ad decem vntias tarenum vnum, cum dimidio, pro qua mercede teneatur quilibet notarius de trimestri in trimestrem facere alium librum per alios numeratum, & signatum, vt supra cum promissione eiusdem tituli, & signi eo solum mutato, quod vbi describitur liber tertius anni dicatur liber primi trimestris talis anni, & in dicto libro describere teneatur similes rogationes, quas in libro suo originali descripserant, & in eodem libro singulas rogationes subrogationes subscribant, & per Iudicem subscribi curent, ità quod in omnibus reperiantur concordare cum rogationibus scriptis, & subscriptis in libro originali, quem secundum librum vltima die cuiuslibet semestris debeant in Ciuitate Neapolis in archiuo publico coram Præposito Consignare conseruatori archiui conseruandum ad perpetuam rei memoriam, debeatque Præpositus ipse in libro matriculæ scribere præsentationem dicti libri dicto Cõseruatori factam, & diem ipsius præsentationis, & assignationis. Nec valeat ipse Conseruator dare alicui copiam rogationum in dictis libris sibi præsentatis contentarum, nisi quando rogationes ipsius notarij quacumq; ex causa haberi non possint, quia fortè deperditæ, vel combustæ, vel ex alia causa iusta. Quo casu ad dictum librum in archiuio præsentatum tamquam ad registrũ publicum, quod plenam fidem faciat, vbique recursus haberi possit ad pœnam priuationis officij, & cẽtum vntiarum pro quolibet notario, qui contrafecerit, & similem pœnam ipsi Cõseruatori archiui, si aliter

ter derogationibus prædictis copiã dederit. Extra verò Ciuitatem Neapolis ſimilis obſeruantia, & conſignatio fieri debeat in locis, vbi plura iura conſeruari conſueuerunt cõſeruatoribus dictorum iurium publicorum.

De inſtrumentis infra octo dies à die rogationis ſcribendis, per notarios, & ſubſcribendis.



1 N reaſſumptione facienda debent † interuenire primo petitio, ſeù ſupplicatio petentis, ſecundò, q interueniat, & fiat reaſſumptio, cum decreto Iudicis, tertio, quod vocentur quorum intereſt, quartò, quod reaſſumatur per alium notarium regium, & demanialem, quintum, quod notarius mortuus fuerit notarius publicus, ſexto, quod ſit ſcriptum manu ipſius notarij, ſeptimò, vbi aliquis teſtis ex prædictis ſit viuus, tunc debet teſtis viuus citari, quod veniat, & præſtet iuramentum, & ſuo iuramento declaret, quod interfuit negotio principali, ità dicit *Mazeus Conſtitutione baiulos nu. 59. vſque ad num. 67.* & de reaſſumptione vide reliquas, & plures quæſtiones poſitas per eumdem *Mazeum in d. Conſtitutione baiulos, & in deciſ. 48.* Notarius quando † contrahit vaxallus cũ Barone, debet eſſe de demanio. *c. 289.* quod incipit *Non ſine prudentis prouiſionis*, & quarè fuerunt inuenta inſtrumenta, & de eius reaſſumptione, vide *cap. Regni num. 190.* quod incipit *Ne perſonarum caſu teſtificantium, & in d. cap. Modernos Campaniæ, & notata in Conſtitutione inſtrumentorum robur, & Conſtitutione conſuetudinem, & Capyc. deciſ. 171. & Petrum de Ancarano conſ.* 3 202. & notarius, qui † reaſſumpſit inſtrumentum, ſemel iterum auctore prætore cogi poteſt, quod reaſſumat. *Bald. in l. vbi exigitur, ff. de eden.* quo-
4 modo † conficiatur inſtrumentum de voluntate partium, vide *DD. in l. ſi debitori ff. de iudic.* & illud † quod fit coram notario, & Iudice ex capite erroris reuocari non poteſt. *Bart. in l. error. ff. de verb. obligatio.* quid ſi in margine
6 contractus, ſeù in † breuiaturæ dicatur caſſus de volũtate partis, etiam quod non habet rogitum tenet caſſatura, vt tenet *Bald. in l. ſi quis ex argentarijs*
7 *in 2. col. ff. de edend.* vbi † etiam probat ſi interfuerunt teſtes habiles, & inhabiles de reaſſumpione, vide *Capyc. dec. 29. & 117.* & idcircò reaſſumitur, quia non probat cum paria ſint non affuiſſe, & mortuos eſſe *Lapus allegatio 81. nu. 1. & 2.* & in *Authent. de fide inſtrum.*
8 *§. ſi quis igitur.* † Aduertantque notarij nè fiunt auari, quod ſi laborant aliquo defectu non patiãtur rogari, quia tenentur ad intereſſe: notatur *in l. in generali C. de tabul. lib. 10. Ludouic. Roman. ſingul. 151.* quia † pertinentia ad
9 publicam vtilitatem non debent per perſonas abiectas fieri. §. 1. *Authent. vt omnes obed. l. honores, C. de decurio*, reliqua ſunt clara, licet notarij hæc paruipendant. laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

EXtabat Conſt. Regni baiulos omnes, tam confirmata per iſtam pragm. vbi Afflict. plura præſertim nu. 2. vbi Batius in Annot. in verbo lite citat iſtam pragmaticam. Campagn. in cap. ne perſonarum nu. 15. & ad hoc vide Marcell. Calà in tract. de modo articul. §. 2. gloſ. vnica num. 322. citantem hanc pragmaticam, & ſeq. refert quomodo probandum ſit impedimentum Notarij non reaſſumentis inſtrumenta infra hebdomadam, ad quod D. Præſid. de Franc. in deciſ. 567. refert vti Viceprotonotarius, quomodo mandauit ſeruari iſtam pragmaticam, & tradit formam Neap. & extra ſeruatam, & quid ſi notarius non aliter fauẽs protocollum ſuarum rogationum, ſeù contractuum potuiſſet in folijs, ſeù faſciculis ſi deindè informaretur, & uidens ſe moriturum dictas rogationes, ſeù contractus repoſuiſſet in ſacculo, & eum alligaſſet cordula obturantem os ſacculi, & ibi intermiſit paruum pergameni, in quo ſcripſiſſet iſtæ ſunt rogationes, & inſtrumenta mei notarij,

an

Digitized by Google

an ex illis possint reassumi instrumenta Iacobin. de S. Georgio in l. argentarijs ff. de edem num. 11. tenet, quod sic eum sequitur Garsia alios citans in dicto 49.

Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Notarij, qui, & quomodo creantur, & qui eos creari possit, & num. 2.*
3 *Instrumenta debet scribi in carta mẽbrana.*
4 *Quot testes exiguntur, vt probet instrumentum.*
5 *Instrumentum, in quo dies non apposita, an faciat fidem.*
6 *Si primò dicat instrumentum verum, an possit deindè dicere illud falsum.*
7 *Copia instrumentum extracta à processu, an faciat fidem.*
8 *Quando debeat restitui instrumentum parti.*
9 *Quando illud produxit, & retinet sibi, an possit cogi iterum producere.*
10 *Quomodo probetur perditio instrumẽti*
11 *Quando facit fidem abreuiatura.*
12 *Authenticare, qui possit instrumenta notarij mortui.*
13 *Quæ requiruntur, vt dicatur publicũ instrumentum.*
14 *Registratio, an dicatur originale.*
15 *An suscriptio testis idiotè procedat.*

Eandem Constitutionem diui Federici Imperatoris, qua iustè prouidet partes, ad quorum instantiam notarij instrumenta conficit, ad reuolutionem instrumentorum, & notarijs de mercede debita, satis fiat ampliantes decernimus, & mandamus, per singulos officiales ad instãtiam notariorũ exequutionem fieri contra nominatos in dictis instrumentis, ad quorum instantiam dictæ rogationes factæ apparebunt, vel eorum hæredes sine aliquo processu ad simplicem productionem libri notarij, in quo instrumentum descriptum appareat, ad rogationẽ dictæ partis, contra quam exequutio petitur ad pœnam decem vntiarum cameræ fiscali applicandam, & ad mercedem soluendam dicto notario de pecunia officialis, si negligens fuerit in exequendo contra dictam mercedem soluere debentes. Merces autem dictorum notariorum taxata intelligatur ordine infrascripto pro rogationibus vsq; ad vncias vigintiquinq; tareni duo cum dimidio, à vigintiquinque vsque ad quinquaginta tareni quinq; à quinquaginta vsq; ad septuaginta quinque, tareni sex cum dimidio, à septuaginta quinque vsque ad centum tareni decem: vltra centũ quantumcumq; sit quantitas tareni quindecim, vltra quam mercedem nihil petere possint, nec exigere ad pœnam duplicati eius, quod vltra petierint, & exegerint, nec in dicta mercede computetur illud, quod supra taxatum apparet pro scriptionibus, & subscriptionibus, & pro secundi libri registratione, & præsens constitutio non habeat locum quantũ ad taxationes, & exactiones supradictas in locationibus simplicibus, & procurationibus, seù mandatis.

De instrumentis à principalibus reuoluendis, & eorum mercede.

1 VOmodo notarij † creari, & quando Iudices, & de quibus locis *Constitutio Regni sub rubrica de iudicibus notarijs*, & eorum numero, quæ incipit *In locis demanij disponit*, quod debent à Rege creari, & de demanio Regis

2 Regis,& quod ſint † legitimi,habeantque literas teſtimoniales loci illius, in quo ſtatuendi ſunt,cõtinẽtes famam mores ſcientiam, & alia ſimilia, & ſic tenet *Andreas*, quod ſolus Rex ratione ſupremi dominij, in Baronia poteſt 3 creare notarios inſtrumenta, † debent confici in carta membrana,vt notatur *in Conſtitut.conſuetudinem ſub rubrica* 4 *de inſtrum. conficiend.* & † debent habere infra libram ſuſcriptionem duorum teſtium,vltra notarium,& iudicẽ vltra libram trium teſtium, qui ſe ſubſcribant, vbi copia literatorum haberi poteſt *Conſtitutio inſtrumentorum ro-*5 *bur.* inſtrumentum, † in quo dies non eſt appoſita,ac faciat fidem.*Guido Papa* 6 *quæſt.* 582. & ſi quis † primò dicat inſtrumentum verum, & poſteà falſum, dic,quod admittitur quando agitur de facto alieno, ſecus in facto ſuo idem 7 *Guido Papa quæſt.* 131. inſtrumenti † copia extracta à proceſſu, an fidem faciat,& quando inſtrumentum † debeat 8 reſtitui parti, dic, quod facit fidem, & debent reſtitui illis viſis, & regiſtratis in proceſſu, niſi illos vellet redárguere de falſo, idẽ *Guido Papa quæſt.*471. & quando produxit inſtrumentum, & 9 † retinet ſibi illud, vtrum poſſit cogi exhibere,quod non,quando renunciat vſui illius,idem *quæſt.*243. & perditio 10 † probatur iuramẽto,idem *quæſt.*244. 11 & † quando faciat fidem abreuiatura notarij, idem *quæſt.* 19. Authenticare 12 inſtrumenta notarij mortui, ſucceſſor nõ poteſt ſine decreto Iudicis. *Iaſ. in l.prætor ait* §.*cogitur colum.* 3. *ff. de edend.* niſi hoc habeat in priuilegio inſtrumentum, vt dicatur publicum, ſecundum *Bald.in l.*1.§.*editiones,ff.de* 13 *edendo*,requiruntur † quatuor,primò, quod ſit publica manu ſcriptum, ſecũdo, quod ſcripſerit tamquam tabellio, tertiò, quod fuerit rogatus ab vtraque parte: quartò, quod ſit falſitum, ſeù munitutum ſollẽnitatibus requiſitis, vt *gloſ.tenet etiam in l.generali C. de tabel.* & quod adſit locus confecti inſtituti dies iudicio, & nomen regnantis;& ſignũ notarij. *Bal.in l.qua quiſq.* 14 *ff. de edend.* vbi dicit, † quod regiſtratio ipſa non dicitur originale, libram faciunt ſeptuaginta duo ſolidi, & ſunt nonaginta ſex auri, ſeù ducati. *Guido Papa deciſ.ſeù quæſt.*392. & *Panormit. in cap. conquerente extra de offic. ordi-*14 *narij*, & in † ſuſcriptione idiote, dicit *Andreas*,quod notarius tenetur facere ſignum crucis propriæ manus talis teſtis illiterati,& teſtis faciat crucem, & in hoc laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V.I.D.

ADDITIO.

INſpecto iure communi, comperitur eſſe arbitrio Iudicis taxam mercedis notarijs debitam ſecundum conſuetudinem loci, ut hic Troyſ.in pragm.37. in prin.notat, ſed de iure Regni extat Conſt.baiulos omnes ut ibi Afflict. notat, ubi nùm. 10. allegat iſtam pragmaticam, quæ an locum habeat in teſtamentis,uide Luc.de Penna in l.mediterraneę C. de ann. & trib. lib. 10. Capyc. in inueſt. feud.rubr. feudor. regal. uerbo notariorum Conſtit.limitatur non habere locum in locis pijs pro illorum geſtis, ut hic per D. Reg. Rouit. qui num. 7. quærit, an poſſint notarij ultra ſummam hic taxatam exigere à ſpontedantibus.

Et quid in ſalario iudicum ad contractus, uide Afflict.in d.Conſt.baiulos omnes nu.2.communiter hodie percipiunt carolenum unum pro ſtipulatura cuiuſlibet contractus.

Io: Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Sindicus defenſor,an ſint idem,& qui, & quarè dicantur.*
2 *Actor, quomodo per vniuerſitatem conſtituatur.*
3 *Conſilium non poteſt fieri abſque auctoritate ſuperioris.*
5 *Decuriones à quibus eliguntur, & an dicantur magiſtratus, & quomodo dicebantur, & 6.*
7 *Officium defenſoris, in quo verſabatur.*
8 *An officialis finito officio,& in aduentu ſucceſſoris poſſit recedere,& 9.*
10 *Non poteſt reſcripto fieri, quominus fiet ſindicatu.*
11 *Aufugiens, qua pœna puniatur.*
12 *Quanto tempore debet ſtare in ſindicatu,& 16.*

Si

Digitized by Google

13 *Si lis non fuerit finita infra 50. dies, an possit recedere relicto procuratore.*
14 *Quando Sindicus, & actor non creatur secundum obseruantiam, an valeat.*
15 *Officialis, absolutus, an possit iterum molestari.*
17 *Non admittitur iterum ad officium, nisi ostensis literis absolutorijs.*
18 *Si officialis promisit carceratos liberè ire per Ciuitatem, & aufugerũt, quomodo teneatur.*
19 *Quando incipit instantia Sindicatus.*
20 *Coram quibus fieri debet Sindicatus.*
21 *Officiales debent collaudari.*
22 *Quando teneatur peculiatu officialis.*
23 *Sindicatus debet abstinere per annum ab exercitio officij.*
24 *Officiales quomodo iurare debeant ante administrationem.*
25 *Qua pœna teneantur, qui subripuerunt pecuniam publicam, & 26.*
27 *Quarè officiales hodie habent gagia duplicata.*
28 *Quæ munera officiales recipere debẽt.*
29 *Vbi nascitur illa practica ameto, quolibet sine infamiæ nota.*
30 *Potest officialis, pecuniam in vnum vsum consignata in aliũ conuertere.*
31 *Officiales, qui ordinentur.*
32 *Officiales olim aliquo dabant pro eorũ creatione.*
33 *Duo officia eodem loco, quis habere non potest.*
34 *Officium conseruatoris, quid sit.*
35 *Hæres officialis mortui debet habere salarium.*
36 *An officialis in eadem prouincia possit habere concubinam.*
37 *Negligentia in officiali, quomodo capitur, & puniatur.*
38 *Omissio, quando capitur, & puniatur.*
39 *Pœna iniqui Iudicis.*
40 *Quot modis peruertitur iudicium.*
41 *Viribus caret sententia, iniustè prolata.*

Regiæ dignitati nihil magis conuenire putamus, quam, vt populos sibi commissos iustè gubernet, & per iustitiam in pace protegat, ad quod nihil tàm necessariũ esse ducimus, quàm eos regimini nostrorum populorum præponere, qui secundum mentem nostram eis præsint, & de iustitia prouideant: quam si propossemus, vt ità fiat continuò curemus, nobis tamen relatum est, quandoque aliquos ex officialibus vestris, licentia quadam assumptam tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus metas iuris, & Constitutionum nostrarum transgredientes facere, quæ nequeũt & obmittere, quæ facere tenent, contra mentem nostram, cui magis nil aliud est cordi, quam iustitiæ cultus, & obseruantia. No igitur in licentiam temerariam, & abusum prædictum, officiales prædicti continuò procedant, sed ad iter rectum se reducant præsenti Constitutione statuimus, quam omnes, & singuli Iudices ordinarij, & maiores, atque minores quocumque dignitate, & officio fungentes, & quacumq; denominatione notentur iustitiarij, Capitanei in fine cuiuslibet anni, deposito per eos officio, stare debeãt ad sindicatum publicè rẽdendo rationem administrationis suæ, parati respondere quibuscumque quærelis contra eos propositis ciuiliter, vel criminaliter, siue mistis de commissis, vel obmissis in eorum officio, contra quos etiam procedi possit per inquisitionem generalem, & specialem per sindicos in locis, vbi administrauerunt ab Vniuersitate electos, & deputatos infra terminũ à Constitutionibus, & capitulis Regni

O

gni præfiſſum, contra quos ſi fuerit quærelatum per particulares perſonas, vel per inquiſitionem aliquid, nota dignum contra eos inductum, facto proceſſu ſuper prædictis adhibeatur conſultus peritus de locis conuicinis, loco vbi ſindicatus geritur, cui de ſalario competenti per Vniuerſitatem loci prædicti prouideatur, recuperando tamen in fine ab officiali, ſi condemnatus fuerit expenſis partis ſuccumbentis, qui proceſſus ſuper quærelis, & inquiſitione factum maturè percuntetur, & per eius ſententiam determinet, & decidat, condemnando, vel abſoluendo partem ſuccumbẽtem ad expenſas parti, & conſultori præcipnè ſatisfaciendas. Qui conſultor eius ſentẽtiam ſi de ea quærulatum fuerit defendere; etiam teneatur coram Iudice per nos deputando infra duos menſes, ità tamen, quod per quærelam, vel appellationem à ſententia huiuſmodi Iudici interpoſita excquutio ipſius ſententiæ, non retardetur præſtita cautione per eum, in cuius beneficium dicta ſententia exequuta fuerit de reſtituendo, & retrò ſoluendo in caſu retractationis, & vt officiales cautius in iuſtitia adminiſtranda procedãt, volumus, quod de vltima tertia ſalarij ipſorum nihil percipere poſſint, niſi poſt ſindicatum finitum, & abſolutionem obtentam, dictamq; tertiam partem ſalarij, ſiuè prouentuum, vndè ſalarium ſoluitur ponẽt eam eſſe loco depoſiti pẽnes Camerarium loci ad opus officialis, ſi abſolutus fuerit, aliàs ad opus eorum, qui ſententiam contra eum obtinuerint, & officialis, qui contrafecerit integrum ſalarium perdat, & ſi aliter fuerit ſindicatus abſolutus, pro abſoluto non habeatur. Statuens, quod officialis refirmandus in officio, nunquam ſindicetur, niſi quando in totum fuerit ab officio licentiatus.

De ſindicatu officialium.

1 SIndicus † dicitur ſecundum *Alciatum de ver. ſigni. l. cui præcipua* magiſter, ſeù præceptor à manendo, & mõſtrando, quaſi eiuſmodi diſciplinæ Magiſter, alias præfectus illius Ciuitatis, ſeù pagi, & iudicio meo dicitur ſindicus, quandoq; actor, quandoq; defenſor, vbi ad lites, vt notatur in *l. 1. S. 1. ff. quod cuiuſq; vniuer. ibi arcam comunem actorem, ſiuè ſindicum, & in S. quod ſi nemo, ibi, & quidẽ non eſſe actorem, vel ſindicum, tũc quoque, & c. l. item eorum S. act. vniuerſitatis, & S ſi ità decreuerit, ibi ſi hodie hæc omnia per ſindicos ſolent ſecundum locorum conſuetudinem explicari,* & iſte
2 actor † non poteſt fieri, niſi per maiorem partem eligatur liberè, extat *pragmatica edita in anno 36.* quæ incipit *Volumus etiam, vt ſindici,* & quæ ibi ſcripſi, & in faciendo cum ſufficiunt illi de Regina, ità dicit *Bart. in l. 1. C. de*
3 *decurio.* & conſilium in † vniuerſitate non poteſt fieri abſque auctoritate ſuperioris. *Guido Papa queſt. 87. & dicto S quod nemo, l. nulli ff. quod cuiuſq; iur.*
4 *vna cum l. ſeque.* aduerte † quod decuriones eliguntur ab vniuerſitate, & dũ viri decurionum dicuntur illi propriè, qui à principio eliguntur, & vocantur
5 electi, vt eſt electus hodie † populi *l. ità S. ſi decuriones ff. quod cuiuſque viri, ibi ſi decuriones decreuerint actionem mo-*

uen-

Digitized by Google

uendam per eum, quem dum viri elegerint, & ſic hodie in hac Ciuitate conſiliarios electorum vocaremus decuriones, & dum viros vocaremus electos populi decuriones vnicuique Ciuitati ſecundum mores ſuos ſunt ſui magiſtratus, ſunt conſilij publici gratia primo loco introducti, & emanauit hoc nomen à colonijs populi romani, in quibus, quod eas deducebant trium viri decimum, quemque conſilij gratia aſcribebãt, hij magiſtratus municipales eligebanur, quorum primi fuerunt
6 ediles, † qui rem frumentariam pondera, & menſuras curabant, erant Archiote, qui publico archiuo pręerant, erant Xenoparochi, qui pręerãt in prębendis hoſpitijs, Nicoſtrategi, qui pro victoria ducum excubarent: Maſtigophori, qui comitabantur Atletas in certaminibus. Teleſphori exactores vectigalium, vel mancipiorum præfecti ſito *come decaproti*, dicebantur exactores tributorum. *l. munerum* §. *mixta munera ff. de muner. & bono.* erant, duum viri, qui aſcripti in albo præerãt carceribus publica locabant faſcibus vtebantur, erant, & quatuor viri, qui appellationum cauſas audiebant, & antea, & ſectum viri, qui ſolebant cognoſcere de ijs, quæ ſpectabant ad rem publicam, vt refert *Alciatus in l. pupillus*, §. *decuriones, ff. de verbor. & rer. ſignific.* alias ſindicus grecè, & propriè defenſor dicitur, qui ad certam cauſam agendam, & defendendam eligitur, & laborem perſonalis muneris agreditur. *l. munerum* §. *defenſores ff. de munerib. & honor.* defenſores Ciuitatum non ex decurionum, & coartaliũ corpore, ſed ex alijs idoneis perſonis eligebantur. *l. defenſores C. de defenſo.* vtilitatione proſpectum eſt, vt innocens, & quieta ruſticitas peculiaris patrocinij beneficio perfruatur. *l. vtili eo. tit.* officium defenſoris, quod primo quinquẽnio durabat, erant defenſores loco parentum, & ad eos ſpectabat non pati,
7 affligi ruſticos ſub vrbanos † deſcribi, id eſt ſub notari occurrere inſolentiæ officialium procacitati iudicium, & iſti defenſores debent admitti, quod ingrediantur ad iudicem ſuper exibitione dandorum ſpoliorum, & tueri eos à legatis, & commiſſarijs, qui petũt plus debito, ſeueriores non exerceant quæſtiones non ſint inſolentes, ſed procurent inſolentias latronum puniri, & remoueant patrocinia, quæ ſecuritatem malefactoribus præbent, & deprehẽſos in maleficio illico remittãt puniendos, & vbi multitudo reſiſtit referant ad ſuperiores, curamq; habeant de annonis ponderibus, & menſuris.
8 *l. 4. vſq; ad decimam C. de defenſo.* † officia primò erant annalia, vt refert *Vtro pius lib. 1. cap. 11.* nè propter inſolentiam poteſtatis, inſolentes res fierent, & ciuiles eſſent, vbi ſcirẽt poſt annum eſſe puniendos, & non poſſunt alios ſubſtituere verè loco ipſorum, vt in *Conſtitutione officia, quæ perſonis ſub rubrica in iuſtitiarius, & in pragmatica Item mandamus edita in anno 39. & alia in anno 1536.* quæ incipit *Volumus etiam*, & ſi quis temeritate punienda ſaluberrimam legem circumſcribendam, vel violandam crediderit, licet maieſtatis, reus, non immeritò iudicetur, & ille qui adminiſtrauit poſtquam venit ſucceſſor depoſito officio,
9 † non debet à loco adminiſtrationis recedere, antequam quinquaginta dierum conſtitutus numerus finiatur, & non latitans, vel in locis potentiorum, ſed in locis celeberrimis patẽtibus, vt pateant omnibus ius conquerendi, & adeſſe ſub proteſtatione ſucceſſoris in officio, & ipſe tenetur iurare, & cauere de ſtando ſindicatui, & emanatis bannis conquerentibus reſpondeat, & nul-
10 la excuſatio nullum † reſcriptum eximat eum ante præfinitum tempus 50.
11 dierum, & † aufugiens erit maieſtatis reus, & ille ſucceſſor, qui non curauit honeſtè retineri, nec rerulit hoc ſuperiori puniatur pæna quinquaginta librarum auri, & grauatur aufugiens, quoniam tenetur ſtare, ibidem per ſex
12 † menſes, & vbi ſteterit per 50. dies, &

Digitized by Google

13 lis non fuerit finita in cauſis † ciuilibus relicto pro curatore inſtructo, protinus habeat licentiam recedendi, in criminalibus vſque ad terminum cauſæ perdurabit, & habetur pro confeſſo aufugiens. *l. vnica cum Authent. ſequēti C. vt omnes Iudices tàm ciuiles, quàm criminales poſt adm. depoſ.* per 50. dies in ciuitatibus, vel ceteris locis permaneant ſindicus, † & actuarius quando non creantur ſecundum morem ſolitum, & antiquum non valent, & debet cōgregari in loco ſolito cōgregata vniuerſitate de ordine ſuperioris. *Bar. in l. actuarios de muner. & actuar. lib.* 12. & ſindicus creatur per coadunantiam. *Bart. in l. omnibus ff. ad Senat. conſ. trebell.* officialis abſolutus † nō debet amplius moleſtari, ſecus ſi non fuit abſolutus. *Angelus in l. iubemus C. ad l. iul. repet.* & vbi ſtetit † per annum, debet in ſindicatu morari 40. diebus, vbi minus pro rata *Cap. ſtatuimus car.* 13. & quod finito officio debet ſtare ſindicatui, eſt *Ritus Magnæ Curiæ*, qui incipit *Item, quod quilibet officialis car.* 12. & non admittitur iterum ad † officium, niſi exibitis literis liberatorijs primæ adminiſtrationis, vt *dictat cap. Regni*, quod incipit *Item quod prædicti officiales, & iuſticiarij car.* 36. *& Paris de Put. in ver. ſindicatur car.* 38. *num.* 4. quæ ratio debet reddi in fine anni, vide *Bart. in l. neminem C. de ſuſcepto, & Archar. lib.* 10. *& S. iubemus Authent. de collato. & Bart. in l. reſcripto S. debitores ff. de muner. & bono.* & probari debet, quod ſtetit in officio, & quod fuit, vel liberatus. *l. fin. C. de profeſſo. & medicis*, & vbi miniſtrauit tenetur reddere rationem. *Authent. vt Iudices ſine quoquo ſuffra. S. ſi quis autē*, & † quid ſi permiſit carceratos liberè ire per Ciuitatem in ſindicatu coerceri debet. *l. nequis receptam ff. de cuſtod. reorum*, & quanto tempore debet officialis morari in prouincia in ſindicatu, vide *Paridem de Puteo in verbo, & modo videndum eſt fol. mihi* 30. & inſtantia non incipit † ſindicatus, niſi poſtquā conſignauit acta ſucceſſori ſuo *Cap. nouas formas car.* 23. & vide *Paride in verbo inſtantia*, & corā quibus debet † fieri ſindicatus, extrat iſta pragmatica, & alia, quæ incipit *Volumus car.* licet olim per *Conſtitutionem volumus* inſtantia durabat quinquaginta diebus, & vbi recuſabat deponere officium puniebatur, & ad id quomodo puniebatur, extat *l. quippè de prouincia ff. ad l. iul. mai.* & ſecundum dictam *Conſtitutionem volumus*, poſſunt ſindicari de negligentia circa mandata Regis, & danni regij fiſci, & ex officio debent inquiri de eorum exceſſu, & vbi nihil eſt deprenſum † debent officiales collaudati, & comendari. *l. diuus Adria. ff. de cuſt. reor.* officiales reipublicæ † pœna peculiatus tenentur, vbi ſubtraxerint pecuniam reipublicæ, vt *in Conſtitut. officiales ſub rubrica de offic. reipub.* præterea ille, † qui exercuit primo anno officium, debet ab eodem officio ſequenti anno abſtinere, *Cap. item, quod prædicti officiales car.* 36. & † omnes officiales Regij debent præſtare iuramentum in manibus protonotarij, vel locumtenentis ipſius fidelitatis Regiæ, & de exercendis fideliter officium, & obſeruare *Conſtit. & Capitula, ac prag. Regni*, & niſi conſtiterit Regiæ Cameræ de huiuſmodi iuramento non liberentur eis literæ officiorum, officiales, † qui ſubripuerunt pecuniam publicā, tenentur ad nonuplum; ſi exegit per violentiam pecuniam in quatruplum, punitur, vbi à ſponte triplum, & in hoc crimen duo teſtes contra hominem bonæ famæ, contra hominem malæ famæ minor probatio exigitur, & vnus teſtis cū bona fama delatoris. *Cap. vulgaris famæ proloquium car.* 31. officialis † durante officio in ius vocari non poteſt. *Cap. de ſtatu car.* 30. † officiales habent gagia duplicata, vt ſe abſtineāt à ſubreptione pecuniæ, & alijs ſub pœna quatrupli, & alia arbitrio Regio infligēda *Cap. ad hoc car.* 18. item nullus recipiat munera, † præter dona exennia, & eſulēta. *Cap. item nullus car.* 17

ſuc-

succeſſit noua Prag. in anno 36. quæ incipit *decet iuſtum Regem*, quæ prohibet à litigantibus ſub pœna priuationis officij, confiſcationis bonorum, & quatrupli, & à non litigantibus exculenta conſumenda infra duos dies, & *Cap. quis neſcit, & l. vel obligatus ff. de liberal. cauſ. & Andr. in Conſt. capitaneorum* §. *prædictis* dicit, quod qui dat aut permittit aliquid ammittit cauſam *extat Conſtit.* vt *iuſtitiarij, & vniuerſi officiales*, item puniuntur pœna deportationis. *l.* 3. *C. de aſſeſſ.* alias arbitrio iudicantis, vt notatur in *Conſtit. volumus* de exceſſu cuiuſlibet officialis cognoſcit Magna Curia, *ritus qui incipit Item, quod Curia ipſa car.* 2. & vbi na-
29 ſcitur † illa practica in commiſſionibus amoto, quolibet ſine infamiæ nota, vide *textum l. qui ait ff. de infam.*
30 *officia.* † poteſt pecuniam ad vnum vſum deſtinatam in alium conuertere. *Roman. in l. ſi ſeruum* §. *prætor ait ff. de acquir. hæred.* vbi nihil probatur contra eos, ſtetur eorum iuramẽto. *C. item caueant car.* 7. officiales non ordinen-
31 tur, † niſi habiles, & idonei non ſenes, infirmi, debiles, impediti, *Cap. itẽ, quod prædicti officiales car.* 7. non amoueantur officiales creati ab vniuerſitatibus *Cap. item collatores car.* 4. pro officijs olim aliquid Imperatores capiebant,
32 *vt in princ. authent.* † vt *Iudices, ſine quo ſuffragat* officia, debent aſcendere de gradu in gradũ. *Bart. in l. nulli C. de mun. & actuar. lib.* 12. duo officia
33 † in eodem loco quis habere non poteſt, & ſi alterum ſuperuenit, debet vnum eligere. *Bart. in l. ſiquidem, C. qui milit. poſſ. lib.* 12. officium conſeruato-
34 ris ſub alio nomine fungi nõ † poteſt, ſi prohibetur officium exercere. *l. viris*
35 *C. de priuil. ſcolar. lib.* 12. & ſi † officialis eſt mortuus, debet hæres habere ſalarium, & interim non debet alius ſubrogari in eodem loco, nè duplici onere reſpublica grauetur. *Bart. in l. matricula C. de agen. in reb. lib.* 12. officia duo exercere poteſt, quando dicta officia tendunt ad idem *Bart. in l. com-*
perimus C. de proxi. ſac. ſcrin. officialis
36 in ea Prouincia poteſt † habere concubinam. *Ludouic. Rom. conſ.* 362. *cætera vide in tract. fin. per Par. de Puteo.*
37 Negligẽtia † officialis punitur, quoniam propter negligentiam degradari poteſt, & remoueri ab officio. *l. ſi quis, C. de offic. præfect. prætor. orient.* negligentes dicuntur, qui nihil geſſerunt eius, ad quod tenebantur. *l. lege*, §. *fin. ff. de ſuſpect. tutor.* item, quod ceſſauerunt facere id, dicuntur ignaui, §. *ſed antequam inſtitut. de ſuſpect. tutor.* poteſt eſſe, ſeù concurrere cum negligẽtia, ſeù ignauia, fraus, & dolus *l. tutor*, § *qui ob animi ſegnitiem*, & vltra, quod remouetur, efficitur infamis, dicitur negligens qui non obſeruat canones, ſtatuta, conſuetudines, & leges *cap. ſi decreta* 20. *diſtinctio.* negligentia diſſoluta eſt propè dolũ, *l. fideiuſſor ff. mandati*, & ei nõ opitulatur præcedẽs diligentia. *l. ſi finita*, §. *item videamus ff. de damno infect.* per illa verba plerumque ſubuenit, &c. Negligentia in præfato eſt peccatum *Abbas in cap. nihil extra de præſcriptio.* & quid noceat, vide *Felinum in cap. edoceri de reſcriptis, & de tregua, & pace in rubrica*, & an poſſit arguide negligentia, quando non proceſſit proteſtatio, *in cap. licet extra de probatio.* quomodo probetur negligentia, vide *Bart. in l. 1. ff. de his, quibus vt indign. & in l. cognitionis, ff. ad Saluia. & Felin. in cap. ſi autem extra de reſcrip.* vbi de negligẽtia arguit Iudices, qui negligunt inſtrumentum facere, & remittunt partes ad arbitros, vel aliter & quod non poteſt detegi negligentia, niſi affignetur ab homine *cap. ſi ſibi de præbend. in 6. l. mancipiorum ff. de oper. liber.* procedit in facto negatiuo, quod procedat monitio in affirmatiuo non ratione, quia non facta latent, facta patent, vide de hoc *Alex. in l. ità ſtipulatus ff. de verb. oblig.* & quod præſumatur negligentia, quando non fecit, quod facere tenebatur, vide *Felin. in cap. paſtoralis de except.* & quomodo puniantur Iudices negligentes, vide

Digitized by Google

Paridem de Puteo in tractatu ſindicatus in verbo infra quæſitum tempus, & ad vt argui poſſit de negligentia exigitur, ſecundum *Felinum vbi ſupra* per multa exempla, quod petatur per partem.

38 Omittere † dicitur non facere *l. de pupillo, §. ſi is, cui ff. de nou. oper. nun.* alias pro remittere *l. ſi eum, §. qui iniuriarum ff. ſi quis aut.* & omiſſio eorum, quæ geri debent, equiparatur latæ culpæ *l. 2. C. ſi tutor. non geſſerit l. ei, qui in fine ff. de petit. hæred.* omittens omnia non poteſt excuſari. *l. quoad hæredem, vbi Bart. ff. de mag. conuen.* dicitur ommiſſum, quod eſt commiſſum. *Felin. in cap. tranſlato extra de conſtit.*

39 Pœna † iniqui Iudicis, vltra alias pœnas tenetur ad emendationē damni parti læſæ, vt *in toto tit. C. de pen. iud. qui mal. iud. vbi Azo. cap. quicumque & quæſt. 3.* ſi eſt Iudex occiſus ſuſpenditur per annum, & efficitur irregularis *c. cum æternum extra de ſent. & re. iud. lib 6.* ſi verò per ignorantiam iudicauit, tenetur læſo quæſitum bono viro, & religioni Iudicis videbitur. *l. fin. ff. de var. & extra cognit. l. ſi filius, ff. de iudic.* ſi verò de conſilio aliorum fecit, excuſatur.

40 Quatuor † modis peruertitur iudicium humanum, videlicet cupiditate, timore, odio, amore, *ex quæſt. 4. cap. quatuor*, quorum primum eſt, quando dum metu alicuius poteſtatis veritatē loqui parti neſcimus, & tunc ſententia tenet, ſed eliditur per exceptionem. *Cap. omne 25. quæſt. 1.* vbi dicitur, quod iniuſtum iudicium, & diffinitio iniuſta Regio metu, vel iuſſu à Iudicibus ordinata non valeat. *l. interdum §. 1. ff. de furt. iuncta gloſ. in verbo damnato*, ſententia autem, quæ lata eſt per præmiſſi eſt nulla. *cap. venales 2. q. 6.* ſed ſi amore, vel odio lata eſt benè tenet, ſed irritatur. *l. ſeruo, §. cum prætor, ff. ad trebellia.* ſecundum, quando cupiditate aliqua ducimur, ſeù præmio ad ſententiandum, & animum corrumpimus, tertium odio, dum propter odium, quo aliquem proſequimur contra eum, vel alium eius cognatum molimur, & ſententiamur, quartum, dum amico, vel pro quo contendimus præſtare auxilium, & peruertitur iudicium, & quinto modo quando Iudex pauperi miſeretur 23. *q. 4. cap. eſt iniuſta miſericordia*, nam ſæpè vitia virtutes eſſe mentiunt. *cap. ſæpè diſtin. 41.* lacrymis enim Iudex moueri non debet. *l. obſeruandum ff. de offic. prat. cap. ſunt plures 52. diſt.* Non debemus in mala cauſa pauperi miſereri ea cauſa, & *quæſt. cap. ne amiſſo*, improbantur duo modi nimia remiſſio, & nimia ſeueritas. *l. reſpiciendum, ff. de pen. cap. diſciplina diſt. 45.* vbi dicitur, quod diſciplina, & miſericordia diſtituitur, ſi vna ſine altera, teneatur, & Iudices ſemper ſequi debent mediocritatem *cap. ex parte extra de ſenſ. l. nec ſupina ff. de iur. & fact. ignor. l. ſi ſeruus, ff. de pign. actio.* & potius equitatem, quam rigorem. *l. placuit ff. de iudic.* fallit in multis caſibus. *l. aut facta ff. de pen.* non eſt conſtans Iudex, qui vultu detegit animi motu, eſt & alius modus, quando ob imprudentiam malè iudicat. §. 1. *inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſcuntur.*

Quicumque aut conſanguinitate, amicitia, odio, vel inimicitijs in iudicādo ducitur, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia fructus illius, vertit in damnationis amaritudinem. *cap. quicumque 11. quæſt. 1.* propter quas cauſas poteſt recuſari 3. *q. 7. c. Iudices, cap. ad hoc extra de appell.* alias pro minori cauſa recuſatur Iudex quam teſtis, vt tenet *gloſ. in d. cap. quicumque, & in cap. accuſatores 3. q. 5.* quia facilis habēt mille Iudices, quam vnus teſtis. *cap. poſtremò extra de appellat.* occultat etiam teſtis veritatem metu poteſtatis *cap. quiſque ead. cau. & quæſt. 2. cap. primum verſ. ſeptimum occultatur in mandatis 43. diſt.* & cum quæreretur Chriſtus, quid eſt veritas non reſpondit, fuit mihi miniſterium, dicitur homicidia, qui mentiendo lingua occultat veritatem. *cap. nec ead. cauſa c. periculosè de pen. diſt. 1.*

Viri-

Digitized by Google

41 Viribus † caret sentẽtia iniustè prolata, *cap. iniustum* 10. *quæst.* 3. *&* 1. *q.* 2. *cap. Lotharus.* laus Deo.

Io: Franciscus Scaglionus V.I.D.

ADDITIO.

AD istam pragmaticam, vide Campagn. ad saturitatem in cap. item statuimus, quod tam iustitiarij in addit. & per totam, vbi istã pragm. examinat, vltra D. Reg. Rouit. hic, & alios peculiares tractatus ediderunt, nouissimè Carraba, ac Sesse post tract. de inhibit. Practicam autem sindicatus officialium compilauit Ioseph Cuminia, & pro ornamento materiæ sciendum est, quod sindicatio, seu modus procedendi in sindicatu processit de iure diuino, vt exemplis demonstrat Luc. de Penna in l. per hanc, C. de numul. lib. 12. & pariter de iure ciuil. vt in tit. vt omnes iud. & in Authent. vt omnes iud. ac de iure Regni ostendit Paris de sind. verbo sindicatui nu. 3. & seq. adeò, quod si officiales non stant sindicatui, audaciores fierent ad delinquendum. Afflict. in Const. muneribus num. 25. & propterea omnes officiales, tàm maiores, quàm minores tenentur stare sindicatui, vt post Parid. d. tract. verbo viso de modo in princip. Campagn. vbi supra sub num. 43. & in addit. num. 63. vbi censuit ad omnes officiales porrigi hanc pragmaticam, siue essent temporales, siue perpetui, vt tradit Cumia in eadem praxi cap. 17. num. 10.

Et per quos debent sindicari, & si Ciuitas iuxta Const. Regni nequeat eligere sindicatores nisi ex priuilegio id habeat concessum, post Par. eod. tract. verbo Iudices ad sindicandum num. 2. Afflict. in Const. volimus in 3. notab. Camp. vbi supra num. 70. sed officialis vetus, nouum sindicat, vt ipsi fatentur hodie indistinctæ Vniuersitates eligunt sindicatores vigore huius pragmaticæ, & tales sindicatores habent merum, & mixtum imperium ad sindicandum, subiunxit ibi Par. num. 8. & in verbo, an si potestas condemnauit sub num. 5. & Campag. vbi supra nu. 54. & in addit. nu. 71. vbi decidit si interuenire debeat vetus officialis, de quo per Vrsil. decis. 1. nu. 6. Carauit. in ritu 195. nu. 15. D. Reg. Rouit. hic nu. 6.

Insuper inspecta iuris communis dispositione statutum erat tempus 50. dierum parẽdi sindicatui l. 1. C. vt omnes iudic. Ferrat. cautel. 14. num. 10. Afflict. in Const. volumus num. 3. Paris d. tract. verbo an si potestas condemnauit num. 16. & verbo modo videndum est, hodie est 40. dierum secundum istam pragm. ad quam vide Afflict. in d. Constit. volumus Troys. in prag. 38. nu. 5. Campagn. vbi supra num. 7. & 36. & talis tempus arctari prohibetur, vt est dispositum in pragm. 4. de sind. offic. quę concordat cum prag. 7. §. 3. de compositi. Carauit. in ritu 195. num. 29.

Ibi in locis vbi administrauerint, vide Afflict. in Const. volumus num. 2. auctorem nostrum in ritu 292. Carauit. in ritu 49. num. 26.

Ibi volumus, nota quod assessori ante finem officij salariũ solui non debet Duena in reg. 63.

Ibi, & dicta vltima tertiæ debet retineri Camp. vbi supra num. 53. nam salarium officiali soluitur tertiatim Carau. in ritu 9. num. 2.

Ibi exequutio sententiæ non retardetur Fusc. sing. 74. lit. A, & exequitur cum cautione. Tartagl. in praxi ciuil. cap. 6. col. 6. uers. duodecimo nisi.

Ibi de commissis, & omissis Camp. in cap. ut inter subiectos num. 47.

Ibi per inquisitionem generalem, & specialem, nam tripliciter proceditur in sindicatu, uide Par. de sind. uerbo proceditur autem, & ista tamen in Regno promissa sunt Camp. in cap. Generales inquisitiones num. 7.

Ibi adhibeatur consultor, nota quod sententia lata per sindicatores sine consilio periti non ualet, quia hoc præsertim exquirit ista prag. & ità obtinuisse refert Vrsil. decis. 1. num. 6. & consultor debet uenire in locum, ubi gessit officium, non autem processus transferendus Carrab. sing. 196.

Ibi per appellationem, an possit appellari à sententia sindicatorum, uide Camp. in cap. uulgaris famæ num. 26. ubi citat istam pragm. & melius nu. 11. latissimè Cumia in eadem praxi de sind. cap. 25. sed an ad Iudices secundarum, & tertiarum causarum in terris Baronalibus habentibus talem cognitionem, uel ad Regem, seu M. C. V. uel ad Regias Audientias, uide Carau. in ritu 295. num 24. & seq. & melius Præsid. de Franc. dec. 151. num. 2. ubi refert decisiones, & an possit supplicari à tali sententia, uide Muscat. in praxi S. C. lib. 2. glos. sententia num. 166.

Ibi in totum fuerit ab officio, uide Carauit. in ritu 295. num. 6.

Et demum pro coronide si officialis semel sindicatui paruit, poterit iterum sindicari, ut hic auctor tangit affirmatiuè per Collat. Cõsil. decisum fuisse, refert Reg. de Ponte decis. 26. & talem articulum examinat Giurba dec. 5. de quo non erit amplius hæsitandum acta nouella pragmatica 7. de sindic. offic. qua mandatur, quod officiales omnes etiam post redditum sindicatum, & obtentas literas liberatoriales possint à quocumque Tribunali inquiri, etiam ex officio, non tamen cognitis in sindicatu præstito, ut retuli in 1. par. nostri Compendij uerbo sindcatus.

Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Vnus non debet se intromittere de facto alterius.*

2 *Quando non dant numerum contumaciarum, faciunt litem suam.*

3 *Quot Scribas tenere possunt magistri actorum.*

4 *An pro iure possint per substitutum.*

Nume-

Digitized by Google

Numerum magiſtrorum actorum in Magna Curia diffinitum cum ſubactarijs, adeò multiplicaſſe nobis relatum eſt, propter eorũ multitudinem, vt aſſolet in eorum officio cõfuſio ſæpè generetur, & in M. C. in qua propter tribunalis dignitatem, cuncta magis ordinatè procedere conuenit, quam in certis tribunalibus per contrarium confuſæ, & nullo ordine proceditur, cui rei opportunæ prouidere volentes. Statuimus ce tum, & diffinitum numerum terminantes, vt in eadem M. C. octo tantum magiſtri actorum cum ſexdecim ſubactarijs ſolũ eſſe poſſint, qui magiſtri actorum, & ſubactarij ſint probi, & legales experti, & boni ſcriptores à nobis, ſeù à noſtro Sacro Conſilio approbati, qui per ſe, & non per ſubſtitutum ſeruiant, libroſque, proceſſum, & actorum, ſecundũ ordinem Conſtitutionis noſtræ ſuper proceſſibus conficiendis, & Iudici præſentandis, nuper editæ per omnia conficiant ſub pœnis in dicta Conſtitutione contentis.

De magiſtris actorum, & ſubactarijs in Magna Curia moderandis.

DE iſta pragmatica loquitur *ritus Magnæ Curiæ*, qui incipit *Imprimis ſub rubrica de ordine, & numero officialium Magnæ Curiæ Vicariæ*, facit etiam *l. comperimus C. de proxim. ſac. ſcrin. lib. 12. l. non plures C. de*
1 *ſacr. eccleſ.* & vnus † non ſe debet intromittere de facto aliorum. *Bart. in l. in prouincijs C. de numer. & actu. lib. 2.*
2 & in eodem ritu ſi non dant † numerum contumaciarum faciunt litem ſuã *Bart. in l. quod numerant C. eod. tit.* extat prouiſum, quod quilibet ex eis non
3 debet habere, niſi tres † Scribas approbatos per Excellentem Regentem magnificos Iudices, & fiſci patronum. *Pragmatica*, quæ incipit *Item mandamus* expedita in anno 39. & *Bald. in notis feudorum §. hæc ſunt officia*, qui
4 non poſſunt † ſeruire per ſubſtitutum ſine licentia, extat *ritus Magnæ Curiæ car. 13.* qui incipit *Item, quod Magiſtri actorum, & regia nouella pragmatica.* ſit laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

ISta pragmatica confirmatur per aliam prag. 7. de actuar. eam comentauit Troyl. in prag. 40. ſecundum eius numerum, & eandem citant Camp. in cap. item quod prædicti officiales num. 4. Carau. in ritu 2. num. 14. in medio; Reliqua uero pertinentia ad enucleationem terminorũ actuariorum, & ſubactuariorum, refert Carau. in ritu 35 num. 1. in criminalibus uerò debent eſſe octo magiſtri actorum, ut in pragm. 7. de actuar. & prag. 21. §. 9. de offic. magiſt. Iud.

Ibi ſubactarij, qui dicantur iſti ſubactuarij, uide Capyc. in inueſt. feud. Rub. feud. offic. uerbo ſubactuarij, & iſti ſubactuarij ſimiliter debẽt eſſe approbati à Rege, uel S. C. cum alijs conditionibus requiſitis, & relatis per Camp. in cap item prędicti officiales nu. 5. & ſub nu. 9.

Et quid in magiſtris actorum S. C. qui ſunt nu, treſdecim ex ſpeciali priuilegio Regis, an poſſit eorum numerus augeri, & alios creari in præiudicium ipſorum, deciſum fuit in fauorem magiſtrorum actorum, ut retuli in 1. par. noſtri Compendij uerbo magiſtri actorum, & in iure allegauit Maur. ſen. allegat 18.

Io: Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Cura carceratorum, ad quem ſpectat.*
2 *Comentarienſes, non poſſunt retinere carceratum pro expenſis.*
3 *Carcererius ſi paſſus eſt aliquem ire ſine vinculis, quomodo punitur.*
5 *Quid ſoluitur pro iure carceris, & 6.*
7 *Frangens carceres, quæ pœna teneatur.*
8 *Quomodo punitur, indebitè extorquẽs.*

Com-

Digitized by Google

Constitutionem moderantes solutiones per carcerarios à carceratis recipiendas, quam in abusum, & desuetudinẽ deuenisse intelleximus. Mandamus inuiolabiliter obseruari, ad pœnam vigintiquinque vnciarum fisco nostro applicãdam, quoties contra factum fuerit, & similem pœnam imponi volumus Regenti, quoties ei denunciatum fuerit carceratios contra venisse, si contra eos non processerit, & repertos culpabiles non condemnauerit, dictamque pœnam ab eis non exegerit, & vt fraus aliqua committi non possit, Regens ipse in liberatione carceratorum ab eis per Sacramentũ quærat de solutionibus per eos dictis carcerarijs factis.

De solutionibus indebitis, & carcerarijs non recipiendis.

1 CVra † carceratorũ mandatur Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ, vt in pragmatica, quæ incipit *Item volumus* † comentarienses non possunt retinere carceratum pro expẽsis. *Guido Papa quæst.* 448. † præpositus carceris si pretio corruptus passus est sine vinculis carceratum agere puniẽdus est arbitrio Iudicis. *l. carceri. ff. de custo. reo.* & si nimia † negligentia carcerati euaserint, idem *l. milites ff. de custo. reor.* carceratus si vltra diem, & noctem steterit carceratus, pro iure † carceris soluebat olim grana decem, vt notatur *in Constit. humanitatem*, & extat *ritus Magnæ Curiæ car.* 13. *& per capitulum Regni*, quod incipit *Magistro iustitiario* † *car.* 18. tarenum vnũ item disponit *ritus item, quod carcerarius car.* 12. *& ritus qui incipit Item, quod Locumtenens car.* 1. hodie soluit 7 tarenum vnum, & viginti denarios, si † quis frangens carceres incidit in crimen lęsæ Maiestatis. *Iaf. in l.* 1. *§. is videtur ff. si quis iud. non obtemp.* non † capiat aliquem incidentem in pœnam pecuniariam. *Cap. item statuimus*, & si aliquid indebitè extorserint, puniuntur vt hic, & restituent parti lesæ, idcircò caueat carcerarius, nè negligentia eorum capti, & carcerati euadant, quoniam vt *in Constit. custodes puniuntur.* sit laus Deo.

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

COnstitutio Regni hic enunciata est in Constit castellani, & seruientes, vbi Afflict. & Troyf. in prag. 41. secundum eius ordinem. Quantum verò spectat ad carcerarios circa exactiones dirictuum extat prag. 33. de offic. Magistri Iustit.

Io: Baptista de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Gratis debent seruire pupillis.*
2 *Qua pœna puniũtur extorquentes indebitum.*
3 *Quod salarium debent habere alguzerij, &* 4.
5 *Alguzerij non possunt detrudere in carceres.*

Statuimus, quod nullus alguzerius, vel exequutor de cætero pro exequutionibus personalibus, vel realibus in Ciuitate faciendis audeat exigere pro eorum salario, nisi carolenum vnum pro qualibet captura, vel reali exequutione, pro exequutionibus autem extra Ciuitatem faciendis, non possint recipere, nisi tarenũ vnum pro qualibet die, nisi de mandato superioris equester iret, quo casu habeat tarenum vnum cum dimidio, & qui contra fecerit, officio priuetur, & vnius vnciæ pœna puniatur, retinenda, similiter de salario

Digitized by Google

lario Regentis, ſi negligens fuerit contra facientes modo ſupradicto punire.

De ſolutionibus immoderatis ab alguzerijs, & exequutoribus nõ recipiendis.

GRatis iſti pupillis, & viduis, ac alijs miſerabilibus pſonis debent ſeruire, † & per hoc extat *Conſt. Regni*, quę incipit *Conſtitutio præſenti ſub rubr. de dandis aduocatis, adde text. in l. 2. C. de Epiſcop. audi, & Par. de put. in tract. ſindic.* vbi tractat de alimentis paperibus ſoluendis, & *in d. l. vocantur apparitores*, & † extorquentes aliquid indebitum puniuntur pæna dupli, ſeù quadrupli, repelluntur ab officio, ſi notantur infamia, vt fures manifeſti, vt *in Conſtit.* quæ incipit *Apud iuſtitiarios*, & notantur *in l. ſi quis teſtibus C. de teſt.* iſti † apparitores pro qualibet citatione debent infra Ciuitatem granum vnum auri, habetur extra Ciuitatem pro quolibet miliari granum vnũ, vt in *Conſtit.* quæ incipit *In ciuilibus ſub rubrica de apparitoribus*, nam eis ſalarium debent ſolui in † pandecta taxatum, vt diſponit *Regia nouella prag. in anno 39.* quæ incipit, *& ad tollendam abuſionem*, & aduerte, quod dicit *Bart. in l. omnes, C. de cbarta. in lib. 12.* quod † iſti poſſunt detrudere aliquem in carcerem. Iaus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

IDem fuit confirmatum in pragm. 36. §. 9. de offic. Magiſt. Iuſtit.

Et pro dicto ſalario ſibi debito alguzerij, poſſunt exequi, tradit Carau. in ritu 47. nu. 16.

Reſpectu vero ſalarij debiti Commiſſarijs deſtinatis ad exequendum extra Ciuitatem, extat prag. 7. de commiſſ.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Scriba, quis dicatur.*
2 *Quomodo debet eſſe Scriba.*
3 *Quomodo debent extendere depoſitionem teſtium.*
4 *Quomodo defertur iuramentum teſtiũ partibus remittentibus intereſſe, & quomodo iurare debent, &* 5.

Volumus in criminalibus ſcribas duos probos, bonoſque ſcriptores à noſtro Sacro Conſilio examinatos deputari, qui eorum officium fideliter exercere iurent, & exerceant ad pœnam decem vnziarum exigendã à tali ſcriba, quod non iuratus, & non approbatus officium exercuerit, & ſimilem pœnam Regenti iniungendam, quod eum aliter ad dictum officium exercendum admiſerit.

De ſcribis ſuper criminalibus deputandis.

SCriba latinè † adiutor, & magis de culpis eorum tenetur. *l. Sticho libertas §. ſi ſeruus teſtato verſ. nè quære ff. de ſtatu.* gręcè modo grammatei dicuntur, item ſcriba tabularij dicitur, quod ſequitur tabularium. *l. iubemus §. fin. C. de defen.* & vt refert *Alciatus int tit. de tab. C. lib. 12.* alibi ſcriptores dicuntur, vt refert *Budeus in anno rationibus ſuis in pri. car.* & † aduertat, quod ſit fidelis in omnibus, & conſeruet acta eaq; ordinet debent, quoniam ijs modis ad ſuperiores gradus aſcendere, vt ſucceſſit Gneus Flauius ſcriba Appij, Claudij, qui coniectum, & benè inſtructum, ac conſeruatum librum populo tradidit, repletum illis actionibus, & adeò id fuit gratum populo, vt fieret tribunus plebis, & ex libertino ſenator, ac edilis curulis, vt aſ-

Digitized by Google

vt asserit *Pomponius iure consultus in l. 2. ff. de orig. iur.* & ij sunt modi, dummodo auaritia eos non auertat, cum in omnibus fides diligentia, & prudentia multum valeat, & ideircò vbi prædicta obseruauerint, & scripserint assertiones partium, prout † dictantur, & per extensum dicta testium, vt iubet *Regia pragm. edita in anno 1539.* quæ incipit *Item quia à nobis datũ est*, quoniam testis pro vtraq; parte deponens admitti debet, † vt tenet *Bal. in l. presbiteri, C. de Episcop. & cler. l. si quando C. de test. Innocent. in cap. cum dilecti extra de accusatio.* verum partes remittentes velle interesse, quando † defertur iuramentum, possunt secundum *Iacobum de Arena in l. penul. C. de pact.* & est ratio, quod potest ludex ex officio recipere testes, vt *idem Bald.* in dictis locis, & in hoc laus Deo.

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

ISta pragm. citat Gram. dec 27. sub num. 2. & Camp. in cap. item prædicti officiales nu. 5. vbi multa ad propositum, licet postea numerus ipsorum fuit auctus ad tres scribas in pragm. 21. §. 9. de offic. magistri Iustitiarij, postea verò vsque ad numerum quinque, vt habetur in d. pragm. 21. §. 4. & prag. 29. §. 4. eiusdem tituli, hodie verò vsque ad numerũ septenarium in ciuilibus in pragm. 7. §. vlt. de relat. caus.

Io: Baptista de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Non potest, quis propria auctoritate capere carceratum.*
2 *An debeat relaxari sub fideiussoria cautione.*
3 *Nemo carcerari debet, nisi Iudicis precedenti commissione.*

Inoleuit, vt fida relatione percepimus abusio remouenda, quod officiales nullo iuris ordine seruato, nec qualitate personarum discreta ad detensionem, & capturam personalẽ procedunt in damnum graue, & iniuriam subditorum, ideò mandamus Constitutiones, & Capitula Regni prouidentes, siuè prouidentia super predictis, & maximè, quod antequam incipiat constare de maleficio, idoneæ cauens de persona non detineatur, inuiolabiliter obseruari, quod qui contrafecerit in decem vnzijs qualibet vice puniatur, quæ pœna de salario dicti officialis retineatur, & in sindicatu de iniuria ei, qui illam passus fuerit satisfiat.

Vt nullus de persona detineatur contra formam iuris Constitutionum, & Capitulorum.

1 EXtat ad hoc *Constitutio Regni*, quæ incipit *Iustitiarij* † non per calendas, vbi *Andreas extant Capitula Regni*, quorum alterum incipit *Contra effrenatas sub rubr. ne quis auctoritate propria, cap. amplius*, alias tenetur pœna priuati carceris, nisi infraganti, & nisi sit perditor *cap. item inuenti infraganti*, & vbi teneretur pœna pecuniaria, vel posset pœna pecuniaria puniri
2 cauendo idoneæ † debet relaxari sub dicta cautione, vt *in Constit. humanæ*, & extat *cap. Regni*, quod incipit *Statuimus sub rub. vt nullus officialis capiat*, & contra facies officialis punitur arbitrio Regis *cap. item iustitiarij* nemo car
3 ceretur, † nisi Iudicis præcedenti commissione *l. neminem C. de exhibend. reis Ioannes Andreas in cap. quoniam extra de probatio. Cynus in l. si quando C. de test.* & carcerari non debent, nisi de consilio assessoris *cap. item, quod iusti. car. 35.* sit laus Deo.

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO.

CONſtitutio incip. humanitate nobis, & cap. Regni incip. ab illo inchoandum de iſta pragm. meminit Carau. in ritu 39. num. 11. & ritu 40. vbi examinat ſi per iſtam pragm. ſit correctum d. cap. ab illo, & melius Tartagl. in praxi ciuil. cap. 7. num. 4. poſt Marant. in ſpecul. p. 6. membro 8. num. 10. vltra Troyſ. in prag. 45. ſecundum eius ordinem conferunt examinata per Afflict. in Conſt. humanitate, & per Camp. in d. cap. ab illo, vbi nu. num. 135. allegat iſtam pragm.

Notandum eſt, quod carcerandi poteſtas competit alieni multiplicata; hic Luc. de Penna in l. 1. C. de Decur. & ſtat. col. 3. lib. 12. & in quibus caſibus licita ſit captura, vide Par. de ſind. verbo quia plerumque, ſed melius Campagn. d. cap. ab illo num. 34. & ſeq. & melius in cap. ſubditorum num. 128. & ſeq. Illuſtriſs. Epiſcopus Ricc. collect. deciſ. 830.

Io: Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiarij non debent in Terris Baronum inferre præiudicium Baroni.*
2 *Quando poſſit capi delinquens extra territorium. 3. & 4.*
5 *Quanto tempore poteſt detinere carceratum.*
6 *Vnus officialis tenetur adiuuare aliũ.*
7 *Clerici, an poſſint ſe intromittere in electionibus laycorum, & è conuerſo, & 8.*
9 *Iuriſdictio non extenditur extra territorium.*
10 *Quando dicitur conceſſa iuriſdictio priuatiuè.*
11 *Quando vnus Iudex prohibetur exercere iuriſdictionem in non ſubditum.*
12 *Vnus non debet turbare alium, in exercitio iuriſdictionis.*
13 *Iudex ſecularis non poteſt ſe intromittere de ſpirituali, & ſic è contra num. 14.*

Diſcordias inter officiales noſtros, inuicem eorum iuriſditiones turbantes, ex qua ſæpius ſcandala oriuntur remouere volentes: volumus, & ſtatuendo mandamus, quod nullus ex officialibus noſtris de commiſſis iuriſdictioni alterius ſine ſpeciali commiſſione noſtra ſe intromittat, & ſi quando aliquo errore interueniente ſe intromiſerit, debeat ad ſimplicem requiſitionem illius, cuius iuriſdictio turbata fuerit deſiſtere, & ad eum officialem, ad quem ſpectat remittere ad pœnam viginti quinque vnziarum de ſalario eius officialis, qui contra fecerit retinendam, & Cameræ fiſcali applicandam.

1 LExtat *Capitulum Regni*, quod incipit *Itẽ, quia car. 36.* quod iuſtitiarij non debent in Terris Baronum inferre iudicium Baroni in ijs, quæ ſpectant ad Baronem, verum da-
2 tur vni † officiali facultas capiendi malefactores, qui deliquerint extra territorium per *prag.* quæ incipit *Item quod officiales expeditam in anno 36.* etiam clericos abſque metu excommu
3 nicationis, tamen tenetur † remittere illos ordinarijs ſuis, vt cauetur per *DD. in l. ſi quis ſi minor §. reſtitutio ff. de minor.* & extat *Capitulum Regni*, quod incipit *Iamdiù car. 24.* vbi cauetur, q
4 poteſt in alieno † territorio perſequi, vſque ad quindecim miliaria capere, & torquere, & poteſt pœnitus exemptos, vt præſẽret ſuo Iudici. *Cap effrenatas ſub rubrica nè quis ſua auctori-*
5 *tate*, & detinere illum per duos † dies. *Cap. amplius, &* in infragãtia repertos, vide *Cap. quod incipit Item inuenti infraganti*, item poteſt capi & remitti ad Prouinciam, in qua deliquit, vt cauetur in *Regia prag.* quæ incipit *Renouamus edita in anno 36. & eſt iuris. §. ſi verò quia comprenſor, Authent. vt nulli Iudices. Bart. in l. 1. ff. de requirend. reis*, extat *prag. Regis Ferdinandi*, quæ incipit *Licet vniuerſis car. 13.* & alia, quæ incipit *cum fuerit, alias Ferdinandus*
6 *Rex car. 10.* immo † vnus alium adiuuare tenetur, vt *Andreas dicit in 1. l. Conſtit.* quæ incipit *poſt mundi machi-*

in

Digitized by Google

in principio. Non debent se clerici intromittere in electionibus clericorum. *Cap. item statuimus, quod officiales cap.* 11. nec de aliquo crimine ecclesiastico *Cap. item laycis. C. item statuimus, quod iusticiarij car.* 12. fallit vbi essent ex-
8 communicati, & durarẽt † per annum, quoniam possunt capi. *cap. item statuimus, quod si contingat car.* 11. iurisdi-
9 ctio choartata † non extenditur extra territorium. *Bald. in l.* 1. *C. de hæred. instit. & Mazeus in Const. pœnam eorum in non requisito.* & an, & quando dicun-
10 tur commissa † iurisdictio priuatiuè, vide *D. Mazeum in Const. Constitutionem diuæ memor. in* 11. *not. & Angelum in l.* 1. *C. vbi, & apud quem, & Felin. in cap. contigit de fide instr. & Abbat. in cap. cæterum extra de iudic.* &
11 an, & quãdo † vnus Iudex prohibetur exercere iurisdictionem in non subditum, vide *D. Maz. in Constit. comite lib.* 3. *in princip. notato,* vbi dicit, quod iurisdictio non potest exerceri in non
12 subditũ. Non † possunt iusticiarij impedire officiũ baiuli, vt *in Authent. de defensoribus Ciuitatum,* §. *nõ permittit, &* §. *de cætero,* nec turbare vnus alterum. *l. repetitia C. de Episcop. & cler. & Mazeus in Constit. præses prouinciarum* §. *iustitiarij in* 2. *notat.*
13 Iudex † secularis non potest se intromittere de re mœrę spirituali. *cap. tuam extra de ord. cognit.* quæ causæ spectant ad forum ecclesiasticum dicuntur *in cap. cum sit, cap. licet extra de for. compet.* sed qd si incidẽter in causa de ea sola est cognoscendum, antequã de principali, quia ea probata principalis causa est perempta, & si duæ sunt prindipales quæstiones, & ambo ciuiles, quæ primò proponitur, primò tractatur, & vna sententia terminatur. *c. verum de ord. cognitio. l. qui prior ff. de iudic.* sed quando incidens est præiudicialis, primò de ea est cognoscendum, & pronunciandum, vt notat *glos. in d. cap. tuam in verbo dependentem ex illa,* idem quando agitur ad restitutionem coniugis. *cap. ex trasmissa, cap. ex parte de restit. spoliat.*
14 An Iudex † Ecclesiasticus possit iudicare de subditis laycorum, die quod ad ea, quæ concernunt animam, sic non ad alia, *cap. nouit extra de iudic.* & sic quoad penitentiam imponendam possunt se intromittere, & quoad delicta prohibenda ne incurrat peccatum, nisi Iudex laycus deprehendatur in negligentia, vt tenet *innoc. in cap.* 1. *de offic. ordin. & Abbas in d. cap. nouit,* potest etiam se intromittere contra laycum, quando detinet vxorem alterius, vt illam dimittat, & euitet peccatum, & fornicationem, *est tenet. iuncta glos. in cap. non est extra de sponsalib.* & in hoc laus Deo.

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO

HAnc pragm. comentario ornauit Troyl. in prag. 47. secundum eius ordinem, postmodum D. Reg. Kouit, & pro eius intelligentia erit animaduertendum, quod iurisdictio pro bono regimine diuisa cuique illibata cudodienda erit Imbrian. de Iudice Regni dialogo 3. nu. 67. vnde proditum est per dispositionem huius pragmaticæ nemini iudicum licitum esse alterius Iudicis iurisdictionem turbare, & in ea se ingerere, nedum facto hoc est, exercendo iurisdictionem suam in alieno territorio supposito, iurisdictioni alterius absque illius consensu, etenim Iudex extra territorium non potest inter suos subditos cognoscere sine licentia illius Iudicis illius loci, seù territorij. Afflict. in Const. in ciuilibus num. 11. hinc est, quod Baro non potest ius reddere inter suos vaxallos in alieno territorio sine licẽtia domini illius loci, & quid in terra Baronali post Afflict. in Const. de quæstionibus nu. 1. & Marant. in specul. p. 6. rub. citatio num. 41. Frecc. de subfeud. lib. 2. in 30. author. num. 4.

Et quid in officiali Regio, an possit actum iurisdictionis exercere in terra Baronis, vide Montan. in prag. 5. nu. 68. de admin. vniuers.

Quod secus est in Iudicibus M. C. nam etiam in terris Baronalibus possunt ius reddere, non obstantibus priuilegijs ipsorum Baronum, nam eorum iurisdictio nunc conquiescit vti maior Tribunal Afflict. in Const. honorem in princ. & in d. Const. de quæstionibus sub num. 1. verũ quæ maxima, vbi asserit quod Comites, & Prælati possint in Ciuitate Neapolis reddere inter suos vaxallos absque licentia Regis, per illum tex. sed totum contrarium vidi practicari, & de ijs omnibus erit videre apud Marant. vbi supra, vbi cum mea opinione residet improbando Afflict. &

idem aſſequitur Capibl. in prag. 3. de Baron. num. 146. vbi alios citat, & mentionem facit de Epiſcopo, exercente iuriſdictionem in aliena iuriſdictione, & de pœna pro hoc debita, ità Epiſcopus Ricc. in praxi deciſ. 389. & quid in Iudice delegato reſidente in alterius territorio, an poſſit extra territorium acta facere, & ſententiare abſque licentia domini illius territorij, vide Marant. d. ſpecul. p. 6. tit. de appellat. num. 75. & ratio eſt, quia ex hoc videtur turbari iuriſdictio.

Sicuti etiam iuriſdictio alterius, hoc citatione turbanda erit, ſubdit ibi Imbrian. num. 73. poſtquam Iudex non debet vſurpare, quæ ſunt iuriſdictionis alterius Vant. de nullit. rub. de nullit. ex def. iuriſd. ord. num. 44.

Io: Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Salarium baiulorũ, quot eſt, & nu. 4.*
2 *Quomodo puniantur baiuli excedentes, & 6.*
3 *Baiuli, de quibus poſſint cognoſcere.*
5 *Infra quot tempus debent cauſas expedire.*
7 *Quomodo debet examinari damnum in herba.*
8 *Agere, quid ſignificat.*
9 *Cauſidici, qui ſunt hodie, & qui dicantur.*

Statuimus, quod in damnis perſonaliter, vel cum animalibus, ſiuè ex officio, ſiuè ad denuntiam procedat, ad condemnationem procedere non poſſit, niſi de dictis damnis adminus per vnum teſtem cum iuramẽto inuentoris, ſeù partis, per partem dannificatam, niſi forte animalia ipſa pars ipſa in manu habuerit, quo caſu ſtetur dictæ partis aſſertioni cum iuramento, & ſimiliter ſtetur dicto officiali ſolum, ſi dicta animalia inuenerit ad pœnam quinque vnziarum adplicandarum Camerę fiſcali, pro qualibet vice, qua ad cõdemnationem aliter proceſſerit, intelligatur damnum dediſſe quicũque in poſſeſſionibus alienis contra banna cum animalibus, vel eius animalia ſine eo paſcere reperta fuerint, nec ſub ſimili pœna poſſit procedere ad exactionem alicuius pœnæ contra damnum dantes: niſi prius fuerit ſatisfactum paſtum: Decernentes pœnam in cauſis ciuilibus coram dicto baiulo mouendis, non poſſe excedere quantitatem ſortis petitæ, vſque ad quantitatem auguſtalis, etiam, ſi quantitas petita excederet dictum auguſtalem, reſeruato tamen arbitrio creditori, ſi pro minori pœna accuſare voluerit, vt hactenus extitit conſuetum, quam pœnam, vt dictum eſt, exigere non poſſit, niſi poſtquam creditori ſatisfactum fuerit, & ſi cõtra fecerit, ſupradictæ pœnæ quinque vnziarum ſubiaceat, debeatq; dictus baiulus ad pœnam viginti quinque vnziarum, ſi contra fecerit in introitu officij infra Camera Sũmariæ comparere, & Sacramẽtum ſubire de benè, & iuſtè exercendo officium ſuum omni dolo, & fraude ceſſantibus, ibidemque tunc prẽſentare debeat librum ligatum, cum cartis per numerum ſignatis, & in principio cuiuſlibet carte ſculpitũ ſignũ Ciuitatis noſtrę Neap. cũ inſcriptione tituli in principio dicti libri talis hic eſt liber mei talis baiuli, talis anni p̃ſentatus in eadẽ Camera in numero tot cartarũ, in quo deſcribẽtur omnia, & ſingula agẽda durãte tempore dicti anni per me, vel officiales meos, ſicque debeãt baiuli, & officiales prædicti in dicto libro ordinatè ſcribere de die in diem petitiones, denunciationes, accuſationes,

Digitized by Google

nes, citationes, iuramenta, & dicta testium, sententias, condemnationes, denunciationes, & omnia singula acta per eos fieri contingerit, ad pœnam supradictam, quoties cõtra factum apparuerit, nec possit baiulus ipse vltra annum in dicto officio reformari in fine, cuius anni debeat sindicari per electos Ciuitatis Neap. & aliorum locorum, in quibus officiũ baiulatus prædicti exerceri contingerit, quadraginta dies cum consilio iurisperiti deputandi, & quia vera relatione percipimus nobiles Iudices, qui in Ciuitate Neap. cum dictis baiulis sedere consueuerũt, interuenire recusant propter vilitatem personarum, quæ ad dictum officium deputantur, volumus, & mandamus in dicto officio deputari personas egregias, cum quibus nobiles Neap. qui Iudices deputabuntur interuenire non pudeat, Ritus qui de eo in M. C. V. in contumacijs, & vocationibus eorũ, qui contumaces fuerint obseruare, coram dictis baiulis obseruari debeant, & aliter ramquam contra contumacem procedi non posse, ad pœnam dictarum quinq; vnziarum suprascriptam, & ne fraus aliqua in pignoribus capiẽdis, tàm per dictos baiulos, & officiales eorum, quàm per quoscumque alios in Ciuitate Neap. & in quibuscumque alijs locis nostræ iurisdictionis subiectis, volumus, quod quicumque baiuli alguzerij exequutores, vel alij officiales ꝓ exequutionibus ad pignorum captionem deuenerint, dicta pignora ordinatè scribere debeant de die in diem in duobus quinternis describendo qualitatem pignorum quantitatem, pro qua pignus captum fuerit, & à quo tempus, & locũ, vndè cæperint, de quibus quinternis singulis tribus mensibus debeant vnum assignare in communi, nec possint dicta pignora vendentur, nisi citatis damnis dictorum pignorum, & legitimis subastationibus præcedentibus.

De officio baiuli.

PRimò, vide quomodo fuit prouisum de salario baiulorum † per *Const. Regni*, quę incipit *Cum iuxta* sub *rubr. de salario baiulorũ*, & quomodo etiam de excessu eorum inquiritur, & puniuntur, & quam cognitionem 1 habeant baiuli, item baiulationes † 2 committi viris fidelibus, & opinionis electi prudentioribus, & generosioribus, ac ditioribus, prout locorum conditio ministrabit, vt *in Constit.* quæ incipit *Magistri iusti.* & de quibus † possint cognoscere baiuli, *est Const. Regni*, quæ incipit *Locorum baiuli*, & alia incipit *Baiulus si furem*, & alia ad officiũ baiuli, & quot esse debent baiuli, extat *Constit. Regni*, quæ incipit *Sæpè contingit de numero baiulorum*; & an clerici possint esse baiuli, vide *Const.* quæ incipit *Clerici per quam prohibentur esse baiuli*, & de quibus rebus debeant habere † trigesimam dicti baiuli; extat *Constit. sub rubrica in quibus rebus petatur trigesima*, quæ incipit *Constit.* & alia, quæ incipit *Cum circa*, & infra quod tempus debet causas expedire, dicit *Constit. Regni*, quæ incipit *Omnes baiuli*, quod † infrà duos menses, quæ non obseruatur, dicit *in dicta Constit. Andreas*, quoniam non tenuit modum condecentem, & seruatur *l. properandum*

dum C. de iudicijs, & ad prædicta, vide *Maz. ſuper dictis Conſt. baiul.* deputari
6 ad † pignorandum ſi accipiunt pignora vltra modum debitum, poteſt eis reſiſti. *Bart. in l. contra facienti, C. de exemptor. & exacto lib.* 12. poteſt viator paſcere animalia propè viã, vt notat *Bald. in §. ſi quis quinque ſolidos de pace tenen. & gloſ. ibidem*, quomodo
7 † debent eſtimari damnum in herba, baiulus debet vſque ad aduentum ſuccеſſoris iuriſdictionem exercere. *Cap. ordinata car.* 14. Iudex apud baiulos ordinetur per annum per vniuerſitates *Cap. idem importuna car.* 19. & id obſeruatur per Regnum præter quam in Ciuitate Auerſæ, & Neap. & in aliquibus alijs locis Regni ex priuilegio, & ex conſuetudine, & eligatur de menſe Septembris *Cap. electionem car.* 16. & ſi auctoritate propria vſurpauit iuriſdictionem punitur, vt in dictis capitulis, & vbi aliquis inuenit animal innemore ſuo, poteſt illum retinere, donec ſibi emendat damnum *Bart. tenet in l. hoc amplius, §. de his, ff. de damno infect.*

8 Agere † cauſam ſignificat tractare *Martialis ſæper agis cauſas. l. prouidẽdum, C. de poſt.* vocatur † cauſidicus,
9 qui agit cauſam, & *l.* 1. *verſ. ſin autem, ibi non oportet per alium cauſas agi ff. an per alium cauſ. appell. redd. poſſint*, primò erant oratores defenſores, qui patroni dicebantur, & aduocati, vt refert *Apedianus à cauſis agendis ad ius ciuile couolabant*, & ſic diuerſa erat profeſſio, vt notatur *in l.* 2. §. *poſt hos, & l.* 1. *ff. de orig. iur.* Alias largo modo aduocatus dicitur cauſidicus, & procurator, vt notatur *in l.* 1. §. *aduocatos, ff. de vari. & extra cognitio, ibi enim omnis dicitur aduocatus, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operatur*, & iſti non procuratores, largo modo dicti aduocati non ſunt viles perſonę, immò nobiles, maximè quando in Palatijs Regis verſantur, ità tenet *Alex. poſt. Fulgoſ. & Paul. de Caſt. in l. inuitus C. de procur. & Bald. in rubr. de offic. iudicum*, vidi enim quamplures in hoc munere verſari, qui profeſſi ſunt iura ciuilia per annos, & annos eoſq; perorare publicè, & alios, qui prouecti ſunt in officio, adeò, quod parum, aut nihil differunt ab alijs, qui in iure profeſſi ſunt, & profitentur, equidem huc auectus è mermetio nobili, & antiquiſſimo impeditus forenſibus negotijs, & familia ſuſcepta hic Neap. prædicta exponens, vt morem geram amicis, & præcipuè nobili Iacobo Anello de Maria, qui mecum tenet maximam amicitiæ cognitionem, & in poſterum, ſi tempus dabitur, alia ſpero in lucem edere. ſit laus Deo.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

HAnc Pragm. comentario ornauit Troyſ. in prag. 47. ſecundum eius ordinem, & poſt eum D. Rouit. & vltra eos quoad iuriſdictionem baiuli, vide Affl. in Conſt. magiſtri Camerarij nu. 4. & in d. Conſt. baiuli locorum ſub num. 13. notat baiulum poſſe punire furta minima criminaliter, ſed pæna pecuniaria vnius Auguſtalis, ſimiliter in omnibus bannis per eos promulgatis de cõſilio Iudicum, & fidelium loci poſſunt ponere pænam infra tertiam, & in alijs contumacijs, & inobedientijs perceptis pænam vnius Auguſtalis, idem in Conſt. ad officium num. 8.

Ibi cum iuramento. ad hoc vide Marant. in ſpecul p. 6 in 9. actu nu. 31. vbi allegat iſtam pragm. vide etiam nonnullas quæſtiones ad propoſitum traditas per Campagn. in cap. Amirati, & vice amirati.

Ibi cum animalibus, facit Conſt. Regni peruenit, & ibi Afflict. ſub num. 2. vbi notat dicendo, caueant ergo hodie priuatæ perſonæ cuſtodientes territoria animalia intrantia eorum tertitoria nè capiant, & retineant pro iure fide, vel diffida, quia nec fidam, nec diffidam petere poterunt, niſi ſtatim cum ceperint dicta animalia aſſignauerint baiulo loci.

Ibi debeatque, concordat cum Conſt. baiuli locorum, vbi Afflict.

Ibi, nec poſſit baiulus, præcipitur expreſsè, baiulos omnes ſindicatui parere debere, vt iſtã pragm. ac alia iura Regni citat Anna in ſing. 48. baiulus in contingenti caſu examinando articulum contra baiulum terrarum, & refert S. C. noluiſſe determinare talem articlũ, vt ibi per eum, quamuis hodie de hoc ſit edita pragm. 5. de ſindic. offic. vbi apparet, quod baiuli tenentur parere ſindicatui per dies quindecim, & ad hoc vide Afflict. in Conſt. cum iuſta ſub num. 1. verſ. & in fine.

Ibi, & quia hic nota, quod Ciuitas Neapolitana

ex an-

Digitized by Google

ex antiquiſſima conſuetudine facultatem habet ponendi Iudices pænes baiulos Afflict. in Conſt. Conſtitutionum num. 12.

Ibi volumus, vide Afflict. in Conſt. Magiſtri Camerarij num. 6.

Ibi Iudices deputabuntur, &c. an Iudices baiulorum iuriſdictionem habeant Camp. in cap. quia de Vicarijs num. 15. ſub num. 16. ſubdit baiulos vna cum Iudicibus debere proferre ſententias, nec baiulus poſſit exqui, vel mandatum facere ſine licentia Iudicum, & an poſſunt exigere gagia, vel emolumenta cum non habeat ſalarium conſtitutum. vide D. Auctorum in ritu.

Et pro Coronide hic notandum erit, q̃ Neap. à sẽtẽtijs baiuli appellatur ad magiſtros Rationales Regiæ Cameræ, & ab illis ad Regiã Cameram, vt inquit Camp. in cap. ad quietẽ ſub num. 13. in fine, cumque poſtea ob eorum negligentiam ſuiſſent officio priuati, vt refert conſil. de Georgio in allegat. 42. Ideò hodie appellatur ad M.C.Vi. ordinariè.

Io: Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

De Senatuſconſulto Velleiano.

PRAGMATICA PRIMA.

COnſiderantes, quod illi antiqui prudentes Legumlatores mulierum, fragilitati, & ſexus imbecillitati per Senatuſconſultum Velleianum, maxima prudentia proſpexerũt, ſubuenientes eis per beneficium dicti Senatuſconſulti, cuius exceptioni ſe tueri poſſent, aduerſus obligationes, fideiuſſores, & mutui dationes, p̃ alijs, pro quibus intercederent, verùm creſcente indies hominum malitia, nè mulieres hoc tàm iuſto, & honeſto beneficio, ſe iuuare poſſent, prouiſionibus, & blanditijs inductæ ſunt, in prædictis obligationibus renunciare beneficio, & exceptioni, dicti Senatuſconſulti, ad quam renunciationem eadem fragilitate, qua etiàm ad ſe obligãdum inducuntur, in graue earum damnum, & iacturam. Quis enim non miſereatur earum imbecillitati ſexus? & quòd perſuaſionibus, vt plurimum maritalibus deceptæ, per dictam renunciationem à tanto beneficio excluſæ ſuarum dotium, & aliorum bonorum ſuorum, à creditoribus patiuntur excluſionem, & ad perpetuam ægeſtatem reducuntur, ſed iſta vtcunque grauia hucuſque nõ fuerant prouiſa propter earum renunciationem, & vulgarem renunciationem à pauciſſimis mulieribus intellectam, quam Notarij in inſtrumentis apponere ſolent: tamèn inſtigante inimico humanę naturæ, temporibus noſtris res ipſa in tantam crudelitatem peruenit, vt non contenti homines, vt plurimum mariti perſuaſionibus, metu ſaltèm reuerentiali ſuffulti, inducere dictas mulieres ad dictas obligationes, & renunciationes faciendas, ſed etiàm, ſi recuſauerint, minis mortis, & cruciatibus corporis illas compellere, & ſi perſiſtant etiàm dictas minas ad effectum perducere, in tantùm quod plures intelligamus, non ſinè animi dolore, crudelitèr necatas, & alias in tanto diſcrimine conſtitutas, vt eſſet eis mors ſolatium, & vita ſupplicium. Hinc ergò tanto nefando facinori, vt decet, obuiare cupientes, vt omnis in futurum tollatur occaſio, & ſub tàm iuſtiſſimo Imperatore, & Rege Domino noſtro ceſſet omnis oppreſſio, & crudelitas, per hãc Regiam Pragmaticam nomine Cæſareæ Maieſtatis ſtatuimus, & ordinamus, de cætero dictũ Senatuſconſultum ab omnibus Tribunalibus, & Iudicibus huius Regni inuio labilitèr obſeruari, non obſtante quacũq; renunciatione per dictas mulieres facienda, ſub quacunque verborum ſerie, & etiàm ſi per Notarios aſſerantur cercioratæ, ſemper intelligãtur ignorantes, quia ignorãt ſaltèm, quod eis conueniat, & ſi ſcient, metu, vt diximus, contradicere non audeant. Statuimus etiàm, quòd huic præſenti ſanctioni, & Regiæ Pragmaticæ, nullatenius renunciari poſſit, per dictas mulieres, & ſi renunciatum fuerit, dicta renunciatio ſit ipſo iure nullius roboris, & efficacię. Declarantes dictas obligationes, & renunciationes meticuloſas tali metu, qui cadere poſſet in conſtantem virum, etiàm ſi contrarium per inſtrumentum narretur, & habeatur talis metus pro dante cauſam cõtractui:

Digitized by Google

Declarantes etiàm tales obligationes, & renunciationes ex cauſis prædictis contra bonos mores ciuiles, & naturales etiàm comprehendi ſub regula iuris canonici, non eſſe obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum: Mandantes omnibus Notarijs huius Regni præſentibus, & futuris, & omnibus Magiſtris actorũ quarumcumque Curiarum, quatènus ſub pœna priuationis officiorum, in quam ipſo iure incurrant, & centum vnciarum auri, quòd à die publicationis præſentis noſtræ Regiæ Pragmaticæ non audeant conficere inſtrumenta, & acta continẽtia prædictas obligationes cõtra dictum Senatuſconſultum, nequè renunciationes prædictas per mulieres faciendas de dicto beneficio Senatuſſulti Velleiani. Mandamus etiam Magnificis, & Circumſpectis Regentibus Regiam Cancellariam, Sacro Regio Conſilio, Cameræ Summariæ, Magnæ Curiæ Vicariæ, Admiratiæ, Gubernatoribus Regijs, & Baronum, & eorum Officialibus, vt præſentem Regiam Pragmaticam ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruare habeant, & debeant, iuxta ſui ſeriem, & tenorem, abdicantes ab omnibus ſupradictis iuriſdictionem in contrarium iudicandi, & declarandi, & quòd exceptio preſentis Pragmaticæ appoſitæ impediat litis ingreſſum, & in dubijs caſibus ocourrentibus debeat interpretari in fauorẽ præfatarum, quibus ſubuenire intẽdimus. Dat. in Ciuitate Puteol. die 12. Maij 1543. Don Pedro de Toledo. Vidit de Colle Reg. Vidit Martialis Reg. Vidit Loffredus Reg. Dominus Vicerex, Locumtenens Generalis mandauit mihi Bernardino Martirano.

SVMMARIVM.

1 *In quibus habet locum Senatuſconſultus Velleia.*
2 *Primo, vbi mulier vendit rem propriã.*
3 *Secundo, vbi ignorat creditor mulierem intercedere.*
4 *Creditor non tenetur ſcire, quòd intercedit mulier, nec præſumitur ſcire.*
5 *Stante quod pecunia peruenit ad mulierem, præſumitur principalis niſi probetur contrarium.*
6 *Principalis primò debet diſcuti, vbi ſtatutum diſtaret, quod nemo intercederet pro forenſi.*
7 *Mulier coniuncta contra coniũctam, non habet beneficium Velleia.*
8 *Mulier non præſumitur donare, & facilius ſe obligat, ex quo genus eorum eſt, auariſſimum.*
9 *Non habet locum ſenatuſconſultus, vbi acceptum fert debitum mulier animo liberandi.*
10 *Vbi beneficium reperitur introductũ in fauorem illius perſonæ, quæ ſoluit per errorem, repetit illud ſolutum: ſecus ſi in eius odium.*
11 *Si promiſit aliquis mulierem conſeruare indemnem, & præcedente huiuſmodi promiſſione interceſſit aut ſoluit, non iuuatur.*
12 *Non iuuatur Vellei, mulier vbi animo decipiendi interceſſit.*
13 *Quibus modis cognoſcitur animus decipiendi.*
14 *Sciens creditor mulierem intercedere, excluditur.*
15 *Creditor non tenetur iſtud inueſtigare, ſed ſufficit hoc credere.*
16 *Beneficium Velleia. non habet locum, vbi mulier conſenſit pignus vendi.*
17 *Vbi agitur de obligando, non ſufficit patientia, & taciturnitas, ſed requiritur expreſſus conſenſus.*
18 *Si mulier renũciauerit iuri hypothecæ, agenti aduerſus rem hypothecatam; obſtat mulieri exceptio cedendarum.*
19 *Si mulier redemit pignus liberandi illud cauſa non iuuatur.*
20 *Beneficiũ Velleia. nõ habet locũ, quãdo mulier promttit indemnitatẽ tutori.*
21 *Non habet locum Senatuſconſultum Vellei. vbi delegauit ſuum debitorem.*
22 *Donatio capitur ex coniecturis.*
23 *Beneficium Velleiani nõ habet locum, vbi promiſit aliquem ratum habiturum quod ipſe geſſit.*

Item

24 *Item non habet locum, vbi recipit tantundem ab eo pro quo intercessit.*
25 *Sed an sufficiat modicum dari mulieri vt intercedat.*
26 *Non habet locum, vbi mulier pecuniã vt consentiret rem sibi obligatam alteri obligari.*
27 *Non habet locum quando mulier accepit pecuniam pro causa necessaria, & si sola insolidum: si cũ alio, pro rata.*
28 *Non habet locum vbi tãtam pecuniam accepit, pro quanta expromisit.*
29 *Non habet locum vbi sciens se non esse hæredem, declarauit vocata se esse hæredem.*
30 *Non habet locum vbi erat debitrix, & patitur delegari.*
31 *Non habet locum vbi mulier iussit seruo pecuniam, quæ coruersa est in vtilitatem mulieris.*
32 *Creditor curare debet, vt conuertatur in vtilitatem mulieris.*
33 *Non habet locum vbi mulier delegauit suum debitorem viro, vt solueret creditori suo.*
34 *Non habet locum vbi obligat se pro dote filiæ suæ, & etiam pro extranea.*
35 *Non habet locum vbi successit debitori, pro quo incercessit.*
36 *Non habet locum, vbi certiorata renũciabat.*
37 *Hoc hodie per regiam nouellam pragmaticam est correctum.*
38 *Præsumuntur semper mulieres ignorantes.*
39 *Iuramentum non esse obligatorium, præstitum contra bonos mores.*
40 *Non habet locũ vbi se obligat minori.*
41 *Potentius est beneficium minoris ætatis, quam Velleianum.*
42 *Vbicunque promisit dotem extraneæ non habet locum.*
43 *Non habet locum in causa pia.*
44 *Non habet locum, vbi post primam intercessionem elapso biennio intercessit iterum.*
45 *Iuramentum operatur contra præsumtionem iuris, vt pecunia confessa in instrumento per virũ, & vxorẽ intelligatur pro rata peruenisse ad vtrũq;*
46 *Confessio nulla, iuramento non validatur.*
47 *Mulier non præsumitur certiorata.*
48 *In instrumento quid operatur clausula, omni modo meliori.*
49 *Notarius debet scire, & interrogari quid sit beneficium.*
50 *Si repertus notarius fuerit ignorare, nihil operari clausulam illam, fuit certiorata: ratio, quare renunciatio non valet.*
51 *Num Rex potuit annullare iuramentum.*
52 *Pragmatica prohibet etiam viduam contrahere.*
53 *Ex causa antecedenti recipit fomẽtum regia pragmatica.*
54 *Huiusmodi causa operatur, quod intelligatur sublatus dolus.*
55 *Et ex hoc nascitur præsumptio iuris, & de iure, quæ non recipit probationem in contrarium.*
56 *Quis sit metus, qui cadit in constantem virum.*
57 *Quid operantur illa verba, non vi metu, sed sponte, &c.*
58 *Vbi metus dat causam contractus, est ipso iure nullus.*
59 *Ista exceptio mortua muliere, num transeat ad hæredes.*
60 *Ista exceptio est peremptoria.*
61 *Quis effectus erit huius exceptionis.*
62 *Ex tali exceptione triplex datur remedium, excluſorium, restitutorium, & institutorium.*
63 *Quid sit intercedere.*
64 *Num regia pragmatica, se extendat ad alios casus.*
65 *Venit regia prag. ad obseruantiam senatusconſ. Vell. & correctionẽ renunciationis, quæ sic passim fiebat.*
56 *In his quæ sunt stricti iuris, casus omissus habetur pro omisso.*
67 *Si renunciatia fuerit interposita in casibus, in quibus non habet locum senatusconsultum per notarium, an incidat in pœnam regia pragmaticæ.*
68 *Quomodo practicant hodie notarij stipulando, vbi interuenit mulier.*
69 *Quomodo aduocati, vt reddant clientes*

Digitized by Google

tes ſecuros, curant contrahi.

70 *Quomodo diſpenſatur per Collaterale conſilium.*

NVper cum perſtringerem nodos nouellæ pragm. ſuper Senatuſc. Velleiano editæ, & videre paſſim tabelliones titubare, & nolle contrahere, propter eius difficilem intellectū, conatus ſum. *l. p* viribus mei ingenij, caſus in quibus non habet locum declarare. Verum quia huic Regiæ prag. cauſam dedit mors atrox, cuiuſdam mulieris nobiliſſimæ Neapolitanæ, ſicut primo temporibus diui Auguſti, & ſucceſſiuè Claudij; & mox Marci Syllan. & Vellei. coſſ. mulieres cauſam dedere, vt fieret prohibitio, & Senatuſc. quo reſtituebantur mulieres intercedentes pro viris, & alijs. Intercedere, eſt interuenire. Apuleus, Dum pro inope, & calamitoſo interuenire, & intercedere, auxiliari, defendere, quod eſt officium virile: quoniam vxor à viro, & non vir ab vxore defendi debet. *l. quod ſi viro ff. de iniur.* dicuntur defendere virum inopem ſupplendo eorum nomine ex facultatibus. *l. 2. §. prætor ait. ff. ſi quis ſatisdar. cogantur,* & in hoc mulier dicitur idonea reſpectu beneficij Senatuſc. *gloſ. in l. de die, §. qui mulierem eod. tit.* & eſt deterioris conditionis, quod eſt priuilegium potius quàm detrimentum. *l. in his multis, ff. de ſtat. hom.* & dicitur virile, quoniam vir eſt integri animi, & non habet legem, quæ interdicat pro eo fideiubendo pro alijs: quod Senatuſconſ. generale reſpectu omnium mulierum factum fuit, vt teſtatur *Vlpianus in l. 2. ff. ad Senatuſconſultum Vellei.* Dicuntur mulieres fragiles, ideſt debiles, frangibiles, vel inconſtantes, & imbecilles: quaſi baculo indigentes, & ſic debiles, & reſpectu animi faciles, vel perſuaſu, faciles ad conſentiendum. Ità cauetur in *l. 2. §. verba,* ibi *propter ſexus imbecillitatem,* multis huiuſmodi caſibus ſuppoſitis. Voluit enim ordo ille ſanctiſſ. ſenatorum imbecillitati, ac infirmitati ſexus cōſulere. *eadem l. 2. & l. ſi voluntate eod. tit.* Non enim erat iuſtum aſtringi mulieres alienis obligationibus, & virilibus officijs fungi, à quibus prohibētur. *l. cum prætor. ff. de iudicijs, & l. 1. ff. ad Vellei.* quia non ſolum operam ſe obligando impendebant, ſed patrimonij iacturam patiebantur. *ea. l. 1.* quibus prætermiſſis, nè in his tempus teram, hos quinque potero caſus in quibus non habet locum Senatuſc. Vellei. & ſucceſſiuè regia pragmatica, in hoc breui compendio deſcribam, & videndum eſt in primis, † in quibus habet locum; & breuiter dico non ſolum habere locum in obligationibus, ſed fideiuſſionibus, & in omnibus alijs contractibus quouis modo factis, ſiuè verbis ſiue re, ſcù quocunq; alio genere initis, ſiuè alio contrahente intercedant, ſiuè ipſæ ſolæ contrahant, aut aliquem defendāt. *l. 2. §. omnis ff. ad ſenatuſconſ. Vellei. iuncta gloſ. in verbo interceſſerant,* aduerſus obligationes, quæ aut verbis, aut re, aut conſenſu contrahuntur: & proinde ſatis erat exprimi hoc verbum, obligationes, ſub quo & mutui dationes, & fideiuſſiones comprehenduntur: quoniam aut proprio nomine, aut alieno quiſque obligatur: qui autē alieno, fideiuſſor dicitur, & intercedit, vt tutius debeatur ſtipulanti. *l. 1. ff. de act. & obl.* ſed vt euitaret omnem dubiam interpretationem, expreſſit hic legiſlator, ea quæ ſub generali verbo comprendantur, & hijs breuiter præmiſſis, datur regula, quod mulieres quocunque contractu obligatæ reſtituantur, & reſciſſis contractibus creditores recurrunt.

Add. Antiqui debitorem non per verbum, reſtitutionis, vt mine, ſed ipſo iure, iuuabant. *gloſ. verbo debere reſtitui l. vnicæ. C. de relatati.* quoniam ab initio non valuit. *l. debitrix. §. fin. ff. ad Velleian.*

Quod

Digitized by Google

2 Quod quidem † Primò fallit, & non habet locum, vbicunque mulier vendit rem propriam, & deinde laudatur in auctricem per emptorem, quem si defenderit pro eo se obtulerit, aut fideiusserit, & condemnatur, volens se iuuari Velleia. nou auditur, nec beneficio Velleia. succurritur ei, aut annullantur facta per eam per regiam prag. *l. sed si eum. ff. ad Velle. l. de die. §. qui mulierem. ff. qui satisdare cogantur, & Socc. in d. §. qui mulierem, & cæteri DD. iuncta l. aliquando eod. tit. ff. ad*
3 *Vellei.* † Secundò mulier non iuuatur aduersus creditorem ignorãtem, quod ipsa intercedebat pro alio. *l. sed si ego, ff. ad Veslei.* quomodo potest prætendere ignorantiam, vide *glos. in l. 1. C. ad*
4 *Vell.* † Et ratio est, quod crediror non tenetur scire, quod ipsa in cuius fauorem beneficium introductum est, intercedebit: ità tenet *Bart. in d. l. sed si ego, & Bald. & glos. in l. 1. C. eodem,* &
5 eo ipso, quòd † pecunia peruenit ad eã præsumitur principalis, nisi ex aduerso probaretur aliqua fraus, quia tunc admittitur probatio contra præsumptionem, quæ resultabat ex pecunia peruenta ad mulierem. *glos. est in l. 3. in vers. dationes. ff. eod.* hinc innuit *Bar.* ad vnum singulare, & notabile, quod si statutum dictaret, quòd si aliquis ciuis interessisset pro forensi, debeat primò principalis discuti, & non audiretur aduersus instrumentum publicum, nõ habet locum in muliere, quæ subuenitur Velleian. *Bald. in l. in multis. ff. de*
6 *stat. hom.* sequitur *Decius in l. fœmina, num. 12. ff. de regulis iur.* † non obstãtibus aliquibus renunciationibus factis in instrumẽto, nisi probauerit creditorem sciuisse intercedere pro alio. ad prædicta adde *Bart. in l. quæ dotis. ff. solut. matri. in 2. col.* & quæ notantur in *l. cum quid ff. si certum petat.* quẽ sequitur *Salyc. in d. l. sed si ego.* Ad prædicta adde,
7 † & Tertiò, quòd mulier coniuncta siuè coniunctam personam beneficium huius senatus non habet. *Authent. matri, & auiæ C. quando offic. tut. mulier fun. potest.* nec pati potest se cõdemnari in præiudicium alterius.
8 *l. tametsi. ff. ad Maccdo.* † genus quidem est auariſſimum, & sic faciliter nõ præsumitur donare. *l. sed si à sponso. §. sponsa. C. de don. ante nup. l. sed si ego ff. ad Vell.* quia facilius se obligat quam donat mulier auara, solers, ità *Imperat. in l. omnes C. de his, qui ven. ætat.* ibi, *fœminas quoque, quas morum honestas, & mentis solertia comendat,* ibi *glos. dicit,* ideò quia mala herba, cito crescit, & citius subdola, & auara, & sagacior præsumitur. *l. qua ætate iuncta glos. ff. de testament.* Quartò non habet locum, vbi causam suam agens intercedit, numerat pecuniam alicui, item vendit aliquid, & pretium rei soluit alicui, aut rem ipsam dat insolutũ,
9 aut † acceptum fert pretium rei sibi debitum, vel emptorem, cui fidem habuit de pretio rei venditæ, eundemq; alicui delegauit. *l. secunda, & l. quamuis. l. si mulier. l. si fœnebris eo. ad Vell. & l. aliquando. l. nec interest. ff. eod. tit.* & ex his collige vnum singulare, vi-
10 delicet, † vbi beneficium respicit personam, in cuius fauorem introductum est, si talis persona per errorem soluit, repetit: secus si in eius odium introductum reperitur. Facit *textus ad literã l. qui exceptionem. ff. de cond. indebit.* aut sciens se habere beneficium solueret, ità tenet *Bald. in l. quamuis, C. ad Vellei.* Sed quid si mulier non numerauit ipsa, non vendidit, causam agẽs. Quoniam fragilitas naturæ in repentinam deducit inopiam. *l. vnica §. cum*
11 *autem. C. de rei vxo. act. succurritur.* † Sed si prędicta fecit ad alterius instantiam, præcedente securitate, vtputa, quia is pro quo intercessit, promisit ipsam conseruare, aut reddere indemnem, aut aliquid ipsi mulieri tradidit, & numerauit valoris tantundem, aut aliquid eidem pignori dedit, vt pro ipso intercederet, non iuuatur Vellei. ex quo suo patrimonio nihil deest. *l. si pro alio eo. ad Vellei. & l. siquidem. ff. eod. Bald. & Salyc. in l. 1. C. eod. & l. simul, ff. eo.*

Digitized by Google

12 *ff.eo.* † Quintò non habet locum, nec iuuatur Vellei. mul. ſi decipiendi cau-
13 ſa interceſſerit † quod cognoſcitur: quando mul. de contrahentis ſubtilitate bat, vel quãdo mulier diſſimulat, quod non eſt, vt quia induit ſe veſte virili, vel in fraudem creditoris ignorantis, ſimulat ad ſe negotium principale pertinere. *l.ſi decipiendi animo. l.ſi ſine §.fin.ad Velleian. l.fœminis C.eo.* ſecus
14 eſſet vbi creditor † ſciret ipſam intercedere pro alio. *Bald.in d.l.fœminis,&*
15 cæteri ſcribẽtes hoc tenent ibi. † Sed creditor (aduertas) non tenetur inueſtigare,& ſubtiliter hoc inquirere, ſufficit enim iſtud credere, ità *Bart.& Salyc.tenent in l.ſi mulier,& l.ſi vxori ff. ad Velleian.*& hoc multis modis accidere poteſt, vt in prædictis locis colligitur, & vltra prædicta eſt *gloſ. in l.ſi decipiendi.in l.ſi mulier.ff. ad Velleian.*
16 *l.ſine voluntate. C.eo.* Sextò † non habet locum, vbi mulier habens pignus, vel rem hypotecatam conſenſit illam dari in dotem, vendi, vel alienari. *l.etiã & l.ſi ſine, & l.iubemus, C.ad Velleian. iuncta gloſ.l.quamuis in verbo interceſ-*
17 *ſerint eod.tit.* verũ iſte conſenſus, † vbi agitur de diminutione patrimonij dictæ mulieris præiudicat eidem, quia licet conſentiendo mulier liberet pignus, aut hypotecam, non tamen ſe obligat, quia vbi ſe obligaret non ſufficeret taciturnitas, & pacientia: ſed deberet interuenire expreſſus conſenſus, ità tenet *Bal.in l.ſi ſine. C.ad Velle.* quod eſt intelligendum, niſi ad conſentiendum fuerit inducta dolo, vel metu, vel propter nimiam reuerentiam mariti auſa non fuerit contradicere. *l.1.§.quæ onerandæ. ff. quarum rerum*
18 *actio.& Bal.in d.l.* Sed quid † ſi renunciauerit iuri hipothecæ alicuius rei, an deinde agenti contra eundem obſtat exceptio cedendarum? ſi mulier fuerit parata cedere, quatenus poſſet, & aduerſarius contradiceret ipſam nõ poſſe cedere ſuas actiones ſuper re, quam liberauit, num excludatur à petitione? dicit *Bald. in l. iubemus. C.ad*
19 *Vellei.* quod excluditur, † idem ſi illud liberauit, vel ſi animo liberandi redimit, aut redderet pignus, vt rem gratã gerat, aut gratificet accipienti. *ead. l. quamuis. iuncta gloſ. in verbo interceſſerint.*
20 † Septimò, vbi mulier promittit indemnitatem tutori tutelã gerenti ſub nomine vxoris, ex quo in eo caſu mulier intercedit pro ſe ipſa, & promittit indemnitatem propriæ obligationis. *l. quamuis. §.ſi mulier interuenerit, & l. tutor in principio.ff.ad ſenatuſconſ.Velleian.* quod intelligas eſſe verum, vbi mulier promittit indemnitatem tutori, vt debitori, non vt creditori, ità tenet *Bald. in l.ſi mater. C. ad Velleian.*
21 Octauò non habet locum, vbi mulier interceſſura pro alio, antequam intercederet delegauit ſuum debitorem alicui pro eo, pro quo volebat intercedere: habetur enim, ac ſi numeraſſet. *l.quamuis.§.planè.iuncta l.ſed ſi ego.ff.ad Velleia.*& ratio eſt, quoniam mulier reſtituitur per Seuatuſc. vt non ſe obliget: ſecus eſt in his, quæ diminuit, quia non reſtituitur, & delegando, vel numerando pecuniam videtur
22 donare. † Quæ donatio capitur quandoque ex coniecturis, vtputa quando mulier delegat, & numerat pro perſona miſerabili,& coniuncta,& ipſe eſſet dives, nam quoties alia coniectura capi poſſet quàm donatio, illa capi debet *l.ſi cum aurum.ff.de ſolut.* hanc opinionem tenet *Bald.& Salyc,in l.1.C.eod.*
23 † Nonò non habet locum, vbi mulier promiſit aliquem habere ratum, quod ipſa geſſit. *l.ſi mulieri ſoluere.ff.ad Vel-*
24 *leian.* † Addé decimò, non habet locũ *c.epiſcop.12.quæſt. 2.* vbi mulier interceſſit pro eo, qui tantundem quantitatem pecuniæ numerauit, & ſoluit eidem mulieri. *l.ſi mulier contra ſenatuſconſ.ff.ad Velleia.* hoc intelligitur ſiue eo tẽpore quo intercedit, ſiue antea vel poſt: ſiue in ſcriptis, ſiue ſine, ex noua legis diſpoſitione. *l. antiquæ. C. ad ſenatuſconſ. Vellei.* per quam datur forma, quæ ſi non fuerit obſeruata, eſt

nulla.

Digitized by Google

nulla. *l. qui Romæ. §. Flaccus. ff. de verb.*
25 *obligat.* † Sed an sufficiat modicum, dari super hoc sunt tres opiniones, videlicet *Cyni* dicentis, parem requiri quantitatem pro qua interceſſit, & *Bal.* dicentis tantam requiri, quod veriſimiliter diſcretus homo veriſimiliter ſe obligaſſet, quod remanet declarandum Iudicis arbitrio. *l. ſi quis ità. §. Seia. in fine. ff. de verb. oblig. & Salyc. in d. l. antiquæ.* dicentis ſufficere modicum, dummodo pro illo obligaſſet, & eſt ratio, quia de beneficio non videtur curare, immò renunciare in opprobrium legis, & ideò non iuuatur. *l. auxilium in fine ff. de mino.* ſed opinio *Baldi tutior eſt ſecundum Angel. Aret. in d. §. item ſi. Inſti. de exceptionibus in eol.* 18. † Vndecimò non habet locum, quando aliquis ſoluit pecuniam mulieri, vt permitteret, & cõſentiret rem ſibi obligatã alteri obligari. *l. vir vxori. §. ſi mulier. ff. eod. tit. & l. Lutius. ff. quibus modis pign. vel. hyp. ſolu.* & ratio eſt, quod licet conſentiendo rem ſibi obligatam alteri obligari, videatur mulier intercedere: nihilominus, quia recipit pecuniam liberatur pignus. Sed quid ſi vir dat aliam rem in cambium, vt vxor conſentiat, an tenet cõſenſus; tenet hoc *Bal. & Salyc. authen. ſi qua mulier, & in authent. ſiuè à me. C. ad Vellei. Argumento tex. l. ità ſi conſtante, & l. fin. ff. de iud. dot.* ſed cautius eſt ſecundum *Bald.* vt antequam conſentiat mulier, fiat permutatio.

27 Duodecimò: † Non habet locum quando mulier accipit pecuniam ex cauſa neceſſaria, vtputa, pro reparatione domus, fundi, vel alterius rei. & hoc quando ſola accipit pecuniam, ſed ſi cum alio, pro rata excluditur à Velleiano. *l. vir vxori. §. mulier. ff. ad Velleian.* Adde *l. fin. ff. de iur. & fac. igno.* vbi mulieri ſubuenitur, quando dolosè non fecerit, & declarauerit, tenet *gloſ. per l. ſi ſine. C. eod.* idem in quibus caſibus ita ſubuenitur vltra quam mares
28 ſubueniuntur. Decimòtertiò † non habet locum, vbi mulier accepit tantam pecuniam, pro quanta creditori danti expromiſit, ex quo non damnificator. *l. ſi mulieri dederim ff. ad Vellei.*
29 Decimoquartò, † non habet locum, vbi mulier vocata ad declarandum ſi eſt hæres, & tenet, & poſſidet, ſciens ſe non eſſe hæredem, declarauerit ſe eſſe hæredem. *l. ſi mulier in iure, & l. ſi mulier hæreditatem. ff. ad Velleian.* quod eſt verum, vbi fraus creditorum non interceſſerit: quia ſi fraus, & dolus interceſſit, reſcinditur additio, & declaratio, vt tenet *Salyc. ia d. locis, & Bald.*
30 *in l. 1. C. eod.* Decimoquintò, † non habet locum, vbi mulier erat debitrix, & delegata promittit quantitatem debitam, cui delegata eſt. *l. debitrix. ff. ad*
31 *Velleia.* Decimoſextò, † non habet locum, vbi mulier iuſſit ſeruo ſuo credi pecuniam, vel fideiuſſit pro ſeruo pro ea quantitate, quæ verſa eſt in rem ſuã. *l. ſi domina. ff. ad Velleia.* Decimoſeptimò, non habet locũ, vbi creditor ignorans bona fide ſequutus ſit fidem mulieris, de eo quod eſt conuerſum in vtilitatem vtriuſque ſcilicet viri, & vxo-
32 ris. *l. bona fide. ff. ad Vellei.* verum † cõtrahens com muliere, debet eſſe curioſus, quod in effectu veniat in vtilitatem mulieris, vt tenuit *Iacobus Butr. in Authent. vnde ſumitur Authent. ſi qua mulier. C. ad Velleian: argumento tex. Anthent. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccleſ. l. Ciuitas,* & ibi *Bart. ff. ſi*
33 *certum petat.* Decimooctauò, † non habet locum, vbi vxor delegauit ſuum debitorem viro, & vir pecuniam recuperandam ex dicto debitore delegato ſolueret creditori dictę vxoris, vbi pro eo debitore delegato interceſſit. *d. l. bona fide. §. vxor ff. ad Vell.* Decimono-
34 nò non habet locum, † Vbi mulier obligat bona ſua pro dote filię ſuę eius genero. *l. ſi dotare. C. ad Vellei.* quod eſt verum, vbi coram tribus teſtibus mediante perſona publica ex diſpoſitione iuris communis, & in regno vbi celebratur inſtrumentum, iuxta *Conſtitutionem inſtrumentorum robur*, per ea quæ colligit *Bald. in l. antiquæ. §. fin.*

C. ad

Digitized by Google

35 C. *ad Velleian.* Vigeſimò † non habet locum, vbi mulier ſucceſſit debitori, pro quo interceſſit. *l. mulierum. C. eo. l. quamuis. ff. eo. & Angel. Aret. in §. item ſi 10. colum. Inſtitut. de excepti.* & hoc intelligitur, vbi mulier principaliter erat obligata, non vbi erat acceſſoriè: quia tunc tantũ vbi principaliter obligata erat tenetur ſua, & hæreditaria actione: vbi verò acceſſoriè per confuſionem, tenetur tantum hæreditaria actione. *l. ſi reos. ff. de duobus reis. l. hæres à debitore. §. 1. ff. de fideiuſſo.* Vigeſi-
36 moprimò † non habet locum, vbi mulier certiorata per notarium renũciat Velleia. *l. fin. §. penultim. iuncta gloſ. l.*
37 *1. ff. ad Velleia. l. fin. C. eod. tit.* † Quod hodie eſt correctum per Regiam nouellam Pragmaticam, per quam prohibetur mulier renunciare Senatuiconſulto Velleiano, vt colligitur per illa verba appoſita in d. R. P. ibi, *ſtatuimus, & ordinamus de cætero, dictum ſenatuſconſultum ab omnibus tribunalibus, & Iudicibus huius Regni inuiolabiliter obſeruari, non obſtante quacunque renunciatione per dictas mulieres faciendas, ſub quacunque verborum ſerie: etiam ſi per notarios aſſerantur cerciorate*, & ſic per hoc tollitur illud, quod cõmuniter tenebatur mulierem potuiſſe cum iuramento renũciare, vt tenet per plura *Tiraquellus in l. ſi vnquam. C. de reuo. don. in verbo in principio num. 96. & 97. Alexand. in in l. in repudianda. ff. de acquiren. hære. & in l. ſciendum.* tenet contrarium, niſi certiorata cum iuramento renunciaſ-
38 ſet. † Semper intelligantur ignorantes, quia ignorant ſaltim quid eis conueniat, & ſi ſcient metu (vt diximus) contradicere non audeant. Sequitur *ſtatuimus etiam, quod huic præſenti ſanctioni, & Regiæ Pragmaticæ, nullatenus renunciari poſſit per dictas mulieres, & ſi renunciatum fuerit, dicta renunciatio ſit ipſo iure nulla, declarantes dictas renunciationes, & obligationes meticuloſas, tali metu, qui cadere poſſit in conſtantem virum (etiã ſi contrarium per inſtrumentum appareret, & habeatur talis metus pro dante cauſam contractui, & ex cauſis prædictis) eſſe contra bonos mores ciuiles,*
39 *& naturales, & † comprehendi ſub regula iuris canonici, non eſſe obligatorium iuramentum præſtitum contra bonos mores.* Quæ quidem ſanctio habet conformitatem iuris communis, poſtquam ex cauſa renunciatio prohi-
40 betur. Vigeſimoſecundò, non habet † locum vbi mulier intercedendo pro alio ſe obligat minori, & principalis debitor, pro quo intercedit non eſt ſoluendo. *l. ſi apud minorem. ff. de minor.*
41 & in hoc potentius eſt † beneficium minoris ætatis quàm Velleiani: in tantum quòd mulier non eſt tuta Velleiano, dicit *Bart. in dicta l. ſi apud minorem*, ex quo ipſo iure, ſeù facto læditur minor effectus debitor non ſoluendo, etiam quòd à principio contractus debiti eſſet non ſoloendo. Vigeſimotertiò, non haberet locũ dictum Senatuſ-
42 cõſultũ, fertur † vbicunq; mulier promiſit etiam extraneæ perſonæ, per rationes concludentes; nam dotare non ſolum eſt actio pia, ſed promiſſio facta de dote debet compleri, nè mulier remanens ſine dote excludatur, & repellatur à viro. *l. fin.* & ibi *Bal. C. ad Velle.*
43 Vigeſimoquartò † non habet locum in quacunque cauſa pia, vt in alimentis, & alijs ſimilibus, per extenſionem, quæ fieri poteſt, etiam ſi taxatiuè regula loqueretur. *l. illud. C. de ſacroſan. eccleſ.* & idem *Bal. in d. l. fin. & in l. ſi dotare. C. ad Vellei.* quem refert, & ſequitur *Angelus in d. §. item ſi. de exceptionibus Inſtit. col. 15.* Vigeſimoquintò, nõ habere locũ ſenatuſconſultũ, videtur vbicunq; aliquis dedit libertatem ſeruo præcedente promiſſione mulieris, ex quo fauore libertatis, mulier nõ reſtituitur, nec libertas reuocatur. Idẽ eſſet in conſimili caſu. vbi eadem ratio vigeret, & ex indentitate rationis extenditur. *l. quamuis. §. quoties cum ſequentibus. ff. ad Velleian.* Vigeſimoſex-
44 tò. † non habet locum, vbi poſt primã inter-

Digitized by Google

interceſſionem iterũ ſe obligauit elapſo biennio, & hoc quia non præſumitur certificari de ſuo beneficio, poſtquam ſciens poſſe ſe tueri beneficio Velleia. iterum ſe obligauit, ex quo videtur tacitè renunciaſſe beneficio pro ſe introducto. *l ſi mulier. C. eodem*, & ibi *Bald. & Salyc.* Sed quæro, num iſta ſecunda cautio retrotrahatur ad finem, vt poſſit vigore primæ interceſſionis ſe tueri aduerſos cæteros creditores anteriores reſpectu ſecundæ, & poſteriores reſpectu primę quid eſſet maxime vtile. *Bald. tenet, quod ſic, dicta l. ſi mulier. C. ad Velleia.* Incidenter quæro, circa prædicta, quid ſi in inſtrumẽto vxor, & vir inſimul confiteantur cum iuramento pretium alicuius rei, aut pecuniæ quantitatem recepiſſe, penes quem præſumatur peruenisſe

45 dubium eſt, & propter † iuramentum præſumitur pro rata penes quemlibet eorum peruenisſe, adeò quod pro ea parte Velleiani beneficio non iuuatur, vt ait *Bart. in ſuo conſil.* quod incipit, *domina Petrutia nupſit Lotharo*, per quem allegatur in dicto conſilio. *l. reos §. eum in tabulis. ff. de duobus reis*, etiã quod hoc inſtrumento non continetur, quia vtiliter præſumũtur obligati. *l. Paulus. ff. de re iudica. l. prima. C. ſi plures vna ſententia. l. ſi quis teſtamento. ff. de leg. primo. l. ſi pluribus. ff. de lega. ſecundo.* aliàs ſi iuramentum non eſſet appoſitum, præſumeretur pecuniam peruenisſe ad virum propter reuerentiam maritalem, quæ eſt tanti, vt inducat talem præſumptionem. *l. prima. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum actio. iuncta gloſ. ibi in verbo, metui. & in titulo de libertate. §. ſed ante omnia. verſ. ſed pone, & Ludouic. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolut. matrim.* & licet in practica hoc obtineat, tamẽ non eſt verum, vt ait *Salycetus in dicta Authentica. contra mulier. C. ad Vell.* & idem tenet *Angel. in dicto §. item ſi. Inſtit. de exceptionibus, col. 20.* quia confeſſio nulla iuramento non validatur. *l. non dubium. C. de legi.* Niſi ex parte creditoris manifeſtè fuerit probatum dictam pecuniam peruenisſe ad vxorem. *l. ſed & Iulianus. ff. ad Macedonia.* Item incidenter etiam quæro, præſuppoſito quod poſſit huic beneficio Velleiani renunciare: maximè præcedente cercioratione. *l. fin. §. finali iuncta gloſ. in verbo vſuram. ff. ad Velleia. & l. fin. iuncta gloſ. C. quando mulier tut. off. fung. poteſt*, quam gloſam ſequitur *Hoſtienſis in Summa ſua. §. & quis verſ. idem eſt. & Archid. & Dominicus in cap. placuit 38. diſt. & Felinus in cap. ſi diligenti extra de foro competenti in 4. col.* Num præſumatur cerciorata mulier? dicunt communiter *DD.* quos refert *Felin. in cap. ſi dili-*

46 *genti extra de foro compet.* † quod non præſumitur cerciorata, *per dictam gloſam in verbo vſuram, & gloſ. in l. ſciendum. ff. de verb. obligat.* & ibi *Alex. in 1. col. & in l. ſi duos. §. ſed Iulianus. ff. de iureiur.* & ibi *Bart. & Soccinus conſ. 263. in 2. parte*, quod incipit *Copia primum conſultationis articulum*, ſed ſi non in ſpecie, ſed in genere renunciauerit cerciorata dicto beneficio cum iuramento, & in inſtrumento ſit appo-

48 ſita † clauſula, omni meliori modo, dico quod non obſtante dicta clauſula iuramentum prædictum non extenditur ad incogitata, vt tenuit *idem Felin. in d. cap. ſi diligenti in 4. col. extra de foro competenti*, & hoc procedit, etiã quod inſtrumento aſſeratur fuiſſe cerciorata in genere per notarium. Nam poſſet eſſe, quod notarius ignoraret quid ſit beneficium Velleiani, vt plurimum accidit in hijs notarijs, qui practicantur in ruribus, & paruis caſtris, vbi non eſt, nec haberi poteſt copia iuriſperitorum, per quos poſſit moneri notarius de huiuſmodi, & alijs clauſulis ſolitis apponi in inſtrumentis. Hinc naſcitur practica, quod quando fortè clauſula ex conſuetudine appoſita reperiretur, debet notarius interrogari

49 † quid ſit hoc beneficium, & ſi repertus fuerit ignorare, nihil prodeſt fuiſſe appoſitam talem clauſulam, ex quo ex

Digitized by Google

hoc præſumitur mulier noluiſſe huic beneficio renunciare ſi in ſpecie, clarè ac diſtinctè fuiſſet cercioratа, *In queſte, ò vero in altro lo medeſmo effetto importante, & eſſendo per lui cercioratа, & chiarita che li competeua il beneficio, ſeù priuilegio, che in loro fauore la legge, ſeù Senatuſconſulto conceſſe, retrouo per lo quale le donne obligandoſe in nome de altri ſono ſecure de non poſſere eſſere moleſtate, à loro haue piaciuto renunciare à tale priuilegio, & beneficio in loro fauore introdutto*, quoniã eſſet nulla huiuſmodi renunciatio, ſi aliter proceſſit dicta cercioratio, & hoc fuit contra mentem aliquorum in *dicta l. fin. ff. ad Velleia.* Ratio eſt, quia
50 eadem † facilitate renunciauit, qua ſe obligauit. *l. 1. C. ad Velleian. & Abbas Siculus, & Felinus in d. cap. ſi diligenti in 3. col.* Licet canoniſtæ interuentu iuramenti dicant ſufficere renunciare, vt mulier excludatur à Velleiano, vt *ibidem Felinus per cap. quamuis de pactis in vi. & cap. contingat extra de iur. iur.* ſed cautius eſt, quod cercioretur, *vt gloſ. in verbo vſuram dicta l.*
51 *finalis §. fin.* Item † quæro, num potuit Rex in hoc Regno per pragmaticam iſtam annullare iuramẽtum, quod concernit peccatum, & animã, & eius cognitio ſpectat ad ſummum Pontificem? & dico reſpectu publicæ vtilitatis, nẽ mulieres remaneant indotatæ per obſeruantiam iuris. *l. 1. ff. ſoluto matrim.* potuiſſe prouideri circa futura negotia, quibus veniret interponendũ iuramentum: quod iuramentum reperiens reſiſtentiam legis fit nullum, ex quo non annullatur iuramentum inter poſitum, ſed interponendum, vt aliàs *Imperator in l. non dubium C. de leg. & Federicus in cap. 1. de prohibita alienatione per Federicum, & in Conſtitutione Regni*, quæ incipit *diuæ memoriæ, ſub rubrica de reuocatione alien. feudi, & l. cum lex. ff. de fideiuſſor.* & hoc quia vbi iuramentum venit, vt interponatur contractui, inuenit legis, & pragmaticæ reſiſtentiam, & ſic eius robur effugit contractus, vt *in d. l. cum lex ff. de fideiuſſ. & Bald. conſ. 132. 3. volum.* arguendo à ſimili, ſicuti iuramentum ab homine poteſt relaxari, ità à Principe, vt voluit *Salyc. in Authentica ſacramenta puberum C. ſi aduerſus venditionem l. ſi libertus non aluerit ff. de oper. lib. 3. i. fin. ff. qui, & à quibus, & Io. Andreas in cap. 2. de ſponſal. & Bart. in l. 1. §. poſt operis noui nunciationem ff. de operis noui nuntiat, & gloſ. C. de decur. & Alex. in conſ. 59. 1. volum. & Bart. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iure, & Dñus Matthæus in Conſtitutione diuæ memoriæ, de reuocatione alienat. feudi in 11. col. num. 35. & 36. & Alexand. conſ. 38. in 3. volum. & conſil. 99. in 4. volum.* Tantò fortius, quod iuramentum annullatur quantum ad partem, non quantum ad Deum: quod poteſt fieri, vt idem tenet *Io. Andreæ in cap. de ſponſal. & Felyn. in c. ſancta Maria extra de Conſtitut. & Abbas in 1. vol. conſ. 71. incipiente quinque dubia.* Et incidentur quæro, an hoc etiam
52 habeat locum in vidua † ità quod non poſſit contrahere ſine diſpenſatione regia, & præter dicta in ſupradictis limitationibus, & fallentijs, dico quod ſic. *l. ſi mater C. ad Velleian. l. matri, & C. quando mulier offic. tut. fungi poſſ. l.*
53 *2. & l. tutor ff. ad Velleian.* Prætereà † nota, quod ex cauſa antecedenti fuit per Regiam Pragmaticam hæc prohibitio facta, prout dicit *Bald. quod requiritur ad annullationem actus in dicta Authent. ſacramenta puberum*, & in tantum operatur cauſa prædicta, quod non ſolum annullatur iuramẽtum, ſed
54 † tollitur dolus, qui poterat intereſſe gratia decipiendi. *l. ſed ſi decipiendi ff. ad Velleian.* & videtur eſſe ſublatum dolum per illa verba adiecta in Regia Pragmatica, ibi, ſi aſſerantur cerciorатæ præſumuntur ignorantes: quia ſaltem ignorant quid eis conueniat, & ſi ſcirent, metu contradicere non auderent. Et ex his quæro, an iſta erit præ-
55 ſumptio † iuris, & de iure, vel iuris tantum, dico quod eſt iuris, & de iure,

& per

Digitized by Google

& per consequens non recipit probationem in contrarium. *cap. ii. qui extra de sponsal. & Speculat. in tit. de præsumptio.* & † dicit, metus qui cadit in constantem virum, vbi mors intercedit, & corporis cruciatus, & minæ illatæ à persona verisimiliter timenda, & reuerentia maritalis, vt hic, & *in dicta §. quæ onerandæ l. 2. §. fin. & l. metus autem, iunctis gloss. ff. quibus ex causis maiores, & limetum ff. quod metus causa, & l. vani timoris ff. de regul. iur. l. si quis, vbi gloss. ff. de iudic.* etiam hoc procedit etiam quod in instrumento fuissent † apposita illa verba, quod non vi, metu, sed sponte, &c. Præterea † vbi metus dat causã, cõtractus est ipso iure nullus, vt in præsente nostra nouella pragmatica, ibi talis metus habeatur p dante causam contractui. *l. si ea C. de fideiuss. & l. in causa* in secunda §. *idẽ Pomponius ff. de minor. iuncta gloss. in verbo*, non enim benè dico. *l. si legatarius ff. de dol.* Maximè cum dicta renũciatio sit facta contra bonos mores ciniles, & naturales, & idcirco nulla. *l. alia §. eleganter ff. soluto matrimonio l. conueniunt ff. de pactis, & l. prima C. nè fideiuss. dot. dentur, & l. iuris gentiũ §. paciſci. ff. de pactis, & notatur in l. qui exceptio. ff. de condict. indebiti*, sed quæro, num ista exceptio Velleiani, quæ mulieri competebat, ea mortua, trãseat ad hæredes? dic quod sic, quod ad hæredes, & contra hæredes, mandatores, fideiussores, & singulares successores transit. *l. hæ exceptiones ff. ad Velleian. l. mulierem C. eod. l. exceptiones ff. de excep.* & etiam oneratos, tàm ex causa onerosa, quàm ex causa lucrativa, vt *idem Angel. in d. §. item si Instit. de exceptionibus colum. 2. tenet.* Idem † hæc exceptio est peremptoria, nam opponi potest, vt ceteræ peremptoriæ in quacunque parte iudicij, vsque ad sententiam, & post sententiam, & impedit huiusmodi exceptio contestationem, & ingressum litis, & condemnationem, ac executionem sententiæ. *l. 1. C. de exceptio. l. 2. ff. eod. l. tametsi ff. ad Maced.* & notat *gloss. magistra, in dicta §. item si in verbo appellantur*, quia mulier est tuta exceptione perpetua, & fauorabili. *l. qui exceptionem ff. de condict. indeb.* Sed quæro † ex his, quis effectus erit huius exceptionis? dic q actio reducitur ad pristinum statum, & ex tali † reductione triplex oritur remedium, per quod succurritur creditori, videlicet excluſorium, restitutorium, & institutorium, vt dicit *Bart. in l. si paternam C. ad Velleian.* excluſorĩ per quod excluditur creditor; & restitutorium, per quod annullato contractu respectu mulieris, creditor restituitur ad antiquum debitorem, & ad pristinam actionem. *l. si mulier alienam C. ad Velleia. l. in honorarijs ff. de actio. & obbig.* quandoq; dicitur rescissorium per quod rescinditur nouatio in personam mulieris, & illico restituitur creditor rescissa nouatione ex lege, non ex officio Iudicis, nullo dato interuallo, actio restitutoria tanquam subrogata ex lege, cum hypothecaria ex eodẽ contractu, datur contra pristinum debitorem. *l. aliquando §. de pignoribus, & l. si debitrix §. si senatusconsultum ff. ad Velleian.* Institutorium remedium, seù actio institutoria, quod est tertium remedium competẽs, per quod magis instituitur actio, quam restituitur, ex quo nulla præcedebat obligatio contracta tẽpore, quo se obligauit mulier, quasi tunc nascitur, quando excluditur creditor à muliere. *l. quamuis §. quoties, & §. si cum essem, & l. quidam ff. ad Velleian.* Adde glossam de hoc plenissimè loquentem in *l. 1. C. de repud. in verbo debet restitui*, & aduerte, quod tanta est debitoris fragilitas, quærentis pecuniam, quod facit creditori instrumentum generaliter, prout vult *Bart. in l. si ex cautione C. de non num. pecu. & Boer. cons. 12. num. 2.* Et quia totius materiæ cardo consistit in verbo hoc intercedere, ideò pauca de eo dicemus. Et primò quid † sit intercedere, & quomodo in præsenti materia capitur, & dic multis modis, vt notat

gloſ. in l. 1. C. ad Velleian. & gloſ. in l. in perſonam ff. de pactis, & in l. Stichum, aut Pamphilum §. aliquando ff. de ſolut. & l. qui libertinus §. fin. ff. de operis libertor, & l. 1. §. ſed aut proprio nomine ff. de actio. & oblig. & ſtricto modo duo bus modis capitur hoc verbum, intercedere, & primus modus eſt quando aliqua mulier in ſe transfert alienam obligationem *l. 3. C. ad Velleia.* ſecundus modus eſt, quando participat de obligatione iam nata, vel naſcitura nata, vbi alius erat obligatus in aliqua quantitate pecuniæ, & illam promittit ſoluere mulier animo nouandi, licet inefficaciter: naſcitura, quando aliquis tractauit ſe obligare, & antequam ſe obligaſſet, quia creditor illum renuebat, loco ipſius admiſit mulierem. *l. quamuis §. cum eſſem ff. ad Velleianum.*

63 Sed † numquid Regia Pragmatica extendat ad alios caſus, & limitationes, vt ex verbis ipſius colligitur; ibi creſcente hominum malitia, ne mulieres in hoc tam iuſto, & honeſto beneficio ſe iuuare poſſent, perſuaſionibus, & blanditijs inductæ ſunt in primis obligationibus, renunciare beneficio legis, & ſenatuſconſulti, ac contra renũciationem eadem facilitate inducebantur, qua ſe ad obligandum, vt *Bald. in dicta Authent. ſi mulier ff. ad Velleian.* & ideò dicta Regia nouella pragmati-

65 ca venit † ad correctionem iſtius limitationis, fallentiæ, & renunciationis. Tamen quia in correctorijs non fit extenſio, maximè cum cauſa expreſſa nouiter induxit editionem, & promulgationẽ iſtius nouellæ pragmaticæ, quo caſu non extenditur ad alium caſum. *Bart. in l. omnes populi in 13. & 14. col. ff. de iuſti. & iure*, ex quo cauſa nulla eſt expreſſa. *l. fin. C. de cur. furioſ. l. iubemus C. de teſtamentis, & in Authent. de non alienandis §. alienationis*, ibi ex quo eſt ſtricti iuris, & non recipit interpretationem extenſiuam: quia non eſt noſtrum leges extendere. *l. conſtitutionibus ff. ad municipal. l. ſi verò §. de viro ſoluto matrimonio Inſti. de actioni-*

66 *bus §. actionum.* in hijs † etiam quæ ſunt ſtricti iuris caſus non expreſſus habetur pro omiſſo. *l. quicquid aſtringendæ ff. de verborum obligat. l. cum dotem. l. cõmodiſſimè ff. de liberis, & poſth.* Maximè cum alij caſus ſunt deciſi per ius commune. *l. quod verò ff. de legi.* ergò dicta correctio non extenditur ad alias limitationes. Sed quæro incidenter in caſibus, in quibus non habet lo-

67 cum ſenatuſconſultum Velleianum, † ſi renunciatio fuerit interpoſita; num notarius inciderit in pœnam Regiæ pragmaticæ? & prima facie videbatur quod non, ex quo huiuſmodi renũciatio eſt ſuperflua in dictis caſibus, & nihil operatur, *argumento textus l. prima C. de theſaur.* & per conſequens non eſt nociua, & ideò non deberet puniri. *l. damus C. de falſis.* Sed hijs non obſtantibus, dic quod punitur, & ſe ab huiuſmodi renunciatione abſtinere debet. Idem in ſimili conſuluit *Soccinus in conſ. 102. & conſ. 104. & Matheus in Conſtitut. Regni*, quæ incipit *duram, & diram in tertio not.* & tertia quæſtio, quos refert *Caſſaneus in gloſſis ſuis ſuper Conſuetudine Burgundiæ, ſub rubrica, qui conſiſquelecorps. §. 1. num. vigeſimonono fol. 90.* Et quid ſi fuerit in vno caſu diſpenſatum cum muliere, vtrum poſſit in alio caſu contrahere? dic quod non: quoniã diſpenſatio eſt ſtricti iuris. *Boer. conſ. vigeſimo ſexto num. 7. & eſt textus in minore. l. ſed ſi §. prætor ait ff. de reb. eor. & in c. vnico §. donare qualiter feudum alien. poteſt.* & ibi *Andreas, & l. iubemus C. ad Velleia.* Sed quid ſi promiſerit vxor donationis cauſa creditori viri, aut fideiuſſorem dederit? Dic neque obligari vxorem, nec fideiuſſorem eius, neq; liberari virum. *l. ſi ſponſus §. ſi vxori ff. de donat. inter virum, & vxorem.*

68 & proindè † inoleuit hodie poſt hanc Regiam pragmaticam, practica notariorum in inſtrumentis, vbi interueniunt mulieres, quod in clauſula illa renunciauit, ſtipulando vulgariter: aut ea publicè renunciauit omni legum

auxi-

Digitized by Google

auxilio, præterquam beneficio ſenatuſconſulti Velleiani, & Regiæ nouellæ pragmaticæ, & benè faciunt, ex quo de honore; & periculo eorum agitur. quid de vxore captiui? dic quod reputatur vidua. *l. vxores eorum ff. de diuort.*

69 Item † inoleuit etiam curialium practica, quod vbi volunt facere ſuos cliẽtes reddere ſecuros, porrigunt memoriale Illuſtriſſimo Domino Proregi, & in Collaterali Conſilio, per quod viſo memoriali indiſtinctè ꝓuidetur, quod capiatur informatio, & dato quod conſtaret, non comprehendi caſum expoſitum in memoriali ſub Senatuſconſulto, & Regia pragmatica, non permittuntur aliter obligari mulieres, nec

70 vendi eorum bona † niſi cum clauſula quod precium conuertatur in emptionem tot bonorum, pro ſecuritate mulieris & interim deponatur in bancho, & cum conditione: taliter quod non remaneant indotatæ, & ſic conſueuit obſeruari, & in dies huiuſmodi memorialia expediuntur: & non immeritò, ad finem vt tollatur iſta virorum perfidia, & ab eorum animis, ſcientes non poſſe fieri huiuſmodi renunciationes, excludatur hæc intrinſeca paſſio voluntatis eorum, & mulieres hoc ꝯclipeo regio tutantur. Verum licet non renuncient in contractibus in caſibus, in quibus non habet locum regia pragmatica, & Senatuſconſultum Velleianum, tamen actus qui fiunt per eos validantur iuramento, pactis adiectis in contractibus, adeò quod tenentur mulieres obſeruare contractus, per allegata *in gloſ. fin. in l. non dubium C. de legibus.*

Ità vbi caſus euenerit poterit decidi, & determinari, & ſic ſum expeditus de prædictis, licet plura dici poſſint, quorum ampliationem, & diſpoſitionem ad alios qui ſuper hoc ſcripſerunt me remitto, & eaque ſcripſi ad ingenij mei eruditionem, & aliorum declarationem rogaui imprimi, ſub Cæſarea Maieſtate, hic in Ciuitate Neapoli.

Add. Et quid ſi mulier promiſerit dotes pro filia cum diſpenſatione? tenetur adimplere, etiam quod remaneret indotata, & periculum immineret vt repellatur à viro, & diſtrahatur inter eos matrimonium. *l. generaliter C. ad Velleian.* Verum fallit hoc, vbi doceretur hęc mulier per metũ ꝓmiſiſſe, à cõtrario ſenſu verborũ eiuſdem textus, ibi, nam ſi ſpontanea voluntate.

Et quid ſi renunciaſſet Velleiano lege permittente? dic quod nihilominus non diceretur renunciaſſe beneficio. *Authenticæ ſi qua mulier C. ad Velleia.* ita tenet *Bald. in l. 1. C. ne vxor pro marito, & Alexand. in additio. dictæ legis generaliter.*

Et quid ſi contrahit aliquis cum libera, vidua, ſeù alia muliere, quam elegit creditor: qui cum alio propoſuerat contrahere, vel ex calliditate, & diligentia creditoris, ex perſona mulieris exordium ſumſerunt? exceptione tuetur Velleiani mulier. *l. cum ad eas C. ad Velleianum*, ſecus eſt vbi contrahit pluraliter pro ſe, licet poſteà conuertat pecuniam in vtilitatem alterius ſciente creditore. *l. ſi fœnebris C. ad Velleian. l. quamuis eod. tit.* & quid ſi vendit maritus fundum dotalem conſentiente vxore, ſeù pignorauerit, & creditor demum vendiderit? recuperat non ſolum ipſa, ſed filius, vt hæres matris non reſtituto pretio, *l. ſciens C. eod. tit.*

Et quid ſi expoſuit mandatum in memoriali, & impetrauit aſſenſum? dic quod non valet reſcriptum obreptitiæ impetratum. *Bald. in l. vnica C. ſi nup. ex reſcripto petantur.*

Et quid ſi eſt conditionale, vel ſub illis verbis: dummodo non remaneant indotate? dic idem, per *l. iubemus C. eodem, & l. generaliter eod. tit.*

Io: Franciſcus Seaglionus V. I. D.

ADDITIO.

VLtra Comentaria Troyſ. & D. Reg. Rouiti ſuper iſta pragmatica adde Camp. in cap. mulier dotarium ſub num. 68. in medio, vbi citat iſtam pragmaticam ad hoc, cum mulier intercedat non præiudicat ſibi in dotem. Picus in deciſ. Romanæ prima per totã, circa quod erit aduertendum qualiter hæc pragmatica

matica procedit in omni contractu, quemadmodum concludit Conſ. Marcian. conſ. 12. num. 9. & in quibus caſibus locum habet, refert Molf. in conſuet. Neap. p. 7. q. 3. num. 4. quæ licet loquatur in nuptis, & in re dotali, vt voluit Iudex Larata conſ. 3. nu. 2. & reſpiciat ipſas fœminas, vt inquit D. Reg. de Ponte conſ. 41. num. 7. vol. 2. adhuc tamen limitatur, niſi res conſentiret, vt per Epiſcopum Fuſcum ſing. 46. lit. A. & hoc per diſpenſationem, vt conſuetum eſt practicari, porrectis memorialibus ſuæ Excell. prouideri in maritatis, liceat, dummodo non remaneat indotata, & ſuis iuribus defraudata, & in virginibus, quod liceat quia in capillo cenſuit D. Reg. de Ponte conſ. 40. ſub num. 5. volum. 2. in uiduis autem liceat, quia uidua Præſ. de Franc. deciſ. 487. num. 2.

Secundò limitatur, quando intercederet pro cauſa pia, ut in facti contingentia iudicauit S. C. apud Præſ. de Franc. deciſ. 237. citantem hanc pragmaticam Paul. Stayban. Iun. reſol. forenſ. reſol. 4. num. 6.

Et ad ornatum iſtius pragm. nota. Primò, quod mulier ſe obligans proprio nomine pro debito hæreditario uidetur fideiubere. & ideò iuuatur Velleiano. Conſiliar. Theod. in allegat. 7. num. 12. Secundò, & ſic ſi promiſerit creditori bona hæreditaria proſequenti nomine proprio, ità Paul. Stayb. Iun. d. reſol. 4. num. 34. facit deciſio Præſ. de Franc. 623. ubi refert deciſum fuiſſe proceſſum ad liquidationem inſtrumenti iuxta ritum M. C. contra mulierem baliam, & tutricem alicuius, quæ ſe obligauerat proprio nomine accipiendo pecuniam ſub uxoris, pro ſatisfaciendo debito pupilli, promittendo ratificationem ipſius pupilli, ea non ſubſequuta, & ſic confirmatum per S. C. Tertiò idem Præſid. de Franc. dec. 182 allegat hanc pragm., & refert fuiſſe deciſum contra mulierem intercedentem pro filio in donatione propter nuptias eius nurus; licet dicat tutius eſſe obtinere ad hoc regias diſpenſationes ad euitandas lites num. 18. & in deciſ. 487, & 488. loquitur, deceſſione iurium facienda per mulieres quomodo dignoſcãtur à remiſſione iurium citando iſtam pragm. circa quam notandum erit, quod mulieres omnes uigore iſtius pragmaticæ ad Velleian. prohibentur, pro quibuſcũque intercedere obligando, tàm bona dotalia, quam extra dotem, ſub pœna nullitatis, etiã ſi quod cũ iuramento dicto beneficio renunciauerint, ità nouiſſimè Paul Stayb. Iunior reſol. forenſ. reſol. 42. num. 30. pro parte tamen ad alium ſpectantem ſubdit num. 25. quo caſu reſoluerint, poterunt ſolutum repetere, ſequitur num. 35. & reſolut. 83. num. 10. 11. & 12. quod fallit ſi non obligato prius pro alio ſoluerint uel donauerint num 1. & 9 Sed an procedat ſi ſcienter, uel ignoranter ſoluerint num. 13. & an in beneficium creditoris, uel eius, pro quo ſoluerint num. 14. & ibidem in d. reſol. 42. multa de obligatione uxoris in beneficium uiri expendit quando ſit ualida uel inualida eius obligatio, ubi etiam proſequitur ſi pro dotanda filia, uel extranea iuuetur iſto beneficio, & an etiam iuuetur quando ipſa incipit diminuere patrimonium, hũc idem Reſol. 83. num. 17. vbi num. 15. & 16. quærit quid ſi vendidit fundum ſuum, & pretium ſoluit creditori mariti, & quid ſi ſollicitauerit requirendo creditorem mariti, etiã ſi eſſet facta correa cum eo tangit d. reſol. 4. num. 30. vbi num. 31. addit etiam ſi maritalibus blandimentis ad hoc ſit decepta, & quid ſi aſſeruit fundum non eſſe dotalem, an gaudeat beneficio iſto Fuſc. ſing. 42. lit. M.

Et an mater pro filio carcerato fidẽ iubere poſſit, non obſtante hoc Senatuſconſulto Velleiano. Præſ. de Franc. deciſ. 578. refert deciſum in fauorem matris, vbi ſubnectit ſi pro liberatione viri intercedere poſſit, licet fuiſſet negatiue deciſum actamen, poſtèa contrarium fuit deciſum, vt retuli in prima parte noſtri Compendij verbo fideiubere, ad quod etiam uide eundem Paul. Stayb. Iuniorem d. reſol. 4. num. 8. & 9.

Inſuper mulier intercedendo pro negotio proprio non iuuatur Velleiano, probat Conſil. de Georgio allegat. 32. num. 2. vbi nu. 3. ſubdit, quod mulier donando non iuuatur Velleiano, quod ſequitur Reg. Rouit. in conſ. 13. num. 24. tom. 2. ſed hoc debet expreſsè conſtare, alias præſumitur contrariũ Paul. Stayb. Iunior reſol. forenſ. reſol. 83. num. 18. & 19. & in quibus alijs cauſis iuuatur, vel non mulier beneficio iſto pro ornatu iſtius pragmaticæ, refert Viſcont. in ſuis concluſ. verbo mulier, quæ alienam fol. 192.

Et an hæc excepcio opponi poſſit aduerſus tenorem inſtrumenti, quando citatur ſuper d. tenore affirmatiuè ex Præſ. de Franc. deciſ. 232. & deciſ. 688. probat Palma in ſua praxi par. 2. gloſ. 23. num. 31. in quo aduertendum erit quando citatur, vt in citatione fiat mentio de aſſenſu Regio Palma in gloſ. 21. nu. 4.

Ibi, & ſi per notarios cercioratur, nota quod & ſi Velleiano renunciari non poſſit per certificationem factam à Notario, vel Iudice, poterat olim renunciari Velleiano; Luc. in rub. C. de Decur. lib. 10. ſequitur iſtam cautelam Cepoll. in cauſ. 197. adhuc tamen mulier cercioranda non poteſt Velleiano auxilio renunciare Gallerat. de Renunt. lib. 3 cap. 2. nu. 22. qui in prima parte Renunt 62 prolixius agit de hac materia quando poſſit, vel non, mulier renunciare Velleiano, vbi erit videre, & hijs accedit, quod fuit pronuntiatum renunciationem factam de Velleiano à muliere nullã, &c. quod dum Notarius feciſſet mulierem renunciare cercioranda eam ſimpliciter, & interrogata, quod eſſet beneficium Velleiani, & neſciuit, vide Affl. in Conſt. in locis demanij ſub nu. 24. & D. de Franc. d. deciſ. 237. in princ. ſed circa iſtam materiam certificationis faciunt congeſta nouiſſimè per Farinacc. in ſuo reperț. de contractibus in fragmentis verbo cercioratio fol. 21.

Ibi, mandantes omnibus notarijs, vide D. de Franc. dec. 182. num. 17. vbi limitat hoc in obligationibus factis per mulieres in donationi-

Digitized by Google

tionibus proter nuptias pro eorum filiorum vxoribus, quoniam quotidie stipulantur pereos.

Io:Baptista de Thoro I.C.Neap.

Edictum de Filijs Familias, qui sine consensu patris contraxerint.

Cum compendiosis, ac pulchris additionibus V.I. Doct.

IO. FRANCISCI SCAGLIONI.

SVMMARIVM.

1 *Macedoniani S.C. causa iustissima.*
2 *Excellens, à cœlo, à quò celsus, & excelsus.*
3 *Asserenti ordinem superioris, an credatur.*
4 *Prouisiones contra fiscum, quamdiù differantur.*
5 *Pœnæ declarandæ in arbitrio, quæ considerandæ.*
6 *Pœnam arbitrariam ad mortem vsq; inclusiuè, vel excluſiuè, an Iudex extendere possit.*
7 *Præsentia, & consensus patris in contractu filijfamil. requiruntur.*
8 *Taciturnitas patris cum aliquo actu præambulo, vel sequenti in contractu filijfam. an sufficiat.*
9 *Notarius conficiens instrumentum in fraudem alterius, quomodo puniatur.*
10 *Notarius conficiens instrumentum falsum, in illis casibus, in quibus est nullum, vel nemini nocuum, an puniatur.*
11 *Obligationes, seù stipulationes, quæ dicantur.*
12 *Instrumentorum appellatione, quæ cõprehenduntur.*
13 *Filius, vnde dicatur.*
14 *Nominatio in filium, an probet quem esse filium.*
15 *Filius, qui diù stetit seorsum à patre, an præsumatur emancipatus, & quod per decem annos habitans seorsum, præsumatur, num. 35.*
16 *Filius, in quibus casibus possit esse iudicio, & contrahere sine consensu patris, & alia multa de filijfam. remissiuè vsque ad num. 19.*
17 *Pater filij administrationem habet de iure, & de consuetudine, nec tenetur præstare cautionem de benè administrando.*
18 *Filius salsitus in feudo paterno intelligitur, quò ad vtile dominium.*
19 *Filiofam. agenti, an requiratur consensus patris.*
20 *Filio condemnato, an possit exequi eius bona contradicente patre.*
21 *Filij primi gradus, an perdant Trebellian. ob non confectionẽ inuentarij.*
22 *Filiusfam. an pro debito carcerari possit.*
23 *Filiusfam. an obligetur ciuiliter, & naturaliter.*
24 *Filij appellatione, an adoptiuus veniat*
25 *Filius in voto, vbi non præiudicat patri obligatur.*
26 *Pater, an teneatur soluere debitum filij.*
27 *Patris furiosi, vel mente capti consensus, qualiter sit adhibendus in obligatione filij.*
28 *Filiusfam. an possit sibi obligare alium filiumf.*
29 *Filiusfam. asserens se esse patremfam. mentiendo, an incurrat periurium.*
30 *Filiusfam. potest compromittere.*
31 *Pater fideiubendo pro filio, dicitur consentire.*
32 *Consensus patris in contractu filij, an præsumatur per lapsum decem annorum.*
33 *Pater si vadit ad habitandum cum filiofam. qui habitabat seorsum, non habet locum statutum.*
34 *Filiusfam. solus potest reuocare donationem, quam fecit cum consensu patris.*
36 *Filiusfam. minor, qui se obligauit cum consensu patris, non habet restitutionem in integrum.*
37 *Filius legitimam sibi relictam à patre ingresso religionem, ante mortem naturalem illius petere potest.*
38 *Recipiens aliquem in filium, promittensq;*

Digitized by Google

tenſque tractare, vt filium, ac deinde expellens, an ad aliquid teneatur.

39 *Filius ſi habuit bona vſque ad legitimam, auctis poſteà facultatibus, an quicquam petere poſſit.*

40 *Filiatio præſcribi non poteſt.*

41 *Filiusfamil. ſideiubens pro alio, non iuuatur Macedoniano.*

42 *Filiusfam. an debeat ius præſentandi.*

43 *Pater in quibus caſibus teneatur de in rem verſo.*

44 *Pater dicitur conſenſiſſe filio, ſi recepit lucrum negotiationis à filio.*

45 *Filius accipiens aliquid ab occiſoribus patris pro remiſſione, non propterea conuenitur à creditoribus patris.*

46 *Partes mentientes priuantur beneficio, quod abſque mendacio competeret.*

47 *Habitare ſeorſum à patre, quomodo intelligatur.*

Die 7. Iulij. 1525.

RE[r] [a] Excellentem Dominum [b] Regentem Magnæ Curiæ Vicariæ, & [c] Magnificum fiſci patronum [d] de ordine Illuſt. Locumtenentis Generalis, & Collateralis Conſilij, fuit mandatum ſub pœna priuationis officiorum, & vnciarum auri cẽtum, & alia pœna officio Curiæ reſeruata, omnibus, & ſingulis actuarijs omnium Curiarum; omnibus, & ſingulis Notarijs, quod ex nunc in antea, & de cætero, nemo dictorum actuariorum, & notariorum audeat, neque præſumat aliquo pacto, ſiuè quæſito colore quomodolibet, annotare, neque recipere [e] obligationes [f] inſtrumenta, vel [g] contractus aliquos, à [h] filijsfamilias quibuſcunque, niſi in præſentia, & de expreſſo conſenſu eorum patrum, vel fuerint emancipati, ſeù habitent, & viuant ſeorſum ab eorum patribus cum eorum vxoribus, & familia.

Die 30. menſis Auguſti. 1525. De ordine Curiæ, &c.

IT poſteà inſtantibus & ſupplicãtibus aliquibus ex dictis notarijs, & actuarijs, fuit de ordine dicti Illuſtriſſimi Locumtenentis declaratum, & ordinatum, quod ſi actuarij, & notarij, & aliquis ipſorum, rogati, interrogauerint partes ſtipulantes, ſeù obligantes; ſi ſint patresfamilias emancipati, & habitantes ſeorſum à patribus cum eorum vxoribus, & familijs, & habiles, vt ſupra, vel ne, cum declaratione prædictæ ordinationis, quod ſi partes dixerint mendacium, ſeù aſſeruerint filijfamilias patres familias eſſe, imputetur prædictis ſtipulantibus, & acta non teneant; & notarij in aliquo non teneantur, facta de hoc nota, in inſtrumentis ſeù actis conficiendis, &c.

1 HVius generalis decreti cauſam, † nemo non iuſtiſſimam confitebitur; Quoniam paſſim in pernitiem parentũ filijfamilias iuuenili calore ſubducti, paucis receptis, eorum animum explendi gratia, in longe maiori ſumma ſe obligabant, eueniebantque quãdoque; quod mortuis parentibus creditores ære alieno patrimonium abſorbebant, filij mendicare, vel furari cogebãtur, aut cogitare de morte patris, & idcircò reipublicę interfuit, prouideri filijs, & parentibus, quod patrimonium conſeruaretur in familiam, ſuper quibus veteres ſtuduerũt. §. *ſerui. Inſt. de iur. perſon.* §. *ſed & maior aſperitas. Inſti.*

Digitized by Google

Inſti. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. peculium ff. de pecul.

a Per excellentem) hoc nomen; ſeù verbum deriuatur; † à cælo, à quo fit celſus, ideſt altus, & excelſus: excello, ideſt ſupero, extollor, excellens ſuperans. *Cornucopius fol. 63. nu. 33.* & idem ſignificat, quod clariſſimus, qui eſt in quarto gradu dignitatis. *Soccinus, & cæteri in rubr. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd.*

b Regentem Magnam Curiam Vicariæ) ideſt gubernantem, quoniam regere propriè eſt gubernare. *l. Senatuſconſulto ff. de offic. Præſid.*

c Magnificum fiſci patronum) qui interueniebat pro iuribus fiſcalibus, vt in *toto titulo C. de aduoc. fiſci.* & non poteſt aduocare contra, vel aduerſus fiſcum: niſi fuerit iniuſta cauſa, vel in re particulari patronus fiſci. *l. potes eo tit. de aduoc. fiſci.*

d De ordine Illuſtriſs. Locumtenentis,) & ſic videtur innuere habuiſſe ordinem ab eo., qui legem condere poterat: quæritur † num in hac aſſertione ei credatur? dicitur, quod ſic, tum quia nota eſt perſona referentis: tum quia in eadem prouincia. *Not. Bart. in l. prohibitum C. de iure fiſci lib. 10. & l. vnica C. de mand. princi. c. nobiliſſimus 96. diſt. iuncta gloſ. l. penult.* & exponitur de ordinatione, ideſt mandato: & idcircò cum habet ordinationem pro lege obſeruari debet. *l. humanum C. de legi.* ibi, *benè cum cognoſcimus.*

4 Interuenit fiſcus pro intereſſe ipſius, quia † prouiſiones contra fiſcum ſunt differendæ, donec cõſulatur Princeps, & illud debet obſeruari: quod repetita conſultatione cauetur. §. *& hoc verò iubemus Authent. vt null. iudi.* fuit prouiſum ſub pœna priuationis officiorum, & vntiarum auri centum, & alia pœna Curiæ reſeruata, quod fieri, & coerceri potuit vna lege, idem delictũ varijs æſtimationibus, & pœnis, & in hoc non obſtat. *l. ſanctio ff. de pœnis,* & hoc idem procedit in ſententia, vt tenet *Bart. in l. ait prætor §. fin. ff. de re iudi. & in l. 2. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. proſer.*

Sed quæ ſunt conſideranda in arbi-
5 trio † declarandæ pœnæ? dic tempus, locus, cauſa, multitudo, ſecundum *Lucam de Penna in l. vnica C. de col. Illir.*
6 *lib. 11.* † Et num Iudex poſſit hanc pœnam extendere vſque ad mortem incluſiuè, vel excluſiuè, *gloſ. eſt ſingularis §. in ſumma Inſt. de iniur.* quod ſic ſequitur *Bald. ibi cap. 1. in princ. 5. col. de pac. tenen. & in l. 1. C. de illis, qui à latr. Panor. in cap. veritatis extra de dol. & cont. & in cap. cum te extra de reg. iur. Ia. de Anan. in cap. Inquiſitionis extra de ſimo. & pro hac gloſ. allegantur duo text. h. ſacrileg. ff. ad l. Iuliam pecul. l. ſaccularij §. ſunt quadam ff. de extraordin. crimi.* ſed iſta gloſ. communiter reprobatur per *text. l. 1. ff. de fur. baln.* quem textum ponderat *Alberic. de Roſ.* quia in arbitrarijs Iudex non poteſt imponere pœnam vltimi ſupplicij, & *Cardinalis in cap. de cauſis de off. deleg. & Ioſ. pro hoc in l. ſi legibus C. de leg.* ponderat textum *l. patri §. expilatores ff. de effract. & in l. qui iuriſdictioni, ff. de iur. om. iud.* immò non poteſt Iudex imponere pœnam, quam lex, vel ſtatutum imponit in ſimilibus cauſis, & pro hoc allegatur *gloſ. in cap. inquiſito extra de accuſ.* & idem tenet *Alex. in conſ. 5. in 1. vol.* & pro concordantijs prædictorum, vide *Fely.* ponentem plures limitationes. *cap. ex literis extra de teſt.*

† Niſi in præſentia, & de expreſſo conſenſu) & ſic † duo copulatiuè requiri,
7 quorum alterum non ſufficeret: ergò præſentia ſola non ſufficeret, ſed interuenire deberet expreſſus conſenſus, qui haberi poſſet per indicicia, vt dicit *Bald. in l. fin. §. neceſſitate colum. 6. verſ. quæro,* nũquid in obligatione, ibi, quæro an † ſufficiat, vel per aliquos actus poſitiuos, vel taciturnitas cum aliquo
8 actu præambulo, vel ſequenti, vt tenet *Felyn. in cap. nonne extra de præſumpt. col. 3.* ibi, fallit quarto, vel quando vocatus, & interrogatus tacuit, vt idem

Felyn.

Digitized by Google

Felyn. in eo. cap. col. 5. & ſic fuit iudicatum in cauſa *Marc. Ant. de Ragona cũ Cyrill. de Fulgorib. de Ebuli per Magnã Curiam Vicariæ menſ. Iun.* 1554. vt in bancha Egregij Nicolai Coppulæ, me
9 patrocinante. Eſt videndum † ſi confecit inſtrumentum aliquod in fraudem alterius, qua pœna puniatur? dic in ſciente, quod quandoque ammiſſione bonorum. *l.* 1. *C. vt nemo ad ſuum patrimo. ſuſcip.* item exilio perpetuo, vt notatur *in l. iubemus §. ſanè C. de ſacroſ. eccleſ. & Guido Papa queſt.* 443. vbi ignorantia non excuſat notarium, & ad hoc vide *Io: de Plat. in tit. de immun. nem. conced. C.* & de vtente, & producente alia inſtrumenta, qua pœna puniatur, vide *Hyppolitum de Marſi. conſ.* 70. *num.* 19. 20. 22. quoniam notarius debet recuſare exemplari, & conficere huiuſmodi inſtrumenta, vt tenet *Matthæus de Affl. in Conſt. Regni*, quæ incipit, *baiulus*: quandoque punitur pœna flammarum: *l.* 1. *C. de immun. nem. concedend.* & hoc quando lædit principaliter rempublicam, alias punitur publicatione bonorum. *l. fin. §. memoriales C. de pet. bono. ſubl.* item vbi non reſeruato aſſenſu venditur, pœna manus; & alia pœna *cap.* 1. *§. callidis de prohib. alien. feud. per Feder.* & vlterius Iudex coram quo inſinuatur, authenticatur, punitur confiſcatione bonorũ, vt in *dicto §. ſanè*, & proindè cauere debent notarij, & actorum magiſtri, nè huiuſmodi inſtrumenta inſinuent, &
10 authenticent. Sed † an notarius punia tur conficiens inſtrumentum in illis caſibus, in quibus eſt nullum, vel tale quod generare, aut producere nemini poteſt præiudicium, & damnum? dic quod non, *per tex. in l. damus C. de falſ. Alex. conſ.* 60. *in fine, & 74. in 4. col. in 1. vol. verum Socc. ponit in cõſ. ſuo* 104. *&* 102. quatuor caſus in quibus licet inſtrumentum non ſit nociuum, tamen notarius punitur de falſo, ſicut teſtis. Idem tenet ferè *Lucas de Penna in l.* 1. *vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcip. lib.* 11. *& Matthæus de Afflictis in* 3. *& 4. not. Conſt. Regni*, quæ incipit *duram, & diram*, quoniam ſufficit, quod damnum inferre potuit. *l. falſo C. de falſ. & Hyppolitus conſ. ſuo* 70. *nu.* 14. & idem quod falſitas non præſumitur niſi probetur aliquod emolumentum fuiſſe conſequutum *conſ.* 77. *nu.* 10.

e † Obligationes.) ſeù ſtipulationes dicun
11 tur conceptiones verborum, quibus hi qui interrogantur, daturi, facturi, ve quid reſpondent. *l. Stipulatio §. eiuſdem ff. de verbor. obligat. §.* 1. *Inſtitu. de obligat.* ex quibus duæ oriuntur actiones, videlicet certi condictio, ſi certa ſit ſtipulatio, & ex ſtipulatu actio ſi incerta ſit, & quibus verbis cõcipiantur, & vnde deſcendant, vide in *d. §.* 1. *de verb. obligat.* & obligatio nihil aliud eſt, niſi iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſolnendæ ſecundum noſtræ Ciuitatis iura, & aut ciuiles ſunt, aut prætoriæ. Ciuiles ſunt, quæ legibus conſtitutæ ſunt. *l.* 2. *§. deindè ff. de orig. iur.* prætoriæ quas Prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit, quæ etiam honorariæ vocantur. *l. Stipulationum ff. de verbo. oblig.* & aut ſunt ex contractu, aut ex quaſi, & aut literis, de quibus *in tit. de obligat. §. vlt.*

f Inſtrumentorum † appell. per quam
12 difficile erit declarare, quæ comprehendantur, *l. Notionem §. inſtrumentorum ff. de verb. ſig.* & ſub hoc verbo ſecundum communem iuris interpretationem comprehenduntur teſtes, priuata ſcriptura, per quæ inſtrui quiſque poſſet. *l.* 1. *ff. de fide inſtr.* Sed ex communi vſu loquendi veniunt ſola inſtrumenta, maximè vbi per ſtatuta fieret mentio ipſorum, ità *Florianus in dicta l.* 1. *& Felyn. in cap. peruenit* 2. primo *extra de teſt. cogen. & in rubr. de fide inſtrum.* & poſt recognitionem ſcripturæ priuatæ comprehenduntur, vt conſuluit *Socc. in conſ.* 14. *col.* 3. *verſ. non obſtat* tertium argumentum: quod incipit, *antequam ad quæſtionem*, & *conſ.* 62. quod incipit *in præſenti conſultatione in* 6. *col. verſ. tunc ſuccedit*, &

eo for-

Digitized by Google

eo fortius ſtricta interpretatione intelligi debent, in quantum dirigitur ſermo notarijs: quorum proprium eſt cõficere inſtrumenta publica.

g Vel contractus.) ſub cuius ſignificatione non compræhenduntur teſtamenta. *l. contraxerunt ff. de verbo. ſignific.* quoniam eſt vltro citroque obligatorius. *l. Labeo ff. de verbor. ſignific.* & venit à græco, aiſſo, aitto, quod eſt impello, conuenio, tracto, vt tradit *Alciatus in dicta l. Labeo.*

h Filijsfamilias quibuſcunque) & in quocunque gradu dignitatis exiſtentibus,

13 ſi remaneãt in poteſtate patris † filius græ. yos, philos amor; quaſi omnium conſtantiſſimus amor, ſit parentum in filios, vel impropriè, & metaphoricè à filio, quem ducunt mulieres: hinc filius pro linea Varro appellauit. Filiusfam. dicitur is, qui ſuppoſitus erat familiæ, ſeù ijs, qui præerant familiæ: quibus mortuis filij ſingulas familias incipiũt habere, quod obuenit ei, quod emancipatus eſt. Filios vocat ſummus Pontifex omnes præter excommunicatos. *cap. dilecti filij extra de appell. iuncta glo. in verbo ſuſpendendum*, & Deus vocauit Chriſtianos filios, & non infedeles. *cap. quam graui de crimi. falſ.* & in eodem loco *Car. & Bonifacius in proemio Clement. col. 2.* & quot modis vocetur filius; tradit *Archidiaconus in cap. fin. 22. quæſt. 2. & Lucas de Penna in l. 2. C. de excuſ. artif. lib. 10. Speculator in tit. de reſcriptis §. ratione, & Petrus Rebuffus in concordatis in forma mandati glo. dilectis filijs pagina 294.*

15 Nominatio † in filium non probat eſſe filium. *l. non nudis l. epiſtolis C. de probat. glo. in cap. Michael de filijs presbit. cap. per tuas extra de probat. & in cap. tranſmiſſæ, qui filij ſunt legitimi. l. neque profeſſio C. de teſtib.* quoniam illa verba cenſentur propter aliud. *l. ex iis C. de teſt. milit.* plenè *Iacobus de Sancto Georgio in l. quidam ff. de probat.* Nec talis nominatio præiudicat tertiò *Iaſon conſ. 81. col. fin. in 1. vol.* Quod fallit quando ab antiquo ſic fuit nominatus *cap. cum cauſam iuncta glo. extra de probat.* Secundò, quoad legitimationẽ *Authent. ſi quis, C. de natur. liber.* Tertiò, fallit fauore libertatis. §. *fin. Inſt. de adoptio.* & ex iſta nominatione oritur præſumptio, per quam transfertur onus probationis in contrarium, voluit *glo. in dicto cap. Michael.*

† Si filius familias fingit ſe patremfamilias, vt contrahat, nihil aliud facit, niſi præſtat propter ſe idoneum debitorem, & tenetur de dolo. *l. ſi quis vxori. §. ſed & condici ſeruus. l. falſus. §. ſi quis, & glo. in §. cum Titio. l. ſi quis vxori. ff. de fur.* Filius an ſit, vel cenſeatur Dominus, & poſſeſſor in vita patris, vide *DD. in l. in ſuis ff. de lib. & poſt. & Boerium in §. ſecundo, & glo. 1. 4. colum. de iur. om. iud.* & maior eſt in poteſtate patris, *idem Boerius in §. tertio, & glo. 1. in Cõſuetudinibus Burg. ſub rubrica de iure ſtatu perſo. & Bald. in l. ſi longius ff. de iud. & in conſ. 84. in primo vol. Alexand. conſ. 59. 2. volum. Petrus de Ancarano conſ. 73. Aretinus conſ. 138.* Et quid ſi emptor, qui emit à filiofamilias tenuerit rem emptam, an præſumatur licentia, & conſenſus, vide ſupradictos in eiſdem locis; &

15 *Bald. in l. 1. C. de patria poteſt.* Et † quid ſi diu ſteterit ſeorſum à patre, an præſumatur emancipatus, vide *Bald. in l. fin. §. neceſſitate. C. de bon. quæ liber.* & in eodem loco *Angelum, & Ioannem Fabrum in l. qui in poteſtate. ff. de teſtam.* quem ſequitur *Bald. & Bart. ac Aretinus. & DD. in cap. licet de ſepul. lib. 6. & in l. conficiuntur de codicil. & Alexand. in conſ. 17. in 2. vol. & Bald. in l. filiusfamilias. C. de pet. hæred. Barbatias in l. ſcendum colum. 26. verſic. & adduco ff. de verb. oblig. l. poſt mortem ff. de adop. & in eadem glo. 1. d. §. tertio. Boerius tradit*, an, & quando ſit in poteſtate patris iudæi, & an acquirat patri, & in quibus caſibus. An filiorum appellatione veniant nepotes, vide *Capicium deciſ. 21.* vbi dicit, quod tunc veniunt quando ſimpliciter proferuntur, non quando reſpectu alterius

Digitized by Google

rius qualitatis. Filius contrahens in quibus non obligatur, *idem Capyc. dec.* 308. *num.* 3. vbi dicit, in omnibus præterquam in mutuo, & quando contrahit cum patre, & fratre.

† Filius ſi habet peculium caſtrenſe, & accepit pecuniam mutuo tanquam habitans ſeorſum à patre, non iuuari debet hoc decreto, quando habet vnde ſatisfacere poteſt, *argumento facit textus l. ſi quis vxori ff. de furtis. §. ſed ſi filius meus*, vbi licet non teneatur furti patri, tamen ſi habet vnde ſatisfaciat tenetur. Filius non poteſt petere alimenta præterita, niſi ſe debitorẽ alteri ſe conſtituerit. *idem Capyc. deciſ.* 10. & obligatur ad obſequendum parentibus. *Idem Capyc. deciſ.* 265. & an ſit in poteſtate patris iudæi, *idem Ca-*
16 *pyc. deciſ.* ... An † & quando filia minor poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris. *Boerius deciſ.* 130. 1. *par.* & an redeat vidua in poteſtatem patris, *idem dec.* 197. 1. *par.* & hoc idem tenet *Matthæus quod ſic in Conſtit. proſequentes col.* 5. *quæſt.* 2. & an contra patrem vſufructuarium intelligantur filij ſaiſiti, *idem quæſt.* 199. 1. *par.* & an poſſint contrahere matrimonium ſine conſenſu patris, *idem deciſ.* 197. 1. *par.* & filio eſt interdicta omnis alienatio, *idem quæſt.* 7. 1. *par.* & an in ſtatuto veniant filij naturales. *quæſt.* 1. 7. 1. *par.* filius adiens hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, tenetur de fructibus. *quæſt.* 199. 1. *par.* & an capiens pro morte patris aliquid, videatur gerere ſe pro hærede, *idem Boerius deciſ.* 121. 1. *par.* & an filius doctor patri non doctori præferatur, *idẽ quæſt.* 110. 1. *par.* & natus extra regnum, an dicatur alie nigena, *idem quæſt.* 13. 1. *par.* Nec poteſt remittere iniuriam illatam ſibi in præiudicium patris, *idem quæſt.* 120. 1. *par.* Nec cogitur ſe obligare niſi in caſu, *idem Boerius quæſt.* 121. 2. *par.* filius Principis cenſetur Princeps, viuente patre, *idem quæſt.* 206. 2. *par.* & an, & quando præſumatur acquirere ex bonis paternis, *idẽ quæſt.* 81. 1. *par.* & mens filius, an poſſit facere pactum de retrouendendo, *idem quæſt.* 181. *par.* 1. an filius mercator poſſit ſe obligare: *idem Boerius in §.* 3. *gloſ.* 4. *de conſuetud.* & ibidem ſi liberauit, in vita patris debitores patris, poſt mortem patris iſta liberatio ſibi noceat, & an filius qui contraxit de conſenſu patris poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, *idem Boerius in §.* 2. *de conſuet. ſub rubr. de iur. ſta. per.* vbi dicit quod ſic, & hoc ſequitur *Alexand. conſ.* 63. *in* 5. *vol. Paul. de Caſt. conſ.* 254. incipiente ſuper primo dubio, & *Socc. conſ.* 200. *in* 2. *vol.* Filius pendente accuſatione, & accuſationis appellatione, an ſit capax hæreditatis ſibi delatæ. *Boer. in §.* 12. *de iuriſd. omnium iud. in conſuetud. fol.*
17 22. Pater † habet adminiſtrationem filij de iure, & de conſuetudine, vt teneant ferè omnes *in l.* 1. *C. de bo. mater.* & hoc intellige, ſi voluerint, aliàs dabitur curator bonis, *l. fin. §. ſin autem C. de bon. quæ liber. iuncta gloſ. & Bart.* An pater poſſit conſtituere procuratorem pro filio in cauſa filij? quod ſic, vt tradunt omnes *in dicta l.* 1. *C. de bon. mater. & Angelus in §. pupillus Inſt. de inutil. ſtipulat.* An teneatur cauere de rato, & iudicatum ſolui, vide *Bart. gloſ. in dicto §. ſin autem*, & an teneatur præſtare filio cautionem de benè adminiſtrando? prædicti ibidem, vbi dicunt, quod non, quoniam paterna reuerentia eos excuſat. Pater poteſt conueniri de expenſis litis filij: *idem Boer. in dicto §.* 12. *gloſ.* 3. *DD. in dicta l.* 1. *C. de bonis mater. & in Authent. excipitur C. de bon. quæ liber.* Licet filius ſit
18 ſayſitus in feudo paterno, † intelligitur quo ad ad vtile dominum: quoniã non intelligitur ſayſitus ſine præſtatione fidelitatis, & homagij. Nam requiritur, quod ponatur in poſſeſſione per manum domini. *Boer. in lib. conſuetud. Burgund.* videlicet ſub rubrica, quæ incipit, *les cuſtumes Tours.* 1. *cap.* Filio-
19 familias † agenti, an requiratur conſenſus patris. *Guido Papa quæſt.* 54. & quomodo ſuccedat patruo. *quæſt.* 134.

& ſi

Digitized by Google

& si quietauerunt bona paterna, an numerentur inter libetos, & faciant partem, *idem quæst.* 295. Filius emancipatus, & exhæredatus non numeratur in numero liberorum. *Idem quæst.* 295. & an habeat aliquod ius viuente patre *quæst.* 93. & 486. Filius si fuerit † condemnatus, an possit mandari sententia exequutioni in bonis filij patre contradicente. *Idem quæst.* 526. & an possit fieri exequutio in legitima: quod non. *Paulus de Cast. in l. si filio ff. solut. matrim.* Quod debetur filio, an possit solui patri, vel alteri, qui sine mandato potest agere? quod non, *idem Guido Papa quæst.* 525. & *Bart. in l. vero procuratori ff. solut. matr.* Filij primi gradus † an perdant Trebellianicam ob non confectionem inuentarij. *Guido Papa quæst.* 53. & an habeant hæredē in profecticijs, *idem quæst.* 147. Filiusfamilias † licet ex aliquo contractu obligari, & carcerari possit si noluit. *l.* 1. §. *sed verum ff. de minor.* tamen si à patre emancipatur, non tenetur nisi quatenus facere potest. *l.* 2. *ff. quod cū eo & l. sed ex alio eod. tit. & ibi Bald. & Io. de Platea* §. *sunt præterea Instit. de actio.* Fallit nisi fuisset obligatus ex causa habente originem ex delicto. *l. sed si ex parte ff. quod met. causa* 2. Fallit vbi multa contraxisset debita, & fecisset se emancipari. *l.* 1. & *Bart. ff. si quis test. liber. esse iuss. fuer.* quod habet locum in eo, qui liberatur aduentu Imperatoris. *l. omnia* §. *cum ità ff. de leg.* 2. & *l. contra legem*, & quod ibi notatur *ff. de legib.* Filiusfamilias † obligatur ciuiliter, & naturaliter, sed habet exceptionem Macedoniani: in alijs efficaciter, præterquam in voto: sed soluens non repetit tutus exceptione odiosa, nec tertius comparens pro suo interesse. *l. tam ex contractibus ff. de iud. l. qui exceptionem ff. de condictio indebit. & Soccinus in l. si filius ff si certum petatur.* Appellatione filij, an veniant † adoptiui, *Soccin. in l. si cognatis ff. de reb. dub.* & an veniant nepotes, *idem in l. cum vir ff. de cond. & demon.* & an possit alienare bona subiecta restitutioni, vt se eximat à carceribus existens pro delicto, *idem Soccinus in l. Marcellus* §. *resque ff. ad Trebell.* Filiusfamilias potest magistratum gerere. *l. si quis iniquum* §. *si filius ff. quod quisque iur.* & potest alienare pecuniā. *l. si filiusfam. ff. si certum petat.* Filiusfamilias legitimam personam standi in iudicio non habet. *Decius in rub. C. qui admitt. num.* 32. & potest agnoscere bonorum possessionem. *l. bonorum eod. tit.* & † in voto: vbi non præiudicat patri potest obligari; *Decius in dicta l. bonorum.* & si cum patris pecunia lucratur, medietas attribuitur lucri, patri: & & alia medietas filio. *l. illud C. de coll.* & potest testari ad pias causas. *l. senium C. de colla.* & potest realiter detineri, & si non vult cedat bonis. *l. plura C. qui bonis ced. poss. & Innoc. 1. cap. 1. extr.*

An pater † teneatur soluere debitum filij, & filius possit soluere de peculio profecticio quod sic, si criminaliter fuerit cōdemnatur. *l* 3. *C. de bonis damnat.* & scias quod de iure communi non potest fieri realis exequutio in personam, nisi facta discussione in bonis, quia captura non fit, nisi in subsidium, vt voluit *Bart. in l.* 1. *ff. de cessio. bono.* & facit *cap. quoniam* §. *fin. vt lite non contest. l. fin. ff. quæ in fraud. cred. l. hæres* §. *reo quoque ff. de fideiuss. l. nepoti ff. de fun. instruct.* Habitatio seorsum a patre quandoq; nocet, nam libra patris prodest filio, vt *not. in l.* 2 *C. qui æt. lib.* 10. & *glos. ibi*, quam allegat esse singularem. *Bald. in l. prætor ait* §. *si filius ff. de edend.* Stante statuto † quod filiusfamilias non possit se obligare, sine consensu patris, existente patre furioso, vel mente capto, non subsistit obligatio, nisi interueniente decreto Iudicis. *l. si furiosi*, & ibi *Bald. C. de nupt.* Vtrum cōprehendat statutum clericos, quorum pater legitimus, & naturalis supersit, nec sunt ab eo emancipati; præsupposito quod possit statutum extendi ad clericos priuilegiatos. *cap. adiutorium* 10. *distin.* & in hoc dic secundum Innocentium,

Digitized by Google

tium, quod quòad ſpiritualia, non ſunt in poteſtate patris: quò ad temporalia ſic, quia non inuenitur lex C. & *Auth. præsbiteros.* correcta, vt tradit *Innoc. in cap. indecorum extra de ætat. & qualit. & Bal. in l. ſacroſan. C. de epiſcop. & cler.* An in odioſis compræhendatur filia?

28 quod non, *Aretin, conſ.* 50. & an † poſſit obligare ſibi alium filiumfamilias. *Fulgoſius conſ.* 75. Filius non poteſt recipere præceptum in iudicio ſine patris authoritate: ſecus in præceptis guarentigiæ, quia non ſunt in figura iudicij. *l.* 1. & *ibi DD. C. qui admitti.* & notatur *in l. cum non ſolum* §. *neceſſitate C. de bonis, quæ liber. in l. ſeruus ff. de*

29 *bonor. poſſeſſ.* Filiusfamilias † mentiendo, ſi dixerit ſe patremfamilias, quia contractus eſt nullus, an incurrat periurium, & de dolo teneatur? quod ſic: pro hoc eſt *cõſ. Paul. de Caſt.* 171. quod incipit, *ad primum quæſitum, in antiquis col.* 2. & *Io: And. in addit. ad Spec. in tit. de ſent.* §. *vt autem in verbo procedendum ad hæc.*

30 Filiusfam. an poſſit † compromittere? quod ſic, quoniam compromiſſum poteſt fieri verbis, nulla interueniente obligatione. *Bald. in dicta l. cum non ſolum* §. *neceſſitate C. de bon. quæ liber.*

31 Pater † quando fideiubet pro filio dicitur conſentire. *l. is, qui* §. *neque filium ff. de acquir. hæred.* & ſi eſt procurator per patrem conſtitutus, non requiritur ſolẽnitas ſtatuti. *Iaſ. in l.* 1. §. *item acquirimus ff. de acquir. poſſ.* & quando in ſimul ſe obligant, pater, & filius, non habet locum ſtatutum. *Socc. conſ.* 200. 3. *col.* An poſſit ſe obligare pro redimẽdo patrem? *Bald. in conſ.* 113. *in* 2. *vol.* & conſenſus patris obligat patrem. *Bart. in l. Lucius ff. de admi. tu.* intelligens hoc *Bald.* ſi expreſsè ſe obligauit, *in l.* 1. *C. quod cum eo. Bart. & DD. in l. ſi cum decem* §. *tranſgrediamur ff. ſolut. matrim. Bar. in l.* 1. §. *ſi is qui nauem ff. de exer. act. & Bald. in d. l. fin.* §. *ſi neceſſitate C. de bon quæ liber.*

Conſenſus patris in cauſa criminali ad defenſam non requiritur. *l. noxali l. quotiens, la ſeconda,* & ibi *Bart. ff. de noxal.* & an habeat locum ſtatutum extra territorium, *Bar. in l. ſi ex caſtrẽſi ff. de caſtren. pecul.* An talis conſenſus poſſit præſtari per epiſtolas, *Archidiaconus in cap. ſiuè meliori* 12. *quæſt.* 2.

32 An præſumatur † talis conſenſus interueniſſe per lapſum decem annorum, vide *Angel. in l. qui aliena. ff. de acquir. hæred.* & ibidem *Bald. in* 1. *col.* Non prodeſt ſtatutum filiofamilias aſſerenti ſe publibum mercatorem doloſè, ſi ſtatuto cauetur, quod non poſſit ſe obligare, niſi ſit publicus mercator. *Alex. conſ.* 11. *in* 4. *vol.* ſed ſi contraxit in cauſam mercantiæ, non obligatur, & ſi nõ conſtat in quam cauſam, præſumitur in cauſam mercantiæ, *l. filiusfamilias, C. de pet. hæret. Bald. in l. Maced. C. ad Senatuſconſ. Maced. & Iaſ. in l. admonendi in* 74. *col.* Vtrum obligetur filiusfam. fiſco? quod ſic, *Socc. conſ.* 302. quod incipit *in ſubſcriptione domini Angeli*

33 *colum.* 3. Et † ſi pater iuit ad habitandũ cum filiofamilias, qui habitabat ſeorſum à patre, non habet locum ſtatutũ. *Paul. de Caſt conſ.* 175. incipiente *ad primum quæſitum, & conſ.* 172. Filiusfamilias ſi intercedit in cauſa mutui in rem ſuam, non tenetur, nec pater de peculio. *l. qui ſatisdare iuncta gloſ. in verbo ſeruum ff. de fideiuſſo.* Filiusfam. poteſt habere pecuniam quinque modis, videlicet profectitiam, caſtrenſem, quaſi caſtrenſem, aduentitiam, & pecuniam patris, vt notatur *in l. frater à fratre ff. de cond. indeb.* & in ſex caſibus tenetur *glo. in l. eius C. q cum eo.* & habet hæredem *gloſ. in verb. ſimiliter Au-*

34 *thent. de nupt.* §. *venient.* Filiusfam. † ſolus poteſt reuocare donationem, quam fecit cum conſenſu patris, vt notant *Din. Cyn. & ceteri in l. nec fratris C. de donatio. cauſa mort.* Filiusfam. adeundo & agnoſcendo, non obligatur. *Iaſ. in l.* 1. *C. qui admitti.* Filiusfam. non admittitur ad denunciandum abſque obligatione, etiam quod pater cõſentiat, pro hoc eſt *ritus Magnæ Curiæ num.* 228. qui incipit *Item ſeruat Magna Curia,*

ſub

Digitized by Google

ſub rubr. fili. famil. & ad hoc *Matthæus de Afflict. in Conſtit. Regni*, quæ incipit *præſenti lege*. An filius teneatur pro patre, & pater pro filio? quod non. *C. toto tit. ne filius pro patr. & cap. Regni*, quod incipit, *Item prædicti admirati, & vice-admirati*. Filius negans eſſe filium, ammittit beneficium iuris illius, quod cũ eo. *cap. Regni*, quod incipit, *Pro bono*

35 *ſtatu*. Filius familias † habitans decem annis ſeorſum à patre, p̃ſumitur emancipatus, non dicitur de familia patris. *Caſſaneus in Conſuetudinibus Burg. §. tertio ſub rubrica, le filſe fol. 212. nu. 1.* Filiusfamilias agere, nec conueniri poteſt ſine conſenſu patris. *Bald. in l. fin. §. neceſſitate C. de bonis, quæ liber.* fallit quando interuenit, vt procurator. *cap. qui generaliter §. pri. de procurato. in 6.* Filiusfamilias minor in criminali non ſolum exigit conſenſum patris, ſed auctoritatem curatoris. *Bald. in conſ. 408.* incipiente factum ſic proponitur. *Bart. in l. clarum C. de auto. præſt. Philippus Corneus conſ. 168. in 4. vol.* Filius renũcians emancipationi, non intrat in patriam poteſtatem. *Philip. Cor. conſ. 228. in 4. vol.* Filiusfamilias, & filiafamilias poſſunt de bonis aduentitijs tantum ſibi à matre præmortua, vel alijs ex linea materna obuentis teſtari. Nec tenetur aliquid patri auoque paterno relinquere, præterquam debitum ſubſidium: ità dicit Conſuetudo Neap. quæ incipit *Filiusfamilias ſub rubrica de filijsfamil.* Pater tenetur præſtare alimenta filijs, etiam extra domum ſuam morantibus, de bonis maternis, & ex linea materna ſibi obuentis: Conſuetudo Neap. quæ incipit *Si quis habet filios ſub rubr. de alim. præſtand.* Si pater, ac mater cum filio recipiunt dotem, pater tantum tenetur ad reſtitutionem, ſi eſt ſoluendo. *Conſuetudo ſi pater. ſub rubr. de patre recip. dotem.* Filius habens vnde ſe alat, pater non cogitur eum alere *l. ſi quis à lib. ff. de lib. agnoſ.* & debet filiafamilias ali ab hæredibus viri, interim donec dos ſibi reſtituitur, etiam quod habeat patrẽ diuitem. *Io: Baptiſta Caccialupus in cap. per veſtras fol. 139. col. 2. verſic. ex ijs*, & latius per alios, quos idem citat in dicto loco. Filiusfa-

36 mil. minor † qui ſe obligauit cum conſenſu patris pecunia recepta, non poteſt reſtitui in integrum, quoniam contractus ſuſtinetur in perſonam patris. *textus eſt ſingularis*, videlicet *d. l. 3. §. ſed vtrum ff. de mino.*

37 Filius † cuius pater eſt ingreſſus religionem relicta ſibi legitima, poteſt illam petere non expectata morte naturali *cap. cum ſcimus de regula: Authentica ſi contra mulier C. de ſacroſanct. eccleſ.* & non perdit peculium, licet bona patris ſint confiſcata, vt notatur in *dicta l. 3. §. ſed vtrum ff. de minoribus.* Filia quæ peccauit in corpus ipſius, nec alij, nec dotem habet à patre. *Specul. in tit. qui filij ſunt legiti. §. penult. verſic. quid ſi filia, & Bald. in l. fin. C. de dotis promiſſ.*

38 Si aliquis † recepit aliquem in filiũ, & promiſit illum tractare vt filium, deinde expulit illum de domo ipſius, vtrum teneatur ad aliquid? dic quod ſic. *l. quidam cũ filium ff. de verb. oblig.* & ſi promiſit diſciplinam, committitur non adimplendo ſtipulationis pœna, & ad intereſſe: Niſi facultates eius non patiuntur, & conditio pueri non repugnat. *l. filium ff. vbi pup. educari debet.* Pater non poteſt expellere filium, & filius quando tenetur parere, & in quibus caſibus patri. *Cagnol. in l. non debet ff. de regul. iur.* Filiusfamil. quando eſt extra territorium, pater legitimè pro eo comparere poteſt in iudicio. *Guido Papa ſing. 896.* & poteſt filiusfamilias eligere ſepulturã. *Idem ſingulari 898.* Si pater pignorauit filiumfamilias, relegatur. *l. fin. ff. quæ res pign. oblig. non poſſ.* Conuentus filius vt declaret, ſi eſt hæres, & pro quota parte cogitetur. *Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le vif pag. 7. declarat. 2. num. 6. per text. l. 1. & 2. C. de iure deliber.* & expreſſius *in l. ſi curatoris eo. tit.* & poteſt præſumi hæres ſi voluerit, videlicet ſi detrauerit, ſi ſe immiſcuerit. *Idem Tiraq. in eodem*

tract. par. 7. declarat. 2. num. 7. Pater potest in actu correctionis filium resistentem occidere, & non punitur ordinariè. *l. 2. de patria potest. & l. 1. C. de emend. propinquor, & Bart. & Iaſ. in l. vt vim ff. de iustit. & iure, & Felyn. in dilecti extra de except.* & filio non licet se defendere aduersum patrem. *Marsil. in sua practica criminali §. aggredior num. 78.* Filij præsbiterorum de iure Longobardo, non possunt esse notarij, Comites Sculdasij, Iudices, vt *in legibus Longobar. sub rubrica quibus honor. filij l. diaconorum.*

39 Filius si habuit † bona vsque ad legitimam ascendentia, & vltra legitimam, attentis facultatibus patris postea auctis, an quicquam petere potest. *August. Berous in q. 45. num. 1.* Emens pecunia paterna prædium, tenetur reddere pecuniam fratribus. *Idem q. 46. num. 1.* Filius torquendus est coram patre, ad eruendum citius à patre veritatem *Tiraquell. in tract. de reuoc. ād. donat. 1. glos. in princip. nu. 7. & nu. 11.* est patris vitæ oculus *num. 14.* est portio corporis *num. 15.* gaudet absens ob patrem præsentem priuilegio patris, & potest ieiunare pro patre, & ex successione patris non debet laudemia, & nō dicitur pauper, cuius pater est diues *nu. 23.* Filius adoptiuus non comprænenditur in concessione feudi, & emphiteosis. *Idem Tiraquell. in glos. susceperit tit. de reuo. dona. nu. 22. & nu. 33.* non est testis idoneus pro patre. Filius tenetur mittere alimenta patri bannito: fallit quando fuit bannitus rationis pacis fractæ, & rebellionis. *cap. 1. §. si verò violator pacis, de pace tenend.* Fi-

40 liatio † præscribi non potest. *Ant. de Butrio in cap. cum venissent de rest. spoliat. & Tiraquell. in tract. de const. & præcar. in 2. par. 3. ampliatione num. 4.*

41 Filiusfamilias † si fideiubet pro alio, non iuuatur Macedoniano. *l. item si filiusfamilias cum l. sequenti ff. ad Senat. Macedon.* & pecunia vtiliter in rem patris versa capta per filium, facit cessare Macedonianum. Filius illegitimus ad pias causas institui potest. *l. 2. C. de natura liber.* Filius natus septimo mense legitimus nascitur. *l. septimo mense ff. de statu homi.* & qui nascitur decimo mense nascitur legitimus. *l. intestato §. vltimo ff. de suis, & legit.* in vndecimo illegitimus. *§. alterum Authent. de re-*

42 *stit dotal.* Filiusfamilias † viuente patre, nō habet ius præsentandi. *Clement. 2. de iur. patro.* & si habet ius patronatus in bonis aduenticijs, ipse non pater potest præsentare *Abbas in cap. consuluit de iure patro.* Pater potest in beneficium filij, & è contra, filius in beneficium patris succedere, ità per multa tenet *Hieronymus Gigas tractatu. de pensio. quæst. 86. num. 10.* Filius in materia feudali capitur omnis descendēs. *Iacobinus in tractatu de feudis in verbo præsente num. 2. fol. 18. in octauo.* Filij an post professionem patris in monasterio, possint petere legitimam. Canonistæ tenent quod non, sed debet expectari mors. *cap. cum simus de regul.* contrarium tenet *Bart. & Nicolaus de Neapol. in Authent. si qua mulier C. de sacros. eccles.* Filiusfamilias, an teneatur in sindicatu; *Decius cons. 8. num. 10.* Filiorum appellatione, filiæ non succedunt, stante statuto, quod extantibus masculis feminæ non succedant. *Idem cons. 18. in 1. vol. num. 2.* Filius qui adijt hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarii, retinet feudum liberum. *Decius cons. 175. num. 5. volum. 1.* Filius non potest eligere legitimam in vna re, sed arbitrio Iudicis relinquitur. Ità decidit *Decius cons. 236. num. 9. 2. vol.*

43 Pater † promisit dotem, & filiam interim alere, si filia à viro pecuniam accipit pro alendis seruis dotalibus, & pro ipsa alenda, mortua in matrimonio, tenetur pater de in rem verso, & eam partem dotis, quam habuit, vir potest retinere pro pecunia mutuo accepta. *l. filiamfamilias ff. de in rem verso.* Filius familias accepit vestes in creditum, potest mercator petere pretium à patre: idem est in funeralibus, quoniam funus filij est æs alienum patris, & te-

netur

Digitized by Google

netur *l. filiusfamilias ff. de in rem verso* Si filiusfamil. constituit se soluturum pro patre, & soluit, pater tenetur de in rem vers. *l. si filiusfamilias constituerat, ff. de in rem vers.* item pro vestibus acceptis à magistris, quas consueuit pater tradere filijs. *l. quod seruus* §. *proinde ff. de in rem vers. si filiusfamil.* mutuatus est sibi pecuniam pro dote filiæ, pater tenetur eatenus, quatenus daturus esset pro nepte. *l. & ideò* §. *si filiusfamil. ff. de in rem verso.* Donatio consistit inter patrem, & filium. *l si pro patre filius* §. *idem tractat ff. de in rem verso.* Si pater restituit pecuniam filio, quam mutuo accepit, extinguitur debitum, nisi perdituro soluerit. *l. si pro patre* §. *versum ff. eod. tit. de in rem verso.* Si filius emit fundum, & minoris sit quã emit. pater tenetur quantum fundus sit dignus pretio: si pluris tantum videtur in rem versum, quanti emptus est. *l. si fundum patri ff. de in vers.* Si pater se subscipsit chirographo filij, tenetur, q̃ iussu. *l.* 1. § *sed si serui ff. quod iussu.* Filius vendi non poterat, etiam de iure digestorum. *l.* 1. § *alienatio ff. quando de pecul. actio annal.* Si pater conuentus actione peculij præcedente rumore, q̃ filius erat mortuus, & fuerat actor repulsus: & interim præterijt annus, comperta veritate, & reperto errore, possit iterum agere, & sic post sententiam corrigere libellum, & exceptio rei iudicatę an obstat? quod sic. *l.* 1. § *quæritũ ff. quando actio de pecul. annal.*

44 Pater † dicitur consensisse filio, si filius consignauit lucrum negotiationis patri. *Bal. in l. prætor* § *sed & filius ff. de*

45 *edend.* Filius † si accepit aliquid ab occisoribus patris, non potest conueniri propter hoc à creditoribus paternis. *Bart. in l. cum tutor ff. de tutel. & rati. distra.* Pater actione redibitoria de peculio post mortem filij tenetur infra sex menses. *l. cum post mortem ff. quando de pecul. an actio.* Si filius tenetur, & moritur pater, tenetur de peculio habito respectu ad tempus mortis. *l. si filius ff. de pecul.* Si actum est cum patre, propterea non sunt liberati filius, & seruus. *l. eo tempore* §. *etiam post quam dominus ff. de pecul.* & si conueniuntur, & parati sunt actiones cedere, absoluũtur. *l. quod debetur ff. eo. tit.* Pater de culpa filij, ac negligentia in officio cõmissa tenetur. *l. licet prætor* § *si filiusfamilias ff. de pecul.* Filia splendet radijs paternis. *l. filiam senatoris ff. de sen.* Filiusfamilias miles habet hæredem *ff. de pet. hared.* & in publicis oneribus, & muneribus habetur loco patrisfamilias. *l. filiusfamilias ff. de ijs, qui sunt sui vel ali. iur.* ædium vsu legato filiofamilias, & in eis habitabit pater. *l. filiofamilias ff. de vs. & hab.* Filiofamilias dissentiente, sponsalia eius nomine fieri non possunt. *l. filiofamilias ff. de sponsal.* filiusfamilias miles non contrahit matrimonium sine consensu patris. *l. filius familias ff. de rit. nup.* Filiusfamilias si defendit absentem patrem tenetur satisdare. *l. filiusfamilias ff. qui satisd. cogantur.* Filiusfamilias potest constituere procuratorem in ijs, in quibus potest comparere. *l. filiusfamilias ff. de procur.* filius non impeditur accusare testamentum matris, etiam quod pater nomine filij ex eodem testamento petijsset legatum. *l. filius ff. de inoff. test.* Filiusfamilias, licet actiuè non habeat testamenti factionem, tamen passiuè habet. *l. filiusfamilias ff. de test.* filiusfamilias potest exhæredari, non obstante edicto diui Augustini. *l. filiusfamil. ff. de lib. & post.* Filiusfamilias stante, quod habuit priuilegium, etiam quod non sit assentatus in militia, potest testari de peculio castrensi. *l. filiusfamil. ff. de milit. testa.* & si adierit iussu patris, & non aui hæreditatem matris, nihil facit. *l. filiusfamilias ff. de acquir. hared.* & potest fideicommittere à patre. *l. filiusfamilias ff. deleg.* 1. & possunt dena annua filiofamilias legari. *l. filiofamil. ff. de annu. leg.*

* Quæritur in hac regia pragmatica, postquam decreuit actum nullum, vtrũ partes possint renunciare huic iuri? Pro hoc facit *glos. pen. in Clem. renunciare*

Digitized by Google

de reſcriptis, & Geminianus in cap. fin. de offic. deleg. in 6. & in cap. ſtatutum §. cum verò de reſcrip. eo. lib. Filiofamilias legatum in opprobrium patris nullius eſt momenti. *l. filiofamil. ff. de ijs, quæ pen. no.* & ſi legatur filio ſi in poteſtate manſiſſet, intelligitur patris legatum. *l. filiofamil. ff. de condit. & demonſtrat.* nec poteſt filius ſeruum peculiarem manumittere ſine iuſſu patris. *l. filiusfamil. ff. de iur. patro.* Si filiusfamilias patre conſentiente agnouit bonorum poſſeſſionem, & conditionem nō adimpleuit, non poteſt cogere patrem ad emancipandum. *l. filiusfamil. ff. vnde lib.* Pater deducet Falcidiam de legatis filij *l. filiusfamil. ff. ad leg. falcid.* & quærit patri exceptionem iuriſiurandi. *l. filiusfamil. ff. de excep.* Si pater agit ex contractu filij poteſt ei obijci exceptio in factum emergens ex eodem negotio. *l. filiusfamil. ff. de except.* & ſi moritur miles apud hoſtes, lex ei indulget, q̃ habeat hæredes. *l. filiusfamil. ff. de caſtren. pecul.* verum ſi ab inteſtato moritur, pro iure priſtino, vt peculium retinet. *l. ſi filiusfamil. ff. de caſt. pecul.* neque retinere, vel adipiſci poteſt poſſeſſionem rei peculiaris filius. *l. filiusfam. ff. de reg. iur.* & poteſt acquirere, & meliorem conditionem patris facere, non diminuere, & deteriorare. *l. filiusfamil. ff. de ſolut.* & nullam actionem habet præter actionem iniuriarum, quod vi, aut clam, *commod. depoſ. l. filiusfamil ff. de actio. & oblig.* Filiusfamilias ſi in venditione interuenit, cum patre; tenetur. *l. filiusfamil. C. de fideiuſſo.* Filiusfamilias fideiubens pro patre, ſi eſt minor, non obſtante conſenſu patris reſtituitur. *l. filiusfamilias C. de filiofamil. mino.* ſi pater agnouit hæreditatem delatam filio, eo volente ſoluere geſſit. *l. 1 filiusfamil. C. de iure delibe.* & filius nullius rei alienationem habet præter caſtrenſe peculium. *l. filiusfamilias C. de caſtrenſ. pecu. lib. 12.*

Sequitur, quod ſi partes dixerunt mendacium, ex hoc puniuntur, & priuantur beneficio, quod eis fortè abſq; mendacio competeret, tenet *Iaſon* per plura media *in l. quod teſſ. ſi cert. petat. verſic. numquid ſi debitor col. 11. & in cap. cæterum extra de iudi. col. 6.* quod limitatur ſecundum *Felyn.* non habere locum, vbi mendax careret dolo, & lata culpa, & allegaret errorem, aut iuſtam cauſam erroris: ſed in caſu noſtro hoc non poſſet allegari, quoniam rei familiaris vires, & propriæ perſonæ ſtatum ſcire præſumitur. *l. quiſquis maior C. de reſcin. ven.* & quod mente agitauit, illud intelligere, & ſcire deberet mentiendo illud eſt in dolo. *l. Labeo ff. de ſuppel. lega. l. cum quid mutuum ff. ſi certum petatur. l. ſi cum ſciret ff. de dolo.* Nec refert, quod contractus ſit nullus vigore præſentis edicti, quoniam contrahentes non ſteterunt in finibus contractus, vbi reperitur pecunia numerata, vel ſimile, quod cedat loco numerationis propter damnum, quod ſentiunt creditores: faciunt arguendo à contrario, ea quæ allegat *Bal. conſ. 15.* quod incipit *ad euidentiam verſ. præterea in 1. vol.* quoniam ſemel nocuit, & nocere poteſt: *idem Bal. cōſ. 14.* quod incipit, *filij ſamilias eod. vol.* & falſitas fundatur ex aſſertione ſtipulantium, quæ puniri debet: per ea quæ not. *Lud. de Roma. conſ. 446.* & debitor non liberatur exactus à procuratore falſo. *l. hæc oratio, §. ſed ſi debitorem ff. de dol. inter vir. & vxor.* etiam quod obtinuerit pater, quia remanet de dolo actio contra filium *l. cū à te pecuniam ff. de dol.* Nam tale mendacium priuat filium huiuſmodi beneficio, per ea quæ ſupradixi. Comprobantur prædicta per ea, quæ *Angel.* & ſucceſſiuè *Auguſtin. alleg. in tract. de malefic. in verbo falſario nu. 3. & 7.* Puniri dicò ſaltem extra ordinē, & ità fuit iudicatum, aliàs in Magna Curia Vicariæ, referente Magnifico V.I.D. D. Thoma Altomare in cauſa, & accuſatione inſtituta per Matalenam de Martino, contra Io: Paulum Cæſareum, & confirmatum per Sacrum Conſilium, vt ex proceſſu, & actis apparet, quæ conſeruantur penes egre-

gium

gium Aſcanium de Caro, me patroci-
47 nante pro dicta Matalena. Prætereà † habitare ſeorſum à patre non dicitur, qui extra familiam patris habitat, ſi inuicem ſibi honores præſtant, vt pater, & filius: & ſi durat eadem affectio, eadē reuerentia, & præſtantur eadem alimēta, argumento facit textus à ſimili. *l. cū hic ſtatutus §. ſi mulier*, & maritus diù ſeorſum quidem habitauerint. *ff. de don. inter vir. & vxor.* ſed quid ſi iſta verba, quæ communiter conſueuerunt apponi hodie in quibuſcunq; ſcripturis ad euitandum pænam edicti, non fuerunt dicta per ſtipulantes, ſed de ſtilo notarij, & actuarij ſecundum communem conſuetudinem ſunt, & reperiuntur ſcripta, videlicet ſe habitare ſeorſum à patre, & ſtipulantes hoc negant, vtrum excuſentur? dic quod ſic, meo arbitrio, & moueor, per ea quæ notat *Bal. in cap. 1. de feud. cognit. & in l. 1. C. de confeſſ. in verb. modo ſequitur alia quæſtio, & Alex. conſ. 7. in 1. vol.* & per prædicta ſum pro nunc expeditus: Deo dante ad alia me accingar, & me remitto ſaniori conſilio, & emendationi lectorum ſi in aliquo erraui prēter meam intentionem, & ſub tali proteſtatione me omnibus legentibus commendo, & in poſterum offero.

Io: Franciſcus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

ISta Pragmatica concordat cum pragm. 64. §. 9. de offic. Procur. Cæſ. & pragm. 3. §. 2. de ſponſ. mercat. & pragm. 1. de contract. & vltra congeſta hic per Carauit. Reg. Rouit. & nouiſſimè per Nouar. conferunt recollecta per Bernard. Pand. in tract. de præſent. inſtrum. par. 2. in 77. declarat. num. 32. & ſeq. & benè Conſil. Paſcal. in ſuo fertili tract. de vir pat. poteſt. par. 1. cap. 6. num. 1. ad 5. de hac eadem pragmatica loquens eam per totum caput declarat atque limitat, vbi erit videre, & vltra eum ſi iſta pragmatica extendatur ad contractum factum per filiumfam. extra territorium, de quo expreſsè loquitur Tiraquell. deleg. Conub. gloſ. 8. num. 219. & poſt eum articulum exarat Præſ. de Franch. deciſ. 32. vbi refert fuiſſe deciſum contra filiumfam. celebrantem contractum extra regnum, vt euitaret diſpoſitionē iſtius prag. ſequitur D. Reg. Rouit. cōſ. 51. nu. 12. tom. 2. & Muta in conſuet. Panorm. cap. 21. num. 72. & ſeq. & an extendatur ad filiasfam. And. Tiraquell. de Retract. lignar. §. 1. gloſ. 9. nu. 193. tenet quod nō; de quo ſatis proſequutus ſum in meo voto 97. vbi erit videre, & quid in filiofam. mercatore, negatiuè concludunt Doct. nam in omni contractu obligatur, nec aliter requiritur patris conſenſus in iſtis ſtāte conſuetudine Aret. Iaſ. & Alex. relati per Marant. in Specul. par. 6. in 9. membro ſub num. 16. vbi ſubdit, quod facit pro Regia Pragm. Regni; Io: Caſtag. de benefic. deducta ne egeat q. 6. fallent 13. & deciſum retuli in 3. p. noſtri Compendij verbo filiusfamilias. & quid ſi fecerit contractum in beneficium patris, an eius conſenſus ſufficeret, latè D. Reg. Rouit. d. conſ. 68. an autem in filiofam. Doctore procedat diſpoſitio eiuſdem pragmaticæ, relata fuit deciſio negatiua per nos in 2. p. noſtri Compendij verbo Doctor, qui inſimul, quæ deciſio procederet quando in ſpecie ſpecialiſſima renunciaret dicto beneficio, ſecus ſi tam ſimpliciter renunciauerit, vt poſteà deciſum retuli in 3. p. noſtri Compendij verbo Doctor, ex quo in generali renunciatione facta per filiumfamil. non cenſetur renunciatum huic beneficio, niſi in ſpecie ſpecialiſſima, vt ſcrit videre apud Præſid. de Franch. deciſ. 181. nouiſſimè Paul. Stayb. Iunior reſol. forenſ. in reſol. 70. à num. 35. ad num. 41. plura alia pertinentia ad hanc obligationem filiorumfamil. quando valeant vel non recollexit Donatus Ant. de Marinis quotidian. reſolut. in reſolut. 145. per totam, vbi plura habentur documenta ante eum; Io: Caſtagn. in d. tract. quæſt. 6. per totam, vbi ampliationes, & limitationes ad hoc congeſſit, & alias deciſiones adduxi circa eamdem materiam in meis Compendijs verbo filiusfamil, quas ommitto cauſa breuitatis.

Inſuper ſi fuerit ratificatus, inde contractus celebratus cum filiofam. inſimul cum patre, inde effectus ſeù iuris, an conualidatur. D. Reg. Rouit. attingit hic D. Reg. Rouit. num. 27. & ſeq.

Et ſi fuerit facta conceſſio rei emphiteotica patri, & filio ſub certo canone, an mortuo patre ipſe teneatur ſi fuerit ab eo continuata ſolutio, deciſum retuli affirmatiuè in 3. par. verbo filiusfamilias, vbi in alio verbo filiusfamil. pariter retuli deciſum contra filiumfamil. qui ſe obligauerat pro excarceratione patris emancipatione præcedente ad illum actum, nam filiusfamil. tenetur fideiubere, pro patre debitore, & carcerato, imò poteſt exheredari non fideiubendo, nec reſtituitur, probat D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. Illuſtr. controu. 14. num. 44. 47. & 48. vbi id limitat num. 49. tom. 2.

Ibi, & expreſſo conſenſu ipſorū patruum, &c. qualiter probetur interueniſſe, conſenſum refert Marcell. Calà in tract. de modo articul. & prob. §. 2. gloſ. vnica num. 1527. & ſeq. ita quod de vero conſenſu, non autem de ficto, vel præſumpto intelligendum erit. Tiraquell. de leg. conub. gloſ. 7. num. 46. hoc eſt, vt ſint præſentes, idem in gloſ. 8. num. 6. & ſeq.

Digitized by Google

seq. & quid si præstat pacietia, & taciturnitas diurna patris, an pro cõsensu habeatur, idem in d. glos. 7. num. 40. & quando fit in præsentia patris contractus, an etiam, & quando valeat, vide Gargian. patroc. 88. par. 2. vbi de simili statuto loquitur, quod est Bononiæ, quærens si competat restitutio minori aduersus talem contractum.

Et an requiratur cercioratio beneficij concessi filijsfamil. per notarios, etenim renunciatio non valeret, nisi renuncians, sciat id, quod renunciat, vide Cæpoll. caut. 196. & 192. vbi dixit tutius esse faciendum per Iudicem, nõ per notarium, attamen quando filiusfam. renunciauerit cum iuramento non iuuatur auxilio Macedoniani, sed seruare debet iuramentum, notissimè Galerat. de Renunt. lib. 5. cap. 4. nu. 40. & 26. qui in lib. 3. cap. 10. nu. 23. attingit si possit renunciari beneficio cercioationis, & nu. 18. si ipsa renunciatio habeat vim iuramenti, & multa pertinentia ad cercioratiõnem differit, & erit ibi videre.

Ibi, in præsentia, quid si consensus patris fuerit subsequutus post cõtractum celebratum à filiofamil. promittente consensum paternum, an teneatur, decisum fuit affirmatiuè, ex quo non illud interuenerat, retuli in 2. p. nostri Compendij verbo filiusfam. postquã ex tempore exigitur latè Bellon. in tract. de potest. eorum, quæ in continenti fiunt lib. 1. cap. 104. per totum, vbi plura.

Ibi, vel habitantes seorsum, adde quod contractus celebratus cum filiofam. absq; consensu, & præsentia patris, dicũtur nulli, quamuis asserãt viuere seorsum à patre cum vxore, & nouissimè testatur D. Reg. Hæctor Capyc. Latro consult. 16. nu. 1. & 2. tom. 1. quicquid dixerit hic D. Auctor nu. 46. de quo memini in 1. par. nostri Compendij verbo filiusfam. an pro periurio, vbi aliam consimilem decisionem. Vrsill. decis. 408. nu. 16. attuli, ex quo per aliam prag. 64. §. 9. de offic. procur. Cæs. hoc sit sublatum, vt non teneatur filiusfamil. de periurio. iurando se esse emancipatum, & viuere seorsũ à patre, & q.d si negaret esse sub patria potestate, an perdat beneficiũ Maced. vide Mutã vbi sup. nu. 78. ibi nu. 45. vide decisionem in meo Cõpendio p. 2. verb. pecunia.

Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

CONSILIVM DE DVELLO.

SVMMARIVM.

1 *Legibus omnia reguntur in cons. nu. 1.*
2 *Leges ab omnibus sunt custodiendæ.*
3 *Leges, & medicina, & philosophia sunt ad inuicem coniunctæ, ibi num. 3.*
4 *Ordo vnicuique rei constitutus est.*
5 *Actor sequitur forum rei.*
6 *Bellum campestræ, & iudiciale æquiparantur.*
7 *Bellum iudiciale, & literarium æquiparantur.*
8 *Bellum campestræ, & literarium æquiparantur.*
9 *Prouocato in bello literario, competit electio loci.*

Spiritus sancti gratia adsit.

IN contingentia facti euenit, quod inter duos Art. & medicinæ Doct. praximque exercentes, orta differentia quadam super infirmitate cuiusdam languentis infirmi, alter eorum Neapolim petens alterum prouocauit, vt ibi certa die compareret, secum disputaturus; super subortis dubijs inter se ipsos, dubitabatur, cum ambo eiusdem patriæ Seuerinensis, domicilium, originem, incolatumque profiterentur, num potuisset Neapolim petere, & alterum prouocare, vt ibi compareret, adeò quod prouocatus comparere ibidem obstrictus foret? In quo non arguendo ad partes, moræ Sceuolæ Iurisconsulti, (& vt alias fieri adsolet) sed procedendo decisiuè, dico indubitanter iuris esse, minimè teneri prouocatum accedere ad locum per prouocantem electum.

1 Et pro veritate huiusmodi decisionis, sciendum est; quod omnia quæ in mundi machina continentur, vt arma, artes, scientiæ, potestates, dominationes, Regna, Imperia, & alia quæque legibus ciuilibus reguntur, ordinantur, dirigunturque ad illorumq; argumẽta, & rationes, & similia recurrendum est. *l. in nomine Domini de offi. Præfect. Afri. factæ enim sunt ab Imp. Domino orbis 7. q. 1. in apibus, & 60. dist. Adria. in glos.* pro quo illud Hyeremiæ, Constitui te super gentes, & regna, vt ædifices, destruas, & plãtes: Nec cuiquam licet contra statuta Imperatoria obijeere: quia nemo est, qui sensum Imperialem contemnere possit. *l. si Imperialis C. de legi.* & in legibus Spiritum sanctum

Digitized by Google

ctum loquutum fore credendum est. *l.*
2 *distin. cap. si ille.* Et ideò ab omnibus, & in omnibus leges dustodiendæ sunt. *25. quæst. 1. cap. 1. & ff. de legit. l. leges sacratissimæ, & dicit Aug. 8. dist. cap. quo iure,* quod Deus per Principes humano generi leges distribuit. *26. q. 3. nemo, & in l. fin. C. de præscrip. long. temp.* nam nedum subiecta Imperio legibus, (vt dixi) reguntur, sed ipsum quoq; Imperiū. *l. digna vox ff. de legib.*

3 Illud etiam prætereundum minimè erit, quod legum scientia, atque medicina, sunt quadam veluti cognatione coniunctæ, vt qui iurisperitus est, idem quoque sit medicus, nam cum sit legibus cum philosophia magna, atq; propinqua necessitudo, & quidem tàm propinqua, quã Ioui legũ, (vt Astronomis placuit) authori cũ Saturno philosophiæ duce, i filio cum patre. ideoq; Cic. lib. 1. de legibus, ex intima philosophia penitus hauriendam esse iuris disciplinam putat; quod & prisci poetę vetereſque Theologi significarunt, fin gentes Saturnum in abditis contemplatorem, legesque & iura post diuturnam contemplationem excogitãtem, quæ deinceps tradat Ioui filio actionum duci obseruanda, ciuibus mandaturo; quibus & consequens est, quod asserunt Astronomi, Iouem quando cum Saturno coniungitur, nouas afferre leges, vnde, & optimo iure scribit Iurisconsultus *in l. 1. ff. de iusti. & iur.* iurisprudentiam veram esse philosophiam: quod & non obscurè insinuat. *l. cum Sillanianum,* in duobus locis, & ibi nota *Cyn. & Cor. C. de hÿs, qui vt indi.* & alibi scribitur *Iurisconſ. & Imperat.* dum leges condunt, & interpretantur, philosophari, *in §. illud quoque Auth. de æqual. dot.* Cum igitur philosophia, & medicina sint ad inuicem connexe, & iurisprudentia sit quoque cum philosophia coniuncta; consequens est, & iurisprudentiam, & medicinam esse quoq; inuicem copulatas, vt plenè congerit *Tiraquell. in tract. de nobi. cap. 31. num. 302.*

4 Cæterum sciendum est; quod vnicuique rei certi constituti sunt ordines, iuxta illud; Est modus in rebus, sunt certi denique fines, vt per *Specul. in tit. de aduoc. §. 6. versic. modus igitur,* ordo enim est modus agendi, quo omisso nihil rectè agitatur, secundum
5 *Bal. in tract. scisma 4. colum.* † Ex quibus correlarie infertur, quod cum indubitati iuris sit, actorem rei forum sequi debere, (non è contra) *cap. experientia, & cap. seq. 11. quæst. 1. cap. si clericus,* & ibi *glos. & cap. cum sit generale de for. compet. l. fin. C. vbi in rem actio. l. iuris ordinem, & quod ibi glos. & l. in criminali C. de iurisd. om. iud.* neque liberum esse ei extra prouinciam quemque trahere, nisi sit miserabilis persona, & ex causa perhorrescentiæ, *vt l. vnica C. quando Imperat. inter pu. vidu. & miser. perso.* & eum actorem censeri, qui alium prouocat ad iudiciũ armorum, vel literarum exercitum, vel alia. *cap. forus §. actor. extra de verbor. signific. cap. ex literis extra de probat. l. in tribus de iudic. l. inter cohæredes. §. qui familiæ ff. fam. er. l. iudicium ff. fi. regun. & plenius per Par. à Put. in tract. de re. milit. in cap. quis dicatur prouo. & cap. non potuisse prouocantem extra prouinciam,* locum, & forum prouocati, ad secum disputandum tra-
6 here ipsum prouocatũ. † Et sicut æquiparantur bellum iudiciale, & prælium campestræ, quod fit cum armis, *arg. cap. 1. in prin. qui mo feu. amitta. & in cap. 1. in glos. de for. fidelita. & quæ sit prima caus. amit. §. sed & delator;* vbi vaxallus tenetur iuuare dominum in bello campestri, quod fit cum inimicis: ità in bello iudiciali, vt etiam firmat *Par. à Put. in tract. supra alle. cap. an si. iniur. in pen. quæ vera sit poue. ad*
7 *pu. in fi.* Pari modo † æquiparantur bellum iudicia, & bellum literarium, & hoc firmat idem qui supra *Par. in loco cita. in cap. quando armi. pro. ad duell. vnum doct. vel philoso. in fin.* si ergò æquiparantur, idem est iudicium, & eisdem regulis reguntur, secundum

glos.

Digitized by Google

seq.& quid si præstat pactetia,& taciturnitas diurna patris,an pro cõsensu habeatur,idem in d.glos.7.num. 40. & quando sit in præsentia patris contractus,an etiam,& quando valeat,vide Gargian.patroc.88.par.2. vbi de simili statuto loquitur,quod est Bononiæ,querens si competat restitutio minori aduersus talem contractum.

Et an requiratur cercioratio beneficij concessi filijsfamil. per notarios, etenim renunciatio non valeret, nisi renuncians, sciat id, quod renunciat,vide Cæpoll.caut.196. & 192. vbi dixit tutius esse faciendum per Iudicem, nõ per notarium,attamen quando filiusfam. renunciauerit cum iuramento non iuuatur auxilio Macedonian i, sed seruare debet iuramentum,notissimè Galerat.de Renunt.lib.5. cap.4.nu.40.& 26. qui in lib.3.cap.10.nu.23. attingit si possit renunciari beneficio cercionationis,& nu. 18. si ipsa renunciatio habeat vim iuramenti, & multa pertinentia ad cercionationem differit,& erit ibi videre.

Ibi, in præsentia, quid si consensus patris fuerit subsequutus post cõtractum celebratum à filiofamil. promittente consensum paternum,an teneatur, decisum fuit affirmatiuè, ex quo non illud interuenerat, retuli in 2. p. nostri Compendij verbo filiusfam. postquã ex tempore exigitur latè Bellon. in tract. de potest.eorum,quæ in continenti fiunt lib. 1.cap.104. per totum,vbi plura.

Ibi, vel habitantes seorsum, adde quod contractus celebratus cum filiofam.absq;consensu, & præsentia patris,dicũtur nulli,quamuis asserãt viuere seorsum à patre cum vxore, & nouissimè testatur D. Reg. Hæctor Capyc. Latro consult. 16.nu.1.& 2.tom.1. quicquid dixerit hic D.Auctor nu.46. de quo memini in 1. par. nostri Compendij verbo filiusfam. an pro periurio, vbi aliam consimilem decisionem.Vrsill.decis.408.nu.16. attuli, ex quo per aliam prag.64.§.9.de offic. procur. Cæs. hoc sit sublatum, vt non teneatur filiusfamil. de periurio.iurando se esse emancipatum,& viuere seorsũ à patre,& qd si negaret esse sub patria potestate,an perdat beneficiũ Maced. vide Mutã vbi sup.nu.78.ibi nu.45.vide decisionem in meo Cõpendio p.2.verb.pecunia.

Io: Baptista de Thoro I.C.Neap.

CONSILIVM DE DVELLO.

SVMMARIVM.

1 *Legibus omnia reguntur in cons. nu.1.*
2 *Leges ab omnibus sunt custodiendæ.*
3 *Leges,& medicina,& philosophia sunt ad inuicem coniunctæ, ibi num.3.*
4 *Ordo vnicuique rei constitutus est.*
5 *Actor sequitur forum rei.*
6 *Bellum campestre, & iudiciale æquiparantur.*
7 *Bellum iudiciale,& literarium æquiparantur.*
8 *Bellum campestre,& literarium æquiparantur.*
9 *Prouocato in bello literario, competit electio loci.*

Spiritus sancti gratia adsit.

IN contingentia facti euenit, quod inter duos Art. & medicinæ Doct. praximque exercentes, orta differentia quadam super infirmitate cuiusdam languentis infirmi, alter eorum Neapolim petens alterum prouocauit,vt ibi certa die compareret,secum disputaturus; super subortis dubijs inter se ipsos, dubitabatur, cum ambo eiusdem patriæ Seuerinensis, domicilium,originem,incolatumque profiterentur,num potuisset Neapolim petere,& alterum prouocare, vt ibi compareret, adeò quod prouocatus comparere ibidem obstrictus foret? In quo non arguendo ad partes,moræ Sceuolæ Iurisconsulti,(& vt alias fieri adsolet) sed procedendo decisiuè, dico indubitanter iuris esse,minimè teneri prouocatum accedere ad locum per prouocantem electum.

1 Et pro veritate huiusmodi decisionis, sciendum est; quod omnia quæ in mundi machina continentur,vt arma, artes,scientiæ, potestates, dominationes,Regna,Imperia,& alia quæque legibus ciuilibus reguntur, ordinantur, dirigunturque ad illorumq;argumẽta, & rationes, & similia recurrendum est. *l.in nomine Domini de offi.Præfect. Afri.factæ enim sunt ab Imp. Domino orbis 7.q.1.in apibus,& 60.dist.Adria. in glos.* pro quo illud Hyeremiæ, Constitui te super gentes,& regna,vt ædifices,destruas,& plãtes: Nec cuiquam licet contra statuta Imperatoria obijcere:quia nemo est, qui sensum Imperialem contennere possit. *l.si Imperialis C.de legi.* & in legibus Spiritum sanctum

ctum loquutum fore credendum est. *l.*
2 *distin. cap. si ille.* Et ideò ab omnibus, & in omnibus leges dustodiendæ sunt. 25. *quæst.* 1. *cap.* 1. *& ff. de legit. l. leges sacratissimæ, & dicit Aug.* 8. *dist. cap. quo iure,* quod Deus per Principes humano generi leges distribuit. 26. *q.* 3. *nemo, & in l. fin. C. de præscrip. long. temp.* nam nedum subiecta Imperio legibus, (vt dixi) reguntur, sed ipsum quoq; Imperiū. *l. digna vox ff. de legib.*

3 Illud etiam prætereundum minimè erit, quod legum scientia, atque medicina, sunt quadam veluti cognatione coniunctæ, vt qui iurisperitus est, idem quoque sit medicus, nam cum sit legibus cum philosophia magna, atq; propinqua necessitudo, & quidem tàm propinqua, quã Ioui legũ, (vt Astronomis placuit) authori cũ Saturno philosophiæ duce, i filio cum patre. ideoq; Cic. lib. 1. de legibus, ex intima philosophia penitus hauriendam esse iuris disciplinam putat; quod & prisci poetę vetereſque Theologi significarunt, fin gentes Saturnum in abditis contemplatorem, legesque & iura post diuturnam contemplationem excogitãtem, quæ deinceps tradat Ioui filio actionum duci obseruanda, ciuibus mandaturo; quibus & consequens est, quod asserunt Astronomi, Iouem quando cum Saturno coniungitur, nouas afferre leges, vnde, & optimo iure scribit Iurisconsultus *in l. 1. ff. de iusti. & iur.* iurisprudentiam veram esse philosophiam: quod & non obscurè insinuat. *l. cum Sillanianum,* in duobus locis, & ibi nota *Cyn. & Cor. C. de hÿs, qui vt indi.* & alibi scribitur *Iurisconſ. & Imperat.* dum leges condunt, & interpretantur, philosophari, *in* §. *illud quoque Auth. de æqual. dot.* Cum igitur philosophia, & medicina sint ad inuicem connexe, & iurisprudentia sit quoque cum philosophia coniuncta; consequens est, & iurisprudentiam, & medicinam esse quoq; inuicem copulatas, vt plenè congerit *Tiraquell. in tract. de nobi. cap.* 31. *num.* 302.

4 Cæterum sciendum est; quod vnicuique rei certi constituti sunt ordines, iuxta illud; Est modus in rebus, sunt certi denique fines, vt per *Specul. in tit. de aduoc.* §. 6. *versic. modus igitur,* ordo enim est modus agendi, quo omisso nihil rectè agitatur, secundum
5 *Bal. in tract. scisma* 4. *colum.* † Ex quibus correlarie infertur, quod cum indubitati iuris sit, actorem rei forum sequi debere, (non è contra) *cap. experientia, & cap. seq.* 11. *quæst.* 1. *cap. si clericus,* & ibi *glos. & cap. cum sit generale de for. compet. l. fin. C. vbi in rem actio. l. iuris ordinem, & quod ibi glos. & l. in criminali C. de iurisd. om. iud.* neque liberum esse ei extra prouinciam quemque trahere, nisi sit miserabilis persona, & ex causa perhorrescentiæ, *vt l. vnica C. quando Imperat. inter pu. vidu. & miser. perso.* & eum actorem censeri, qui alium prouocat ad iudiciũ armorum, vel literarum exercitum, vel alia. *cap. forus* §. *actor. extra de verbor. signific. cap. ex literis extra de probat. l. in tribus de iudic. l. inter cohæredes.* §. *qui familiæ ff. fam. er. l. iudicium ff. si. regun. & plenius per Par. à Put. in tract. de re milit. in cap. quis dicatur prouo. & cap. non potuisse prouocantem extra prouinciam,* locum, & forum prouocati, ad secum disputandum tra-
6 here ipsum prouocatũ. † Sit sicut æquiparantur bellum iudiciale, & prælium campestræ, quod fit cum armis, *arg. cap.* 1. *in prin. qui mo feu. amitta. & in cap.* 1. *in glos. de for. fidelita. & qua sit prima caus. amit.* §. *sed & delator;* vbi vaxallus tenetur iuuare dominum in bello campestri, quod fit cum inimicis: ità in bello iudiciali, vt etiam firmat *Par. à Put. in tract. supra alle. cap. an si. iniur. in pen. quæ vera sit proue. ad*
7 *pu. in si.* Pari modo † æquiparantur bellum iudicia, & bellum literarium, & hoc firmat idem qui supra *Par. in loco cita. in cap. quando armi. pro. ad duell. vnum doct. vel philoso. in fin.* si ergò æquiparantur, idem est iudicium, & eisdem regulis reguntur, secundum

glos.

Digitized by Google

gloſ. ſingu. ſecundum Pet. de Ancar. in cap. ſi poſtquam §. fin. de electio. in 6. facit gloſ. in Clem. Abba. de reſcript. & in 2. de conſeſſ. in 6. & l. q ſeruo. C. de fur. quo fit, vt ſicut in bello iudiciali actor tenetur ſequi forum rei, & non è con-
8 tra: ità pari modo in bello literario. † Præterea bellum literarium, quod fit per docto. & philoſo. & prælium campeſtræ, quod fit cum armis æquiparantur, *arg. l. aduocati C. de aduoc. diuerſo. iudi.* & in diuiduo decidit *Par. de Put. in d. tract. & d. cap. quando armi. pro. ad duell. vnum docto. vel philoſo. in fin.* quia arma Docto. vel philoſo. ſunt leges, & philoſophia. Sicut enim armigeri nituntur coracijs, & armis, ſic doctores legibus, & philoſophi philoſophia nituntur, vt ibi dicit *Par.* quo fit, vt cum in prælio campeſtri prouocato competat de iure, & ſtilo, armorum electio, & loci, & non prouocanti, per *not. per Bart. in l. quoties de optio. lega.* & decidit *idem Par. in eod. tract. in 2.*
9 *lib. in 10. cap. 2. col.* † Pari etiam modo in bello literario prouocato debet cõpetere electio loci, vt in proprijs terminis firmat *idem Par. in d. tract. & d. cap. quando armi. prouoc. vnum Doct. vel Philoſo. in fin.* nec cenſeatur ſimilẽ eſſe punctum quæſtionis, vt in themate, ei qui aliquid in torneamentis, ſeù gioſtris ſuſiſtinere prætendit, vt aliqui aiunt, quia & ea ad ſimplex ſolatium proponi conſueuere; non contra determinatam perſonam, ſed contra omnes, non cauſa litis habitæ, ſed exercitij, & ſolatij, (vt dixi) prætextu. Cum & hic caſus potius ei, qui citatur, ſi ſua putauerit intereſſe, ſimilis cenſendus eſt, qui non arctatur ad comparendùm, ſed voluntariè comparendo dicitur actor, & non reus, vt dicit *Paul. de Caſt. in l. teſtamenta omnia C. de teſtam. & in l. libertus ff. de in ius vocand. & nota. do. in cap. cum inter de excep. cum ſimilibus*, nimirum, ſi ſua ſit electio loci, & ſecus vbi aliquid contra certam, & determinatam perſonam proponitur, & nominatim ad id prouocatur, qui non comparando contumax poſſet reputari, & ideò hoc caſu, quia tractat de magno præiudicio iura ponderata proceſſere, vt actoris nõ ſit optio ad quemcumq; voluerit locum reum trahere, & ex iſtis cenſeo indubitari iuris eſſe, eum qui prouocauit ad bellum literarium, obſtrictum fore ad comparendum in loco per prouocatum electo: & eum qui prouocatus fuit, non potuiſſet obſtringi ad comparendum ad locum per prouocantem electum; tum quia ſua non erat electio: tum etiam, quia extra prouinciam, locum & forum prouocati; contra regulas iuris. Saluo ſemper ſanioriori conſilio, cui me ſubijcio. ego Petrus Follerius.

Idem qui ſupra, Petrus Follerius manu propria.

Ego Franciſcus Longus cõcurro in eandem ſentẽtiam, vt ſupra firmatam, per prædictum Magnificum dominum conſulentem, & ità indubitati iuris eſſe puto: & requiſitus de ſubſcriptione me ſubſcripſi propria manu.

Et idem iuris eſſe dico Ego Fabritius Thorius de Salerno, ſola ſubſciptione contentus.

Concurro cum Mag. conſulente in prædicta cauſa, Ego Boardus Caputus de Laurino V.I.D. in præſentiarum Iudex Ciuitatis Salerni, iuribus allegatis, & ad cauſam benè præpoſitis, & adductis, ſaluo ſemper per &c.

In eodem voto concurro Ego Liberatus Lucidus de Salerno, cum Magnifico domino conſulente: ſola ſubſcriptione contentus.

In eandem ſententiam Magnifici domini conſulentis concurro Ego Io: Antonius Albinus I. V. D. & ſola ſubſcriptione contentus.

Viſis iurium ſubtiliſſimis allega. per prædictum Magnificum dominum cõſulentem, ac conſideratis iuribus; & rationibus per eum adductis, ſum voti de iure fuiſſe reſponſum, & in eandem opinionem cõcurro Ego Hieronymus de Lamberto V. I. D. & Iudex Regius terra ſancti Seuerini, & me ſubſcribam.

Hieronymus qui ſupra manu propria.

Et ità

Digitized by Google

Et ità iuris esse sentio, & in eandē sententiam concurro, sola tamen subscriptione contentus, Ego Cæsar de Sarno V.I.D. de sancto Seuerino, licet immeritus, &c.

Et in eandem sententiam, & votum concurro, & sic iuris esse dico (vt mihi videtur) Ego Ioānes Cola de Auscleo V.I.D. me subscripsi manu propria.

Eisdem iuribus allegationibus assentio: ac in eandem sententiam concurro; Ego Petrus Paulus de Viuo de terra sancti Seuerini V.I.D. & me subscripsi propria manu.

COMMENTARIA

Io. Francisci Scaglioni.

IN PRAGM. I. DE DVELLO:

SVMMARIVM.

1 *Duellum, an sit permissum, & in quibus casibus.*
2 *Duellum propter gloriam, & exercitium, & ad delectationem populi.*
3 *Causa huius pragmaticæ promulgādæ.*
4 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*
5 *Statuta requirūt effectum in delictis.*
6 *Quæ præcepta spernuntur ob duellum.*
7 *In quibus casibus permittebatur in Regno duellum.*
8 *Quid est duellum.*
9 *Quot requiruntur in duello.*
10 *Quarè dicitur duellum.*
11 *Quod triplex est duellum.*
12 *Differentia inter illud, quod sit sponte, & quod sit coactæ.*
13 *Duellum iudiciale.*
14 *Quarè probibetur duellum.*
15 *Inter offensum, & offendentem datur duellum casuale.*
16 *Quæ requiruntur in defensione.*
17 *Resistentia, & defensio, quomodo intelligitur.*
18 *Respectu temporis defensio incontinenti debet fieri.*
19 *Iniuria realis, & personalis.*
20 *Verbum incontinenti, quomodo intelligitur.*
21 *Num alter, alterū teneatur defendere.*
22 *Fallit in sex casibus, dicta regula.*
23 *Requiritur causa in defensione.*
24 *An quis debeat expectare, vt percutiatur.*
25 *Insultatus vulneratus, num possit insultantem fugientem persequi.*
26 *Quid si excessit modum in se defendendo.*
27 *Quæ pœna excedens puniatur.*
28 *Probans agressuram, præsumitur ad defensam.*
29 *Quid si potuit aufugere, & nū aufugit.*
30 *Prouocare quid est.*
31 *Quomodo procedit rixa.*
32 *Rixa quid est.*
33 *Quomodo potest discerni rixa.*
34 *Præsumitur in dubio rixosus incepisse rixam.*
35 *Item qualitas, hominis discernit prouocantes.*
36 *Quid si reperiatur insultatus à pluribus: & quod receperit vnum vulnus, & non apparet à quo.*
37 *Quid importat rixa in verbis, & in factis.*
38 *Congregans rixantes ad quid tenetur.*
39 *Si plures vulnerauerunt.*
40 *Quam iniuriam nobis est licitum propulsare.*
41 *Quandoque iniuria dimittitur, quandoque punitur.*
42 *Num maleficium sit causa obligationis.*
43 *Persona in delictis, quomodo consideratur.*
44 *Aetas attenditur.*
45 *Si minor deliquerit maior effectus, quo modo punitur.*
46 *Locus attenditur.*
47 *Tempus attenditur.*
48 *Quantitas, qualitas attenditur.*
49 *Euentus metitur ex animo.*
50 *Qualitates Iudicis, in quibus consistunt.*
51 *Si Iudex coegerit partes concordandum.*
52 *Confligere, quid significat.*

Quæ

Digitized by Google

53 *Quæ debent præcedere pugnam.*
54 *Pugna, vnde dicitur.*
55 *Diſfida, quid eſt.*
56 *Differentiã inter certamen, & duellũ*
57 *Furor prouocantium.*
58 *Arma offenſiua, & defenſiua.*
59 *Impropria arma, quæ ſunt.*
60 *Statuto, quæ arma comprehendantur.*
61 *Arma tractare, ad quem ſpectat.*
62 *Arma defenſiua.*
63 *Arma offenſiua.*
64 *Mors naturalis differt à ciuili.*
65 *Si condemnauerit Iudex non ſeruatis ſeruandis, virum poſſit permutare pœnam.*
66 *Si condemnatus in exilium non parue rit: qua pœna punitur.*
67 *Foriſiudicatus, an computetur inter mortuos.*
68 *Quæ debent præcedere capturam.*
69 *Inflagranti crimine, non opus eſt publica auctoritate.*
70 *Fugitiuum, an poſſit ex interuallo priuatus capere.*
71 *An Iudex laycus poteſt capere clericum.*
72 *An ab interlocutoria capturæ poſſit appellari.*
73 *In citatione, quæ requiruntur.*
74 *Quid ſi tempore delicti habitabat in vna domo, & poſt delictum in alia.*
75 *An talis dilatio vnius anni ad foriſiudicandum potuerit breuiari.*
76 *Allegata abſentia, hodie non admittitur procurator.*
77 *Quando procurator inquiſiti, & accuſatoris in criminalibus admittatur.*
78 *Fallit in vniuerſitate, & in hominibus facientibus vniuerſitatem.*
79 *Ipſo iure, quomodo intelligitur.*
80 *Num pœna tranſeat ad hæredes.*
81 *Factum non poteſt tolli, ſed faciendum de malo in bonum.*
82 *Quiſque debet ſtudere ad bonum.*
83 *Qua pœna puniatur prouocans, & prouocatus.*
84 *Aſſiſtentes, qua pœna puniuntur.*
85 *Nuntij, qua pœna puniuntur.*
86 *Factum verè, & interpretatiuè, quomodo intelligitur.*
87 *Prouocans, quis dicatur.*
88 *Rixantes, qua pœna puniuntur.*
89 *Appenſatus inſultus.*
90 *Quare duellum ſuperueniens in rixa puniatur.*
91 *Quando duæ pœnæ ex diuerſis legibus prouenientes, vel ex eadem lege puniantur.*
92 *Pœna pugnantium, quæ ſit, ſequente vulnere, aut morte.*
93 *In alternatiuis criminalibus, electio eſt iudicantis.*
94 *Quare legiſlator hic fuit motus apponere pœnam mortis.*
95 *Pœna vna ſi ſufficiat ad extinguendum hominem pœnæ quare fuerunt plures introductæ.*
96 *Nouus modus agendi per pragmaticã inducitur.*
97 *Quomodo cognoſcitur diuerſitas delictorum.*

DOn Petrus de Toledo Marchio Villæ Franchæ, & Cattholicæ Maieſtatis in præſenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Illuſtribus, ſpectabilib. & magnific. viris huius Regni, prothonotario, magiſtro iuſtitiar. deputatis in Sacro Regio Conſilio, Regenti, & Iudicibus Mag. Cur. Vic. Gubernatoribus, & Auditoribus prouinciarum. Capitaneis, Aſſeſſoribus, & alijs Tribunalibus, & Officialibus quibuſcunq; ad quos ſpectabit, & præſentes peruenerint, præſentibus, & futuris, ſeù eorum Locumtenentibus, & Subſtitutis, gratiam Regiam, & bonam voluntatem. Nouis occurrentibus morbis noua cõuenit antidora adhiberi

Cum igitur in tantum inſtigante diabolico ſpiritu temeritas, & malignitas hominum creuit, & in tantam furoris peruenit audaciam,

vt ſpre-

Digitized by Google

vt ſpreto mortis timore ſpretiſq; etiam iuſtitiæ diuinæ, & humanæ aculeis, & quod grauius eſt, etiam pro minimis cauſis, ad duellum ſeipſos prouocare audent, & non ſeruatis alijs, quæ inter milites, & nobiles ab antiquo ſolita erant ſeruari in duellis conficiendis, ſuper electione armorum, & impetratione territorij à dominis temporalibus, in quo ſecurè inter eos confligere, & pugnam exercere poſſent, ſed per ſeipſos, aut per nuntios prouocant alios ad certamen, & plerũque eadem die, vel ſequenti, conficiendum, & vt plurimum ſine armis defenſiuis, & quod durius eſt, ſine veſtibus more belluarum, vt in primis ictibus occurrere, aut vincere poſſint, aut ſimul ambo cadere: Attendentes igitur, & conſiderantes, quod ſi tanto facinori celeri remedio non prouideretur, & tam peſtiferi morbo, mordaci medicina non occurreretur, in immenſum tanta hæc furoris audacia creſceret. Per hanc igitur noſtram pragmaticam ſanctionem ſtatuimus, & ordinamus, quod nemo deinceps audeat alium ad certamen, vel duellum prouocare, per ſe, vel alium, ad locum per prouocantes aſſignatum infra eundem diem, vel ſequentem vlteriorem: cum armis, vel ſine armis defenſiuis, & quod taliter prouocare auſus, ipſo facto, etiam ſi nullum certamen ſequeretur, ipſo iure in pœnam mortis naturalis incurrat: & ſi per Curiam non capiatur, citatus domi, ſi infra tres dies non comparuerit perſonaliter, ipſo iure ſit foriudicatus, & p foriſiudicato debeat publicari: prouocatus verò ſi ire, & comparere nõ audeat ex hoc nullum incurrat dedecus, ſed potius laudem conſequatur, & ſi comparuerit, & pugnauerit, teneatur de vulneribus receptis, & illatis, & ſi mors ſequuta fuerit prouocantis, etiam ipſe prouocatus pœnam incurrat. Aſſiſtentes ſimilibus pugnis, & duellis, & nuntij ad tale certamen prouocantes tàm ex parte prouocantis ad duellum, quàm etiá prouocati in ſimilem, & eandem pœnam incurrant, in quam incurrunt eorum principales. Prouocantes verò, & prouocatos ad duellum ſeruatis inter eos ſeruandis, tàm ſuper electione armorum, quá etiam impetratione territorij, & loci à dominis teporalibus, & etiam illos, qui rixa, aut contentione verborum calore iracundiæ moti præſentialiter prouocarent ad duellum pœnas legales, & à iure alias ſtatutas incurrere ſtatuimus, & ordinamus, & ordinamus, & ſecus nõ agatur, ſub ira regiæ indignationis, & pœnis ſupradictis. Datum in Ciuitate Puteolorum, die 2. Ianuarij 1540. Don Petrus de Tole. Vidit de colles Reg. & Viceproto. Vidit Cicus Loffredus Reg. Dñus Vicerex, &c. mand. mihi Bern. Marti.

CArolus Quintus, &c. Sũmatur hæc regia nouella pragmatica hoc modo: videlicet, Nemo poteſt prouocare, aliquem ad certamen, ſeù duellum, niſi ſeruatis ſeruandis ſuper electione

armorum, & impetratione territorij, & qui ſecus fecerit, tàm ipſe, quàm prouocarus pœna vltimi ſupplicij puniretur, excepto in rixa, in qua ſeruantur iura communia.

Sed an hoc ſit verum videamus: & primo reperio nullo iure permitti duella. Incipiẽdo à veuſtiori, & diuino iure habes, fuiſſe prohibita in lege diuina, *cap. ſi non licet 23. quæſt. 5. & c. monomachiam 2. quæſt. 3.* tanquam ab inuidia reperta duella: & talia illicita certamina euitauit Chriſtus prouocatus à diabolo, vt dicit diuus Lucas in Euangelio in 4. capite, ibi dictum eſt. *Non tentabis dominum Deum tuum*; & in Deuteronomio in 6. capite, ibi, *non tentabis dominum Deum tuum, in loco tentationis cuſtodi præcepta domini*, & alibi, Numeri 21. *Tentare enim Deum eſt, prouocare proximum ad duellum*. Et reſpondetur ad §. *ſi quis hominem cap. 1. & §. ſimiles extra de pace ten.* & ad id quod dicit *D. Paris de Puteo in tract. de re mili. fol. 16.* quia proceſſit illud ex quodam hominum abuſu: qui eſt ſublatus. *l. de conſuetudine ff. de leg. & Bartolomeus de Capua*, quem refert *Lucas de Penna in l. 1. C. de iud. lib. 11. & Andreas de Iſer in Conſt. Regni*, quæ incipit *Monomachia, ſub rubr. in quibus caſibus pugna locum non habeat: & Goffredus, & Hoſtien. in ſumma eorum, de iud. & Sanctus Thomas de Aquino in ſecunda ſecundæ quæſt. 85. argum. octauo*, & adeò ſunt prohibita duella: quod Eccleſia propter eorum frequentiam, & enormitatem vendicat ſibi iuriſdictio in laycos, vt latè dicit *Dominus Abbas in cap. 1. extra de purgat. vulg.*

2 † Non obſtat, quod in multis ſeculsaribus legibus duellum appareat fuiſſe cõceſſum. *l. ſpem C. quæ res pigno. oblig. poſſ. l. 1. de athle. lib. 10. l. commodis ff. de re iud. l. Septi. ff. de poll. l. athletas ff. de his, qui not. infa. l. athletæ ff. de excuſat. l. qua actione §. ſiqs in colluctatione ff. ad l. Aquil. l. vlt. ff. de mun. & hon. & Plinius in 35. lib. c. & Valerius Max. in lib. 1. de ſomnis, ibi de Aſſeyo Ruffo & diffuſius Dominus Alciat. in d. l. 1. C. de athletis*: quia vbique dictæ leges intelliguntur de publicis certaminibus inuentis ad publicam delectationem, exercitum, & gloriam, quorum munerum auctor vocabatur Panchratiſtes, & locus ipſe pancratium. Fiebant quãdoque hij ludi ad expiandum manes in funeralibus alicuius, quia credebant gentiles per ſanguinem pugillum expiare manes mortuorum, & fiebant iſti ludi, videlicet Phebo, & Ioui, Melicertæ, & Archimori, quorum ludorum præmia erant pynus, poma, aplum, atque olea in ſignum victoriæ. Et Agon erat hoſtia illa, quæ Dijs immolabant. Hinc Chriſtus fuit hoſtia immolata Deo pro ſalute generis humani ſponte pro fidelibus eius oblata: vnde ex iſs omnibus colligitur, dictas leges nõ loqui de duello prohibito, quod fuit inductum ad eruendam veritatem animis, & ceſſit inter nobiles in locum torturæ, deinde verò ſublatum, vt *Iul. Lombarda, & gloſ. in d. §. ſi quis in colluctatione*, ex ratione ipſius, ibi, *vidimus multos ſub iuſto clipeo perire*.

3 † Sequitur ibi, nouis occurrentibus
a morbis, noua conuenit antidota adhiberi.) cauſa præbuit promulgationi, & legiſlatori materiam faciendi caſus emergens, & noui generis pœnarum remedium, hæc regia pragmatica adhibuit, vt in ſimilibus antiqui legiſlatores fecerunt, ad prædicta faciunt. *l. 1. ff. de veniꝛe inſpi. l. 2. §. ſed quia diuus. C. de vet. iur. enu. l. leges la 3. C de leg. l. nam non nouam C. de iudiciis.* inſtigante diabolico ſpiritu) hæc verba practicantes in quærelis ſolent apponere: colligendo, quod omnia ex animo bono, & malo proueniunt, in delictis ſecundum iura, animus metitur, ſecundum ſtatuta effectus. *l. 1. C. & ff. ad l. Corn. de ſic. &* ibi communiter omnes, ad quæ verba conſimilis diſpoſitionis, adde *cap. ſi non licet 23. quæſt. 5. & gloſ. in d. cap. monomachiam 2. q. 3.* quæ reſolui

poſ-

póſſunt ſingula ſingulis referendo: videlicet. Hic ad malum finem, ibi inſtigati ſpiritu ſancto ad bonum finem ergeſſi ſunt ad pugnandum.

6 † Sequitur ſpretis diuinæ, & humanæ
b inſtitię aculeis:) Diuinę videlicet: ſpreto illo præcepto, non occides. *cap. ſi non licet 23. quæſt. 5.* humanæ, alterum ne lædas. §. *præcepta Inſti. de iuſt. & iur. l. 1. & 2. C. de glad.* item, & canonicæ. *cap. 1. extra de cler. pugnan. in*
7 *duell.* Et quod grauius eſt, pro minimis cauſis. i. leuibus, ex quibus animi hominum inflati, & repleti rumpunt ad duellum: & procedunt ad ea certamina more belluarum; & in regno etiam ex tali abuſu dictæ cauſæ, nec ſufficiunt, vt poſſint moueri duella: nam in quibuſdam tantis caſibus, quodammodo permittebantur exemplum, in morte abſcondita, & furtiua: in crimine lœſæ Maieſtatis, vt in *Conſtitutione Regni*, quę incipit, *Monomachiam ſub rubr. in quibus caſibus pugna locum non habeat.*

3 † Ad duellum quotidie ſeipſos prouocare audent) Duellum. i. ſingularem pugnam, quia duellum eſt duorum corporalis pugna deliberata ad purgationem innocentiæ oblata. *cap. 1. §. ſi quis hominem. §. ſi miles de pace tenend. & Conſt. Monomachia, in quibus caſibus pugn. loc. non hab.*

Dicitur (oblata) adde, & ſponte ſuſcepta. *cap. porro extra de cler. pugn. in duell.* aliàs duellum eſt ſingularis pugna, ad eruendam ferro veritatem: vt dicit Do. *Paris de Puteo in tract. de re milit. in verbo duellum fol. 11. & Bald. in cap. 1. de pac. tenend. in 6. col.*

a Non ſeruatis ſeruandis) longa eſſet materia, ſi à bono vſque ad malum ordiremur, quæ ſeruanda eſſent in duello: ſed quia latius *per Dominum Paridem de Put. in dicto tract. de re milit. & per Dominum Io: de Ligna, & Bald. & Aluerotum in cap. 1. de pace tenend.* & quamplures alios, quos hic nō recenſeo: ſed ad eorum dicta me remitto; ſolum aliqua quaſi per tranſitum hic referam: & primò dico, quod requiruntur quinque videlicet, quod ſit diffamatus, & ſuſpectus de eo, pro quo prouocatur: ſecundò, quod non poſſit probari per teſtes. Tertiò, quod prouocās ſit maior, vel par. Quartò, quod caſus ſit perſonalis, & non tractet de bonis. Quintò, quod non ſit electa via iudicialis.

9

Item requiritur, quod prouocatio offeratur in caſibus licitis, & conſuetis, vt *in dicta Conſtit. Monomachiam*, & extra eos caſus in illis, quos enumerat *Paris de Put. in eodem tract. de re milit. fol. 16. ſub rubr. in quibus caſibus fiat duellum. & fol. 2. ſub rubr. de iuſt. prouocat. ad pugnam.*

Item conſequenter, loci, & armorū rum electio in duello procedit, & permiſſio domini illius territorij, vt *idem Paris fol. 4. ſub rubr. an certamen, & in verbo arma, an duello, & verbo contingit fol. 13. & Dominus Cuido Papa in deciſ. 622. fol. 254.* Ad prædicta cumulatiuè quot requiruntur, adde *deciſ. Domini Guidonis Papæ 517. fol. 252.* cætera infraſcriptis locis per te videas

Reuertor ad diffinitionem, vbi dicitur, quod duellum eſt duorum pugna
10 corporalis. Quarè dicatur corporalis? reſpondeo, ad differentiam pugnę verbalis, quæ committitur inter contra-
11 hentes: vt deueniant ad eundem mutuum conſenſum. §. *ex conſenſu Inſti. de oblig. quæ ex conſenſu contrahuntur.* Vel ad differentiam pugnæ verbalis, quæ fit inter aduocatos, procuratores, clientes, actorem, & reum. *l. aduocati C. do aduoc. diuer. iud. l. rem non nouam C. de iudic. cap. forus extra de verb. & rer. ſignific.* Datur enim inter tales prouocatio, & diſcernitur inter eos prouocatus à prouocante: in tantum, quod ſi ex iuris diſpoſitione aliquis non poſſet prouocare ad iudiciū alterum abſque pœna. *l. vtique ff. de pet. hæred.* vel ſi iniuſtè, & illegitimè aliquem prouocauerit, idem prouocatus poterit ſe defendere aduerſus prouocantem. *l. qui cum maior §. ſi libertus*

Digitized by Google

iuncta gloſ. in verbo retorſit ff. de bon. liber. quia hoc* ſponte non facit. *l. 3. §. vtrum ff. ad Sen. conſ. Syllan.**

12 Hinc naſcitur quæſtio illa inter illud, quod fit ſpontè, & quod fit coactè, ſeù ex neceſſitate: Pone ſtatutum extaret in aliquo loco, quod capiens bannitum haberet præmium: officialis cæpit bannitum, vtrum debeat habere præmiũ? dicitur quod non, ex quo illum cæpit coactus neceſſitate officij, ità dicit *Bar.* 13 *in d. §. vtrum ff. ad Syllan.* Vltra prædicta datur iudiciale duellum, vbi diſcernitur prouocatus à prouocante: & & inter eos contenditur de iuribus eorum, non de viribus corporis *l. 2. in principio iuncta gloſ. in verbo ex quibuſdam cauſis ff. de iure fiſci.*

Sequitur in diffinitione duelli (ad purgationem innocentiæ.) Secundum primam diffinitionem, vel ad purgationem falſitatis, & emendam veritatis, ſecundum vltimam diffinitionem: ad differentiam pugnæ, quæ fit gratia adipiſcendi gloriam, vel propter publicam lætitiam, ac ſtudium militare. *l. qua actione §. ſi quis in colluctatione ff. ad l. Aquil. & in alijs leg. not. vt ſupra,* & in eo caſu permiſſum eſt duellum de iure ciuili ex conſenſu: & ſuccumbens, victor nullam pœnam mæretur, niſi extra locum pugnæ vulnerauerint, aut interfecerint. Dico permiſſum ex quodam hominum abuſu. Nam *Bald.* contrarium tenet, dicens, quod ex tali conſenſu permitti non debet, neque poteſt, in pernitiem humani generis, vt dicit *in dicto §. ſi quis in colluctatione:* & ideò per denegationem eccleſiæ ſepulturæ prohiberi poteſt, vt *in toto titulo not. de purg. vulg.*

14 Item dicitur duellum prohiberi, ex quo ſine iuſtitia: & ideò non laudabile, vt cæteræ virtute. *Auth. vt omnes obediant iudi. prouinc. in principio, & Abbas in cap. 1. de torniamentis.*

Sed quartò dicitur (ad eruendam veritatem) reſpectiuè ad iudicium pugnantium; qui ità putabant ferro erui veritatem: quorum iudicium ſæpius ex re ipſa fallebatur, vt notatur *per Dominum Andream de Iſer. in d. Conſtitut. Regni Monomachiam, & in dictis §. ſi quis hominem, & §. miles de pace tenen.* vel reſpectiuè ad illam veritatem, quæ eruitur tormentis, & quæſtio *l. edictum ff. de quæſtio.*

14 Item dicitur in dicta diffinitione duorum pugna deliberata: ad differentiam illius pugnæ, quæ ex altera parte contra prouocatum improuidè procedit, non ſpontè, ſed coactè, quam ad tutelam ſui corporis ſuſcepit in diſcrimine vitæ poſitus. *l. 1. C. vnde vi. l. ſciẽtiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquiliã. l. vt vim ff. de iuſtit. & iur.* Sed hoc ſuſcipi debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod moderamen tres co-
16 mites habere, videlicet paribus armis ſe defendi. Item incontinenti. Item ad defenſam, vt notatur *in dicta l. 1.* Item alij comites ſunt, videlicet, modus, & tempus, & cauſa.

17 Exemplum, vis cum armis: armis paribus reſiſtenda: niſi inferens eſſet robuſtior inſultato; quo caſu etiam imparibus armis poteſt reſiſti. *Bart. in l. 1. C. vnde vi, & Abbas in cap. olim 1. extra de reſt ſpoliat. in 6. colum.* Tempus, quod idem refert, quod incontinenti, vt incontinenti repellatur, & reſiſta-
18 tur, vt *idem Bart. in d. l. 1.* & ideò dixit incontinenti dicitur, antequam diuertat ad extraneos actus. *gloſ. in l. 3. §. cũ igitur ff. de vi, & vi arm. l. continuus ff. de verbor. obligat. l. duos §. fin. ff. de duo reis. l. quod ait ff. de adult. §. quod ait lex. l. hæredes palam §. fin. ff. de teſt. l. 2. §. confeſtim ff. ad Tertull.*

19 Sed ne paſſim hoc intelligitur: duo aſſumo capita, videlicet: aut ſumus in repulſanda iniuria reali, aut perſonali. Primo caſu, incontinenti intelligitur arbitrio boni viri, videlicet ex qualitate deijcientis, & rei, qua quis eſt deiectus. Hinc naſcitur illa vulgata quæſtio; ſi quis deijcitur à caſtro ingenti multitudine, vbi deiectio opus eſt magnus apparatus, in eo caſu verbum, incontinenti: arbitratur per tres dies, vt

notat

notat *Bart. in d. §. cum igitur. l. 3. ff. de vi, & vi arm. per l. 2. §. confestim ff. ad Tertull.* Vel incontinenti exponitur
20 infraganti, & in ipso insultu, vel continuato actu defensionis. *l. quod ait §. quod ait ff. de adult. & not. in d. l. 1. C. vbde vi*, & ad saturitatem quomodo intelligatur hoc verbum, incontinenti, vide *Alexand. in d. §. cum igitur.* Sed quæro, num aliquis teneatur alterum defendere, & alterius iniuriam propulsare? & ad hoc assumo mihi alia duo capita: videlicet, aut loquimur de iure ciuili: & non. *l. metum §. si non licet ff. quod met. causa, & ibi Bart. & Felyn. in cap. 1. extra de offic. iud. delegat. in 3. col. cap. quanta extra de sent. excom.* aut de iure canonico, & dico quod sic; vt dicunt *prædicti Abbas, Bal. Felyn. in cap. 1. de offic. deleg.*

22 Limita primò, hanc regulam non habere locum in patre, & filio. Secundò in liberto, seruo. *l. 1. §. si seruus ff. ad Syll. l. 1. l. vtrum. l. sciente ff. ad l. Pompeiam de parr.* Tertiò inter dominum, & vaxallum. Quartò inter patriam, & ciuem: inter regem, & subditum. *l. quisq; C. ad l. Iul. maiesta.* Quintò per constitutionem regni, quæ incipit *quicumque Jub rub rubr. si quis mulieri violentiam patienti*, & reclamanti non succcurreret. Sextò in atrocioribus. *l. vtrum. l. sciente ff. de parric. & Felyn. in d. cap. 1. extra de offic. deleg. in 13. colum.*

23 Causa, videlicet, quando ad defensam, & non ad vindictam: & quomodo intelligatur fieri, colligitur *ex dicta glos. in l. 1. C. vnde vi, vbi, & Bart. hoc idem nota. & notatur in l. scientiam §. qui cum mulier ff. ad l. Aquil.* respectu rei dicitur fieri ad defensam, quando res ipsa aliter mihi salua esse non potest. *l. itaque ff. ad l. Aquil. l. furem ff. de furt.* respectu personæ, quando aliter se tueri nō potest, saluo honore ipsius, vt dicit *Bart. in d. l. 1. C. vnde vi* argumento à minori ad maius, ex quo maior est iniuria corporalis, quam realis. *l. in seruorum ff. de pœnit*, fit enim ad defensam ista propulsatio iniuriæ, cum fit incontinenti. *l. si ex plagis §. tabernarius ff. ad l. Aquil.* & prococatus se defenderit. *l. 1. §. cū Arietes ff. si quad. paup. fec. dic. & ibi Bald.*

24 Sed quæro, an debeat prouocatus expectare, vt percutiatur. *glos. in d. l. 1. C. vnde vi.* dicit, quod non: quia sufficit terror armorum. *l. 3. §. armati ff. de vi. & vi arma. & Abb. & Bald. in cap. 1. extra de restit. spoliat.* sed hoc intelligitur, quando apparebant indicia manifesta, quod prouocans volebat illum percutere.

25 Sed quid si insultatus reperitur vulneratus in ipso insultu: num possit insultantem fugientem persequi, & vulnerare? cum in eo casu inferat dubium fuga: nam fugiendo insultans demonstrat, non tenere animum, & propositum amplius offendendi? & in hoc dic, saluo saniori consilio, aut insultatus timet geminari insultum, & vulnus, aut non: in primo casu dicitur se defendere, quia timet ne iterum percutiatur: ità tenet *Abb. in d. cap. olim extra de restit. spoliat.* quia persequendo fugientem in ipso actu continuato, non dicitur in dolo esse. *l. quod ait, §. quod ait, ff. de adult.* aut non timet, vt in secundo casu: & tunc est in culpa, licet minori pœna puniatur, vt notatur in eisdem leg.

26 Sed quid si excessit modum in se defendendo: an puniatur? & dicō quod sic, quatenus excessit, vt notat *Io: And. in Nouel. in cap. significasti de pœn. & in add. ad Spec. in rubr. de hom.* & facit per hoc *text. in l. si adulterium ff. de adult. §. Imperator. Ludouic. Roman. in l. cum mulier in 13. col. ff. solut. matri. & Bal. in cap. 1. §. si quis verò de pace ten. & Bart. in l. 3. ff. de alim. legat.*

27 Sed an iste excedens puniatur aliquādo pœna vltimi supplicij? dic quod sic. *l. 1. & ibi Bald. C. de emend. ser. & idem Bald. in l. vt vim ff. de iustitia, & iure, & glos. in cap. significasti in l. 2. de homicid. in 6. Salyc. in l. 2. ff. de furt. & Innocent. in §. si verò in l. 1. extra de*

Digitized by Google

Jent, excommun. & Florianus in d. l. scientiam ad l. Aquil. & Petrus de An-
28 *char. in clem. 1. extra de homici.* † Hinc est, quod in prædictis locis idem dicũt, quod si insultatus probauit agressurã, & insultum, præsumitur semper ad defensam. Verum est inspicienda persona insultantis, & insultati, & qualitas armorum, vt *Cynus*, & post eum *Baldus dicunt in d. l. 1. C. vnde vi.* & ideò si insultans fuerit vulneratus, præsumitur ad defensam. *cap. in summa 13. quæst. 1.*
29 † Sed quid si potuit aufugere, & non aufugit: an præsumatur ad vindictam? quod non, ità communiter tenent *Angel. Bart. Cal. & alij in d. l. 1. C. vnde vi* & hoc propter verecundiam. *l. item apud Labeonem §. 1. ff. de iniur. & Abb. cæteri in d. cap. 1. extra de restit. spoliat.* quia in dictis casibus non dicitur prouocare, sed aduersus prouocantem se defendere. *l. scientiam §. sed si se defendendi ff. ad l. Aquil.* quia iniustè prouocanti pro suo tuendo, licet resistere. *l.*
30 *denotum C. de mes. & epidim.* † Prouocare, autem est lacessere aliquem ad iniuriam, & ad arma, & ad manus reducere. *l. post liminium §. inducia iuncta glos. in verbo lacessisset ff. de capt. & post. reuer.* & ideò prouocatus non dicitur prouocare. *l. 3. §. vtrum ff. ad Senat. Sylla.*
31 † Vltra prædicta adde, quod dicitur, deliberata pugna; ad differentiam rixæ, quæ ex improuiso procedit. *l. 1. §. diuus ff. de sicar. l. fin. eo. tit. l. 3. ff. de vi priua. l. si ex plagis §. tabernarius ff. ad l. Aquil. l. neque interest ff. ad l. Iul. de vi priuat l. 1. §. diuus ff. ad l. Cor. de sicar.**
34 & si inter rixantes non appareat, quis primò inceperit, præsumptio erit contra magis rixosum, & consuetum rixari, vt tenet eximius *doctor Dominus Thomas Grammaticus in votis suis 22.*
35 *num. 10.* & in præmisso casu* attenditur qualitas, & consuetudo hominis, vt *idem in voto 24. num. 4.* vt si robustior appareat aliquis ex rixantibus, ipse præsumitur primò incepisse, vt in eisdem votis.
36. Vltra prædicta quæro † quid si in rixa, ex vnico vulnere aliquis reperiatur mortuus à pluribus, & incertum sit quis vulnerauerit? & in eo casu dic, aut tractatur de puniendo factum, aut de puniendo delictum. Primo casu, omnes tenentur, *l. item Mela, & §. si plures ff. ad l. Aquil. l. si plures ff. arbitr. furtim cæs.** Secundo casu omnes absoluũtur, vt tenent communiter *Doct. Felyn. in cap. significasti lo 2. extra de homicidijs in 3. col. & Angel. in l. fin. ff. de sicar. & Pet. Anch. in cons. 217.* quod incipit, *Nos Barth. & Bar. in l. fin ff. ad l. Cor. de sicar. & glos. in d. l. Item Mela. §. sed si plures in verbo plures ff. ad l. Aquil. & idem Fely. & Abbas in cap. olim 1. §. 1. de test. spol. & glos. in cap. cupientes §. cæterum in verbo, qui culpabit extra de electione in 6.* & ratio est secundum prædictos, quia sanctius est nocẽtem absoluere, quam innocentem cõdemnare, *l. absentes ff. de pœn. & Dinus in cap. in obscuris extra de reg. iur.** Itẽ quia in ambiguis contra fiscum iudicari debent. *l. in ambiguo ff. de reb. dub.* & clarius, vt accusator fiscus suam intentionem fundare debent, per quam reus condemnari possit. *l. qui accusare C. de eden.** Item accusati sunt fauorabiliores. *l. fauorabiliores ff. de reg. iur. l. Arrianus ff. de actio. & obligatio.* Item
37 rixa nascitur ex litibus, & contentionibus. *l. seruus ff. de actio. & oblig.* Item rixa est peccatum, vt dicit *Diuus Tho. de Aquino in 2. 2. quæst. 41.* & sicut rixa importat contradictionem in verbis: ità in factis quadam inuasionem. Item in rixa ad inuicem quodammodo se percutiũt, & est quodammodo bellum priuatum: licet in eo, qui se defendit, possit esse sine peccato, vt notatur per *Dominum Albericum de Rosato in suo dictionario in verbo rixa.* Non obstat, quod astiterit armatus, vt præsumatur habuisse animum offendendi, ex quo hodie quo tempore delicta, vt plurimum puniuntur ex effectu, & non ex animo: ideò nec tenetur defendere, vt dicit *Felyn. in d. cap. significasti de ho-*

Digitized by Google

de homic.& Bar.in l.vtrum ff. de parri. & Bal.in l.1.C.de ſeruis fugit.& Dominus Andr.de Iſer. in Conſt. Regni, quæ incipit *intentionis noſtræ de illit. port. arm.maximè in Ciui.Neapo.* vbi ex cõſuetudine tolleratur arma : quæ tolleratio ſaltim excuſat aſtantes armatos,ſi non conſtat aliquid aliud contra eos;facit in argumentum *l. igitur ff.de lib.cauſ.cap. Meſſana extra de electio.*

38 Sed quid ſi fuerit cauſa rixæ, ideſt dederit cauſam,vt rixantes congregarentur,non ex propoſito , ſed caſu: an teneatur de homicidio cõmiſſo ab alio ? dic quod non. *cap. Petrus extra de homic.* & ità vidi prouideri per Magnifi. cum Marcellum Pignonem Iudicem cauſarum criminalium in Magna Curia in cauſa Guilelmi Fractulilli de villa Pumiliani: qui fuit apprehenſus de homicidio, & conſtabat,quod ipſe dedit cauſam rixæ,& alter interfecit non coadunatus, alterum ex rixantibus:vt in banca egregij Io: Ang. Vicedomini.

36 † Quid ſi plures vulnerauerint , & incertum ſit,quis prior,& quis poſterior , & à quo fuerit illatum vulnus mortale,an omnes teneantur, vt homicidæ? dic quod omnes, ità tenet *Bart. in d.l.fin.ff.ad l.Cor.de ſic.& gloſ. in d. §.cæterum cap.cupientes extra in 6. de elect.l.item Mela. §.plures iuncta gloſ. ff.ad l.Aquil.cap.fin.23. quæſt. vltim. iuncta gloſ.l.2.§.vlt.cum l.ſequenti ff. de his, qui deie. vel effud.*

Sed quid ſi prouocatus occiderit prouocantem ad defenſam adhibitis contentis *in l.1. C. vnde vi?* non punitur.*l.ſed ſi quemcumque ff.ad l. Aquil. l.ſi quis in graui.ff. ad ſilla. & cap. Regni,* quæ incipit *Iuriſgentium, ſub rub. de defenſis impoſitis* , & quis eas imponere poſſit : ratio eſt , quia in tali caſu non adeſt dolus procedens ex appenſatione,vt in delictis requiritur. *l. 1.§. diuus,& l.in l.ff.ad l.ad l.Cor.de ſic.* & hoc quando apparet feciſſe ad ſui defenſam, prout tenet *Bal. in l. 1. §. cum arietes ff.ſi quad.pau.fe.dic.& in cap. 1.*

40 *de pace tenen.* Ex iis nota , non ſolum licere propulſare iniuriam realem, ſed verbalem, ad defenſam ſui honoris, *l. quæ omnia, & ibi Bart. & Angel. ff.de procu.& idem Ang.in l.vt vim ff.de vi armata,* ſed vt materia delictorum intelligatur, circa ſeptem verſatur: videlicet circa cauſam,perſonam,locum,tẽpus,qualitatem,quantitatem,& euentum : quæ omnia inferius particulariter enarrabo, *& nota. in l. aut facta ff. de pan. & d. l. 1.*

41 † Cauſa,vt in verberibus,quæ quãdoque impunita dimittunrur,quandoque puniuntur:exemplum,vt in magiſtro,quando cum moderatione,& non excedendo modum verberat diſcipulum : & non ad iniuriam, ſed ad correctionem morum,& artis, ſeù ſcientiæ. *l.ſed & ſi in fin.ff. ad l.Aquil.l.1.§.fin. cum l.ſeq.ff. de ijs, qui ſunt ſui,vel alieni iur.* Item in vſufruct.& proprietario, quando verberant ſeruum , in quo alter habet vſumfruct. alter verò proprietatem,licet alter eorum,videlicet, proprietarius maiorem poteſtatem habeat , & ideò acrius ſeruum verberare poteſt: nam ſine proprietate vſusfruct,eſt inanis, ſeruato ſemper modo. *l.locũ ff.de vſufruct.l.idem Iul. §. item Iul.ff.loc.l.1.C.de emen ſer.*& item ſeruus pignori datus poteſt verberari ſimiliter à creditore. *l.eleganter §.fin.ff. de pign.act.* item vxor à marito corrigi poteſt, conſiderata nobilitate,& natura ipſius. *cap.placuit 35.quæſt.2.* item vaxallus à domino. *cap.cum contingat extra de for. compet.* item cliens à magiſtratu, *l.prætor ait §.ſi dicatur ff. de iniur.* Sed hæc regula ſublimatur, non habere locum in domino reperiente ſeruum cum domina ſua vxore , quia tunc eo caſu licitum eſt ipſum interficere in flagranti crimine repertũ. *l.qui ſeruum ff. de verb.oblig.*

42 † Incidenter quæro , num maleficiũ ſit cauſa,propter quam quis obligetur ſeù quaſi ad pœnam?dic quod ſic. *Inſt. de oblig quæ ex delict.naſcun.* cum quælibet obligatio ſuam cauſam ſequatur. *l.& eandem ff.de excep.rei iud.* & cauſa eſt

sa est illata, quæ facit discernere delictum à non delicto. *l. verum ff. de fur. l. qui iniuria ff. de iniur.* Nam aliter interpretatur, & pāditur verbū iocosum serioſum, quam inculposum, & malum. *l. oblig. ff. de act. & obligatio.*

43 † Persona dupliciter consideratur eius, qui patitur, & inferentis: aliter punitur seruus quam liber: aliter humilis, & honestior persona, & aliter decurio qoam priuatus. *l. in seruorum l. capitalium §. non omnes, & §. famosos ff. de panis*, aliter pater, patronus, quā filius, & libertus. *l. 1. C. de his, qui fil. occ. l. vtrum ff. ad l. Pompeiam de parricid. §. alia Instit. de publi. iudi. l. omne delictum ff. de re milit. l. prætor ait §. atrocrm ff. de iniur.* aliter Rex, Dux, quā alius inferior in dignitate, & officio constitutus. *l. quisquis C. ad l. Iul. maiestat.* & aliter offendens Iudeum, quam Christianum, vt *not. in Constit. Regni*, quæ incipit *si damna clandestina §. possessiones*, aliter punitur offendens priuatum, quam sacerdotem. *l. si quis in hoc genus; & Authent. sed nouo iure C. de episcop. & cler.* & aliter offendens forisiudicatum, quā non forisiudicatū. *vt in Const. Regni*, quæ incipit, *panam eorum sub rubr. de for. & bann.* aliter punitur furiosus quam sanè mentis, & aliter sobrius, quam sanè mentis. *l. omne delictum §. per lasciuiam ff. de re mil.* & aliter qui cognouit filiam spiritualē, quam non spiritualem. *cap. infames 6. quæst. 3.* sed hæc regula fallit in Iudæo imponente defensam, *vt in Constit. Regni, si quis in posterum, sub rubr. de defensis impositis*, quia in hoc pariformiter puniuntur, vt ibi.

44 Aetas inferentis iniuriam, & facientis delictum, spectatur in delictis. *l. infans ff. de sicar. cap. illud 15. quæst. 1. & per Paul. de Cast. in l. 1. C. si aduer. del.* verum infans nullo modo punitur, sed maior infante, licet minor punitur tamen mitius, *vt not. Bar. Bal. & alij in l. auxi. ff. de mino. l. impunita C. de pan.* quia impubes est quasi doli capax. *l. impuberem ff. de furt.* & in delicto carnis etiam minor 14. annorum excusatur. *l. si minor C. de adulter.* Item in atrocioribus, in quibus punitur vt maior: ità dicit *Paul. de Cast. in d. l. 1. C. si aduer. delict.* & hoc in delictis, quæ committuntur in faciendo: secus in his, quæ committuntur in omittendo, *vt idem Paul. de Cast. in d. l. 1.*

45 Sed quæro, quid si minor deliquit, & maior effectus tractatur, vt puniatur pro delicto commisso in impubertate: an vt minor, vel vt maior puniri debeat? dic vt minor, vt tenet *Bal. in l. 1. C. si aduers. delictum, & in l. 1. C. de his quib. vt in d. §. illud Authb. const. quæ de digni. & l. 1 ff. de pan. cum alijs similib.*

46 Locus consideratur dupliciter. Primò habito respectu ad offensum, ex quo quodlibet membrum habet locū designatum per nomen suum, vt oculus, facies, caput, manus, pes, & similia. Secundò habito raspectu ad locum, vbi delictum committitur, & patratur, secundum qualitatem, & quantitatem: nam dicitur vulnus, & vulnusculum, leuè, grauè, magnum, mortale à vulneris magnitudine *ff. de iniur. l. prætor. Bart. in l. fin. ff. de sic. l. diui. l. sacrileg. ff. ad Iul. pecul. l. si quis in hoc genus, & Authent. sed nouo iure C. de episcop. & cler. cap. 1. de consecr. d. 5. l. saccularij ff. de var. & extraord. crimi. Bart. in l. libell. ff. de accusa.* vbi respectu statuti augetur pæna, & ideò quandoque locus facit, quod quis nominetur aliter; *l. sacrilegi ff. ad legem Iul. pecul. in verbo compilauerint, & in l. 1. de expilata her.* respectu personæ nominatur aliter, quandoque respectu reuerentiæ inter maritum, & vxorem, non dicitur furtum, sed inuentus fuit titulus rerum amotarum. *l. 2. de abigeis*, ex modo furandi, non dicitur fur, sed abigeus.

47 Tempus propter quod discernitur fur à latrone spectatur in delictis. *l. 1. ff. de furt. l. furem f. de sic. l. itaque ff. ad l. Aquil.* & prædicti differunt inter se: quia alterum interdiù se telo defendētem, licet occidere. Alterum verò non nisi de nocte, ex quo furem nocturnū,

qui

Digitized by Google

qui non patitur capi, & deprehendi, cognoscere non possumus, vt accusemus eum, latronem publicum cognoscimus, & ideò eum euitare possumus. *l. itaque ff. ad l. Aquil.* item tempore discernitur à desertore emansor, & fugitiuus à non fugitiuo. *l. 3. §. desertorē, ff. de re milit.* fuga est vitium animi, & ex tempore cognoscitur. *§. pauonum, cum ibi notatis instit. de rer. diuis.*

Quantitas, vt dixi, repilogando prædicta, vt clarius intelligatur, habet lõgitudinem, latitudinem, & profunditatem, vt clarius medicis expertis in arte, & chirurgicis constat. *l. vulneris magnitudo ff. de iniur.* Item respectu rei maioris, & magnæ, paruæ, & vilioris prætij. Item respectu numeri. *l. 1. ff. de abigeis §. Gallinarum iuncta glos. Inst. de rer. diuis. cap. Regni*, quod incipit, *ad hoc, iuncta additione sub rubr. de furt. fol. 5. & cap. 1. §. si quis quinque solidos sub titul. de pace tenen. & eius viola.* licet pœna dicti *cap. ad hoc* hodie non sit in vsu: & in contrarium obseruetur arbitrio Iudicis, vt sæpius vidi practicari in similibus casibus. 48

Qualitas offensi, & offendentis delicti, & aliarum circumstantiarum consideratur. *l. sed si vnus ff. de iniur. & §. atrox. Inst. eo.* 49

Euentus, qui ex animo metitur, & quandoque ex improuiso accidit, & tunc reuera casum vocant. *l. 1. §. diuus ff. de fica.* & dicitur euentus, quando accidit præter propositum, cum in quibuscumque factis causa inspiciatur originaria ex eo, quia, si succedit aliud non est in culpa faciens: quod quidem dupliciter accidit. Vno modo respectu hominis integri, non habẽtis animum faciendi illud, quod succedit. *l. qui iniuria. l. verum. l. qui ea mente ff. de fur. l. aut facta ff. de pœnis. cap. quicumq; dist. 1. extra de pœnis, & remis. cap.* alio modo respectu hominis facientis principaliter illud, sed non ex animo, vt in infante, & demente. *l. congruit ff. de off. Præsid. l. infans ff. de fic. l. 3. §. fin. ff. de re milit. cap. infames 15. quæst. 1.* 50

Et in ijs omnibus debet quilibet circumspectus Iudex sine suspitione procedere, neque ad dexteram, neque ad sinistram pendere. *l. apertissimè cum similibus, C. de iud.* pensatis benè dictis testium. *l. 3. §. 1. de testi. cap. 1. extra de test.* & per probata, & allegata iudicare. *l. illicitas §. 1. ff. de offi. Præsid.* & per inditia veritatem eruere. *l. edictum ff. de quæstio.* ne delicta remaneant impunita. *l. ità vulneratus ff. ad l. Aquil. l. licitatio ff. de publi.* vt teneat placatam Ciuitatem. *l. congruit ff. de offic. Præs.* & ei sit pœna, & cæteris sit exemplum. *l. aut facta §. famosos ff. de pœn.* Aut partes ad concordiam reducere. *l. æquissimum ff. de vsufruct. cum §. præcedenti*, & iuxta delicta punire nocentes. *d. l. aut facta*, & innocentem non ferire, & offendere. *l. absentem ff. de pœn.* vt suos teneat pœna auctores. *l. qui sententiam C. de pœn.* aliàs si prædicta fuerint prætermissa: Iudex punietur arbitrio superioris, vt dicit *Constit. Regni*, quæ incipit, *si quis in posterum, & ibi glos. & Andreas de Iser. sub rubr. de defensis impositis, & competentibus.* 51

Sed quæro post prædicta, si Iudex coegerit partes inter se componere, & concordare: an possit contra eum per partes coctas intentari iudicium, eo quod metus causa? dicit, & tenet *Bal. in l. continet ff. quod metus causa.* quod non, quia non facit, & fecit hoc ad sui commodum, sed ad exequutionem iuris. 52

Dicitur in textu (confligere, idest dimicare) inter se manus serere, nam confligere dicuntur, qui dimicando ad inuicem se sternunt, vnde conflictus, strages, & mutua profligatio appellatur, quæ & clades dicitur à greco, q. est amputatio. 53

Habetur in textu, vt pugnam exercere possent: adde ad quam faciendam præparare se debent exercitio, & studio militari. *l. milites C. de re militari.* 54

Et pugnam exercere possent, verba textus iterum interpretando, seù declarãdo, aut edisserendo, pugna dicitur à 55

pugno,

Digitized by Google

pugno, ex quo ãnte vſum armorum antiqui pugnis, calcibus, morſu, more beluarum pugnabant: aut per ſe ipſos, vt in duello, quæ vulgo dicitur disfida: quaſi ſeparatio à fide communi hominum, & ab illo dicto, homini homo, Deus: quod græcè dicitur, homidatis autropos, vppedeuetedis enim ſeparationem ſignificat. Nam cum homines vna omnes viuerent ſocietate: ſe disfidando ſeparantur, aut per nuncios cõſtituunt ſe pugnare, quia qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. *l.* 1. §. *defeciſſe ff. de vi, & vi arm.* §. *venditæ Inſt. de rer. diuiſ. cum alijs ſimilibus.*

56 † Ad certamẽ, quod impropriè duellum: nam aliud eſt certamen, aliud eſt duellum; certamẽ eſt de aliqua re duorum, vel plurimum contentio, vt alter alterum certamine vinceret. Virg. certent, & cygnis vlulæ, & Cicero cum inter ſe duo populi de finibus certarent, & Iureconſul. dicit, in ciuilibus diſſentionibus quamuis ſæpè reſpubl. lædatur, tamen non in exitium reipub. contenditur. *l. ſi quis in genuam* §. *fin. ff. de capt. poſtlimi. reuer.*

† Duellum propriè eſt duõrum bellũ, etiam antequam ad manus veniant. *l. milites C. de re milit. cap.* 1. *extra de cler. pugn. in duell.*

57 Sequitur in textu (eandem diem, vel ſequentem, aut vlteriorem) denotando furorem prouocãtium, qui citò conficere, & perficere infra breue ſpatium conabantur duell. & ſic intellige ſtatum, & curſum vnius, vel alterius, aut vlterioris diei, infra quos non reuocauerint animum, & remiſerint quæ relas eorum, ſed deſiderauerint conficere duellum, & deuenire ad certamen, & ad locum deſignatum in die deſtinato, non ſeruatis ſeruandis.

58 † Cum armis, & ſine armis offenſiuis, & defenſiuis:) ad quorum verborum intelligentiam quatuor notabis tempora, & primò Romanorum, quorum tempore armorum vſus erat prohibitus ad offendendum. *l. Iul. de vi pub.* præter vſum venationis, itineris, & nauigationis, & commercij cauſa, ac tuendæ ſalutis propriæ gratia, & hæreditatis. *l.* 1. & 2. *ac penult. ff. ad l. Iul. de vi pub.* quorum armorum appellatione eodem iure veniebant omnia ea, quæ nocere poſſunt. *l. armatos. l. his qui ff. ad l. Iul. de vi pub. cap. de occidẽdis* 24. *quæſt.* 5. & in primo Regum.

59 *cap.* 16. *& cap. noli* 26. *quæſt.* 1. † Sed impropriè arma ſunt omnia tela, omneſque gladij, rumpheæ, loricæ, fuſtes, & lapides. *l.* 3. §. *armis ff. de vi, & vi arm. l. armorum, & l. ea obtinent* §. *telum ff. de verbor. ſignifi.* & circa prædicta, an, & quando dicantur, & capiantur propriè, & impropriè, extat *ſingularis gloſ. in verbo arma, clem.* 1. *extra de ſtatu monacho.* quam ſequitur *Ang. in* §. *ex maleficijs Inſti. de act. in* 4. *col.* Quid de ſtatuto faciente mentionem de armis, quæ comprehenduntur? dic quod omnia præter fuſtes, & lapides, *eadem gloſ. in verbo arma, & Aretinus in tract. ſuo de maleſi. in gloſ. ſeù verbo arma sua. & Ludou. in l.* 1. §. *occiſorum*

60 *ff. ad Syllan.* † Secundum tempus fuit tempus Codicis, quo tempore armorum vſus fuit prohibitus inſcio Principe. *l.* 1. *C. vt armorum vſus lib.* 10. quo tempore omnia arma erant prohibita, *vt ex verbis d. l.* colligitur ibi, *quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur.* Tertium tempus Authenticorum fuit, quo tempore non ſolum vſus armorum fuit prohibitus, ſed nec alicui erat licitum tenere, nec facere, & fabricare arma, vt *in Authent. de armis per totum*, cuius tempore armorũ appellat. veniebant arcus, ſagittæ, ſpatæ, enſes, ſemiſpatæ, zaniæ, loricæ, conci, & quolibet modo factæ, & figuratæ lancæ, monocapia, ſitini, miſſilia quælibet, aſpida, ſcuta, galeæ, caſſides, præter cultellos ad incidendos panes, & alias res neceſſarias. §. *prohibemus Authent. de armis iuncta gloſ. in d.* §. *in verbo minores.* Quartum tempus *Conſtit. Regni*, quo tempore Federicus Rex huius Regni reduxit intermedias prohibitiones ad ius Roma, vt poteſt videri

Digitized by Google

deri *per Const. Regni*, quæ incipit *intentionis nostræ de illici. por. arm.* nam ea arma per Regnum portari prohibentur, præter in prædictis casibus *in* 1. *ea dictis*, & ità tenet *glos. in d. Constit. intentionis nostræ in verbo deferre*, quã sequitur *Andr. de Iser.* ibi, quæ nocendi magis causa, quam alterius cuiuscumque liciti operis gratia sunt parata, & inter alia exceptuantur, cultelli, gladij putatorij, rompheæ, bipennes, secures pro vsu agriculturæ ad venandum, & ad vsum hunc naturæ, & pro hoc fuit factum *Cap. quod incipit, plectuntur fol.* 14. Sed limita hoc habere locum, vt non teneantur portantes: sed si cum eis percusserint puniuntur. *Cap. si quis cum roncha. fol.* 14.

61 † Arma tractare terrenæ est potestatis. *cap. nimium* 24. *quæst.* 7.

62 † Vltra prædicta arbitrio meo dicerem arma defensiua intelligi, describi, & nominari ex proposito, & animo portantis, quæ illa dicuntur, quæ portantur causa tuendæ salutis propriæ. *l. penult. ff. ad l. Iul. de vi publ.* aliàs dicerentur offensiua de per se, *argum.* 1. *l.* 1. *§. diuus ff. de ficar. & l. si quis cum telo C. eo.*

63 † Secundo, non dicuntur offensiua illa, quæ de per se non sunt offensiua, sed defensiua, vt est vulgo dictus inachus, & alia similia arma. *l. armato, & l. bij qui ff. ad l. Iul. de vi pub. sed cogita.*

Sequitur ipso facto, idest ex sola peruocatione etiam q̃ nõ deuenerint ad manus, vel ipso facto sine alio ministerio, vt inferius dicam.

64 † Dicitur (mortis naturalis) ad differentiam ciuilis. *l. vltimum supplicij. l. aut damnũ §. vita ff. de pœnis*, vt sunt capitis ademptio, furcarum suspensio, concrematio, suffocatio. *l. capitalium ff. de pœn.* quia mors ciuilis nõ est propriè mors: sed proxima morti naturali, *argum. est textus d. l. capitalium, & l. rei cap. ff. de pœn. l.* 1. *§. fin ff. de bo. poss. contra tab.*

65 † Sed quæro, quid si Iudex non seueritatis, aut gloriæ, aut clementiæ gratia, vt *in l. respiciendum ff. de pœn.* non benè discretis criminibus aliquẽ decurionem, aut nobilem, & in dignitate positum condemnauerit ad furcarum suspendia, aut ad metallum, quibus pœnis plecti non poterant, an permutare pœnas possit? quod non. *l. moris §. sed enim de pœnis*, sed hoc referre ad Principem, vt circa permutationes pœnæ consulere possit. *l. virgam ff. de pœnis.*

66 † Sed quæro, si condemnatus in exilium non comparuerit, aut excesserit exilium, quomodo si capitur, punietur? duplicatur exilium, si duplicando non excedit decennium, aliàs deportatur in insulam; & tempus carceris computatur in exilium. *l. aut damnũ §. quisquis ff. de pœn.*

67 † Sed quæro, an forisiudi. computetur inter mortuos ciuiles, an inter mortuos naturales, ex quo sententia forisiudicationis incontinẽti post eius prolationem, etiam infra decem dies habet executionem, vt *in Const. Regni pœnam eorum sub rubr. de forisiudi. ibi app. seù supp. remedia forisiud. superesse cognoscat.* Nam hic vt mortuus, & cadauer habetur, & torqueri poterit. *arg. text. l. qui vltimo supplicio ff. de pœn.* ibi *seruari solent, vt ex his in alios quomodo habeatur*; ergò potius adhæret mortuo naturali, quam ciuili: & ideò est tertia species, ex quo mortuus naturalis nõ est, nec mere ciuilis, ex quo non posset torqueri, vt cadauer: nec captus & condemnatus suspenderetur, prout forisiud. licet interim donec capitur post sententiam viuat: quia de facto viuit, non de iure; cum in eo executio fieri non possit propter incomprehensibilitatem: hinc benè dicit *Const. Regni ferè quo ad omnia pro mortuo habeatur, & hostis publicus reputetur.*

68 † Sequitur; & si per Curiam capiatur, potest procedi ad forisiud. seruato ordine dato à regia pragmatica, sed quando capi potest pro duello, cum constiterit talitèr, quod posset contra eum procedi ad capturam potest autẽ

tunc

Digitized by Google

tunc procedi ad torturam, ad quam poteſt procedi vbicumque præcederent indicia, exemplum, fama, ſuſpicio, veriſimilitudo, inimicitia, fuga, viſus in loco delicti, vnius teſtis de viſu, cũ alijs adminiculis, & alia ſimilia, vt cõfeſſio extraiudicialis, vt notat *Bart. in l. 1. C. de ijs, qui ſibi mor. conſci. & Dominus Hyppolit. de Mar. in §. diligenter, in ſua practica criminali, & Bal. in l. ſi quis curialis C. de epiſcop. & cleric. & in l. quod euitandi C. de conditio. ob turpem cauſa.* ad quam capturam proceditur cauſa cognita, ideſt ſummaria informatione capta, & viſa per Iudicẽ, vt dicunt *Felyn. in cap. 1. in princ. in 6. col. extra de iudicijs, & Bart. in l. fin. ff. ad Iuliam pecul. & Auguſt. de Arimini. in verbo fama publica, de maleficijs in*

69 *verſi. aduertẽdum non eſt.* † Sed in flagrantibus crimin bus, non opus eſt publ. & Iudicibus aucto. quo ad capturam, nam quilibet priuatus poteſt capere delinquentem, & illum tenere per ſpatium 24. horarum, vt tenet *Felyn. in cap. 2. extra de homici. & Angel. in l.*

70 *capite quinto ff. de adulter.* † Sed fugiẽtem ex interuallo volens capere priuatus, ſine Iudicis licentia non poteſt. Ità tenet *idem Angel. in d. l. cap. quinto, & in §. comprehenſorum, Auth. vt nulli iudicum, licet hab. loci ſeruatorem.*

71 Sed an Iudex laicus poteſt capere clericum repertum in flagranti crimine? dicit *Ardr. de Iſer. in Conſtit. iuſtitiarios*, quod ſic, *& Lucas de Penna in l. nemo carcerem C. de exac. tributo. lib. 10. & idem Luc. de Pen. in eadem l. dicit*, quod Iudex Eccleſiaſticus per cenſuras Eccleſiaſticas poteſt Iudicem laicum compellere, vt liberet clericũ iniuſtè carceratum, & quibus modis poſſit impugnari captura, vide *Dominum Soccin. in l. plerique num. 10. ff. de*

72 *in ius voca.* † Et an poſſit ab interlocutoria ſuper captura interponi appellatio, vide *Bal. in l. ſi clericus C. de epiſcop. audien.*

63 Sequitur in regia pragmatica de duell. citatus domi. intellige, ſi de perſona reperiri non contingerit, iuxta formam regiæ pragmaticæ, quæ incipit, *quilibet agere volens*, licet intus de ſtrictum non obſeruetur circa ſubſcriptionem, ex quo creditur nuntio, vt dicit *Felyn. in cap. prudentia extra de offic. deleg. Bar. in l. eum qui. §. ſed ſi dum ff. commodat. & cæteri in cap. quoniam frequenter ex. vt lit. non cont.*

74 † Sed quæro, quid ſi tempore delicti habitabat in vna domo delinquens, an ſufficiat in ea domo citari, in quam habitabat vt hoſpes, vel amicus, vel aliter, & credo quod poſſit, ex quo latitatio faciat, ac ſi eſſet in Ciuitate, argumentum eſt Capitulum Regni, quod incipit *poſt commiſſum à delinquente flagitium, & §. ſi verò quis comprehenſorum Authen. vt nulli iudic.*

75 Sequitur, ſi infra tres dies non comparuerit citatus modo prædicto foriſiudicetur eis elapſis,) an hæc dilatio trium dierum potuerit dari, & annus breuiari, cum de iure Romano ſemper audiebatur ſe defendere volens. *l. 1. ff. de req. reis*, & confeſſus, & conuictus, quandoque auditur *l. creditor §. iuſſus ff. de appell.* & arctari defenſiones non debent. *l. quotiens C. de precib. Imperat. offer. l. quoniã C. de hæreticis*: dic quod ſic, vt delicta coerceantur, & refrenetur audacia delinqpentium, conueniẽti loco, & tempore. Ità tenet *Andr. de Iſer. in duob. loc.* per diuerſa media; in *d. Conſtit. Regni* pœnam eorum de foriſiudicatis.

76 Dicitur (non comparuerit perſonaliter) quia per dictum Capitulum poſt commiſſum delictum, allegata abſentia in criminalibus, in quibus venit imponenda pœna corporis afflictiua, vt ſi amputatio membri, capitis, carceris perpetui, & deportationis, non admittitur procurator, *arg. text. Cap. Regni*, quod incipit, *ſiuè qui ſit foribannitus ſub rubr. de foriſiud. fol. 14.* & in alijs in quibus bona publicantur, licet non poteſt procedi ad foriſiudicationem, vt *in d. cap. Regni ſiuè qui ſit.** procurator non admittitur, & ratio eſt, *vt*

Bart.

Digitized by Google

Bart. dicit in l. accusatores §. ad crimen ff. de public. iud. sed hæc intellige se-
77 cundũ ea, quæ dicit *Bart. in d. §. ad crimen, & in §. publicè l. seruum quoque ff. de procur. & Moder. & glos. in eisdem locis*: vbi dicunt quod in causa relegationis admittitur procurator, & in alijs non. Verum hodie indistinctè in causis criminalibus nullo modo admittitur, nisi ad allegandum absentiam, & ad excusandum, & ità hodie in Regno dicta iura interpretantur, vt admittatur ad allegandum absentiam, vel infirmitatem cum instrumento notarij, & subscriptione medici, & loci inimicitiam, & hoc in procuratore rei: in procuratore actoris, & accusatoris admittitur quòad omnia, ex quo pœna calumniæ remittitur, vt dicit *idem Dominus Bart. in d. §. ad crimen.*

78 Sed hoc fallit in vniuersitate, & in personis vocatis vltra nouem: quia pro eis admittetur procurator: excepto crimine hæresis, & crimine lesæ maiestatis, vt habetur in Capitulo Regni, quod incipit, *Statuimus, vt quoties sub rubrica, quod liceat specialibus personis in criminalibus causis constituere procuratorem fol. 19. & Constit. Regni pœnam eorum sub rubr. de forisiudicatis.*

79 † Ipso iure sit forisiudicatus) quod infra dictos tres dies nullo modo illa sollemnitas, quæ ponitur *in Constitut. Regni, pœnam eorum sub rubrica de forisiudic.* seruari potest, ex quo isti tres dies fuerunt statuti præcisè, & peremptoriè, & non capiunt spatium sollemnitatis à iure, & Constitutionibus requisitum: videlicet citationes ad informandum, & capitula primę, & vltimæ contumaciæ, & citationis ad forisiudicandus, nec triduum de æquitate competens, nec foris bannum: vt in alijs terris, præterquam in Magna Curia, vbi non obseruatur foris bannum, ex quo Regium Tribunale, vbi procuratores adsunt diuersorum magnatum, & iuitatum: vnde ipso iure intelligitur nullo alio spatio intermedio, nec alia sollemnia requisita, sed elapsis dictis tribus diebus potest procedi ad declarandum ipsum esse incursum ad forisiudicationem inductam, per dictam regiam pragmaticam ne duello, in modo, quod est fortius, intelligitur per ipsam pragmaticam forisiiudicatus, ex quo sententia sic mox dari non posset tractim, & cum deliberatione. *l. 2. C. de sent. ex peric. recitand.* & hoc procedit de rigore dictæ regiæ praamaticæ, nam verbum illud, ipso iure interpretatur cum moderamine, ideſt prolata sententia declaratiua, *argumento est glos. in §. per contrarium Inst. de hær. quæ ab intest. defer. & in §. venditæ cum §. sequẽti Inst. de ter. diuis. & glos. in verbo imminere §. 1. Auct. de incest. nupt. l. 1. §. at qui bona ff. de iur. fisci. & glos. in l. commissa ff. de publi.*

80 † Sed quæro quid si interim moritur bannitus forisiudicandus: num ista pœna ademptionis bonorum transeat ad hæredes: quod non, vt dicit *Angel. in l. ex iudiciorum ff. de accusat.* & hoc regulariter, quod fallit in casibus *nat. in d. l. ex iudiciorum.*

81 † Prouocatus si ire, & comparere non audeat, ex hoc nullum incurrat dedecus, sed potius laudem consequatur.) Hæc sunt verba pragmaticæ, & licet quod factum est non possit fieri, quod non sit factum. *l. in bello §. aut factæ ff. de capt. & post. reuer.* hoc est verum, quando lex prouideret circa factum, & non circa faciendum, vt in casu nostræ legis: ergò benè potest tolli infamia, quæ de futuro prouenire, argumento à simili facit *l. imperialis §. 1. C. de nuptijs. & glos. in l. 1. C. de sen.*
82 *pass. & l. fin. §. fin. eo. tit.* † Et ratio est, quia quisque deberet studere ad bonũ, & arma mala vertere in vomeres, & falces, & bellum ad pacem, & vltra prælium non accipere; vt Esaias propheta dicit in 2. capite ibi, & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium, & alibi. Iudit. in 4. capite dicit; Memores estote Moy

Digitized by Google

ſis ſerui domini, qui Amalec confidentin virtute ſua, & potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clipeis ſuis, non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orãdo deiecit, & in octauo capite Eſdræ in 3. libro dicitur. Erubui enim petere à Rege pedites in comitatu tutelæ gratia contra aduerſarios noſtros; ſic & in in caſu noſtro laudem mæretur, qui non viam bellicam, ſed Chriſti iter acceperit, reſeruãdo pugnare ad bonum finem.

83 † Sequitur (& ſi comparuerit, teneatur de vulneribus receptis, & illatis,) & ſi mors ſequuta fuerit prouocatus mortis pœnam incurrat, & ſic nota ex hoc, & ex prædictis, quod duellum nõ offerre, nec oblatum ſuſcipere debet, quia hoc prohibitum eſt per hanc regiam pragmaticam, & alia quæ in prinprincipio dixi, *& gloſ. eſt ſing. in d. cap. 1. extra de cler. pug. in duell.* & tenetur de vulneribus, & homicidio. *cap. Henricus extra eo. de cler. pugn. in duell.*

84 † Aſſiſtẽtes autem ſimilibus pugnis, & duellis, & nuntij intermedij prouocatorum, & prouocantium in ſimilem pœnam incurrunt. Nam aſſiſtere dicitur, cum eis eſſe. *l. vlt. C. de aduo. diuerſo. iudic.* & in caſu noſtro poſſent dici tertij, qui aſſiſtunt ad pugnam perficiendam, vel adducti ad pugnam tanquam pares, & teſtes, *vt in Conſt. proſequentes extra de pugnis ſublatis*, vel melius loco iudicum vocati, aut procuratorum, & aduocatorum: quorum miniſterium eſt cauſam inſtruere. Sic in duello; miniſterium iſtorum inſtruere pugnam eſt, ex quo hoc habiliores, & audaciores fiunt ad pugnam certantes, & quia per eos præſtatur quodammodo auxilium, conſilium, quæ præſtantur in maleficio ante, & poſt; per modum conſultationis, perſuaſionis, animationis, cohortationis, & porrectionis inſtrumentorum bellicorum, *argum. eſt textus l. qui domum ff. de adult. & l. ſi pignore ff. de furtis cum alijs ſimilibus, & Bart. in l. in furti. §. opem ff. de fur. & Innocent. in cap. conſtitutum extra de cleric. percuſſor. & idem Bart. in l. 11, qui opem ff. de fur. & in l. raptores C. de epiſcop. & cleric. & Bart. & cæteri in l. ſi quis in rixa ff. de ſicar. Alex. in conſ. 15. in 1. vol. & Petrus de Anch. in conſ. 216. incipiente no. Bart. de Sali. & cap. 2. extra de cler. pug. in duell. l. vtrum. l. ſciente. ff. de pat. l. vnica in medio C. de rapt. virg. Bal. in l. non ideò minus C. de accuſat. & in l. hæc verba ff. de infam. & Angel. in l. poſt legatum §. 1 ff. de hïs quibus, vt indig. & Bart. in l. 1. ff. ad Syll. l. idem §. qui armati ff. de vi, & vi arma, & Dominus Auguſt. de Aremin. ſuper Angelo in verbo Andream auxiliatorem, & in verbo in dicto maleficio ſemper aſtitit.* Sed Sed in hoc videtur hæc lex rigoroſa. Nam *in l. vnica C. de raptor.* aſſiſtens non punitur eadem pœna, ſicut raptor. Ibi enim punitur aſſiſtens, niſi pœna vitæ, & raptor vltra vitam punitur pœna *pub. bono.* & contra diſtinctionem *Bart. in l. in furti §. opem ff. de furt. l. nihil intereſt ff. de adult.* Sed ad prædicta reſponderi poteſt ſecũdum prædictam diſtinctionem *Bart.* quod in dictis legibus non proceſſit ad alios actus vlteriores, quam ad conſilium, & perſuaſionem: hic vltra conſilium, & inſtructionem aſtiterunt delicto vſque ad finem, quo caſu, regia pragmatica etiam ſecundum dictas diſtinctiones procedit.

85 † A fortiori puniuntur dicti nuntij, quia dederunt operam rei illicitæ, portando literas diſfidæ, & cartellas, & verba inter pugnantes, *gloſ. eſt ſingularis in d. l. ſciente. C. de fund. patr. Salyc. in d. l. non ideò minus. C. de accuſat. & l. 1. §. incidit. ff. ad Turpill. & ibi Bart. & Ange. ſed quærè nuntij puniantur vt pug.* ſi non pugnauerunt, & delicta recipiant moderationem ſecundum prædicta, *in l. aut facta ff. de pœnis, & Salyc. in d. l. non ideò minus, in verſic. quære decimò?* Reſpondetur, quia hic atrox reputatur delictum, vel quia Rex ità voluit ad tollendam frequentiam talis duelli, prout in alijs delictis alterata reperitur pœna.

86 Sed

Digitized by Google

86 Sed cum nuntij nihil machinantur contra prouocantes, & prouocatos, ſed ex voluntate vtriuſque procedant ad perficiendam pugnam, quarè ſic puniuntus, cum ad pugnam, & ſine ipſis deuenire poſſent literas clauſas? dic quod in facto peccant, ſecundum *Bal. in l. 1. §. ne autem C. de cad. toll.* & & tria reperiuntur res ipſa, factum, & perſonæ: res ipſa, & factum, vnum, & idem eſt: perſonæ facientes dinumerãtur in plures, & tanto maius eſt delictum, quia numero perſonarum augetur delictum. *l. ſi plures ff. de iniur.* Item & tertium intellige, quibus deuenitur, & conficitur delictum, vt manus, & lingua, & iſtud non eſt vnum, & idẽ, ſed plures: & puniantur, quia ſunt delicti participes.

Tu latius conſidera prædicta, quoad factum verè, & interpretatiuè, quia factum eſt ſimplex, reſpectiuè ad illum in quem factum infertur; ſed quo ad inferentem dicitur verè, quò verò ad alios interpretatiuè, ex quo leg. interpretatione, qui mandat, aſſiſtit, perſuaderet, nuntiat, conſuluit, cohortatur, *vt Doct. dicunt in d. l. non ideò minus, C. de accuſat.* & ideò factum dicitur totuplex, quotuplex erant perſonæ, vt in caſu de quo agitur. Nam quælibet perſona in ſuo miniſterio dicitur facere: quia pugnantes pugnant, aſſiſtentes præſtant fauorem, auxilium. Nuntij tractant pugnam, vt perueniatur ad actum; ideò æquali pæna puniuntur, vt in prædictis locis videre poteris, & totum hoc propter eorum ſcientiam dãdo operam rei illicitæ.

Prouocantes verò, & prouocati ad duellum, ſeruatis inter eos ſeruandis,
87 &c. Prouocans dicitur, qui offert pugnam; prouocatus, qui ſuſcipit, *d. cap. 1. extra de cler. pugn. in duell.*

88 † Sequitur in textu regiæ pragmaticæ, (& etiam illos, qui in rixa, aut contentione verborum calore iracundiæ, &c. pænas legales, & à iure ſtatutas incurrere ſtatuimus.)* Rixa duorũ eſt contentio, quę fit re, & verbis; quãdo ad verba, & conuitium deuenitur. *l. 1. §. 1.* * *de iniur. & l. prætor §. 1 ff. eod.*

89 † Alias eſſet appenſatus inſultus. *l. nec intereſt ff. ad l. Iuliam de vi pri.* & rixa modo eſt cauſa minorationis pænæ, & ex eo prouenit, quia videtur caſu deueniſſe ad duell.

90 † Sed quarè in rixa minori pæna ſuperueniens duellum punitur, contra *l. 1. §. 1. ff. de vi bon. rapt.* vbi non ſolum pro delicto, ſed pro damno punitur. Reſponde, & dic: quod factum, ſeù duellum reperitur ſine dolo. *arg. gloſ. & text. l. quicquid calore iracundiæ ff. de reg. iur. & Dominus Thomas Grammaticus in votis ſuis voto 19. num. 14.* Ità enim eſt ſignum exterius, & non refertur ad alias paſſiones quam ad eas quæ naturaliter inſunt homini, vt hic in regia pragmatica: Legiſlator conſiderauit talia verba ſonantia in duellum, procedere ex ira non ex animo. Non obſtat *dictus §. l. 1. ex quo in l. Aquil.* punitur effectus, non animus, & ſic ex hijs excipiuntur dicti duo caſus, videlicet: vbicumque duellum ſit ſer-
91 uatis ſeruandis, & in rixa. † Et ſecus non agatur ſub ira regiæ indignationis, & pænis ſupradictis, & ſic iſta regia pragmatica, ſeù mauis ſanctio legalis in regno continet diuerſas pænas, videlicet ſpeciales, & arbitrarias; ſpeciales quatenus mandat, quod elapſo triduo foriſiudicentur; generales, & arbitrarias, quatenus mandat ſecus agentes, & contrafacientes puniri pæna reſeruata in arbitrio Regio, & ſic vna; & eadem perſona diuerſis pænis, & extimationiaus punitur contra legem *ſenatus ff. de accuſ.* ideò ad eorum intelligentiam, dic aut cauſa vna, & eadem lege, quod quis puniatur pæna ſpeciali, & generali, aut diuerſis legibus, ſi quidem eadem lege, & pæna generalis eſt incerta, vt In caſu de quo agitur, vbi reſeruatur ad arbitrium regium, & tunc non refertur ad ſpecificatam pænam, & hoc quidem habet locum in diuerſis legibus, hoc idem eauentibus. ità dicitur *in gloſ. legis ſanctio,*

Digitized by Google

ctio, ff. de pœn. ſi verò vtraque pœna eſt certa, & tunc aut vtraque pœna eſt in eadem lege, aut in diuerſis. In primo caſu, aut pœna infertur à lege, & alia ab homine, & tunc vtraque habet locum quò ad originem, & executionem, aut vtraque ab homine, & tunc habet locum quò ad originem, & non quò ad exequutionem. Ità diffusè *Bar. in d. l. ſanctio ff. de pœnis.*

92 † Item hic ex illis verbis, (cum armis, & ſine armis,) & ex alijs verbis infertur, quod tàm prouocans, quàm prouocatus puniuntur pœna mortis naturalis, vt diximus ſup. Quid ſi pugnauerunt, & alter eorum vulneratus vel vterque fuerint, vel mortuus alter, vtrum puniatur pœna homicidi alter remanens, *per Conſt. Regni terminum vitæ*, aut pœna manus *per Capitulum Regni*, quod incipit, *ſi quis cum rencha. vel Conſtitutione Regni, ſi quis aliquẽ, aut pœna huius regiæ pragmaticæ, vel cap. 1. extra de cler. pug. in du.* aut pœna *l. 1. ff. de ſic.* Super hoc diſtingue, aut pœna procedit ex eodem foro, aut ex diuerſis foris; quando ex eodem, & tunc aut pœna imponitur ipſo iure, & altera ab homine, & concurrunt, ex quo vna nõ tollit alteram, exemplum, ſi prohiberetur quis mercari, aut vendere martires; hoc modo ſi quis vendiderit tales res puniatur arbitrio Iudicis, & venditio ſit nulla. *l. nemo martires C. de ſacroſ. eccleſ. & l. non dubium. C. de leg. & l. inhibemus C. de ſacroſ. eccleſ.* aut imponitur copulatiuè, & cumulatiuè per eandem legem: & vtraque imponitur condemnatiuè, & exequutiuè, vt tenet *Bal. in l. placet C. de ſumma Trinitate, & fid. catho.* aut alternatiuè illa imponitur quæ Iudici, &

93 non inquiſito placebit.* (Nam in alternatiuis criminalibus iudicantis eſt electio,) aut diuerſis legibus idem cauetur copulatiuè, & tunc illud idem *l. qui ſepulcrum C. de ſepu. viola.* ſi verò abſolutè, vt in caſu de quo agitur, cauetur, tunc ſi lex ſecunda tendit ad derogandum priori, imponitur pœna legis vltimæ: ſi non ad derogandum, & aliquæ qualitates inſunt, debet fieri

94 punitio* ſecundum illam qualitatem, & ex hoc legiſlator fuit motus apponere pœnam mortis illis, qui auſi fuerint inire, & facere duella, propter frequentiam eorum, quorum cauſa exacerbatur delictum, metuque pœnæ refrenatur, vt eis pœna, & alijs ſit exemplum. *l. aut facta §. nonnunquam ff. de pœn. iuncta gloſ. in verbo ſupplicia, & l. ſæcularij ff. de varijs, & extraor. crimi.*

95 † Sed cum vna ſufficiat pœna ad extinguendum hominem, num vna augeat ſaltim alteram? dic quod ſufficit vna. *Bart. in l. ſi adulterium ff. de adult. & Dominus Thomas Gram. in voto 17. & voto 9.* & hoc prodeſt, quod ſi fuerit abſolutus ab vno: poteſt inquiri ab alio non obſtante quod procedant ex eodem facto.

96. † Item per hanc regiam pragmaticam non ſolum impunitur alia pœna; ſed inducitur nouus modus agendi in contumaciam non comparentis, & contrafacientes officiales puniuntur arbitrio regio: ad quæ omnia adde *Bart. in l. ſenatus ff. de accuſ. & l. 2. §. ſi pub. ff. de adult. l. nullam C. de teſt. & 4. C. de probat. & Salyc. in l. qui de crimine C. de accuſat. & Bal. in l. cunctos populos C. de ſum. tri. & fid. catho. & Alexand. in prædictis locis in ſuis additionibus ad Bartol.*

97. † Sed quomodo cognoſcantur diuerſitates iſtorum delictorum? dic aut iniuria incontinenti præceſſit, & ſequutum eſt duellũ, exemplum. Titius dixit conuitium Martino, & è conuerſo, confeſtim Martinus dixit conuitiũ Titio, & Titius ſtatim mentitus eſt, & alter diſfidauit, ſeu prouocauit, dicens vulgò. (*Piglia la ſpata, & la cappa, & veni al tal loco: che ti farò conoſcere, &c.*) Hoc eſt duellum, & verba ſonant in duellum; ſed per hanc regiam pragmaticam non punitur vt duellum, vt notatum ibi præſentialiter; ſed remanet puniendum, per iura alia videlicet, ſi eſt clericus, & percuſſit, ex qua percuſſio-

cussione non est sequuta mors; tunc deponitur, si est sequuta membri debilitatio, aut mors, & tunc punitur per canones, *vt in cap. 1. & 2. extra de cler. pug. in duell.* si laicus ex solo duello punitur arbitrio iudicis, ex quo non adest certa pœna. *l. qui sepul. C. de sepul. viol.* si mors, aut membri mutilatio, pœna manus, deportatio, metallum, relegatio inducitur, *& vltim. supplic. per Constit. Regni, terminum vitæ mors, & Const. si quis aliquem, & Cap. si quis cũ ratio.* si verò iniuria præcessit per spatium temporis; vtputa per diem, vel plures horas, & tunc punitur pœna huius regiæ pragmaticæ, quia tunc duellum propriè dicitur.

Vltra prædicta, hæc pragmatica obseruatura etiam per posteros, habet formam legis: videlicet, causam efficientem, ibi Don Petrus de Toleto, qui auctor huius legis fuit; vt in alijs legibus fuerunt alij, argumento *l. seruius ff. de accusat. & l. quod seruans ff. de seruit.* Item habet causam finalem ab Illustribus, vt in prohœmio Sextilibri, *& in rubr. Inst. de iuuenibus*, Item causam formalem, quatenùs de consilio Procerum apparet ex illa, *humanum C. de legib. & formam ff. de offic. Præfect. Prætor.* Item causam materialem, quatenus continet correctionem, & tollit frequentiam delictorum, & duellorum, & ista sunt illa per quæ cognoscitur lex, vt notat *Bal. in rubr. & in l. 2. C. de probatio.* & per hæc omnia tum expeditus ab eisdem, quæ recollegi per varios auctores? vt minimus professor legum, semper cupiens discere. Quæ omnia remitto correctioni legentium prædicta, & rogo, vt suppleant iuxta eorum religionem, & corrigant, vt eis videbitur: semper salua correctione sapientium. Fateor enim illa verba, & eandem protestationem Appellis exquisitissimi pictoris apposita in picturis eiusdem; videlicet, faciebat. Sic ego dico, faciebat. V. I. Doct. Io: Franciscus Scaglionus, oriundus Abrutijs in Ciuitate Martirani olim tempore Annibalis dicta Marmertini, vbi ara Martis erat, & colebatur Mars ex eo; quia gẽs ibi nata semper fuit, prout est bellicosa, & commorans vt ciuis in Ciuitate Neap. Vbi ingenia florent, & peregrini recipiuntur benignè, & augẽtur indies laboribus non parcentes, eo maxime sub Benignis. & Illustr. Principe D. Don Petro de Toleto, post cuius aduentum, resurrexit Iustitia, & reformati sunt mores hominum iuuenum sine lege, & virtutes auctæ, & beneplacita ad vnguem seruãtur, prout iam notum est, & experientia rerum magistra docet; Cui ego vt deuotissimus eiusdem excelsi, & magnanimi Principis, me penitus dedi, & dicaui, exorans Deum, vt in cuum perpetuet futurum. Vale.

Io: Franciscus Scaglionus V. I. D.

ADDITIO.

DE hac materia duelli, quamplurimi Doct. loquuti fuerunt, quos enumerat Farin. in eius praxi Crim. tit. de homicid. quæst. 119. num. 23. inter quos enumerat nostrum Autem hic, vbi tractatus nouissimè editos per Peregr. & Floronum, & circa hanc materiam quid sit duellum, & cur dicatur, attingit post Mund. cons. 760. num. 3. & Alciat. de singulari. cap. 1. Floron. cap. 1. tract. num. 1. & 12. & qualiter differat a Monomachia, vt ibi per eum, quod siquidem duellum licet de iure communi videatur permissum, vt ibi refert Farin. post Cagnol. in l. fauorabiles num. 16. & 17. ff. de reg. iur.

Cum sit inuentum ad probationem veritatis, vt inquit Bart. inter consil. diuers. crim. tom. 1. nouiss. cons. 5. num. 18. subdens num. 19. illud cessare, vbi de veritate constat Dec. cons. 686. num. 18. & in cons. 487. num. 7. Fulcus in singul. 134. lit. D. & sic pro conseruatione honoris permissũ videbatur Franc. Curt. inter eodẽ cons. crim. diuers. tom. 2. cons. 102. nu. 4.

Adeo, quod redactum est ad instar iudiciorum, vbi reus prouocatur, appellatur Hieron. de Orator. inter d. cons. crim. diuers. tom. 2. cõs. 101. num. 3. Paris cons. 100. num. 9. volum. 1. Mandel. d. cons. 760. num. 4. ex quo duellum est probatio extraordinaria, & cessat quando potest haberi ordinaria Syluan. cons. 51. nu. 16. & locum habet in defectum probationis, Dec. cons. 686. num. 18. Ideò regulæ duellorũ non secundum prauas consuetudines, & opiniones, sed legis rationes sunt regulandæ. Megal. var. resol. tom. 1. resol. 1. num. 10.

In tantum, quod prouocatus ad duellum, non poterat illud saluo suo honore recuperare, idem Paris cons. 2. num. 3. vol. 1. subdens nu. 5. 6. & 8. quod subter fugiens non satisfacit honori, & aduersarium facit victorem, & alia ad hoc adduxit Guglielm. Bohel. de public.

Digitized by Google

iudic. diſquiſit. 6. q. 13. verſic. honoris etiam, fol. 140. niſi forte prouocatus ſuam intentionem plenè probauerit, quando illud ſubire non tenetur Syluan. conſ. 51. num. 17.

Nihilominus præfatus Syluan. d. conſ. num. 1. aſſerit illud omni iure eſſe prohibitum, præterquam in certis caſibus Bertazol conſ. criminu. 152. vbi addit lit. E. tom. 1. latè Floron. d. tract. cap. 1. §. per totum, & Paris d. conſ. 32. num. 1. aſſerit, quo iure ſit permiſſum, & quid hodie de facto, & communi obſeruantia, & iuxta communem Doct. ſententiam eſt omni iure diuino, & humano prohibitum, vt ibi Mandel. num. 5. quamuis vt ibi ſubdit num. 6. quod de conſuetudine de facto obſeruatur pro conſeruatione honoris, & famæ, quæ vita comparatur, & perinde eſt, ac ſi de iure eſſet licitum; & permiſſum. Sed non euitatur peccatum, niſi ex magna, & rationabili cauſa, ſicuti dicitur de lupanario, ſed quidquid ſit, nõ obſtãte tali cõſuetudine, (quæ abuſus eſt) phibitũ refertur, nec aliter pb cauſam honoris ſeruandi permiſſum, cum non ſit dedecus illud non acceptare, latè Muta. in Prag. ſicul. tit. 39. num. 3. & ſeq. nec teneremur illud acceptare, ſed recuſare, ità Megal. variar. reſol. tom. 1. reſol. 1. nu. 9. fortius per exiſtẽtiã bullarũ ſummorum Pontificũ anatematis pœnã infligentium omninò vetitũ eſt, vt ibi Farin. firmat vltra alias pœnas in eis contentas, de quibus nouiſſimè agit, vltra Megal. var. reſol. tom. 2. reſol. 141. & 142. Nouar. in ſumma bullar. tom. 2. tit. de Duello, & in primo tomo eod. tit. fol. 225. Donat. Ant. de Marinis quotid. reſol. cap. 110. nn. 6. 7. & 9. vbi quærit, quid ſi incidenter in rixa contingerit fieri prouocationem, de quo etiam ibi Farinac. num. 2. agit, adde etiam Ciarlin. controuerſ. forenſ. iudic. cap. 115. num. 2. Floronus in d. tract. cap. 1. §. 3. vbi enunciant omnes bullas pontificias; imò per leges municipales ſunt quoque inflictæ pœnæ corporales vltra iacturam bonorum, prout eſt Mediolani. Mandell. cõſt. 617. num. 5. & qua pœna Cataloniæ impoſita ſit, refert Ripol. varia. reſol. cap. 8. num. 210. & ſeq. in Regno Siciliæ eſt pena confiſcationis medietatis bonorum allodialium, & omnium feudalium dum viuunt, & pœna deportationis in inſulam duellantes, aut ibi Muta num. 16. refert, alias autem pœnas diuerſarũ nationum recollexit Guglielm. Bohel. d. diſquiſit. 6. q. 13. per totam fol. 173. & ſeq. in regno autem iſto per hanc pragmaticam occurſum fuit ſub pœnis in ea contentis duellantibus, & noniſſimè per aliam pragmaticã Comitis Montis Regij, vt in prag. 2. de duello, apparet impoſitam fuiſſe pœnam prouocantibus ad duellum pro prima vice relegationis per quinquennium, & pecuniariam ducatorum bis mille, contra verò prouocatos acceptantes duellum puniri debeant alterutra arbitrio ſuæ Excellentiæ, pro ſecunda vice puniri mandauit eos pœna vltimi ſupplicij contenta in prima pragm. iſta, & hæc vltra congeſta per D. Reg. Rouit. & Nouar. hic, & Anibal. Troyſ. in ritu 47. quibus addatur, quod examinat Donat. Ant. de Marin. vbi ſup. num 4. & 5. Si hæc pragm. procedat in prouocato, & an hodie obſeruantur in prouocante, & quid ſi prouocans aliquem, ad pugnam ſalua licentia Regis incurrat pœnam diſfidationis: vide Par. de re integr. feud. in cap. incip. quia communiter num. 11. fol. 148. & credo quod ſic, quia duellum per Imperatorem concedi non poteſt cum ſit contra ius diuinum: Bart. d. conſ. 5. num. 7.

Ibi miſſionis cauſis, & quæ cauſæ terminabantur pugna duelli, refert Alciat. d. tract. cap. 17. ſicuti Monomachia in duobus caſibus permiſſa erat, ideſt in morte aſcõſa, vel futura, & in crimine læſæ maieſtatis Afflict. in Conſtit. Monomachia, Alciat. d. tract. cap. 3. & 4. & in quibus alijs caſibus de iure communi permittebatur Dec. d. conſ. 457. nu. 3. & conſ. 686. num. 7.

Ibi ſuper electione armorum, vide Alciat. d. tract. Cap. 3.

Ibi, & impetratione territorij, nota circa electionem loci poſſe obijci exceptionem, vt per Alciat. d. tract. cap. 12. & duelli locum offerens non poteſt variare, & pœnitere. Paris d. conſ. 30. num. 21. cum ſeq. vbi id limitat num. 37. & ſeq. vbi plura.

Ibi aut per ſeipſos, aut nuptias, an liceat per per procuratorem pugnare; Alciat. d. tract. cap. 33.

Ibi ſine armis, & quid ſi ſolo enſe in campo prouocatus. Alciat. d. tract. cap. 3.

Io: Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

COMMENTARIA Io. Franciſci Scaglioni.

Super Prag. III. De ceſſione bonorum, cũ Additionibus ſub hoc ſigno † notatis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, quæ alimenta teneatur inopi debitori ſubminiſtrare.*

2 *Bonis cedens, debet omnia bona, & iura indicare in actis. num. 3.*

4 *Nihil in iure ſuperfluum eſſe debere.*

5 *Demonſtratio bonorum, an ſit particulariter facienda.*

6 *Bonis cedens tenetur, non ſolum bona, & iura indicare, ſed etiam per circumſtantias, in actis inſcribere.*

7 *Cedens bonis, tenetur quantitatem debitam confiteri.*

8 *Beneficium ceſſionis bonorum, an impedit litis conteſtationem.*

9 *Cedens bonis, pœnitere poterit vſque ad ſententiam diffinitiuam, num. 26.*

10 *Cedens bonis ſeruare debet, quæ ſunt priſcis legibus ſtatuta.*

11 *Cedens*

Digitized by Google

11 *Cedens bonis, debet excuti vsque ad sacculum, & peram.*
12 *Deportatum in insulam nudi exulãt. Viles tamen vestes concedendæ num. 13. & vt num. 15.*
14 *L. diuus. de bon. damnat. declaratur.*
16 *In bonis postea quæsitis, non debet à creditoribus excuti, quibus cessit.*
17 *Creditores non possunt autoritate propria capere bona cedentis.*
18 *Cedere debet bonis, à creditoribus instigatus.*
19 *L. fin. C. qui bonis ced. poss. declaratur.*
20 *Ad tollendam frequẽtiam cessionis bonorum, licet imponere ignominiam determinatam.*
21 *Cessionis causa bonorum egestas.*
22 *Delicta sua minimè prodesse debere.*
23 *Filio naturaliter sub potestate nato pater alimenta præstare tenetur.*
24 *Carceratis, quando ãlimenta præstari debent.*
25 *Cessione bonorum, an ordo iudidialis, vel probatio requiratur, num. 26.*
27 *Cessio bonorum fieri potest per nuntiũ, & per solam professionem.*
28 *Creditores quorum interest, citandos in bonorum cessione.*
29 *Cedens bonis si sit carceratur, at ille cuius causa incarceratur, non nominabitur per proclama.*
30 *Indignum esse ei subuenire, qui sua culpa egestate laborat. Fallit nu. 34.*
31 *Beneficium amittit, ne conueniatur vltra quam facere possit, qui ob maleficium aduersus tertium commissum, deductus est ad inopiam.*
32 *Fallitos, & decoctores, non habere beneficium cessionis bonorum.*
33 *Infœlix qui retrò decet, & viuit inquè.*
35 *L. fin. ff. de in ius voc. declaratur.*
36 *Hæres qui non fecit inuentarium, non potest cedere bonis, & in quibus casibus cessio bon. non conceditur. 37. 38. & an potest pœnitere num. 39.*
40 *Debitor si negat respondere, dicens se bonis cessisse, an audietur.*
41 *Cedens bonis, an sibi feudum, vsumfructum, emphiteusim ecclesiasticam, & commoditates seculares posse retinere.*

Carolus Quintus, &c.

DOn Petrus de Toleto † Marchio Villefranchæ præfatarũ Cæs. & Cath. Maiestatum in præsenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis. Priscarum legum duritiam, quibus permittebatur debitores in solutione promissa debitaue cessantes creditorum arbitrio, etiam iudiciali carcere vexari. Mollire volentes posteriorum legumlatores statuerunt, vt debitores in solutione cessantes eorum bonis cedere volentes, admitterentur ad beneficiũ, quamuis miserabile profugium, tamen ad carceres euitandos; statueruntque certum modum in tali bonorum cessione ordinemque esse seruandum. Verum quia audiuimus in Magna Curia Vicariæ retroactis temporibus seruatum fuisse in tali bonorum cessione certum tum modum, quem cum ignominia dicebant, nec honestari, nec temporum nostrorũ moribus congruentem; Volentes igitur salubri remedio prouideri, statuimus, decernimus, & mandamus, vt de cætero ad tale miserabile beneficium recurrentes, debeant omnium bonorum, & iurium suorum nomina, creditoribus dare, & in actis Magnæ Curiæ insinuare debeant, & debitam quantitatem confiteri, aliaque seruare, quæ priscis legibus in tali bonorum cessione statuta sunt, & insuper vulumus, vt volens

cedere,

Digitized by Google

cedere, vocatis instantibus creditoribus publicè in die, qua regitur Curia, in eadem Magna Curia debeat voce pconis publicari nomina fortè velle bonis cedere, deinde ascendat supra lapidem per palmos tres supra terram erectum, qué lapidem ad hunc effectum in eiusdem Magnæ Curiæ, curtè erigi volumus. dicatque alta, & intelligibili vece, se bonis suis cedere, & in actis eiusdem Magnæ Curiæ Vicariæ insinuare; quod quidem, & creditoribus satis, & miseris debitoribus non onerosum credimus, & si ex nunc in antea ad cessionem bonorum aliquis admissus erit prędicto ordine non seruato, talem cessionem nullam decernimus, & inanem q̃ seruari inuiolabiliter Magnificis Regenti, & Iudicibus eiusdem Magnæ Curiæ Vicariæ, aliisque officialibus mandamus, & contrarium nõ non faciant pro quanto gratiam prædictarum Maiestatum charam habent, & pœnam ducatorum auri mille cupiunt euitare. Dat. Puteolis die 16. Mensis Aprilis 1546.

ADDITIO.

a *Ad materiam huius Pragm. vide Matthæum Brun. in tract. de cessione bono. Cumia. super titibus Sicil. cap. 95. per tot. & an requiratur citatio omnium creditorum, vide Ant. Gabr. lib. 2. commun. opin. titulo de citatione concurs. 1. limitat. 99. num. 494. & ad materiam vide Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 193. aduerte tamen, quod modo cessionem bonorum facientes, tenetur asportare in pileo velum coloris viridis, vt in pragm. 46. inter nouiss. & per declarationem, vide Ioseph. Ludouic. decisso. Peruſin. 32. §. R.*

MVlti derelictis proprijs artibus se ad alia contulerũt negotia, & proinde decoxere: quod non eueniſſet, si eodem studio in eisdem artibus perseueraſſent. Hinc refert Diodorus libro secundo de moribus, & legibus. apud Aegiptos fuiſſe statutum, quod si quis opifex ad rempublicam accederet, aut plures artes exerceret, magna mulctaretur pœna. Hoc antiquum, tum reipublicæ, tum priuatæ institutum, à patribus traditum veteres Aegipti habebant. Iudicia verò nõ casu fiebant, sed ratione: existimabant ritè facta plurimum vitæ mortalium prodeſſe. Nam punire nocentes, auxilium ferre oppreſſis, optimam ad prohibenda mala facinora viam putabãt, pœnam verò delicti, aut pecunia, aut gratia tolli existimabant confusionem vitæ communis fore. Sed postquam huiusmodi decoctiones frequentabantur apud *Athenas per ll. duodecim tabularum*, fuit pœna multarum, quas hic inserui pro maiori intelligentia, vt sequitur: Aeris confeſſi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto, post deinde manus iniecto esto: in ius ducito, vincito, aut nervo, aut compedibus, quindecim pondo, ne minore, aut si volet maiore vincito; si volet suo vitio, ni suo viuit, qui eum vinctũ habebit libras farris in dies dato, si volet plus dato: in vinculis sexaginta dies habeto, inter eos dies trinis nundinis condinis continuis ad prætorem in comitium producito, quantaque pecuniæ iudicatus erit, prædicato ternis nundinis. Si interea pactum non fit, capitis pœnas dato, aut trans Tiberim peregrè venum ito, & si plures forent quibus reus esset iudicatus, ternis nundinis, partes secanto, si plus minus ve secuerunt, sine fraude esto, quod inhumanum visum fuit, deinde vt ex subscriptis verbi Aulus Gell. lib. 20. fol. 235. tradit. Nam de inhumanitate illa

secan-

Digitized by Google

secandi partiendique humani corporis, si vnus ob pecuniam debitam adiudicatus, adictusque sit pluribus, non libet meminisse, & piget dicere; quid enim videri potest efferatius, quid ab hominis ingenio diuersius, quàm quod membra, & artus inopis debitoris breuissimo laniatu distrahantur. Sicut nunc bona vænum distrahũtur, licet gratia seruandæ fidei: Hoc tam acerbè inuentũ fuisse Sextus Cæcilius, & Fauorinus affirmauerint: tamen non legitur aliquem fuisse auctoritate dictarum ll. secatum in partes, neque mortuum in carceribus, propter quod vt refert *glos. in l. 1. & vlt. C. qui bon. ced. poss.* per posteriores ll. latores pænitus sublatum huiusmodi institutum ll. duodecim tabularũ fuit, quarum remanserunt aliquæ reliquiæ ex dictis ll. duorum tabularum. Quoniam facta discussione bonorum, & bonis non repertis, hodie etiam deuenitur ad capturam personæ, eique capto alimenta interim subministrantur, videlicet singulis diebus viginti denaria, sicuti farris antiquitus dabatur per ll. duodecim tabularum vincto debitori inopi, & hoc postquam constiterit sum mariè Iudici de inopia ipsius, audito creditore, & contrarium non probante melioribus probationibus: † ad quę 3 alimenta etiam hodie subministranda tenetur creditor, & ita fuit decisum in Sacro Consilio, vt refert *Dominus Mazeus decis. 71. per doctrinam Bart. in l. sanctum ff. de rer. diuis. & glos. in l. fin. C. de erog. mil. anno. lib. 12. & Ang. Io: Fab. & aliorum Doctorum in §. fin. Instit. de actio.* aliàs non ministrante creditore, ad cuius instantiàm stat carceratus debitor relaxatur, & liberatur à carceribus, & ità est iuris, vt referunt prædicti Doctores. Item bona cedentis, auctoritate Iudicis, vt inferius clarius demonstrabitur, inter creditores patiuntur. *l. fin. C. eo. in fine.* † Et extat decretum, quod liberatus semel occasione prædicta, quod non carceretur, iterum sine Iudicis licentia: maximè maximè vbi vigeret eadem causa, post. quam denegauit præstare alimenta.

His præmissis, ad euitandã antiquitatis, & priscarum ll. commemorationẽ summatur iste tex. hoc modo. Volentes cedere bonis, debent omnia bona, & iura eorum indicare, & actis insinuare, creditoribus instantibus, & debitam quantitatem profiteri, & agnoscere, obseruareque priscis ll. statuta ciuitatis, vocatisque creditoribus die qua regitur curia ad instantiam cedẽtium. Admittantur deindè in explicatione actus admissionis. Ascendant lapidem erectum supra terram per tres palmos, & dicatur alta, & intelligibili voce; se bonis suis cedere, & præfata insinuentur in actis per actuarium causæ, & huiusmodi forma cedendi obseruetur, aliàs cessio erit nulla. *hoc dicit in summa text. iste.* Casus, & litera ipsius pragmaticæ sunt plana, & idcircò non repetam. Descendo modò ad notabilia ipsius textus, & primo ex hac pragmatica, ibi, recurrentes. † nota quod cedentes bonis, tenentur indicare bona, & iura sua omnia creditoribus suis. Oppono hoc esse superfluũ, quoniam hoc erat primo cautum, vt refert *glos. in l. penult. ff. eo.* & ibi *Ang. & cæteri per tex. allegatum per dictam glos. §. licentia. l. fin. C. de iur. delib.* licet ille textus iudicio meo non facit, quoniam glosa ipsa potius voluit allegare. *§. omnimodo tamen. & §. subscriptionem eiusdem l. fin.* vbi cauetur, quod hæres conficientes inuentarium, debet significare quantitatem rerum, vocatis legatarijs, & creditoribus. Habent enim legatarij, & creditores per *dictum §. licentia*, ius probandi in hæreditate alia bona remansisse. † & quoniam in 4 iure nihil debet esse superfluum. *§. quibus prima Constit. C. ergo, &c.* solue hoc non fuisse superfluum, sed fuisse additum ad tollendam omnem difficultatem. Nam ante hanc regiam nouellam pragmaticam libellus cessionis bonorum procedebat, etiam generalis non specificatis bonis cedentis, sicuti

cæteri

cęteri libelli ſuſtinebantur,& ſuſtinentur parte non contradicente.*l.fin.C.de annali præſcript.* & ſic cum additione non dicitur ſuperfluum, *argumento eiuſdem* §. *quibus iuncta doctrina Bal. & Bart. ibidem*.

5 † Sed quæro ex his, vtrum debeat dicta demonſtratio fieri particulariter de omnibus bonis?dic quod ſic,per ſupraſcripta, & ſine aliqua malignitate: aliàs non gaudet beneficio ceſſionis bonorum,per dicta. §.*ſubſcriptionem, & §.licentia, & l.tutores la* 2.C. *de adminiſtrat. tut. & l.* 2. *C. de bon.vacan. lib.*10. vnde ſi fuerit conuictus bona ipſa ex malignitate non indicaſſe,perdit beneficium. Ità dicit *Bal. in* §. *cum igitur. l.fin.C. de iur. delib.in* 3. *colum.* ſecus ſi ex errore,vel bona fide,vel modica res eſſet,quæ non fuit demonſtrata, vt *idem Bald. in d.* §. *& columna.*& hoc procedit etiam creditoribus non inſtantibus, quoniam expreſsè per regiam pragmaticam,hoc cauetur, vlterius actus annullando, quo caſu habetur pr forma, & non poteſt prætermitti.Ità in ſimili tenet *Bart. in l.quod ait ff.de diuortijs, & in l.non dubium C. de legi.* quę in dictis locis cæteri ſequuntur.

6 Secundo † nota ex illis verbis, & in actis inſinuare debeant;quod cedentes bonis,tenentur non ſolum bona,& iura eorum indicare,ſed illa ſcribere per ſuas circumſtantias in actis proceſſus ceſſionis bonorum. *l.edita C.de eden. l. forma ff.de cenſi.*& hoc corrigendo diſpoſitionem iuris communis.*l.in omni C.qui bon.ced.poſſ,iuncta gloſ. in verbo voluntatis*,exponendo illum text. hoc modo,in omni ceſſione voluntatis ſufficit ſola profeſſio voluntatis,ideſt ſine ſcriptura, *per text. l. vltimæ ff. eo.* ibi, vel nuntium, ſcilicet referentem debitorem ad euitandos carceres velle bonis cedere, vel per epiſtolam, alternatiuè,in arbitrio cedentis,poſſe fieri ceſſionem bonorum. † Excluſa illorum opinione,qui hactenus dixerũt,teneri cedentem exibere bona per conſignationem rei, quod expreſsè negatur, cũ ſufficiat bonis cedere. *argum.facit id, quod num.* 2. *notat Bart. in l. immò ff. lib. exhib.*

7 † Tertiò nota, quod cedens tenetur confiteri debitam quantitatem, ideſt agnoſcere debitum nouam cautionem interponendo,vel pignus. *l.cum notiſſimi.* §. *ſed & ſi C.de præſcript.*25. *anno.* Item dando fideiuſſores. *l.fin. C. ad l. falcidiam. l.ſed & ſi ff. ad Macedonianum,* vel debitum in iudicio, & extra confitendo, aut patiendo ſe condemnari legitimis probationibus, *l.penult. & ſi.iuncta gloſ.ff. eodem, & Bart.in l.* 3.*ff.de ceſſ. bono.* ex quo ſi creditor in iudicio trahitur inuitus,debet eſſe certus, vtrum velit agnoſcere, vel ſe defendere debitor,ſi non agnoſcit verificabit debitum per eam ſpeciem probationis, qua poterit, eo tempure quo teſtes viuunt, & non expectabit tempus futurũ, quo teſtes fortè morrui forent; veluti quando cedens aliquld de nouo acquiſiuiſſet, & conueniretur longe poſt ceſſionem factam, *arg.text. l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aquiliam, & gloſ.in l.penul ff.eo.*

8 † Quæro, num iſtud beneficium ceſſionis bonorum, impediat litis conteſtationem? dic quod ſic, ſecundum *Bart. in l.*3.*ff.eo. & Angel. in l.penult. ff. qui bon.ced.poſſ. & Bald. in l.*1.*C.eo. per text.l.*4.*verſic.Sabinus ff.eo.*ibi nec *quidem ab alijs, quibus debet poſſe inquietari,* exponit *gloſ.* ab alijs, ſcilicet poſteà agentibus,*per text. l.tutelas* §. *fin.* etiam per viam reſtitutionis in integrum venientibus, ex quo nudus exultat *ff. de cap.dimin .l.tutelas in ſi. l.ex contractu C.de bon.aut Iudicis poſſid.l.item ſi vnus*, ibi *neque agere, neque conueniri poteſt. ff. de arbit.* † Non poteſt conueniri de antea acquiſitis. *l.his qui bonis ff.eo.* Nec poteſt pœnitere quando res non eſt integra, vt renocet poſſeſſionem bonorum creditorum,vt tenet *Bal. in l.ſi quantitatem C.de ceſſio.bonor.*& latius *in l.fin. ff. eo. tit.* vbi dicit,quod vbi effectus ceſſionis

ſunt

Digitized by Google

sunt consummati, non admittitur pœnitentia: & hoc quando à principio per agnitionem, confessionem, cautionem secundam debitum esset liquidatum. Sed fallit quando non esset liquidum, propter qualitatem causæ, quæ de se non continet certam quantitatem, vt in actione in factum, cuius liquidatio fit per sententiam, vt tenet *Bal. in d. l. 1. C. eo.* quia respicit fauorem creditoris, ad quem stat agnosci, & liquidari debitum per confessionem debitoris, vel admittere debitorem cedentem, antequam agnoscat, & confiteatur debitum, vt tenet *idem Bar. in d. l. 3. ff. eo.* † Sed quid si negaret debitum cedēs, & conuinceretur per testes, aut per aliam speciem probationis? distingue secundum *Bal. in d. l. 1. C. eo.* aut iste cedens habuit iustam causam negandi à principio, & conuictus debet confiteri ad finem, vt non ammittat hoc beneficium *cess. bono.* ex quo illa causa ita à principio redderetur iniusta post verificationem, & ipsum non excusaret. *l. item si verberatum §. seruus, & l. vtique iuncta glos. ff. de rei vindi.* aut non habuit iustam causam litigandi, & tunc non gaudet beneficio cessionis
9 bonorum. † Verum poterit eum pœnitere vsque ad sententiam diffinitiuam, vt dicit *Bal. in d. l. 1. in 1. colum.* quoniam habeat facultatem confitendi ante sententiam, *text. est l. conductores, C. locati.*

10 † Quàrtò nota, quod tenetur cedens alia seruare, quæ priscis ll. statuta sunt, de quibus ll. intellexit text. noster, & de quibus præceptis est clarum: nam intellexit de legibus, & præceptis *ff. & C.* quæ obseruari debent, etiam vltra ea, quæ sunt inducta per hanc regiam nouellam pragmaticam, & non de ll. duodecim tabularum, deinde sublatis per posteriores ll. latores, nam vltra quod tenetur indicare bona ipsius, & debitum agnoscere, vel confiteri, *per supradicta in 3. nota.* tenetur etiam vocare creditores instantes, *argumento l. 3. ff. de cess. bon.* vt refert *Petrus Iacobus in practica sua sub rubrica de cess. bono. num. 3. per eundem tex.*

Item secundum ius ciuile debet excu-
11 ti † cedens vsque ad sacculum, & peram, vt notatur per *glos. in l. fin. §. fin. ff. qui in fraud. cred. & Azo. in summa de cess. bon.* & pro hoc facit *tex. l. diuus ff. de boni. damnator*, per quem tex. cauetur, quod condemnati spoliabantur
12 etiam vestimentis. † Item deportati in insulam nudi exultant. *l. tutelas §. fin. ff. de capit. diminut.* Item facit argumentum, quod dicit *glos. in l. penult. ff. eodem*, de Petro, qui dimisit omnia bona, licet solam nauiculam dimiserit, quia nihil aliud habebat, & hoc tenet *Cynus in l. 1. C. eodem.* licet prædicta debeant cum moderatione intelligi in bonis ante cessionem quæsitis, dummodo quod relinquatur aliqua vilis vestis ad repellendum iniuriam, quæ resultaret si nudus dimitteretur, nam si cedit bonis ad euitandam iniuriam. *l. penult. & fina. C. eodem*, remanendo nudus afficeretur iniuria, *argumento text. l. non vt quis ff. de bonit. damnat.*
13 † Et idcircò viles saltim vestes ei di-
14 mittendæ sunt. † Non obstat *text. d. l. diuus*, ex quo ille text. loquitur de condemnato ad mortem, cui auferuntur vestes ob iustitiam, ibi momento, &c. quia tunc nihil refert condemna-
15 to habere vestes. † Nec obstat *text. l. tutelas §. fin.* ex quo licet dicat tex. nudus exultat, intelligitur respectu bonorum, secundum *glos. ibi*, & hoc modo intelliguntur omnia prædicta, secundum *glos. in d. l. penul. ff. eod. & Cyn. & Azo. in l. 1. C. eo. & Dominum Petrum Iacobum in practica sua sub rubrica de*
16 *cess. bono.* † In bonis verò postea quæsitis, quoad creditores quibus cesserat, non in alijs quibus de nouo vellet cedere, cedens non debet excuti, nisi deducto ne egeat, & ità dicit *text. in l. 4. ff. eo. iuncto text. l. qui bonis*, inducendo eundem text. hoc modo, qui bonis cessit, si modicum aliquid, videlicet, quod vix sufficit pro alimentis ipsius post bona sua vēdita, iterum eius bona

non

Digitized by Google

non venæſit,& hoc idem tenet *Zaſius de actio.§ fin.* Sed ex diſpoſitione iuris canonici per *cap.Odoar. extra de ſolut.* eſt inductum quoad clericos cedentes abſque dolo, quod eis debeant derelinqui tot bona, quibus ali poſſunt, & hæc debent obſeruari quoad debitorem,quò verò ad creditores,dic, quod
17 creditores non poſſunt auctoritate propria capere bona cedentis, ſed debent illa inter eos diuidi,& partiri Iudicis auctoritate. *l. legis,& l.fin.C.eod.* ſeruata prorogatiua gradus creditorum, ſecundum *Raphaelem Cumanum in l.pupillus ff.de bis,quæ in fraudem*
18 *credito.* † Quintò, debet cedere creditoribus inſtantibus,& per hoc nouum inducitur ius circa explicationẽ actus, & fit hodie in Magna Curia Vicariæ, poſtquam per decretum fuit admiſſus ad beneficium ceſſionis bonorum præmiſſa citatione ad videndum explicationem actus,vocatis,curia pro tribunali ſedente,creditoribus, inſtante procuratore cedentis, quod explicetur actus Iudice hebdomadario, qui ſedet decernente quod explicetur actus, dico nouum,ex quo nullo iure cauetur, & intelligitur, quod iſte actus explicationis debet fieri inſtantibus creditoribus; & ſic per hoc colligo, quod regia nouella pragmatica, ſeù intentũ cedentis fuit,& eſt: quod ſi creditores fortè vellẽt ante explicationem actus remittere hãc explicationem poſſent: quod eſt falſum, ex quo fuit ſic cautũ pro forma,& ad pœnam cedentis,quoniam reipublicæ intereſt,ne paſſim iſtę ceſſiones fiant per homines; poſtquam omnia eorum bona conſumpſerint,de quibus loquens Iuuenalis in vndecima Satyra dicit; Neſcio quid ſupereſt, & eaſſet fœneris author, qui vertere ſolum Baias, & ad oſtia currunt cedentes. Namq; foro iam non eſt deterius, quam exquilias à feruenti migrare ſuburra. Ille dolor ſolos patriam fugientibus, illa mœſtitia eſt caruiſſe anno Circenſibus vno,ſanguinis in facie non hæret gutta; morantur pauci ridiculum, & fugientem ex Vrbe pu-
19 dorem. † Nec obſtat, quod dicitur in *l.fin.C.qui bon.ced.poſſ.* quoniam ille text. loquitur, vbi ex vtraque parte contenderẽt creditores, & maior pars eorum vellet concedere indutias quinquennales, quod tunc in eo caſu eos creditores anteponi, qui indutias admittunt, non qui ceſſionem exigunt, & ſic non inter creditores, & cedentem : quia quando contenditur inter cedentem,& creditores,& cedens vellet inducias, & creditores ceſſionem exigerent, aut cedere deberet, aut ſtare carceratus:ſed è contra ſi vellet debitor cedere,& creditores inducias petere,præferetur debitor,vt *in d. l. fin. tenet Bald. & Bart.*
20 † Sextò nota, quod ad tollendam frequentiam ceſſionum, licuit moderare pœnam ignominiæ, & imponere determinatam ignominiam, vt voluit *Cyn.in l.1.& vlt.C.eo.* licet contrariũ *Bal.in conſ.400.in 5.vol.tenet, & in l. fin C.qui bon.ced.poſſ.* & ratio eſt, quia oculos videntium infeſtat.*l.cum ſupra C. de re milit. lib.* 12. & hæc ceſſio per ſtatutum, quominus opponatur aduerſus inſtrumentum tolli non poteſt. *Bart.in l.ſi filius in fine princip.ff. quod cum eo, & Ang. in l. nemo carcerem C. de exactio. tribut. & Paul. in l. alia §.*
21 *eleganter ff. ſolut. matrim.* † His præmiſſis quæro, quæ eſt cauſa ceſſionis bonorum? egeſtas, vt voluit *Bal. in l. ſocietatem ff.pro.ſoci.* & benè dixit,egeſtas, quoniam apud antiquos eſt infirmitas ſocietatis humanæ: hinc ille diuinus Eſdra lib.4.cap.5.quo loco citat Deum loquentem, *Immittam tibi mala,viduitatem,paupertatem,famem, gladium,& peſtem:pauperiem,ideſt egeſtatem,*& alibi cap.2.*Dominus ipſe Malachiæ, minatur ſe egeſtatem improbis daturum.*& aduerte in hoc,quia dupliciter in homine repetitur paupertas: vna quæ dicitur neceſſaria, & de hac hìc non loquimur.alia voluntaria,quæ obuenit propter peccata illius, in quẽ reperitur, & de iſta loquimur egeſtate cauſa-

Digitized by Google

causata culpa eiusdem, vt dicit *Beatus Ambrosius*, & reperitur in *cap. Illa* 15. *quæst.* 1. *paupertatem, & ignobilitatem, ægritudinem, & mortem nemo sapiens maledixerit, nec in malorum sorte enumerauit*, & loquens Socrates de paupertate necessaria, dixit *paupertatem philosophiæ tutissimum præsidium*, & proinde queri solet, quod si pauper voluntariè, quia voluit consumere, ludo, scortis, conuiuijs bona sua, efficitur nõ soluendo, propter quod carceratur, num ei debentur alimenta? in contra-
22 rium faciunt prædicta: † Ex quo non debent ei prodesse delicta. *l. & qui data opera. ff. ex quib. caus. maior.* Sed tamen reperio contrarium decisum, per ea quæ dixi in primo nota. & non immeritò pluribus rationibus, & primò postquam debitor carceratur, priuatur exercitio quo alebatur, & sic nõ operatur sibi, nec creditori, vnde si nõ habet aliunde, debet ali à creditore, & lex præsumit esse eum in opera creditoris potius, postquam in carcere detinetur ad instantiam creditoris; ergò si verè esset in opere creditor, deberet ali ab eo. *l. operarum ff. de oper. liber.* idcircò idem in carcerato ad instantiam dicẽdum est. Secundò carceratus stat sub manu, & potestate creditoris certo
23 modo, † sicuti filius naturaliter natus sub potestate paterna, cui pater tenetur præstare alimenta. *l. si quis à liberis ff. de liber. agnoscendis*, quoniam vtrobiq; Iudex se interponat quorundã necessitatibus facilius succursurus, quorundam ægritudini, & cum ex æquitate, res descendat, singulorum desideria Iudicem perpendere oportet. vnde cũ rei eorum superesse non possunt, & operari sibi, eis succurritur. *l. item ait.*
24 *ff. ex quib. caus. maior.* † Et an, & quãdo ali debeant carcerati, vide *Matth. in Constit. humanitate in* 22. *nota. lib.* 2.
25 † Item quæro in hac cessione bonorum, an requiratur probatio aliqua, & ordo iudiciarius? dicas quod tàm ex dispositione huius regiæ nouellæ pragmaticæ, quàm ex dispositione iuris, nulla requiritur probatio, nec ordo iudiciarius, probatur per *text. l. fin. ff. de ibi bonis ced.* non tantum in iure, sed etiam extra ius, & *l. in omni. C. qui bonor. ced. poss.* ibi, *in omni cessione bonorum ex qualibet causa facienda, scrupolositate verborum exposa, sola professio quarenda est, seù sola voluntas*, & *l. 1. C. eo.* qui bonis cesserint, nisi solidum creditor receperit, non sunt liberati: in eo enim tantummodo hoc beneficium eis prodest, ne iudicati detrudantur in carcerem, & sic dicit *glos.*
26 † Cessio potest ante sententiam, & idem dicit *Alex. in add. ad Bart. in l.*
27 *fin. ff. eo.* † quod cessio potest fieri per nuntium solum, & per solam professionem; ergò non requiritur ordo iudiciarius quoad cedentem. Verum si aduersarius creditor vellet terminum ad probandum causas, propter quas non debet admitti ad cessionem bonorum, terminus dari deberet. & ità practicãtur in Magna Curia, vbi creditor petit, aliàs procederet absque tela iudiciaria, & ità fuit sæpius processum ad explicationem actus cessionum factarum vsque ad hodiernum diem, vt ex actis, & processibus, qui reperiuntur penes egregium Io. Martinum Medicum aduarium pauperum. Verum quia nõ fic sine aliqua requisitione, & ordine
28 relaxari debent, † sunt citandi creditores quorum interest, vt voluit *Bald. cons.* 301. *in* 1. *volum.*
29 † Et si reperiretur carceratus, & ille ad cuius instantiam carceratur, non nominabitur per proclamam, vt voluit *Bart. in l. si quis vxori* §. *fugitiuum ff. de fur.* & in Magna Curia extat decretum, quod carcerati ad instantiam alicuius qui non habet domicilium, nec relinquit procuratorem certum, liberantur. Sed quando creditor aduersarius probaret aliquid contra eum, non faceret malè debitor cedens, deducere, & probare paupertatem, & ad eam deueniſſe non sui culpa, ex quo *glos. in cap. quæ in ecclesiarum extra de constit.*
30 in verbo ad inopiam asserit † indignũ esse ei subueniri, qui sua culpa, aut vitio in egestatem incidit. *l. bona fides ff.*

Digitized by Google

depoſiti. ibi, *nam malè meritus publicè, vt exemplo ad deterrenda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debet.* gloſ. *in cap. ex par. in verbo prodigalitatis, extra de conſuetudines, l. ſi mulier ff. quod metus cauſ.* ibi, ceſſat dictum, quia hunc ſibi metum ipſa infert, vnde *Bal. in d. cap. qua in eccleſiarum in verbo probabiliter.* dicit, quod non dicitur quis vergere ad inopiam, vt ſibi proſit, & alij noceat, niſi duo probet, ſcilicet ſe vergere, & ſine ſui culpa

31 vergere: & inferius † quod qui ob maleficium aduerſus tertium commiſſum deductus eſt ad inopiam perdit beneficium, ne conueniatur quatenus facere poteſt, per dictam *l. bona fides, & l. penult. ff. de iure dot.* ibi, *cum ſciret ſe præſtare dotem non poſſe, id gerit, vt genero inſidiaretur. l. Titius ff. de procura.* ibi, & *priuſquam iudicium acciperet, deſijt reus ſoluendo eſſe, & l. ſiuè hæreditatis ff. de negot. geſto.* ibi *ſcilicet hoc dici poteſt, ſi ipſa ruina, vel incendium ſine vitio eius acciderit. idem Iaſon in Authent. res quæ C. com. de legat. idem Bart. in l. etiam. §. licet ff. ſolut. matrim. & Philipp. Dec. in d. cap. qua in eccleſiarum, & Iaſon in l. quod nomine ff. de condit. ind.* & confirmat in proprijs terminis *text. l. vltima. §. vltro ff. qua in frau. cred.* ibi, *ſi verò quædam de ijs diſperdiſſet, ſic vt nulla actione recuperari poſſent, nihilominus in eum actio dabitur,* & prætor non tãtum emolumentum actionis intueri videtur (vt voluit *Bal. conſ. 400. in 5. parte.*) in eo qui exitus eſt bonis, quàm pœnam in hunc text. ad hoc commendant. *Bal. Angel. in l. 1. C. eo.*

32 † Hinc dicit *Bal.* quod iſti falliti, ſeù decoctores, prout dicit *text. l. ſuper C. de mancip. & colon. lib. 11.* aut foro cedentes: vt dicunt iureconſulti, *in l. ſi homines, §. quotiens ff. depoſiti, & in l. vltim. ff. de curator. bonor. dand.* non habẽt beneficium ceſſionis bonorum, *& idem Barbat. in d. cap. qua in eccleſiarum, & Socci. in regula 46. fallentia 5. & Vitalis in tract. clauſularum, clauſula,* an poſſit renunciari beneficio ceſſionis bonorum *car. penult. verſicul. 2.* quia renunciatio, *Bal. Nouellus in tractatu datium, priuilegio decimoquarto, & idem Bal. in l. 1. C. eo. & Bal. in cap. ſi qui teſtium extra de teſtib.* & cum in ſe ſit vitioſus, multò fortius in alios. *l. vltima C. de ſententiam paſſ.* Hinc Adrianus Imperator iuſſit hos fallitos, vt refert *Aelius Spartianus cattamidari in amphitheatro, & dimitti,* vt omnes intelligant, deridendos, exibilandos; catamidari dicitur, ideſt derideri, ex quo catta, ideſt, de, midari, ideſt rideri, & Suetonius in Auguſto ſcribit, pro certo delictorum genere varijs ignominijs affecit, & ſtare per totum diem iuberet ante prætoriũ interdum tunicatos, diſcinctos, nonnunquam cum decem pedis, vel etiam ceſpitem portantes, & hæc pœna continet corporis correctionem, vt dicit *Cardinalis Florentinus conſ. 94. & Tullius in ſecũda Philippica, obijcit Antonio,* Tenes ne (inquit) memoria te decoxiſſe patrimonium Inquies, iſta culpa eſt: concedo. Cæterum eſt pietatis plena defenſio. Illud tamen audaciæ tuæ, quod feciſti in quatuordecim ordinibus, cũ eſſet *l. Roſcia decoctoribus certas locus conſtitutus, & idem in oratione pro Publio Cexto,* Gellium quempiam pro magno conuitio gurgitem, ac voraginem patrimoni appellat, & tradit Aſcanius Pedianus, Gellium, & Lentulum Cenſores, Caium Antonium Antonij Oratoris filium, Senatu mouiſſe, ob æris alieni magnitudinem. Extat etiam lex Solonis, qui patrimonij verſuram fecerit, his vtique ignobilis, obſcuriſque eſto, & verè infelicitas hęc dici poteſt,

33 nam † infœlix eſt, qui recta docet, & viuit iniquè. *cap. multi 40. diſtinct.* item infœlix, qui pauca ſapit, ſpernitque doceri. *38. diſtinct. cap. vltimo.* Item infœlix, cui nulla ſapientia prodeſt, quem vulgo dicimus hodie, *Ie: quæſt. 1. cap. reuertimini, & Lucas de Penna l. tribuni C. de re milit. lib. 12.*

34 † Sed hijs præmiſſis nõ obſtantibus, dico ſi eſſe admittendum ad ceſſionem bonorum, quando ſit cum ignominia

iuxta

Digitized by Google

iuxta formam regiæ pragmaticę, etiam quando sui culpa deuenit ad paupertatem, & non potest soluere, ac aliter satisfacere, ne luat in corpore. *l. si vnius §. si ante ff. de iniurijs*, & facit ille *text.* hoc modo, nam vbi seruus fuerat condemnatus ad certam pœnam actione iniuriarum: Dominus poterat soluendo redimere seruum ab iniuria; nihilominus tradit seruum verberandum & fuit liberatus, & sic extinctum fuit debitum, & si diceres, quod ibi fuit volente eo, cui fuerat condemnatus, dicas quod hoc text. non dicit, nec esset dubitabile hoc; nam & poterat remittere etiam, vt non vapularet, nihilominus non remisit, & fuit verberatus, & sic in casu de quo agitur admittitur ad finem, ne perpetuò stet carceratus, (ipso debitore carcerato volente:) ità tenet *Soccin. in l. si quis id quod ff. de iurisdictio. om. iud. num. decimoquarto verſic.* 2. limitatio probat *text. l. fin. ff. de in ius vocand.* ibi, vel supradictam pœnam quinquaginta aureorum dat, vel à Præfecto Vrbis quasi inofficiosus castigatur, si inopia dignoscitur laborare. † qui *text.* rei veritate intelligitur pœna illata ex officio Iudicis causa cognita, & comperto, quod laborat inopia, ne perpetuo stet carceratus, & & ità ibi tenet *Bal. in l quicumque ff. de ser. fugit. colum.* 2. *& l. quod si minor §. si seruus de minor.* ibi, si ex *neutro satisfiet, & dolus serui interuenerit, aut verberibus castigandus, aut noxæ dedendus erit*; hoc idem tenet *noster Paris de Puteo in verbo licet fol.* 200. *nu.* 1. *& Philip. in cap. quo ad consultationem extra de re iud. col.* 7. *in fine.* Non obstat quod dicit *Paris de Puteo in d. verbo licet*, quia contrarium tenet *Bal. in l.* 1. *& fin. C. qui bonis ced. poss.* & non est electio creditoris, nisi in vno casu, quando vellent fortè creditores contra alios creditores admittentes cessionem concedere induciias, & secundum hanc opinionem fuit iudicatum de præsenti anno 1550. in causa Pyrri Antonij Cinnami cedentis bona, contra quem multa apponebantur, & signanter quod cum meretricibus bona consumpsit, &, & probabatur plenè referente Magnifico V. I. D. Iacobo Guarrasio Commiss. dictę causæ, & Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ Magnifico V. I. D. Francisco Petro, absente Magnifico V. I. D. Gaspare Rocca similiter Iudice eiusdem Magnæ Curiæ, propter litem Magnifici Antonij Baraptutij, & ità fuit exequutum, & successiuè actus explicatus auditis ex vtra que parte mag. aduocatis, in qua causa interueni ego pro parte dicti Pyrri Antonij ad intercessionem nonnullorum amicorum meorum; quia alias non interuenissem propter causæ difficultatem, & alias rationes. Verum hoc nō debet pati pro modica quantitate; vt tenent dicti Doctores in prædictis locis. † Sed iste cedens si non indicat bona, qui debet fieri? debet ei denegari audientia, vt notat *glos. in l. 2. ff. de iis qui sunt sui. vel alien. iur.* † Et vtrū debeat torqueri ad indicandum bona, vide *Paridem de Puteo in tract. sindicatus in verba, pone quod esset commissa exequutio fol.* 110. *num.* 4. *& Andr. de Iser. in Constit. Regni circa violenta*, vbi tenent quod potest inferri leuis territio, quæ esset, ducendo illos in præsentiam cordæ, *l. item apud Labeonem §. quæstionem ff. de iniurijs.* Et huic beneficio non potest renunciari. *Guido Papa decis.* 211. *fol.* 102.

Vltimò † quæro, si cesserit bonis iuxta formam regiæ pragmatice cum ignominia, num sit liberatus à debitò taliter, quod si venerit ad pinguiorem fortunam non tenetur, dic quod est liberatus, adeò quod amplius molestari non potest, ità tenet *Ripa in cap. cum M. Ferrarien sis extra de constitut.* 14. *col. num.* 38. *verſic.* 3. facit, *& Dominus Guido Papa decis.* 343. *& in suis consilijs cons.* 124. incipiente circa materiā † Et ista cessio operatur, quod non detrudatur, in carceres, & si in eis est, quod eximatur, nisi secundum vnam opinionem fraudulenter bona sua dissipasset, quia tunc lueret in corpus, si non haberet in ære, *Iason in §. item si*

Digitized by Google

quis Inſtit. de actio. num. 92. quoniam talis intruſio erit damnoſa creditori, & non vtilis, *vt idem Iaſon ibidem nu.* 93. & quando facit ceſſionem ſine fraude debet ei derelinqui aliquid ne egeat, quod ſecus eſt quando cum
41 fraude, *vt idem num.* 94. † item obſeruatur hodie in Magna Curia, quod ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, ſatisfaciat; & eſt contra ſupradicta per me, quoniam ignominia luit omne debitum, tamen quia Magna Curia hoc conſueuit, de æquitate ſuſtinetur, & hoc erat iuris, quando fiebat dicta ceſſio bonorum ſine ignominia. *Iaſon in §. cum eo quoque Inſtitu. de actio. nu.* 1. & ſecundo, verum tenetur quatenus facere poſſit In poſteà acquiſitis, ad ſatisfandum non compellitur, niſi ad dandum cautionem tantum. *Bal. in l.* 2. C. *qui bon. ced. poſſ. Doctores in cap. Edoardus extra de ſolu.* & tenetur quatenus facere poteſt, reſpectu creditorum præteritorum, quorum reſpectu ceſſit, ſed reſpectu nouorum, tenetur ſolidum. & ſcolaris, ac Sacerdos, ac miles emehtes libros, & arma, eis auferri non poſſunt. *l. Nepos proculo*, & ibi *gloſ. ff. de verbor. & rer. ſignific.* & iſta ceſſio poteſt fieri per omnes, *vt idem Iaſon in §. cum eodem Inſtitu. de actio. nu.* 10.
42 † & hæres, qui non confecit inuentarium, non poteſt cedere bonis, *idem*
43 *Iaſon in §. cum eo. eod. tit. de actio.* † An minor poſſit cedere bonis, *idem Iaſon num.* 11. & in quibus caſibus non poſſit cedere? *dicit Iaſon*, quando modò agnouit debitum, nec indicauit bona, quando debitum peruenit ex delicto contra fiſcum, & ne conueniatur ex muneribus, quando negauit à principio debitum, quando dilapidauit bona in fraudem, qui contraxit ſub ſpe ceſſionis bonorum, qui plenariè habet vnde ſoluat. Item vbi deportatus, & exul eſſet, & ei bona ablata eſſent per fiſcum. Item *Iaſon à num.* 12. *vſque ad num.* 23. & poteſt pœnitere. *l. quem pœnitet ff. eo. tit. & Bart. in l.* 2. C. *qui bon. ced. poſſ.* † niſi res non eſſet integra, vtputa quia bona eſſent diſtracta data, inſolutum, & aliàs prout *in gloſ. in l. is qui bonis ff. qui bon. ced. poſſ. & l. ſi*
44 *quantitatem C. eo.* & an † debitor, ſi negat reſpondere ſuper debito, & dicat ceſſi. *Bart. in l. penult. ff de ceſſ. bon. & l.* 3. *& ibi Bart. & Angel. C. de bonis aut. Iud. poſſiden. l. item ſi vnus ff. de arbitris.* † Dicunt, quod tenetur reſpondere, agnoſcere, & liquidare debitum, & habet locum ceſſio bonorum in obligato ad ſpeciem, quando etiam propter difficultatem præſtationis deueniretur ad æſtimationem. *Bartol. in l. continuus §. illud ff. de verb. oblig. Alexand. in additio. ad Bart. in l.* 1. *ff. eod.*
45 & † hæc ceſſio non prodeſt fideiuſſori. *§. fin.* & ibi ſcribentes *Inſtitu. de replicat. & Bar. in l. hæres à debitore §. quod redire ff. de fideiuſſ.* & cedens bonis, retinet ſibi feudum, vſufructum, emphiteoſim eccleſiaſt. & ſeculares commoditates: ſecũdũ *Iaſon nu.* 28. *§. fin. Inſtitu. de actio.* & alia vide per te per extenſum *in d. §. item ſi quis, & §. cum m.* vbi adſunt *Io: Faber, Ang. Io: de Platea: & Iaſon*, qui per extenſum materiam tetigerunt, & per prædicta ſum pro nunc, quoad iſtam primam impreſſionem expeditus, de interpretatione huius Regiæ nouellæ pragmatices: ad laudem Dei.

ADDITIO.

PRo intelligentia huius rubricæ de ceſſione bonorum, vide Iodoc. in praxi ciuil. cap. 70. ſuppoſito, quod hoc beneficium ceſſionis bonorum calamitoſum eſt, & miſerabile. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 9. nu. 1. Peguera dec. Catal. 199 nu. 1. Ripol var. reſol. cap. vlt. nu. 106. dicitur etiam iſta ceſſio acerba, terribilis, iniurioſa, flebilis, miſerabilis, miſeris, & inopis conceſſa. Muta in pragmatica tit. 17. num. 18. & ſeq. inuenta eſt, ne quis in carcere detrudatur, & ſi eſt carceratus, vt eximatur, ſubdit ibi Cancer. num. 2. attamen reſpectu primi dicti ne in carcerẽ detrudatur, neceſſe erit ad hoc, vt ceſſio valeat aliquis ex creditoribus inſtare, vt debitor detrudatur in carcerem, vt ſubdit nu. 17. Peguer. ibi num. 9. & 11. & dec. 200. num. 19. quia talis ceſſio bonorum debet fieri exiſtendo debitore in carceribus, vt ibi nu. 21. aduertit Muta vbi num. 16. dixit, quod bonorum ceſſio ſiuè generaliter, ſiuè ſpecialiter petatur debens ſeruari eadem requiſita, & conſtitutus in carcere, patis prius infortunijs citatis creditoribus omnibus, vel vno, vt ibi Muta nu.

15. 16.

Digitized by Google

35.16,& seq.admittit subdens nu.7.quod est deuentus in notoria, & manifesta mendicitate,& famæ;insuper omnia eius bona offerre creditoribus, & in posse Curiæ ponere, ac creditoribus relaxare, vt ibi Cancer. nu. 29.subnectit Peguera ibi num.16.& inde expletur actus cessionis, ex quo sequitur eius liberatio, ob quam fuit inuentum tale beneficium,etenim cum sit subsidium miserorum, non autem præsidium dolosorum, quod sequitur Castag.in tract. de beneficio deducto, ne egeat quæst.11.per totam,vbi de allegatis omnibus memor est, & sic inuentum est, vt oppressi liberentur à carceribus, probat etiã nouissimè Paul.Galler.in tract. de renunt. in renunt.179.num.1.& 2. & cur inuentum fuit beneficium cessionis bonorum, refert Menocch.de arbit.iudic.lib.2.casu 173.in princ. hæc forma faciendi cessionem bonorum fit iuxta vsum,& stilum locorum, prout in Romana Vrbe bonis cedens ascendit leonem marmoreum,qui in pede scalarum Capitolis extat dicendo cedo bonis. Alex. cons. 355. num.9.volum.2. vbi quærit, si id fit contra bonos mores in Ciuitate liquidum, remotis familiaribus de Culo percussit supra lapidẽ, vt pro Guid. Papa dec. 343. cum alijs apud Cancer.var.resol.lib.2.cap.9.num. 26. in Hispania assignatur debitor cum torque ferreo in collo creditori,vt per Couar.lib.2. variar. resol.cap.1.num.5 in Flandia,etiam consimili more Romano, vt refert Iodoc. in d.cap.70. in fine, vt ponendo nudum circulum super leonem marmoreum ante Capitolij Ianuam, sed rarò fit propter ignominiã ipsius actus, vel super lapidem, vt Papræ seruatur, inquit Menoc.d.casu 183.num.14. & pariter in Regno Siciliæ, dum regitur Curia debitores cedant tacto lapide, quia non ex hoc oculis videntium infestatur, nec est res mali exempli,vt inquit Muta in pragm. ficul.tit.17. sub num. 27. sicque reprobari videtur sollemnitas illa percutiendo lapidem cum parte posteriori cum sit contra bonos mores, vt ex Bald. notat Meres in Const. Catal. collat. 4. nu.80. vbi refert formam cessionis bonorum illius comitatus, quæ fit per simplicem verbum cedendo bonis sine alia sollemnitate, vel iudicialiter citari faciat creditores, dando bona in posse Curiæ, vt inquit Ferrer. obseruat.senat.catal.p.3.obseruat.130. quem sequitur Cancer. var.resol.lib.2.cap.9.nu.35. Iure autem saxonico debitor assignatur creditori ad manus,& interim creditor cautionem præstat vxori, & filijs illius antequam sibi tradatur,quod illesum restituere velit,& victum præbere remoto stilo alias seruato, vt inquit Coler.decis.Germ.135.nu.5.in hoc tandem Regno seruatur forma hic tradita,ex quo resultare videtur ignominia, dum ipsi debitores ascendunt lapidem, super qua extat colũna marmorea, & ibi explicatur actus per certum tempus præfixum accedente præcone cũ Tubicta manifestando debitorẽ per nomen,& cognomen hinc contingit dubitari, si eodem modo explicari debeat per nobiles, ad quod Muta vbi supra dixit, verũ quoad nobiles aliter fit mittẽdo chirotecã,& nobiliter, ex quo lex non interponit pænas ignominiosas cum modernis temporibus in consimilibus fuit obseruatum per M. C. vt absque ignominia explicaretur actus cessionis bonorum per nobilem hoc est,stando intus aulam M. C. discoperto capite, & per actuarium causæ præuia nuntij vocatione per certum tempus præfixum, & confirmatum per S.C.vt deduxi in 3. par.nostri Compendij verbo cessio bonorum;Intãtum,quod olim debitor sepelliri non poterat inuito creditore, sed funus sequestrabatur; inquit Luc.de Pen.in l circencium C.de decur. lib. 10.nisi satisfactum fuerit creditoribus,sicque corpora ipsorum defunctorum impediebantur sepelliri, & sic taliter sequestrabantur, quod hodie reprobatũ est, vt per Boer.dec. 287.num.2.Couar.vbi supra nu.10.Menoc.d. lib.2.casu 347.nu.20.& ità decisum refert per S.C.Gram.dec.82.seqtur Ioseph Ludou dec. perus.78.n.24.nouissimè Florian. Dulphius in tract.de sepulturis,& cappellis c.6.per totũ.

Et licet per hanc cessionem ignominiosam totaliter debitor liberatur, ità vt si ad meliorfortunam peruenerit, nõ teneretur amplius creditoribus,& Guid.Papa dec. 343. Couar. vbi supra num.6.Menoc, ibidem nu.22. Muscat.in praxi S.C.lib.2.par.3, glos. detinebatur num. 88. Marcell. Calà de modo articul. §.2.glos.vnica num. 1052. Cancer. vbi supra nu.26.Castagn.vbi sup. nu.32. Peguera ibi nu. 10.cum alijs relatis per Consiliar. D. Ferdin. Arias de Mesa var.resol.lib.2.c.36.sub nu.16.

Et propterea, vel debet præstare cautionem de soluendo, si ad pinguiorem fortunam deuenerit,vt refert Cancer. d.lib.2. cap.9.num. 24. subdens d. cautionem esse iuratoriam, vt ibi num. 25. vel iurare si peruenerit ad pinguiorem fortunam,vt ibi Muta nu.23. & seq. notat Ripol. vt infra,& Castagn.nu.39. vnde ex hijs inferunt Doct.an cedens bonis nobiliter teneatur, si peruenerit ad pinguiorem fortunam hoc est,citra ignominiam, & decisum per S. C. refert ibidem Consiliar. Arias de Mesa negatiuè ex rationibus ibidẽ deductus, operatur autem effectum, etiam vt non teneatur, nisi inquantum facere potest, qui honestè opere suo victum quærere potest, vt ibi Cancer.num. 6. Muta ibidem num. 26. Castagn.vbi supra num.5.

Cessabit beneficium prędictum quoties negaret vel esset fiscale, vel esset fallitus,vel debita ob delicta Peguer. dec.68 nu.9. vel debita essent collectarum, aut fideiussores debitorum, vt ipsi Doct referunt in dictis locis,vbi pariter probant, si tali beneficio renunciari possit, & Peguera dec.Catal.199.num.1.vbi nu.3. cum iuramento posse,affirmat Ripol.variar. resol. cap.vlt.num.107.Castagn.ibi nu.14.Gallerat. vbi sup.nu.3.ad finem Fusc.sing.59. lit.C.

Ibi debeãt eorum bonorum,& Iurium; Viuius in sylua com.opin. in opin. 181. Peguera vbi supra num.16.Cancer.ibi num.18.

Ibi,& insuper volumus,vide Franc.Ant. de iudic.in tract.de liquid.instr.confid.4.nu.6.

Io:Baptista de Thoro I. C.Neap.

Digitized by Google

COMMENTARIA ET GLOSSAE CLER. D. BERARDINI GRÆCI BENEVENTANI PHILOSOPHI, ET V.I.D. SVPER PRAGM. DE LITTERARVM FORMA, ET LOCVTIONIS PROOEMIVM.

LEX nostra cum Diuinarum, atq; humanarum rerum Regina existat ex Chrysippo Marcianus in l.2.ff.de leg. docet, & ipsarum notitia, & scientia tradit tex.in §.1. inst. de Iust. & Iur. Meritò omnem speculationem, omnium scientiarum, & præcipuè Philosophiæ, summaque Theologiæ ad Iuris Consultos pertinere peruulgatum, perspicuumque existit. Haud mirificum si hæc Pragmatica moralem philosophiam gerit, & administrat; Iustus enim legis Conditor per legitimas sanctiones, nec tantum animum debet nostrum erga iustitiam erudire, & instituere, enimuerò erga virtutes alias mortalitatis partes.

Proindè cum bonè, rectèque intuenti pateat quot mortalium in præsentiarum rebus infirmis, & leuioribus se mancipantes effecti sunt, vt affatus est Ier.cap. 2. ambulauerunt (inquit) post vanitatem, & vanifacti sunt; Dissonos, & absurdos exquirentes honores, & titulos, semetipsos ad inanem inflammantes; & illicientes gloriam, vna ad indebitam ambitionem, quæ honesta, atque laudabilia sunt; neque exquirentes, superuideri quærunt quod sunt, quadere superbi effecti sunt, vt ex Ethim. per Isid. lib. Eth. 10. cap. 18. ex Ansel. in lib. de similitudinibus. Alex. de Ales. 2. part. quæst. 136. mem. 5. allegans Aug. de Ciu. Dei cap. 24. Sil. ver. superbia. Sebast. med. in sum. m. pecc. tit. 2. de peccato sup. quæst. 1. D. Tho. 22. quæst. 162. art. 1. in c.

Peccant enim, & in grauissimo existunt delicto. vt idem D. Thom. d. quæst. art. 6. in cap. ex mente Gio. in psal. 118. Greg. lib. 34. moral. cap. 17. & 23. Rayn. in 2. par. sum. cap. 1. Aug. d. psal. & Epist. 56. ad dioscorum. Chrys. hom. 43. ad populum Antioch. fid. lib. 2. de Summo bono cap. 38. Prosper reg. Epis. in Epist. ad virginem demetr. & probatur Isa. cap. 29. Ier. 50. Apoc. 18. Sap. 5. Gen. 49. Ecc. 10. Luc. cap. 1. & abundanter vbiq;

Quà propter si ex hoc pernicioßissimo Anima morbo, tot barbara scelera, & delicta, aquè implacabiles paupertates, & miseriæ eluceant, minimè obstupescendum, cum omnium causa, & Regina malorũ sit, atq; vitiorum, omnium afflixit salutẽ, ac summã omnibus calamitatẽ, & pestem importauit. vt Ecc. 10. & præall. optimè probant authoritates.

Summa profecto, & diuina huius Pragmatica prouisio fuit, & ad animi, atque corporis salutem necessaria. Supprimit vitia, & abigit, humanosque reformat institutos. Afflictos enim, & miseros Diuina Conditoris pietas, ità excitat, & auxiliatur. Hæc inquam ex omnibus Constitutionibus præcipua, & singularis existit: ac post homines natos nihil glorioßus. Nec ità grauiter errassent iudicio homines, si priscis auis autrix, & mediatrix hæc fuisset.

Quàm

Digitized by Google

Quàm orbem quisquis ipsum summis laudibus extollat, atque efferat, magis atque magis, in honore, animoque habeat. Postaaq; supra debitas laudes à viris editas, Præmiorum spe magna, admodumque firma ipsi apud Deum probè niti possunt, iuxta quod tradiderunt Impp. in l. quoniam venerabilis C. de Episcop. & cler. & in l. & virtutum C. de stat. & imm. & Iuris Cons. in l. 1. ff. de Iust. & Iure. Et deuenio ad Pragmaticam.

PHILIPPVS DEI GRAtia Rex, &c.

DOn Henricus de Guſman Comes de Oliuares, & in præſenti Regno præfatæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis Vicerex Locum tenēs, & Capitaneus Generalis, &c. Eſſendo ſtato più volte ſupplicato per queſta Fideliſſima Città, Baronaggio, & Regno, nelli parlamenti proſſimi paſſati, che douеſſimo prouedere del remedio neceſſario per leuare l'abuſo, & diſordine ſtāde, che d'alcuni anni in qua ſi và vſando circa il trattamento che ſi fà, così de parola, come per eſcritto. eſſendo venuto à tanto eccesſo, che ogni dì ne naſceuano inconueniēti, & ne poſſeuano di facile naſcere maggiori, ſi non ſe riformaſſe riducendolo al buono, & antiquo termine, & volendo noi ſopra di ciò pigliare la reſolutione più conueniente: vedendo anco che nelli altri Regni di Sua Maeſtà ſi ſono remediati ſimili abuſi, ci è parſo perciò co'l voto, & parere del Regio Collateral Conſiglio appreſſo di noi aſſiſtente, fare la preſente Pragmatica *omni tempore valitura*, per la quale ſtatuimo, ordinamo, & comandamo, che ſi debbia inuiolabilmente oſſeruare, così in queſta predetta Magnifica, & Fideliſſima Città di Napoli, come in tutto il preſente Regno, lo preſente videlicet.

Primieramente ſtatuimo, & comandamo, che à niſſuna perſona di qualſiuoglia ſtato, grado, titolo, & conditione per grande, preheminente che ſia, ſi poſſa chiamar per eſcritto ne di parola de Eccellēza, nè Signoria Illuſtriſſima, ſe non ſolo di Signoria, eccetto però alli ſette Officij del Regno, & alli Titolati, alli quali ſolamente permettemo, che ſi poſſa chiamare de Signoria Illuſtriſſima, tantum da chi vorrà.

Item, che in quel tocca al ſcriuer l'vna perſona all'altra generalmente ſenza niſſuna eccettione, ſe habbia da guardare queſta forma, cioè cominciar la littera, ò viglietto che ſi ſcriuerà per la coſa, ò negotio che ſi tratterà, ſenza poner ad alto ſotto la Croce ſopra lo foglio, nè al principio della prima riga niſciuno titolo, ne zifra, & al finire della lettera ſe dica ſolamente *Dio guarde à V. S. ò Dio vi guardi*, & ſubito ſe ponga la data del luogo, e tempo, & appreſſo la firma ſenza metterui altra coſa, ne corteſia alcuna, & quello che hauerà titolo, ò officio, lo potrà ponere nella firma ſi vorrà

Item, che nelle ſopraſcritte ſi ponga, al Principe, Duca, Marcheſe, ò Conte di tal luogo, & alli Caualieri, & altre perſone il loro nome ſolo, dicendo al tale, & ſe li potra ponere

ancora

Digitized by Google

ancora il titolo, officio, carrico, ò dignità che hauerà.

Item, che da questo ordine non si possa eccettuare il Vassallo, scriuendo al suo Barone, nè il seruitore al suo patrone: mà li patri, & figli potranno scriuersi aggiungendo al nome proprio lo naturale, dicendo al mio patre tale, al mio figlio tale, & anco il marito alla moglie, & la moglie al marito, & il frate carnale al suo fratello, & così gl'altri parenti se vorranno.

Item, che il medesimo trattamento si habbia da osseruare ancora fra le femine, & con le femine, tanto per escritto, come di parola.

Item, che questo medesimo ordine si guardi, & osserui non solo scriuendo alle persone che sono dentro di questo Regno, mà ancora con le persone à chi si scriuerà fuor d'esso Regno, essendo però quelli Vassalli di Sua Maestà.

Item, che nelli Contratti, Scritture, & atti publici, che faranno li Notarij, Maestri d'Atti, & Scriuani, stipulando detti contratti, & qualsiuoglano altri atti s'habbia da dire solamente. Il Principe, Duca, Marchese, ò Conte tale, & nominandosi altri Caualieri, ò persone che non saranno titolati il loro nome, dicendo il tale.

Item, che nelli Regij Tribunali, quãdo se daranno suppliche, comparse, ò memoriali, à tutto il Tribunale se habbia da mettere il titolo, che per lo passato è stato solito darsi, mà quando si desse memoriale particolarmente così alli capi delli Trinunali, come alli altri Officiali non se habbia da ponere titolo nessuno, & in dette comparse, ò memoriali, & altri atti, ò decreti che si faceßero, così nelli Tribunali predetti, come nelle case delli Officiali non si possa ponere altro titolo di quello che à ciascheduno si dà per la Regia Cancellaria di questo predetto Regno.

Et perche si guardi, & eseguisca advnguem lo sopradetto. Volemo che li contrauenienti al tenore di questa presente pragmatica incorrano per ciascheduna volta in pena di onze quattro, da applicarsi la terza parte all'Accusatore, l'altra terza parte al sacro Hospitale dell'Incurabili di questa predetta Città, & l'altra terza parte al Regio Fisco, da esegurse irremissibilmente contra li Trasgressori: ordinando, & comandando a tutti, & singuli Officiali, & Tribunali maggiori, & minori del presente Regno, che debbiano tenere particolar pensiero dall'osseruanza della presente pragmatica, & di procedere all'esequutione della pena predetta, che tal'è nostra volontà, & intentione. Dat. Neap. in Regio Palatio. die 29. mensis Martij 1596.

EL CONDE DE OLIVARES.

Vid. Ribera Reg. Vid. Gorostiola Reg. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, mandauit mihi Don Berardino de Barrionuoeuo.

POSI-

POSITIO TEX.

PRæsens Tex. duas habet positiones principales: in prima igitur ponit necessitatem, & causam huius Pragmaticæ. in secunda singulatim ordinat. secunda ibi, *primieramente.*

Iterum prima in tres. in prima authoritatem, & Conditoris fastigium exarat, in secunda Vassallorum reclamationem. in tertia prouisionem. secunda ibi, *essendo stato supplicato*, tertia ibi, *volendo noi sopra di ciò*. Quæ nouissima itidem in tres, in prima ex exemplo facilitatem, in secunda perpetuitatem, in tertia suppositos, & mancipatos detegit. secunda ibi, omni tempore valitura, tertia ibi, *cossi in questa predetta.*

Secunda pars principalis in quinque dirimitur partes. in prima enim ponit prohibitionem, in secunda formam, in tertia extensionem generum, in quarta illationem, & tandem, in quinta pœnam, secunda ibi, item *quel che tocca*. tertia ibi, item *che il medesimo trattamento*, quarta ibi, item *che questo*; in vltima autem ibi, *e perche se guardi.*

Prima de integro in tres, in prima vetat, & inficiatur. in secunda assentitur. in tertia excipit. secunda ibi, *se non solo di Signoria*, tertia ibi, *eccetto.*

Secunda ad huc in duas. in prima formã limitatam. in secunda inclusionem, in forma data docet. secunda ibi, item *che da questo ordine.*

Quarta rursus in tres. in prima illationem ad priuatas personas. in secunda ad publicas. in tertia in actis Curiæ præsentandis, seù off. formam explicat, secũda ibi, item *che nelli contratti.* tertia ibi, item, *che nelli Regij Tribunali.* Quæ vltima denuò in tres. in prima cessionem Regiæ Curiæ demonstrat, in secunda limitationem huius concessionis ad officiales. in tertia limitatiuè declarat, & ampliat. secunda ibi, *mà quando*, tertia ibi, *& in dette comparse.*

Quinta demum, in tres, in prima exponit pœnæ quantitatem, in secunda diuisionem, in tertia executionem ordinat, & disponit. secunda ibi, *da applicarsi*, tertia ibi, *ordinando, & commandando.*

SVMMARIVM.

1 *Philippus nomen Regis, & bellicosus interpretatur.*
2 *Vtriusq; Siciliæ Monarcha dicitur solutus ab Imperij iurisdictione.*
3 *Rex V. S. est Vassallus, & ligius Sanctæ Roman. Ecclesiæ.*
4 *Rex in suo Regno Monarcha dicitur, & plus iuris habet, quàm Imperator in suo Imperio.*
5 *Dominus, haud superiorem recognoscens. Imperator dicitur.*
6 *Rex Siciliæ quamuis ab Ecclesia Romana infeudatus liber dicitur.*
7 *Et potestatem Imperatoris, atq; iura Imperialia habet.*
8 *Et Serenissimus nominatur, quemadmodum Imperator.*
9 *Atque competit Maiestatis nomen, & Altitudinis Decus.*
10 *Et potest legem condere, aduersus positiua Romanorum iura.*
11 *Et lex est animata in Regno, & pater, & filius Iustitiæ.*
12 *Et Solutus Imperialibus legibus ipsaque potest. perindicte, ac Rex Franciæ, & Hispaniæ, & Reliqui. Potentatus liberi.*
13 *Et ad Imperium aspirare, haud facultatem habet.*
14 *Memoria nouique Regis Philippi III. Encomia traduntur.*
15 *Hoc Regnum prætiosa, & præclara dicitur hæreditas, atque viridarium inter agros, & Amenissimum Pomerium.*
16 *Rex Regni Siciliæ coronatur, & vnicitur.*
17 *Regis magis nomen est dulce, quam Imperatoris.*
18 *Reges antiquiores Imperatoribus.*
19 *Imperium ab armis, gladioque originem traxtit.*
20 *Regem pertimescere debemus.*

Regum

Digitized by Google

21 *Regum Electionem Dei esse iura conc.*
22 *Regis nostri iscriptio. Imperatori simili. Iura concordantia.*
23 *Plures possidens Dignitates, debet illas scribendo emodare.*
24 *Doctoratus summa, & præcipua dignitas, & Nobilitas est.*
25 *Doctores Titulum Doctoratus in scriptis Orationem habere possunt.*
26 *Doctores eorum insignijs, quoque vbi Princeps assistit iugiter vti possunt.*
27 *Ex Doctoratus Dignitate, & Nobilitate, Honor, Vita, & Bona acerrimè tutantur.*
28 *Et Ciuitates, Regna, & Imperia gubernantur.*
29 *Et Mundus regitur, & gubernatur.*
30 *Doctores laudem, & protectionem Pontificis, Imperatoris, & Regum ex speciali dilectione mærentur.*
31 *Doctorum laudes, & Encomia exarantur vsque ad num. 42.*
42 *Doctores aliqui summam Doctoratus dignitatem despiciunt. vsq; ad nu. 45.*
45 *Doctoribus Pontifex, Imperator, & Regis Dignitatem Decus Honorem, & omnem tribuunt amplitudinem, & Maiestatem.*
46 *Nobilitatis Doctorum Excellentiam, supra nobiles Ciuitatum fore traditur. vsq; ad num. 49.*
49 *Doctores, haud molestiam, & scrupulum generosis ferre debent.*
50 *Generosorum Zelotipia exaratur.*
51 *Veri, Optimiq; Nobiles collaudandi, & commendandi sunt.*
52 *Per Congloationem, & conuocationem generosorum Doctoratus degnitati nil additur.*
53 *Officium Doctorum enodatur.*
54 *Quid de Doctoribus exarauimus de milite proposituram habente censendum.*
55 *Quis iste Miles existat explicatur.*
56 *Minores Capitanei, qui hodie Capitanij de Infanteria appellantur Nobilitate gaudent.*
57 *Militia de per se, neque Nobilitatem, neque Dignitatem confert.*
58 *In Regno Militares viri Nobilitate gaudent. Et qui sunt.*
59 *Idem apud Turcarum Regna.*
60 *Idem Perusij.*
61 *Idem, qui in arte excellens præsefert, atque militari.*
62 *Idem si Militia Dignitati, vel generositati adiungitur.*
63 *Idem Vrbis Romæ equitibus.*
64 *Pontificis Medicus, & Principis dignitate, & nobilitate gaudet.*
65 *Idem si Medicus esset Doctor in Philosophia.*
66 *Virtus, & scientia nobilitant.*
67 *Philosophi Illustres Medici exarãtur.*
68 *Medicina, nec Philosophiæ Nobilitati, vel Generis, siue alterius derogat.*
69 *Pontifices, qui in medicina, probè calluerunt, & Imperatores, & Reges ponuntur.*
70 *Chirurgicatura liberali exitio, ac sordidissima, & Nobilitati opponitur.*
71 *Constituti in Dignitate, & Nobilitate suæ Dignitatis, & Nobilitatis nomen, & in voce, & in scriptis actiuè & passiuè decorari possunt.*
72 *Nefarium, & indecenter admodum se quis iactare de scientia, Nobilitate, & Dignitate.*
73 *Prorex antiquitus Præfectus Prætorio appellabatur.*
74 *Præfecti Prætorio quatuor erant.*
75 *Proregis Ethimologia.*
76 *Proreges de numero Illustrium, vti Cardinalis, Patriarcha, & Rex existunt.*
77 *Proreges possunt legem generalem, & Constitutiones perpetuas condere, quæ ius commune, & ciuile faciunt.*
78 *Proreges Regis Vicarij existunt, Et ad istar Prouinciarũ Præsidis sunt eod.*
79 *Digniora proponenda.*
80 *Neapolis summa, & præcipua Ciuitas à qua inde totum Regnũ sumit exordium, & nomen.*
Neapolis vndè dicatur eod.
81 *Digniores, & præheminentes in dignitate altiori loco sedere debent.*
82 *Dignior debet sedere à destris.*
83 *Dignior quis dicatur, cum tribus limit. & 84.*

Qua

Digitized by Google

85 Quæ actio maioribus aduersus dignitate minores in sedendo competat.
86 Iura sollicitis, & vigilantibus subueniunt.
87 Sollicitudo, & vigilantia Idem.
88 Sollicitudo, & vigilantia quæ sit laudabilis, & quæ non.
89 Vigilantiam, & sollicitudinem in Castrensibus, & Militaribus necessariã fore demonstratur.
90 Itidem in Ciuilibus iuridialibus, & negocialibus.
91 Negligentia in Populorum rectoribus summopere improbatur.
92 Negligentia prima causa infidelitatis est.
93 Negligentia quid sit.
94 Negligentia, vnde dicatur.
95 Negligentia speciale vitium existit.
96 Negligentia aliquando mortale, peccatum erit.
97 Abusum detestandum.
98 Abusus malum vsum significat.
99 Hæc Pragmatica correctoria, & reformatoria est.
100 Excessum repellendam.
101 Nobiles Generosi, siue ex Genere sunt in triplici ordine.
102 Nobilium falsæ Nobilitatis numerositas, qualiter processit.
103 Nobilitas non virtus existit, non verborum, carnis, siue corporis, sed animi
104 Nemo, nec de virtute, nec de vitio, parentum, aut laudandus, aut vituperandus
105 Nobilitas ex Genere sterilis est sine virtute.
106 Et bi nobiles Asini molares appellantur.
107 Falsa Generis Nobilitas parit fastum, litem, & odium.
108 Et pecudum Vitam produxit.
109 Falsæ Nobilitatis Nobiles ignobiliores porcis.
110 Et tanquam bestiæ moriuntur.
111 Generis Nobilitas parum habendã, & num. 16.
112 Et velamenta malitiæ appellatur.
113 Et Patres dedecorant.
114 Nobiles ex genere digni sunt risu, & merore.
115 Nobilium officium traditur.
116 Nobilitas Generis morbus Sonticus existit.
117 Secundus Ordo verè Nobilium ex genere traditur.
118 Tertius Ordo omni Genere Nobilium exaratur.
119 Et hæc perfecta Nobilitas dicitur.
120 Nobiles omni genere digni, omni honore.
121 Tres nobilitatis ordines in omni loco inueniri possunt.
122 In Ciuitatibus, & locis duplicem non re, sed ex exercitio nobilitatẽ reperiri
123 Nobilem non nasci, sed fieri virtute nobilem.
124 Optima nobilitas, quæ sit.
125 Multitudo omni iure inimica.
126 Communio discordias parit.
127 Ex Doctorum multitudine, omnes se Doctores appellant.
128 Aliqui per mensem student, & inconstanter se professos nuncupant, & nouiter exquirunt cartam pecorinã.
129 Doctorum multitudo, qualiter processit.
130 Fore Doctos, & Sapientes explaratum habendum.
131 Docti, & Sapientes Doctores, neque simplices in Disciplinis, sed mixti sunt, & fuerunt.
132 Iuuenes, haud inconstanter ad disciplinam legalem currere debent.
133 Ex multitudine Priuilegiatorum magis ignorantiam, cecitatem, atque hebetudinem intelligentiæ sensusue magis perpenditur.
134 Et causa huius indicatur.
135 Doctores aliqui Genia indulgent, & Cacco sacrificium.
136 Doctores ignari à peccato immunes, haud sunt.
137 Neque excusationem à pœna habent.
138 Ignorantia, quæ mala producat.
139 Ignorantia cum Superbia, continentiam habet.
140 Remedium aduersus ignorantiam traditur.
141 Amor singularis ad studiũ requiritur.
142 Amoris conditiones, quæ sint.

Septi-

143 *Septiformis regula in vnaquaque disciplina capessenda remiss.*
144 *Doctores ignari, haud ignoscendi sũt.*
145 *Nemo insanabilior est eo, qui sanus sibi videtur.*
146 *Dolores legum, qui dicantur.*
147 *Doctores, qui nebulæ turbinibus agitatæ, & fontes non lauantes, sed coinquinantes existant.*
148 *Doctores indocti ab Ecclesia, sicut corpore vitiati reuocandi.*
149 *Doctores quò ad formam, & habitum, non quò ad effectum sunt ignari.*
150 *Doctores indocti, vt longè distantes speculantur.*
151 *Et suspecti allegari possunt, & tanquã grossi in causarum Decisionibus, Commissionibus, Delegationibus, & defensionibus repelluntur.*
152 *Et reprobari possunt.*
153 *Et in mortali (ex indigna priuilegij assumptione) constituuntur peccato, etiam admittentes.*
154 *Legis officium, quid sit.*
155 *Correctionem, & reformationem admittendam.*
156 *Prudentiæ actus, quis sit.*
157 *Legales Constitutiones magis in ipsarum inscriptionibus comparatiuis, quam positiuis nominibus vacare.*
158 *Natura Positiui, Comparatiui, & Superlatiui quænam sit.*
159 *Argumẽtũ ab exẽplo validissimũ est.*
160 *Lex cum consilio Sapientum decerni debet.*
161 *Numerus Sapientum in compilatione ciuilis sapientiæ traditur.*
162 *Consiliarij, Collateralium olim Auditores Regis appellabantur.*
163 *Rex faciens cum Consilio Sapientia regitur.*
164 *Clausula omni tempore valitura, quid importat.*
165 *Pragmatica, quid significat.*
166 *Pragmatica, haud ad singulorum precs constituenda, sed vniuersitatis nomine.*
167 *Proregi Excellentiæ Titulus iure competit.*
Et nonnullos alios titulos eod.
168 *Illustrissimi titulus, quibus competat.*
169 *Baronia, cuius dignitatis sit feudum.*
170 *De dictionibus Solùm, Tantùm, & reliquis taxatiuis. & 177.*
171 *Præcipua dictionum natura taxatiuarum, quæ sit.*
172 *Solùm dictio diuersimodè mutatur.*
173 *Omnibus tutum est absque personarũ exceptione Dominos simul, actiuè, & passiuè, verbo, & in scriptis, præter primam litterarum dictionem nuncupare, & 178.*
174 *Tituli Illustris, & Perillustris, ex hac Pragm. antiquitati censentur.*
175 *Hæc Pragmatica est excessus reformatoria, non autem defectus.*
176 *Nomina septem Officiorum.*
179 *Forma dat esse rei.*
180 *Forma seruanda est, etiam in minimo.*
181 *Forma præcisè seruanda.*
182 *Formam huius Pragmaticæ in conscientiæ foro, quis nõ tenetur seruare.*
183 *Differentia inter litteram in singulari positam, & litteras in plurali.*
184 *Litteræ vndè dictæ.*
185 *Crux in littererum principio, quid significat.*
186 *Crucis signo in Militaribus vexillis Constantinus Magnus Ferocissimos Hostes debellauit.*
187 *Crucis Encomia aliqua.*
188 *Crucis signum ex Apostolorum traditione habemus, atque ngnamus.*
189 *Crux Hieroglyphica significatione, quid notabat apud Aegyptos.*
190 *Charta vnde dicta.*
191 *Charta latius, de omni, & quacunque materia, quæ scriptioni sit apta intelligitur.*
192 *Sub nomine (corteſia,) quæ comprehendantur.*
193 *Adulatoris lingua, quibus cõparatur.*
194 *Adulatio fugienda.*
195 *Adulatores, quibus adulantur.*
196 *Ex adulatione, quot mala proueniãt.*
197 *Adulatio, haud est sine peccato.*
198 *Comitibus, & cæteris Titulatis eorũ tituli omnem exarari debet.*
199 *Adinanes vulgarium laudes, haud deperdere debemus.*

Baro

Digitized by Google

200 *Baro, quæ vox sit.*
201 *Baro quis sit.*
202 *Barones repræsentant feudum, & dicuntur esse de Regno eod.*
203 *Fœminæ actiuè, & passiuè in Pragmatica complectuntur, & seq.*
205 *Fœminæ deficientibus masculis, in feudorum successione iure Const. Regni admittuntur.*
206 *Regnum Siciliæ deficientibus Masculis Fœminis debetur.*
207 *Hæreticum est asserere, haud licere fœminis in Ciuitates, & Prouincias adhuc in Regna iurisdictiones exercere.*
208 *Detractores laudum fœminarum erraverunt.*
209 *Mulieris vera Ethimologia. Mulierum commendatio eod.*
210 *Regni appellatione venit Beneuentū. in latissima significatione.*
211 *Beneuentum de Regni iurisdictione non dicitur.*
212 *Forma Pragmaticæ in priuatis, & publicis negotijs obseruanda.*
213 *Hæc Pragmatica priuatos quærit annullare, & reformare honores, & titulos diuersas constituendo formas.*
214 *Hæc Pragmatica constituit pœnam, & non mulctam.*
215 *Pœna vnde dicta. Pœnarum genera quod sint eod.*

1 PHILIPPVS) nomen proprium est Regis nostri, & bellicosus interpretatur ex D. Heronym. qui quot Regibus, & Potentatibus terribilis fuit, perspicuum existit: laudesque summæ suæ excelsi, illustrique sitæ sunt loco.

2 Et Rex, & Monarcha præsentis nostri Regni, ac vtriusqué Siciliæ solutus ab Imperij iurisdictione, cum ab Ecclesia Romana infeudatus existat, vt explicant *Iser. in Proœm. Const. Afflict. in præl. Const. q. 1. num. 6. & in decis. 182. fuit dubitatum num. 4. Ioan: de Amicis cons. 22. num. 10. Paris de synd. ver. sentia cap. 4. num. 16. Viu. lib. com. opin. opin. 691. num. 5.*

3 Etsi Vassallus, & ligius S.R. Ecclesiæ, vt indicat *text. in Clem. pastoralis de re iud.* Speciale enim Siciliæ Regnum Petri, & successorum Patrimonium dicitur. *cap. ad apostolicæ de re iud. in 6. Glo. in Clem. 2. §. dudum. de iur. iur. Iser. in prælud. feud. 9. col. Anibal. Troys. in proœm. suorum comment. Afflict. in all. præl. q. 2. num. 4.*

Possidetur enim, & facultas huius Regni ab Ecclesia concessa est per inuestituram Regis Alfonsi, post Reginam Ioannam, vt *Gramm. cons. 17. in Ciu. & secundum Andr. in cap. 1. §. quid ergò in fine de inuest. de real. fac.* Per inuestituram Regis Caroli Primi, & *Par.*
4 *d. num. 16.* Atque Rex, vt ait *Socc. cons. 67. consilijs nostris num. 4.* Monarcha existit in suo Regno, & plus iuris habet, quam Imperator in suo Imperio. *Iac. de Bell. in cap. 1. quis dicatur Dux, Comes, &c. Andr. in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. Afflict. in all. præl. q. 13. num. 1. Cap. in inuest. feud. §. feudum dant. in par. 2.*

5 Et ex communi Theoremate Princeps, & Dominus, haud superiorem in suo Regno recognoscens in illo Imperator dicitur, eandemque potestatem, ac authoritatem possidet, vt de communi per *Curt. Iun. 61. Sacratissimæ Trinitatis num. 9. & cons. 100. præsupponitur in facto nu. 3. Viu. d. opin. nu. 1.* tanquam Rex noster, *vt in proœm. Constit. Glos. Iser. & Afft. d. q. 1. num. 6. & Troys. d. loco.*

6 Nam quamuis ab Ecclesia infeudatus existat, tamen liber dicitur huius est argumentum. Summus enim Pontifex imposuit ipsi Regi, atque Elargitus est insignia Realia, ex quibus amplitudo, & plenitudo Regiæ Potestatis collocata fuit. Proindè tribuit iurisdictionem temporalem liberam. Proindè ac apud Pōtificem erat, & virtute quippè ipsius Regni concessionis, & gratificationis transiuit Regnum torum, & Partes, sic Corona, Mitra, &

Digitized by Google

omnia quæ plenam designant potestatem: Præter in exceptuatis capitulis erogationis, & concessionis, vt explicat *Glos. in all. proœm. Const.* & firmant *Iser. in Reper. Const ver. Rex. Affl. q. 21. num. 4. & Par. d. num. 16.*

Quo circa benè Potestatem Imperatoris fertur habere, atque iura Imperialia, vt tradunt *Glos. in all. proœm.* & ibi *A. dr. Affl. in decis. 249. num. 4. Par. d. loco. And in cap. 1. de inuest. de re al. fac. & in d. ver. Rex. Troy. & Cap. citat. locis. Bal. in l. exemplo nu. 7. C. de prob. Cyn. in l. benè à Zenone. C. de Quad. præscipt. Felyn. in cap. cum non liceat. de præscrip.*

8 Ideò Serenissimus nominatur, quēadmodum Imperator, vt docet *in d. l. benè à Zenone in fine.* cum quo transit

9 *Affl. d. q. 13. num. 5.* Competitq; Maiestatis nomen, vt notat *idem Affl. in all. proœm. in §. cum igitur in princ. text.* & ibi notat *Glos. in Constit. si Vassallus à Domino suo in ver. ad Regiam Maiestatem. Glos. in all. præl. Cap. d. §. col. 10.* Atque altitudinis Decus, proinde Hispani tribuunt eorum Regi, vt notat *Affl. in d. proœm. § hos itaq; 2. notab.*

10 Insuper ipse potest legem, aduersus Romanorum positiua iura condere, & statuere, vt in *all. præl. Glos. Andr. & Affl. q. 2. num. 2. & decis. 283. num. 6. Andr. in cap. Imperialem de probib feu. al. per Fed.* Quemadmodum in *Constit. Capit.* & Regni Pragmaticijs lege lata constitutum est, quæ redarguendę non sunt, hæ leges rationabiles existunt, vt *Affl. in Const. disputare nu. 7.* sunt enim optimis rationibus conditæ, quæ ius commune, & ciuile in Regno constituunt, vt *Andr. in all. præl. Affl. d. q. 1. num. 3. & decis. fin. num. 6.* Et haud dissonans eloquebatur, *Cyn. in proœm. ff. & in l. decernimus C. de sacr. sanct. eccl.* quem sequitur *Glos. in d. proœm. nouus*

11 *Rex, & noua lex.* Et Rex noster Animata lex in Regno dicitur. *Bal. in auth. de Consul. Ac Pater legum auth. de fid. instrum. in princ.* quæ omnia notat *Affl. dict. in Const. non sine grandi nu. 8.*

12 Itaque solutis Imperialibus legibus ipsaque Potestate, Imperijque iurisdictione Rex noster, perindè ac Rex Franciæ, qui liber existit. *cap. per venerabilem, vbi DD. qui fil. sint leg. Affl. d. q. 13. num. 6. Bal. in cap. 1. in 2. col. de inuest. in mar facta, & in cap. 1. de pac. iur. firm.* & ibi *Iser. & idem Iser. in præl. feud. Spec. in tit. de appell. in §. nunc tractamus Glos. in imm. in cap. Adrianus el 2. 67. distinct. Boer. in tract. de Mag. Con. auth. num. 47. Aegyd. Bellam. cons. 42. in princ. Io: Igneus in sua disp.* an Rex Franciæ re cognoscat superiorem. Ac itidem vt de Rege Hispaniæ indicamus vt tradiderunt *Io: Lup. de Regno Nau. par. 6. §. 4.* & de beneficijs vacantibus in Curia. *§. 8. Glos. in d. cap. Adrianus, & in c. & si necesse sit de don. int. vir. & vx. Ias. in l. id quod apud hostes nu. 14 ff. de leg. 1. Abb. in cap. venerabilem num. 19. de elect. Oldr. cons. 69. Gaspar. Iusit. in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud. Io: Lup. in introd. ad repet. de donat. num. 18. Couar. secunda par. relect. §. 9. num. 9.* Immò Hispani legem habent, (quam ad hæc vsque tempora inuiolatam tenent) nè quis Imperatoris legem in iudicio; nisi capite truncari velit allegaret, vt testatur *Oldr. d. consil.* quem refert *Petrus Bellug. in tit. de amortizationibus. §. veniamus num. 5.* Atque indicamus de alijs Regibus, & Potentatibus liberis, de quibus per *Castaldum in tract. de Imper. q. 13. per Couar. d. §. 9. num. 5. & Affl. d. q. 2. nu. 1.*

13 Regesque huius Regni, & Monarchę ex inuestituris Regi Carolo primò & Ferdinando I. de Aragonia factis; nec ad Imperium aspirare facultatem habent. Ideò si fortasse ad Imperium eligerentur, illicò Regno renūciatum, & refutatū intelligitur. Nam in præd. Inuestituris hæc adsunt verba, vt ipsi de Regno inuestiti, non aspirent ad Imperium, vt testatur *Affl. in d. §. nos itaque 1. not.* attamen de apposito minimè dubitandum est, vt de Carolo quinto Romanorum Imper. Et si conijciendum ex Summi Pontificis consensu,

Digitized by Google

sensu,& scientia esse tacitè,vel expres-
14 sè tunc suffragatum : Qui Rex huius Regni erat,& Pater huius Philippi secundi,& Auus præsentis Philippi tertij, quem Deus Opt. Maximus seruet, ac incolumenn tutumque redeat,maximam Aui, Genitorisque sui felicitatem, & prosperitatem tradat, atque ornet. Summa enim huius nostri Regis Monarchia inter omnes Tertæ potentatus, & potestates granditas, & amplitudo est.Quis ponderosum Turcarum Regis impetum,conatumuè arguit? aut quisnam inter omnes Orbis quatitur;Formidabilis elucet,atque inuincibilis arbitratur,& sentitur? Hic est, qui portas Inferi omnes retundit, atque allidit. Nemo enim ipsum maximopere laudare valet,& dignis celebrare Encomijs? neque Cicero arbitror,& Demosthenes,cum eorum eloquentia,aut Plat. & Arist. cum eorum sapientia.

15 Et ad illud vnde diuertimus redeamas.Hoc Siciliæ Regnum prætiosa dicitur hæreditas,vt inquit *text. in d. §. cum igitur.* Atque preclara,vt in *Const. eum hæreditariam.* Viridarium electũ inter agros, vt *in Constit. occupatis,* & ameniſſimum Pomerium,vt *in cap. Regni Carolus,& cap. desiderijs.*

16 Eiusque Rex coronatur, vncitur. *Aluar.in cap.1.quis dic. Dux.Cap. d.§. feuda officiorum in fine.Affl.in d.Const. non sine grandi num.9.* Et in temporalibus Dei Vicarius existit. *Bald.in cap. significantibus in fin. de off. deleg.*

17 Tametsi Impeeator, & Rex equiparentur. *c.super quibusdam §.1.de verb. signific.* at Regisque nomen:magis dulcè,suauèq;existit.Prudentiam,& equitatem explorat. Et à regendo dicitur. *cap.cleros,& seq. 21. dist.cap. duo.12. q.1.Bald.cons.178. pridiè vol.3. Affl.d. quæst.1.num.6.*

18 Ipsique antiquiores Imperatoribus existunt,vt *Andr.in all.præl. Const. & feudorum quæst.3.& Afflict.d.num.6.* Imò Deus Rex appellatur, vt *in proœ. decr.*& Dei Mater Misericordiæ Regina,vt *ex Dyon.tradit Affl.nu.6.* Verum
19 Imperator terroris est nomen, ab armis,gladioque traxit originem. *Glos. in cap.1.de pac.iur fir.* quæ singularis arbitratur per *Angel.in l. deprecatio ff. ad l.Rhod.de iac. tenet Bal.in d.l.benè à Zenone num.* 8.Et à Violentia. *Alb. in l.cunctos populos C.de Sum.trin.& cap. assentitur Petrus de monte de potestate Papæ,& Concil.in 3.par.Cardin.d.cap. venerabilem q.6.Prop.in cap.causam in fin.quifil sint leg.Felyn.in cap.cum non liceat num.13.de præscript.*de qua re graphicè in eorũ Monarchia *per Ant. de Roscellis,& Dant.in 3.dib. iunctaq; Imperij fortuna,*vt tradit *Glos. in l. digna vox.C. de legat.* & sequitur *Felyn. d.num.13.*

Quem nostrum Principem, ipsi tre-
20 pidare,& pertimescere debemus sciẽtes Domini esse electionem,eiusque magistratus,vt Dei ministros in honorem habere. Vltores enim sunt omnis iniuriæ,vt docet ex *Apost.trad.d.Clem. in Const.Apost.lib.7.cap.17.*& traditur *Prima Petri cap.* 2. Cuius Regis cor in manu Dei,vt *pro 21.cap.*pro quo orare debemus, *vt Apost. ad Tim.primo c.2.*

21 (DEI GRATIA) Concordat *text. in Sap. cap. 6. Prou.cap.8.ad Rom. cap. 13.Beat.Clem.d.l.7. cap. 17. Epistola inter claras.C. de Sum.trin. & fid.cath. & §.quia igitur in authent.de fid. instr. colum. 6.*

(Castelliæ Arag.V.Siciliæ) Multa
22 concordant iura, vt *in scriptionibus Rub.proœm.inst.& Cod.& C.de emend. Cod.& ff.de conf.Dig.& in Præfat.Dig.*
23 *cum alijs.* Et hic signa, quod *Bart. in d.rub.inst.num.18.attenãit,*quid si aliquis plures profitetur dignitates, debet illas in scribendo palam facere, & enodare, vt de mandatis persona cognita habeatur ratio. *l. hac consultissima. C. de test.*

24 Præterea promerẽdum ex quo Doctoratus præcipua, summaque est dignitas, & nobilitans, vt tradiderunt. *Bal.in proœ.Cod.Bart.in l.1.C. de non cod.Comp.Afflict.in Const. constitutione*

Digitized by Google

præsenti num.3.& 4. Alex. cons.15. & & 18.vol.1.& cons.94.vol. 2.l. prouidendum,& ibi *Cyn.C. de postulat. Bart. Luc.de Penn. Io:Plat.in l.Iudices C.de dignit.lib.12.Rayn'in tract. Nob. q. 1. in princ.Tiraq. de Nob. cap. 5. num. 3. Viu.opin.197.num.1. & 5. Felyn. in rubr.de mag. num. 5. & in cap. quanto num.1. vbi Io:de Anan.* & per alios latissimè per dictos cumulatos. Ipsi possunt *ex præs.text.* titulum suæ Doctoratus Dignitatis inscriptis orationem habere,atque sermonem.

26 Promisitque opportunè *Bart. in l. vnica per illam text. iuncta glos. C. de hon.vehit.lib.11.*Doctores eorum insignijs quoquæ, vbi Princeps assistit iugiter facultatem vtendi habent,quem vt singulare dictum commendat. *Cors. in suis sing.ver. Doctor.*

27 Ex ipsaque enim Doctoratus Dignitate,& Nobilitate;Honor,Vita,& Bona acerrimè tutantur.probat *text.in l. aduocati.C.de aduo.diu.iud.* Ciuitates.

28 Regna,& Imperia gubernantur.*§.fin. inst. in proœm.* & totus regitur mun-

29 dus,& illuminatur, *Auth.habita.C. ne fil.pro patr.legibus,Sanctionibus,Pragmaticis, & statutis,* vt omnia iuris volumina Imperialia explicant, siuè Canonica,vel Realia, & Statutaria. Sine quibus Imperium Regnum,omnesque potestates deficerent.Ipsi omnes informant mores;Deoque obedire faciunt.

30 Ex quo benè laudem, & protectionem Pontificis, Imperatoris, & Regũ, ex speciali dilectione omnimodò mærentur,vt ex *all.Auth.benè perenditur*

31 Quorum Domus ex *Cic. lib. 1. de Orat.* Oraculum est Ciuitatis, Ciues enim de rebus suis incertis, per eos certi dimittuntur, & *Salye. in d. auth. ait, sine ipsis essemus in tenebris.* Quibus Princeps reuerentiã habet. *l.quicquid.C.de adu.diu.iud.*

32 Qua de re omnes quantumcunque maximis insignitis titulis, ac dignitatibus debent ipsos Dominos,haud fratres appellare,vt exarauerunt. *Imol.in Clem.2.de magr.Luc.de Pen.in l. vnica vlt.col.in ver.item nota. C. de prof. qui in vrb.lib.12. & in l. mulieres.C.de dign.eod.lib.Barb.cons.57.præclarè vol.2. Viu.d.opin.num.13.*

33 Verèque Nobiles,Principium, Nobilitatisque essentia sunt. Atque primi Nobiles meritò existunt,ait *Luc. de Pen.in d.l.mulieres,in glos.nobilitamus*

34 *in princ.& in d.l.vnic.in fin.*Quos Imperator Patres appellare non dedignatur.*l,ex diui.C. loc.* & Nobiles, & Nobiliffimos.*l.2.§.fin.ff.de exc.tut.*Et Amicos suos *l.dicemus ff.de exc. tut. &*

35 *l.diui fratres ff.de iur.patr.* Quorum partes per eos nubilitantur. §. *generaliter in auth.Const.quæ de dign.col.6.*In tertioq; constituuntur nobilitatis genere,vt *idem Luc.de Pen.in d. l. mulieres in glos. nobilitamus, ver.* tertiò ex dignitate, quod ex Cic. contra Salustium comprobatur. Ego(inquit)maioribus meis virtute mea præluxi, vt si prius noti non fuerint à me nomen accipient.

36 Insuper hæc legalis Scientia, & Sapientia, facit, vt perbellè inquit *Azo. in proœm.Inst.* suos in Orbem Terrarũ Professores,mirabiliter,& sollemniter principari, & in Imperiali aula sedere. Atque ianua Principis clausa,his pate-

37 re debet.*l.sciant C.de off.diu.* Ad Principis latus, non ad pedes sedent. *l. iu-*

38 *risperitos ff. de exc. tut.* Atque refert *Angel. de Perus. in l. cum salutatus C.*

39 *de sent. pass.* Vrbanum Pontificem ipsum ad pacis osculum recepisse:quamuis omnes ad pedis osculum recepiret,vt docet *Glos.in l. 1. C. de prot. & Dom.lib.12.Et Bald.fassus est in §.itaque num.10.in proœm.ff.legum.* Doctores sunt in omni loco,& in omni tempore felices.

40 Propterea quisità procax,audax,& confessator subditus existit, qui hos præstantissimos, & maximos viros nõ deligeret,honoraret,& amplectaretur. Quos Princeps propter eorum merita honorat, inquit *text.* & ibi notat *Glos. cum alijs ibi adduct. Concor.in dict.l.1. C.de dom.& prot. lib.12.* Hi Eternitatem,

Digitized by Google

tem, ex eorum Doctrina, & Sapientia mærentur, & probabiliter digni sunt.

41 Repleti omni splendore sicut Sol, ait *Barb. in cap. postulasti de fora comp.* & ait *text. in cap. fin. de magr.* Stellæ in perpetuas æternitates mansuræ, & in *cap. ex eo de elect. in 6.* Splendor fulgens. Et quasi firmamētum, vt *Daniel. cap.* 12. ibi iustos fulgere sicut stellas, & intelligentes, ideſt Doctores quasi firmamentum, vt *D. Hier. ad Paulinū presbit. cap. 4. interpretatur.* Militaresque viri appellantur, inquit *Iser. in Const. vniuersis.* Atque honorati Viri *l. fin. C. de off. diu. iud.* Et Celsiores, ait *Luc. de Pen. in d. col. 1. & penult.* Et lucernæ, vt *Postill. in mor. expl. super Leuit. cap. 24. in princ.* & Candelabra, vt *idem Post. super Apocalyps. cap. 1. in fin.* Portæq; Ecclesiæ sunt Doctores, qui clauem scientiæ gerunt, vt *glos. ordinaria super Thren. cap. 2. in glos. defixæ sunt. Et Basil. vt eadem glos. 4. Reg. cap. 25. in glos. columnas*, atque Cedri, vt *Postill. super Cant. cap. 8. vers. tabulis cedrinis.* Quorum corda Sapientiæ, & Scientiæ diuitijs plena Gazophilacia dicuntur, vt *eadem Glos. Ord. super Ezech. cap. 40. in glos. Gazophylacia.*

Cuius Doctoratus ratione, possunt vehiculo, sicut Princeps vti. *l. 1. C. de honorat. veh. lib.* 11. Atque Episcopo comparantur, vt *Spec. in tit. de sent. excom. §. 1. verb. quod de sententia. Petr. Lesnaud. in 2. par. de Doct. §. 15.*

42 Quà de re deplorandum, & in lachrymis prorumpendum est, cum hāc summam Doctoratus dignitatem, atq; nobilitatem hodie Doctores aliquos dedignari, ac despicere eluceat. Neque enim præcipua eorum sorte contenti
43 viuunt. Exquirūt tanquam animo depressi, se minima acrius sectari, & maiora habere pro derelicto, & animo floccifacere. Hi turpitudine affecti alios iniuria afficiunt.

44 Quid ità, quod generosorum conglobationem, Conuocationemq; alicuius loci toto affectu perquiruntur? In præsentiarum, ceù per vniuersas Orbis portas hoc ciuile bellum, & intestinum, arma sumit, atque seuit.

45 Nonnè ipsis Pontifex, Imperator, Reges, ac omnes Terræ potentatus, & potestates, dignitatem, decus, honorē, & omnem tribunt amplitudinem, & Maiestatem? Atque isti Dij terreni, & maius luminare in Orbe colunt, & in honore habent? Quæ necessitas de reliquo est.

46 Aut latet, quod quanto Ecclesiæ, Imperium, Regna, & Reipublicæ maiores, & plurimum alicuius Ciuitatis stant, tantum illorum Ciuitatis Nobilium, Nobilitate prærogatiua, dignitate, & gloria Doctores forè maiores.

47 Quin & hoc amplius, melius arbitramur, vnius bonæ Ciuitatis parum nobilem, quam vnius parvæ fore magnificum, & primatum. *l. 1. vbi Bar. & Io. de plat. cap. de Alex. prim. lib.* 11. *Barbe in clem. & si principalis de rescrip. Cap. de imp. mil. elig. verb. propter nationem.*

48 Dignitate enim nominis imperantis honestamur, ex *Luc. de Pen. in l. omnia C. de cap. ciu. cen. lib.* 11. ac ex hoc Romanorum Coloniæ gloriabantur; nam licet eorum conditio minus libera videretur, potior tamen, & præstabilior extimabatur, propter amplitudinem, & maiestatem Populi Romani, cui sub erant, cuius simulacrum esse videbantur; vt apud Cornucopiam in dictione colonia exaratur, proin probè Doctorellos Nobilibus Ciuitatum etiam si maximarum fore anteferendos. Atque Doctores præferri nobilibus ex genere, tradiderunt Canonistę, & præsertim *Abb. in cap. venerabilis, de præb.* quam communem prædicat *Vin. all. opin. num. 26.* Ità hæc quippè exposui, vt summa hæc Nobilitatis, Gloria, & Magnitudo multò altius
49 pateſaciat, atque innotescat. Sinite quæsò Doctores molestiam, & scrupulum Generosis ferre. Nam ipsos in aliquibus laribus positos, vos ex vestra sapientia, & dignitate loca ipsorum tollere, & eripere, haud decorum, & gloriosum existit: In hoc ipsi incredi-

Digitized by Google

50 biliter sunt zelotes. At qui si ab hoc cadent, quid supereſt? Salua Optimorum, verèque Nobilium Ciuitatis, & locorum semper pace, laude, gloria, &
51 honoramento. Quos rectè commendare, & collaudare, optimaque ratione laudibus prosequi debitis; quas tacere ac silere, haud pulchrum viroque dignum est.

52 Quid togati, vestræ porrò dignitati, glorieque addictis, prorsus enim vosmetipsos, errorum, & culpam ostentatis, in glorioseque animo caditis, vt feles persequitur mures) quod enim ij per ignauiam dignitatem non mærentur vestram, vos sedem illorum per sapientiam, & scientiam deiectite, &
53 dedicate. Officium autem vestrum est Iustitia, quam profitemini, Prudentia qua mundus regitur, propterea vos Sacerdotes estis. *l.1.ff. de iust. & iur.* Temperantia, qua vosmetipsos ordinatis, & demum fortitudo aduersus fortunæ stimolum, quam docet *Bart. in l. redeatur C. de prof. & med. lib.* 10. ad hæc enim quæ immortalia, æternaque operam nuate, haud ad illa, quæ vetustate, & temporis progressione consumuntur, atq; minima existunt.

54 Et quod de Doctoribus in medium attulimus; de milite proposituram habente censendum, vt sunt Capitanei Equestres, vel pedites, vt tradit *Aff. in d. Const. præsenti nu.* 1. & probat *Tiraq. in tract. de Nobil. cap.* 8. *num.* 17. Qui in nostro Regno sunt Proreges, in Francia Marescallos, in Grecia Hipparcos appellant, *secundum Budeum, vt Tiraq. d. num.* 17. *refert.*

56 Tametsi minores Capitanei in tali minimè adsint præpositura, hodie nobiles fore conijciendum, qui tercentũ Milites habent, vt in noua Regni Militia, vt *in pragm. de Mil. Grau. & leu. arm. cap.* 2. §. 1. *Capitanei.* Eorumque Nobilitatis ratio est, quia à Principe eliguntur, habentque proposituram, ac iurisdictionem, vt probat *d. pragm. in §. li detti Cap. in cap.* 2. Itidem arbitrandum de omnibus tali insignitis titulo, haud quod in maxima constituatur dignitate, vt illi Duces exercitum, Generalesue Capitanei, qui post Re-
57 gem primum habent locum. Militia autem per se neque nobilitatem, neq; dignitatem confert: secundum numerosiorem opinionem cumulatam per *d. Tir. num.* 5. Vndè reliqui post Capitaneum propter delicta crebrò suspendantur, nisi ipsis aliundè nobilitas, quam ob militiam eueniret.

58 In nostro equidem Regno Militares viri nobilitate gaudent. *Const. vt vniuersis in princ.* & sunt hi, qui honorem, & dignitatem, ac onus decenter obseruant in Equis, Armis, & alijs militaribus signis, quibus milites decet decorari, inquit *text. in Const. persequẽtes in fine.*

59 Idem apud maxima Turcarum Regna, nam maximopere nobiles censentur, qui stipendia ex militia ab ipso accipiunt Rege, vt *Petr. Bell. in lib.* 2. *obseruat.* 59. refert, & ponit *Tir. sub num.* 14. *loc. cit.*

60 Hoc idem modo simili Perusij obseruatur, vt tradit *Bart. in d. l.* 1. *C. de dig. lib.* 12. *nu.* 63. & ibi *Io: Plat. col.* 2. & 3.

71 Et conijciendum fore nobiles illos milites, qui in arte excellunt, præferuntque militari, claram gloriam, & specimen, haud semel præbuerint vtis qui virtute, & scientia excellunt, vt eleganter *idem Tir. nu.* 14. *probat.*

62 Idem si militia dignitati, vel generositati adiungitur, tunc maxima dignitas, & nobilitas profectò erit, vt si Doctor, vel generosus Miles efficeretur, vt singulariter limitat *Alber. de Ros. in l. milites C. locati*, & sequitur *Mart. Laud. in rub. de milite concl.* 13. *in suo tract. de Principibus.*

63 Hoc etiam extimatur Vrbis Romæ Equitibus. *l.1. C. de Equest. dig. lib.* 12. *notat Bare. in d. l.1. num.* 83. *C. de dig. lib.* 12. & *Paul. de Cast. in cons.* 218.

64 Itidem de Pontificis, & Principis Medico statuendum: gaudent enim dignitate auctore. *Bart. in l. archiatros. arg. illius tex. C. de Com. & Arch. S. pal. lib.* 12.

Digitized by Google

lib. 31. quem assequutisunt, ibi *Io: Pl. & Angel.* Atque idem ob hanc rem nobilitatem consequitur, vt *Io: Pl. cigat Io: Anan. in rub. de iud. Dec. in cap. clerici de iud. Franc. Luc. in tract. de priuilegijs in 1. par. casu* 100. *Barb. in clem. gratia de rescript. & in tract. de præstanda Card. 1. par. Tir. de nob. cap.* 30. *num. fi. Corf. de potestat. & excell. Regia quæst.* 95.

65 Siuè Medicus esset Philosophus, ac in philosophali disciplina Doctoratus gradum assumeret: illicò ex prædictæ facultatis magnitudine, & amplitudine, dignitatem, & maximam consequitur nobilitatẽ. Ipsa enim Philosophia, summa Sapientia est, ac maxima Deorum munus, vt tradit Plato in Timæo, quod ius ciuile, & diuinũ, legalis scientiæ, & sapientiæ nomen assumere non dedignatur. *l. 1. ff. de iust. & iure.* Hæc inquam in *Phæd. & Theæt.* Plato inquit, ipsa enim est diuinarum, & humanarum rerũ cognitio, & Arist. 2. meth. cap. 1. Ipsa ait, est scientia veritatis, quę à fine proximo est, Quam sapientiæ cognitionem Philosophos à Deo habuisse ostendit *Gryfal. in suis dec. cath. ver. Philosoph.* & ipsos gentium Doctores demonstrat *Aug. de vera relig.* Legumque conditores fuerunt, atq; insignum Doctrinæ (vt ponit *Pestil. in mor. exple. super sum. cap.* 17. Virgam antiquitus portabant. Atque prius Sophi, i. sapiẽtes, & Sophia, i. sapientia dicta est, vt *Diog. lib. 1. de Vitis Philos.*

66 Nec Virtutem, & Scientiam nobilitare hæsitandum. *s. nos qui, vbi Dom. Car. & Alexan. 40. dist. cap. penult. vbi Host. Io: Andr. Ant. Imol. Card. Flor. & cętert scribentes de præbend. d. l. prouidendum, vbi glos. Cyn. Io: Fab. Bal. Ang. Franc. de Aret. Salyc. Ray.* & latissimè tradit *Tiraq. de nobil. cap. 4. & 5.*

67 Neque si Philosophi hanc medicinæ artem hodie affecuntur admirabilè: Nam innumeri Prisci Illustres Philosophi, medici fuerunt, vt *Plato, Arist. Pyth. Democrites, Empedocles, & cęteri*, quos cumulat *idem Tir. d. cap. 31. à num. 272. vsque ad num. 287.*

68 Nec medicina Philosophiæ Nobilitati, vel Generis, seù alterius derogat, vt belliſſimè more solito tradidit *idem Tir. d. d. cap. 31. per col. 272.* & ad opposita respondendo *sub num. 522. & sequentib.*

69 Nam Pontifices hãc medicinę sciẽtiam probè calluerunt, vt *Nicolaus V. Eusebius Io. xxij. & Paulus ij.* Quippè Imperatores fuerunt, vt *Aug. Tiberius Nero, & Adrianus, Titius, Constantinus, & Iustinus, atque Reges.* & innumeri Principes sapientissimi, huiusque artis peritissimi, vt *Salomon, Alexand. Magnus, Dionysius Rex Siciliæ, Theseus, Mithridates, Palamides, Ptolomeus, Euergetes, & cæteri, quos ipse Tir. d. cap. 31. à num. 106. cumulat.* Sileat ergò noster (inter reliquos contrarios) *Caranis. in ritu 267. num 11. & sequentib.*

70 Quid sano modo sentiendum. Chirurgiam Artem, quæ illiberalis ars, & sordissima existit, quæ omninò Nobilitati opponitur, & derogat, vt *idem Tir. ponit d. cap. 31. num. 523.*

61 Qua de re prædictos concludendũ, posse Nobilitatis, sue Dignitatis nomen, & titulum, voce, & in scriptis, actiuè, & passiuè decorari: quid à ratione haud discrepat. Nam *Phil. 3. & 4. Eth.* probat, quod honor est in præmium virtutis, nec tantus honor exiberi potest, quin maiore dignus sit. Atque secundum veritatem, solus bonum honorandus. Quos honores, & laudes haud grauatè audiri debent. *l. si in aliquam in prin. ff. de off. proc. & leg.* Honor enim est vberrimum virtutis alimentum, inquit *Luc. de Penn. ex Valerio in l. fin. C. de discuss. lib.* 10. Et quamuis ex *text.* nostro fas, tuumque sit nobilitatem, dignitatemque exprimere, & declarare; Sumunt honorem à Principe concessum, quod non est opponendum, ait *Luc. de Penn. in l. nemini in glos. fuderit, de Cons. & non Spar. lib.* 12. nihilominus hoc frugaliter nè excessus, vel defectus commit-

tatur

72 tatur sentiendum. Nam nefas est, atq; inhonestum admodum, aliquem inde-center se iactare de nobilitate, dignitate, & scientia, perdunt enim laudem, quoniam ipsi de se prædicant, inquit *Marc. Varro ad Athenienſem auditorem.* Hique de Confrateria, *Te Deum laudamus, vel te gloriosus:* existunt aduersum quos consurgit, & digna subnectit. *Viu. all. opin. 197. nu. 52. & seq.* De qua congregatione, seù fatuitate erat quidam Lucas, perinde, ac refert *Postill. in mor. exp. super Iob. cap. 12.* qui cum infirmaretur, fecit hoc versus *Phyſica quid facies, Metaphyſica Vidua fies. Si Lucas moritur, logica deperditur.* Hi prosumptuosi solos homines esse aurumant, & nobilitatem, dignitatem, & sapientiam cum ipsis mori, & annihilari, vt *text. ait d. c. 12.* propter quod subdit *d. d. Postill. alios bestias vocatn.*

73 (Vicerè) Antiquitus Præfectus Prętorio appellabatur, cum enim Imperatoribus Reipublicæ regimentum translatum esset; ad similitudinem Magistrorum Equitum, qui summam post Dictatores potestatem gerebant. Præfecti Prætorio à Principibus electi sùt: quibus data fuit plenior licentia ad disciplinæ publicę emendationem. *l. 1. ff. de off. præf. prat.* quæ officij magnitudo, & dignitas ab Augusto fertur, (vt docet *Suetonius, & Tacitus*) instituta. Qui numero quatuor in legum voluminibus reperiuntur, vt Præfecti Prætorio Orientis, Africæ, Illirici, & Vrbis, *vt ff. & C. eod.*

75 Et propterea Proreges hac tempestate dicuntur, quia secundi post Reges, vel secundi Reges, in Regnis ipsis commissis existunt, Ideò Locumtenentes quoque appellantur, vt *in text.* atq; quasi Patres Regis, & Domini vniuersæ domus, & Principes in toto Regni Imperio, vt *Genes. cap. 45.* Hi post Principes Iudices iudicium exstunt, rerum summa ipsis commissa, vt tradit *Luc. de Penn. in rub. de præf. prat. lib. 12.*

Cumque Reges in eorum Regnis, Imperio minores neque existant, vt in principio diximus *glos.* eligunt Proreges ad similitudinem Præfectorum Prætorio, qui in Imperiali Prætorio proficiebãtur cum adem prorogatiua dign. & amplitudine. Qui Illustr. appellantur *S. illo in authen. de app. col. 4.* vti Cardinales, & Patriarchæ. *Bal. in l. 1. S. his cunabilis num. 3. ff. de off. præfect. prætor. Iaſ. in l. 1. num. 6. 8. 9. ff. de off. eius. Bald. in cap. cum accessissent de conſt.* Similiter, vt Reges. *cap. nouit* (ibi Illustris Rex Francorum, *de iudic. cap. nouit iuncta ſupraſcript. de offic. deleg.* Cùm Rex Præfecto Prætorio æquiparetur, *ex Bart. in l. omnes populi nnm. 8. ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. ff. quod quisque iur. Iaſ. loc. cit. num. 7.* & ibi *Alex. num. 19. Gag. mot.* & ibi *Bal. in d. §. his cunabilis, & idem Bal. in d. cap. cum acceſſiſſet.*

77 Atque Proreges perindè, ac olim in antiquis Romanis dictus Præfectus Prætorio legem generalem, & Constitutiones perpetuas condere facultatem habent, vt notat *Ang. in l. apertiſſimi C. de iud. Ioa. Crot. in repet. d. l. omnes populi nu. 21.* & sequitur *Proſp. Cur in prag. ad S. C. Maced. p. 2. nu. 8. & 9.* de qua re hodie disputare, aut veteri erroneum esset. Nam in nostro Regno sicuti alibi horum Constitutiones, & Pragmaticæ ius commune, & ciuile facere manifestum est.

78 Proreges quippè Vicarij Regis dicuntur, *l. præcipis*, ibi Vicarios vbi *Luc. de Pen. C. de can. largit. lib. 10. & in d. rubr.* atque ad instar Prouinciarum Præsidis existunt; Præfectus autem, & Præses idem videntur esse, vt *Io. Frãc. Dec. ad Alb. de Roſ. in diuer. Præfectus*, habenque Præsides maius imperium in ea Prouincia post Principem. *l. præſes ff. de off. præſid.* Regna enim redacta erant in Prouincijs; æquè dicimus Regnum Siciliæ esse totam vnam Prouinciam, vt *Iſer. in Conſtit. conſuetudinem pranam hactenus in princ. & Luc. de Penn. in lib. 3. in glos. in Regno autem noſtro C. de diſcuſſ. lib. 10.*

79 (Città di Napoli) ex hoc digniora

præpo-

præponenda probatur. *Concord. text. in §. fin. Inſt. de iur. natur. gent. & ciu. & §. aliam verò de bonor. poſſ. eod. lib. inſt.*

80 Neapolis enim ſumma eſt, & præcipua Ciuitas, à qua indè totum Regnum ſumit exordium, & nomen, & dicta eſt à Nęa, quod eſt noua, & polis, ideſt Ciuitas, quamuis Aeuuis temporiaus Partenopes appellaretur, à nomine Sirenæ cuiuſdam, de qua re graphicè ſcribit Tarcagnota in ſuo libello de ſitu, & laudibus Ciu. Neap.

81 Atque hic noſtrum eſt adhibere animum ad ea, quæ *gloſ. in d. §. aliam in ver. altiori per illum tex. explicabat.* Nempè digniores, & præheminentes in dignitate altiori loco ſedere debent. *Concord. multa iura*, vt ibi, & ad hoc *Bal. ponderãdo ibi gl. in l. decernimus 2.*

82 *not. C. de ſacr. ſanct. eccl.* dicebat, quod dignior debet ſedere à dextris, quod etiam tradidit *Gloſ. in cap. quam periculoſum 7. quæſt. 1. & Fely. in rubr. de maior. & obed. num. 8.*

83 Dignior autem is exiſtit, qui primò dignitatem adeptus eſt, vt probat *tex. in cap. 1. de maior. & obed. l. 1. & ibi Bar. de conſ. lib. 12. Iſer. in proœ. Conſt. vlt. col. in fi.* propterea ſi plures eſſent Doctores, vel Generoſi, qui primò fuit dignitatem, vel generoſitatem conſequutus dignior dicitur, primumque habet locum, deindè cæteri per ordinem, vt *ex Aſſl. in proœm. Conſt. q. 26. num. 2. Bal. in cap. olim de conſ. Bart; in l. 2. §. prius circa finem de vulg. & pup. Grat. conſ. 116. 1. vol. Vrſ. Dec. 1. num. 18. probat tex. in cap. fi. 17. diſt. & cap. 1. 18. diſt.* cùm adductis per *Gloſ. in d. cap. 1. de maior. & obed.* Exemploque Diuorum Iacobi maioris, & minoris comprobatur. Nam qui minor vocabatur, ætate potior erat, atque ità minor, quia ſecundò Apoſtolatum aſſumpſit, vt *Iac. de Vorag. in ſuo Feſtino in legenda Sanct. Philippi, & Iacobi*, teſtatur, & ponit *Aſſl. in dec. 1. num. 7.* quod

84 grauiter eſt intelligendum: niſi ſecundus maiorem haberet authoritatem, vt eſt *text. ſing. in cap. placuit 16. diſt. Gloſ. Dom. & Fel. num. 2. in d. rubr. de maior. obed.* Itidem conijciendum ſi dignitas adhibita ſit dignitati, tunc ex augumento præfertur, vt aiunt *Bal. in l. ſed & miles ff. de exc. tut. Boer. in tract. mag. con. num. 113. Felyn. in cap. clerici num. 6. de iud. Afflict. in præiud. Conſt. q. 26. num. 8. Vrſ. d. dec. 1. nu. 20. & ſeq. Soccyn. in l. falſa §. 1. ff. de cond. & in conſ. 129. 1. vol. Dec. conſ. 161. pro præpoſito.* Idem ſi à digniori fiat ordinatio, & creatio. Nam primò, etiam ſi tempore poſterior præfertur. *cap. per tuas de maior. & obed. l. reſtituendæ, vbi gloſ. fin. not. C. de aduoc. diu. iud. l. 2. ff. de albo ſcrib. Lud. in l. ſi verò §. de viro 49. fall. ff. ſolut. matrim. Felyn. d. cap. per tuas num. 3. & in cap. clerici nu. 6. de Iudic. Boer. d. tract. num. 92. Mart. Laud. in tract. de dign. §. is. Franc. Frigin: in d. l. 2. Petr. Leſnaudr. in tract. de eote part. 3. quæſt. 10.*

85 Quæ enim actio, atque ius ſit maioribus, aduerſus dignitate minores in ſedendo *Io: Fab. in d. §. aliam.* dicit officium Iudicis. Et teſtatur *Gir. ſing. 33.* nobiles: locoque aſſumpto priuari, & viliori loco poni, vt eſt caſus *ſing. in cap. præcipimus 63. diſt. notat Rom. ſing. 391. & Petr. Leſnaud. in 3. p. q. 11.*

86 (Più volte ſupplicato) Nota ſubuenire ſollicitis, & vigilantibus. *concord. text. in §. vlt. inſt. in proœm. & l. pupillus in fine, & l. qui autem §. ſciendum ff. quæ in fraud. cred.* Suffragia etenim leges iuſtè petentibus, nec denegant, ex communi iuris Paradigmate, haud dormientibus, facit *tex. in cap. nunciatum 84. diſt. & l. non enim ff. ex quibus cauſ. maior.*

87 Sollicitudo porrò, & Vigilantia (quod idem refert) vt dicit *D. Thom.*

88 2. 2. *q.* 47. *art.* 9. ſed contra, quæ eſt laudabilis, ſcilicet prudentiæ, cuius partes enumerat *D. Thom. ſuper Paul. 1. ad Cor. 7.* Minimè autem vxoris, vētris, & Burzæ commendatur, vt *idem D. Thom. loco ſupra cit. Tab. ver. ſollicitudo num. 2. Sum. Ant. par. 4. tit. 12. c. 2. de Conſ. Euang. Sum. Pecc. Seb. Med.*

par. 1.

Digitized by Google

par. 1. quæst. 39. & 40. Dionys. Carth. in Euang. Luc. cap. 11. art. 33.

Ad sollicitudinem, & vigilantiam cohortamur, vt apud *Math. cap. 24. & 25.* & admonet *Apost. ad Thess. 1. cap. 5. & Coloss. c. 4.* Et vigilare is dicitur, qui oculos apertos in vero lumine tenet, vt ait *Glos. ordinaria super Lucam cap. 12. in glos. vigilantes.* Atque sollicitus dicitur quasi solers citus, vt per *Isid. lib. Ethy. 10. cap. 18.*

89 Quæ vigilantia, & sollicitudo quippè Militaribus, & Castrensibus necessaria existit, & totius Militiæ Victoriæque stabilitas. Hæc enim nos armorum assiduum exercitium demonstrat; ob quod Romani omnes nationes sub ipsorum imperio, & iugo submiserunt; vt testatur *Veg. de re milit. l. 1. cap. 1.* ex hac militum optima descendit electio; ex qua *idem Veget. d. lib. 1. cap. 7.* inquit Dominij vires, Nominisque Romani firmamentum elucet. Hæc vigilantia, & sollicitudo oportunitates in bello enodat, & vrgere occasionem edocet: maximoperè enim hæ præ cæteris militaribus rebus emolumētum, vtilitatem præstant, vt testatur *Franc. Sanss. in suis Concep. polit. 353.* & scribit *Garimb. in lib. el Capitano lib. 3. cap. 14. & 15.* Totiusque demum militaris disciplinæ, & artis; Summam ipsa sola sustinet, atque administrat. Cui honor omnis, victoriæque gloria.

90 Itidem in ciuilibus, tàm iuridicialibus, quàm negocialibus summa est vigilantia, seù sollicitudo, atque per hãc Populi iustas, & Frugi petunt leges, & Principes gubernant, & hic notatur.

91 Negligētia autem improbatur, summopere in podulorum Rectoribus, qui ob hoc honoris sui immemores dicuntur, inquit *text. in cap. nunciatum 84. dist.* per hanc Rectores, & Iudices ab officio, & administratione repelluntur; & deponuntur. *l. si quos C. de off. præf. præt. Ori. l. carceri, & l. milites ff. de cust. & exib. reor. cap. cum ad monasterium in fin. de stat. mon. cum alijs.* Atq; Metropolitanus dignitate sibi commissa caret. Itidem Episcopus, vt est casus *in cap. 1. 100. dist.* Et homo credenda non credit, & infidelitatis prima causa est, vt explicat *D. Bernard. in serm. 27. de duodecim imped. quarè homo non credit art. 2. cap. 1.* hęc inquam sutto, longo morbo alijsque vitijs æquiparatur. ait *text. in d. l si quos.*

93 Hæc enim negligentia est defectus debitæ sollicitudinis, vt *D. Thom. 2. 2. quæst. 54. art. 1. in cap. seù ea est remissio voluntatis*, per quam contigit, quod ratio non sollicitatur, vt præcipiat ea, quæ debet, vel eo modo quo debet, vt *idem D. Thom. d. q. 54. art. 3. cap.*

94 Et dicta est negligentia ex *Isid. lib. Ethy. 10. cap. 13.* quasi nec eligens, & ponit *Postill. ad Hebræ. cap. 12. ver. filimi.* Hæc enim directè sollicitudini opponitur, & imprudentiæ per oppositū pertinet, vt *idem D. Thom. d. q. 54. art.*

95 *2. cap. Specialeque vitium existit*, eo modo quo sollicitudo est specialis virtutis actus; ipsa defectum debitæ sollicitudinis importat, & omnis defectus debiti actus habet rationem peccati. vndè manifestum est, inquit *D. Thom. d. art. 1. cap. quod negligentia habet rationem peccati.* Atq; aliquando mortale peccatum erit; iuxta illud Prouer. 19. qui negligit viam suam mortificabitur. quod potest dupliciter contingere; perindè ac explicat *idem D. Tho. d. art. 3.* nempè ex parte eius, quod permittitur per negligentiam, quod quidem si sit de necessitate salutis, Siuè sit actus, siuè circumstantia erit peccatum mortale. Alio modo ex parte causę, si enim voluntas in tantum sit remissa, circa ea, quæ sunt Dei, vt totaliter à Dei Charitate deficiat, talis negligentia erit peccatum mortale, & hoc præcipuè contigit, quando negligentia sequitur ex contemptu; alioquin si negligentia consistat in prætermissione alicuius actus, vel circumstantiæ, quæ non sit de necessitate salutis, neq; fiat ex contemptu, sed ex aliquo defectu feruoris, qui interdum impeditur per aliquod veniale peccatum, tunc negligentia

Digitized by Google

gentiâ non eſt mortale peccatum, ſed veniale hactenus D. Thom. Cum quo tranſeunt. *Sum. Ant. 2. par. tit. 9. cap. 3. §. 3. Sebaſt. med. in ſum. pec. par. 1. tit. 5. de accidia quæſt. 31. Piſ. Ang. Syl. Tab. Caiet. & Arm. in ver. negligentia.* Illeq; docet *Poſtill. d. cap.* 12. Domini diſciplinam negligit, qui ipſam tanquam bonam non eligit, ſed magis vt malam refugit.

97 (Pe leuar l'abuſo) Nota abuſum deteſtãdum. *Concord. tex. in §. nulli auth. vt null. iud. col. 9. cap. fin. de conſuet. c. cum in Eccleſiæ de ſimon. cap. cum haberet de eo qui dux. in vx. auth. habita C. ne fil. pro patr. & c. queſta 13. q. 2.*

98 Abuſus autem propriè malum ſignificat vſum. *vt Gloſ. paruin imar. l. 5. §. ſi pecuniæ ff. de vſuf. earum rerum, quæ.*

99 Probè enim hæc pragmatica correctoria, & reformatoria appellatur, dum ceruos mores, Inanes titulos, Forenſes gratias, atque ambitioſos vltra condignum honores abrogat. Iuriſque regulam, & honeſtati congruentem, vt docuit, reſque exegit terminat, & decidit. Cum haud ius, liberumque ſit perſuaſum: Illuſtrem aliquem Plebeum vſurpare. Talis enim titulus generis ſplendore, vel ſapiẽtiæ, & virtutis Clarentibus conceditur. *ex Iſid. atque maximis conſtitutis dignitatibus, vel ſecundum aliquos maioribus §. 1. & tribus ſeq. in auth. de appell. & in auth. vt ab. ill.*

Quarè nos præter ad quem ſit ordinatum vſum, dicto vtendo titulo abuti dicimur, ex abuſus diffinitione, vt ex *Poſtill. in Ierem. cap. 18. in fine, & ex Mag. ſent. 1. lib. diſt. 1.* Conſuetudinem autem Nota bonum dicere vſum, & non abuſum, vt explicat *Poſtill. in Deuter. cap. 24. ver. Nè peccare, propè finem.*

100 (A tanto eccesſo) Nota exceſſum repellendum. *Concord. tex. in cap. irrefragabili de off. ord. l. hac ſtipulatio §. diuus ff. vt leg. ſeù fid. num. cauſ. cap. 3. vbi gloſ. in ver. aduentus cum alijs ibi de maior. & obed.* Huiuſque *text.* hæc exiſtit intentio, nempè abuſum deteſtare, & ſuperſlua circa vſum deponere. Primò enim intentum dicit. Secundò declarat, & exemplificat, quoniam cum abuſus. *ex gloſ. ſupra allegata malum ſignificare vſum diximus. Hic tex. explicat ſe,* ex abuſo ſuperfluitatem intelligere, & exceſſum, *vt ex tex. elucet.*

At cum præſens tex, rimari, ſpecularique exigat: vnde Nobilium nomine, & falſitate numerus, ſre autem ruſticorum proueniat, Itidem de Doctoribus perueſtigamus.

101 Nobiles enim Generoſi, ſiuè ex Genere: ſunt in triplici ordine, in primo erit generis tantum Nobilitas, quæ falſa, & vulgaris omnimodo eſt. In ſecundo Vera Generis. In tertio optima, & perfecta omni genere.

102 Numeroſitas autem falſæ nobilitatis ità proceſſit, nam quod vnus ex virtutis præſtantia meruit, eorum Flij, & Nepotes, atq; ſucceſſiuè omnes acclamante plebe, ac opinione vulgari ſe capere conijciunt, à ratione longè aberrantes, merum ſequentes mendacium; haud animaduertentes, quod proauorum Nobilitas ipſorum non eſt, nec ijs prodeſt, ſicut ſanitas, pulchritudo, & illorum ſcientia, vt *Greg. Naz. teſtatur,* & affirmat *Ouid. lib. 13. meta.* Nam Genus (inquit) & proauos, & quæ non fecimus ipſi, vix noſtra ea voco. Et Nobilitas, vt Apuleus ait nõ ex ſanguine corruptibili eſt. *& Euripides in Electra apud Stobæum ſerm.* 84. ſic conſtat ex eius lectura hæc dicere, vt interpretatur.

103 *Tir. de Nob. cap. 22. num. 14.* Nobilitas non vltus exiſtit, non verborum, Carnis, ſiuè corporis, ſed Animi.

104 Haud eſt (inquit) *tex. tin cap. nunquam* 56. *diſt.* omninò nec de virtute, nec de vitio parentum, aut laudandus aliquis, aut culpandus: nemo indè verè, aut obſcurus, aut clarus eſt.

Quarè ſi laudas aliquem, ait *idem Apul. in lib. de Deo Socr.* quia Generoſus eſt, Parentes eius laudas, ſi verò quia diues, Fortunæ hoc debetur, ſi eum

Digitized by Google

eum laudas, quia bonis moribus,& artibus doctus est,& valdè eruditus, tũc
105 mirum ipsum laudas. Nec perpendunt,quod stercus, ipsorum est nobilitas,cum virtutis concomitantiam non habeat, vt docet *Host. in cap. venerabilis de præb.& in cap.tua de confess.& Aff. ait intumescentes semetipsos in nobiliori stercore,& Bald.in l.qui per adoptionem in 1.lect. de adopt.* hi (inquit) nesciunt nisi superbire,mœchari, edere, & bibere, in his enim honorem, & gloriam locant. Parthisque perpetim, & Cretensibus mendaciores inueniuntur,de quibus in suis versibus *Nazian.* vt interpretatur *Tir.d.cap.4. in fine*.
106 hæc inquit, *Quo pacto tu pessimus exi stens, tantum intumescis Maioribus. O Asine molaris; Equinam superbiam habens.*
107 Hæc est illa Nobilitas,de qua inquit *glos.in cap.quoniam vetusto in ver.inuidia 24.quæst.*1.Fastum parit, Fastus litem,lis odium,quæ tria mortis iter.
108 Ipsa est, quæ pecudum vitam prô-
109 ducit,vt *Arist.p.Ethi.* Cuius nobiles ignobiliores porcis existunt, *vt D.Bernardi. in Serm. extra de scientiarum*
110 *stud. vers. tertium.* Et tanquam bestiæ mouentur, vt *idem D. Bernardi. ver. quartum.*
111 Hæc est parum habenda,licet hodie nimium extollatur,ait *Luc.de Penn. in d.l. mulieres in glos. nobilitamus vers. sexto ex nobilitate progenitorum.*
112 Hæc à *Diog. procosmimata cacia*, ideſt velamenta malitiæ appellatur, & *ex Socr. omnia mala procedunt.*
113 Hique Patres dedecorant,*ex Ambr. primo de off.& arg.tex.d.§.generaliter.*
114 Democritis, atque Heracliti, risu, meroreque digni sunt.
115 Quorum officium est verecundari scientias studere, & mercari, sed stant in plateis truffando bonos homines, & mulieres transeuntes per vias, & stando in ocijs, sub labijs ludendo, & taxillando, & perdendo tempus, aut eundo super bestijs, cùm bestijs, post bestias,& sic efficiuntur bestiæ, vt sunt verba eiusdem *D.Bern.d.ver.quartum.*
116 Hæc Nobilitas cum absque virtute sit,nihil omninò existit,*Cott.mem.in ver.nobilitas.* Atque morbus sonticus existit, de cuius proprietate loquitur *text.in l.morbus sonticus ff.de ver.sign. l.ob quæ §.illud.& l. fin. in fine ff. de adil. adic.* quibus quod parabolicè de mulo, & vulpe fertur, probè adaptari potest,qui interrogatus ab vulpe de quo genere fuerat,ait quod Prænepos erat Magni Regis Equi Hispaniæ, cui vulpes ait non quæro de matre, sed de patre.Ità hi delirãtes facta aliena,haud propria;cum infamissima sint explicãt.
117 Secundus ordo verè Nobilium ex Genere erit, in iurisdictionem, cùm mero,& mixto imperio, ex priuilegio, vel consuetudine, haud tirandica habentibus,vt *Bal.sing.in cons.129.factũ proponitur 1.vol.Cotta sequitur in suis mem. ver. Carceres.*

Nobilitates enim generis, *ex Boet. de Consol.& Postill sequitur in Deuter. cap.*1.ibi viros sapientes, quantum est de se videtur ipsis nobilibus quandam necessitatem imponere,nè à maiorum suorum probitate degenerent.
118 Tertius Ordo omni genere nobiliũ est,quando Generis nobilitas,& simul morum,& virtutis, altera, alteri copulatur, tunc quasi Gemma Carbunculi, in ornamento auro sociatur,*vt Postill. in Eccl. cap.* 10. ibi beata terra, cuius Rex Nobilis. Et est cõmunis omnium Theorema, vt *Regius in lib.de prudentia.* Atque hæc perfecta Nobilitas dicitur, scilicet Generosa. (non quia ex genere, (sed quasi magnitudine decorata, vt *Bal. in l.nobiliores in vlt.verb. C.de com.& merc.* sequitur *Felyn. in cap.super eo num.* 5. *de testib.* Quorum
120 laudes omnem quasi excedunt intellectum, omni honore digni; Nec ipsis tanta laus exhiberi potest, quin maiori digni sint, tamen omnium erit ipsarum laudum boneuolos fore bacci natores,ac eorum Homericam Musam miris in Cœlum laudibus, & Encomijs declarare.

Præce-

Digitized by Google

121 Præterea prædicti tres Nobilitatis Ordines, in omnibus locis inueniri possunt, quamuis crebrius numero in
122 Ciuitatibus. Itidemque in prædictis duplicem ex exercitio, non re Nobilitatem fore minime dubitandum est; quoniam aliqui Nobiles sunt, vt peculiariter de platea dicimus, ijquè administrationis Ciuitatum, & locorum, cùm quadam prærogatiua habent; alij adsunt nobiles, qui tali carent exercitio; quia ipsorum parentes agregationem, seù electionem, vt illi haud habuerunt, vel ipsi, vel quia in locis, & Ciuitatibus noui existunt.

Attamen in generis Nobilitatis secundo, tertioque gradu complexis, vel in optima litteraturæ, militiæque nobilitate decorati sunt. Apprimèque hæ nobilitates extra, quam intra (vt experientia docet) tale exercitium adsunt. Proin illos ex Genere magis, quàm re Nobiles fore minimè dubitandum est, quam nobilitatem falsitatem esse de-
123 monstrauimus. Atque ad rem de Vrbano quarto fertur, *vt Crous refert in sua Cron. de anno* 12. quod obijcienti sibi ignobilitatem, affabrè respondit. Virum nobilem non nasci, sed fieri virtute nobilem. *Idem de Cato Flamin. in Orat. contra publ. Cor. Scipionem notatur.* Ego enim (inquit) non in aliena gloria, aut falsis fortunæ bonis, sed in propria veraque animi virtute Nobilitatem esse existimo, & *Postill. in mor. expl. primo mach. cap.* 1. *ver.* & vocauit pueros suos nobiles, ait Sola est nobilitas, quæ animum moribus ornat; Porroque Anima vnius hominis, est altera nobilior, alterius hominis secūdum se, vt probat elegantissimè *Paul. Gryf. in suis decis. ver. Anima.*

124 Atque hæc Nobilitas optima est, *ex Diog. Laert. & vera, & completa ex D. Ber. in d serm. de scient. stud. ver. tertium.* & Ciuitati, ac nobilitas indubitata, *ex Cassiodoro in suis Epist. & Hieronym. ad Celantiam.*

125 Residuum est, vt de Doctoribus pro mereamus; Multitudo enim cum omni iure inimica sit, & reprobata, *vt est text. iuncta glos. in cap. cum in multis de rescriptis in* 6. Meritò si commune detrimentum prodit, iurisque regula germinat; negligitur, quod communiter possidetur, *l.* 2. *C. quom. & quibus quar. pat. lib.* 10. quod ampliando adijcitur quod iuris consultus orsus est *in l. cum*
126 *pater* §. *dulcissimis ff. de leg.* 2. Communio discordias parit, quæ communio quippè multitudinem indicat; semperque in multitudine est inquietudo.
127 Atque tantam dissuetudinem hanc videntes effrenatam doctorum multi-
128 tudinem, quod profectò se Doctores omnes nuncupant: per mensem studijs se conferunt, & incunctanter se Professos nominant: Pecorinam cartam nauiter exquirunt, sapientiam, & scientiam in litteris Priuilegij, haud in mente, & studij amore reponunt; Si ipsi à rationibus alienum hæc committant; minimè est ambiguum.
129 Hæc hodierna effrenata magis Priuilegiatorum, quam Doctorum multitudo ex magnitudine apud ipsos diuitiarum peruenire cluit; præuestigant inquam, hi post diuitias dignitates ex concomitantia ad inuicem, haud ad animum, & ad se, sed ad plebem: Priuilegium maximè auratum, cùm insignis, & armis, Pontificis, Imperatoris, Regis, earumque dominationum denudando, & in medium afferēdo, haud perspicientes hanc togam candidam, inanemq; extimationem apud doctos memini esse: Doctos enim, Sapientes viri honorant, ignaros verò respuunt. Honoris enimuerò Popularitatisq; istorum Origo, & Principium, à quo primum fluxit, & manauit agnoscitur. Ità
130 inanem, pecunia sectatur laudem. Et certo, & exploratum habendum fore doctos, & sapientes: multitudinis tamen nomine exigui, & modici erunt. Qui feliciſſimi, Dijque terreni lepidè, ordinatèque nominatur, in quibus ius ciuile, & canonicum, eiusque authoritas viget, & honoratur, qui contemplantur, & meditantur, reprobant, &

Digitized by Google

approbant legis iudicium, & sententiam optimè perpendentes, legisque salus, sub quibus reliqui Doctores (si-
131 cut sub sole cætera) vigent. Hique neque simplices in doctrinis, & artibus sunt, sed mixti; Cum rectè intuenti; Vnius perfectio ab alijs dependeat: Officium vnius, semper nullius fuit.

Quare amabò perspicite prisci iuris consulti, qui quotque fuerunt: Omnesque nostri patres, & veteres parentes Iuris Cons. in omnibus his disciplinis, in vnoquoque Genere Sapientiæ, & Scientiarum dissertissimi, & præstantissimi erant; Minimè idcircò mirandũ, si id, quod per vnum verbum ipsi affati sunt, per mille nos explicare libros nequaquam valemus. Huiusque causa est nos haud eorum semitam rectam inuenire.

132 Qua de re nostrum est inuestigare vias, modosque eorum, vt optimam iuris proferamus opinionem, & sententiam: haud incunctãter ad disciplinam legalem cucurrere, propterea neminẽ ad summum huius sapientiæ legis acumen peruenire autumandum, nisi per scientiarum, & temporum laborem.

133 Atque ex hac Doctorum nimium multitudine, magis ignorantiam cecitatem, atque habetudinem intelligentiæ, sensusuè legis perpendi perspici-
134 mus. Huiusque causa *ex D. Greg. lib. 31. mor. cap. 31.* Enodatur, dicens legis habetudinem circa intelligẽtiam oriri ex Gula: Cecitatem autem mentis ex luxuria. Nam *ex D. Thom. 2. 2. q. 15. art. 3. in cap. perfectio intellectualis operationis in homine*, consistit in quadam abstractione à sensibilibus phantasmatibus. Mortalis ità vitijs his carnalibus deditus, haud si scientiam mirabile per ignorãtiam ammittit, & habetudinem, & cecitatem loco intellectus acquirit.

Adhibite itaque animum, vt Sapiẽ-
135 tes hodierni aliqui existant, si his dediti, atque mancipati voluptatibus vitiosis. Si Genio indulcent, & Bacco sacrificant; in quibus plenitudinem, grauitatemq; acquirere existimant.

Hique ex eorum vitijs scientia, & rerum speculatirum intelligentia priuati sunt. Aeque in numero sunt, de quibus exarat *Apost. primo Cor. 2.* animalia non percipientes. Ex hac ea propter habetudinẽ, & cecitatẽ legis intelligentia, à quamplurimis priuilegiatis deperdita est, & paucissimis deuelatur. Quodque porrò maiorum nostrorum tempestate probo maximo fuit.
136 isti dignitatis loco habent. Ideò nec immunes à peccato sunt. Cum hæc vincibiliis ignorantia dicatur, *vt D. Thomas prima 2. q. 76. art. 2. cap. Syl. & Pisan. verb. ignorantia Sum. pecc. Seb. Med. par. 1. tit. 5. q. 37. Magister sent. lib. 2. dist. 22.* Atque excusationem haud à pœna habent, vt docet *Apos. ad Cor. cap. 14. & signatur In cap. qui ea 38. dist. Et Sapiens Prou. cap. 17.* ait qui euitat distere, incidit in mala.

138 Ex qua ignorantia mali primi productio est insensibilitas, & bruralem hominem, & bestialem componere, vt ostendit *D. Bernar. de multiplici ignor. hom. art. 3. cap. 5.* Ipsa est omnium errorum mater, *cap. ignorantia 38. dist.* & cunctorum vitiorum nutrix, vt *idem D. Ber. de obser. Sabati art. 3. cap. 2.* quę quot mala in anima generat, ponit *idem D. Ber. in d. serm. de mult. ho. ign. art. 3. per totum.*

139 Hæc enim ignorantia, cum superbia concomitantiam habet, nam ignorantia est nescire, scire noluisse est superbia, vt *Glos. ord. super Iob. cap. 34. in glos. & omnes vias eius.* Quarè in duplici affliguntur peccato, & pœnan-
140 tur. Quippè remedium Amor, & affectus ad sapientiam, & artes erit. Ideò *Phil. 10. Eth. c. 4. & 5.* Fassus est, quod vnusquisque ad ea, in quibus delectatur, optimè operatur. Cõtraria autem nequaquam, vel debiliter. Idcircò omni conatu, & amore assiduè studere, & disciplinis operam nauare debemus, *iuxta illud Iuris Cons. in l. apud Iulianum ff. de fideicom. lib.* nam etsi (inquit) alterum pedem in sepulcro tenerem, adhuc tamen discere quidem vellem,

Atqui

Digitized by Google

141 Atqui Amor haud omnis, sed merus, singularis, & immixtus ad studiū. Delectatio enim applicat intentionē, ad ea in quibus delectatur, vt *Arist. 8. Phis. text. 77.* Aeque materia Cœlestiū corporum, cum pura sit, longè nobilior mixtorum materia est. Ità noster intellectus, cum in amore, & voluntate immixtus fuerit, & insigniter scientiam, & sapientiam osculatur, & ample citur ipsam exquirendo ex vi virtutis amoris, in hac sapientiam, & sciētiam feliciter se transformat: non minus cū mixtus amor fuerit, tūm intentio, cum per alias delectationes à virtute animum tergit, & submouet à perfectione virtutis impeditur, vt *ex D. Thom. d. art. 3. ad 1. & 2.*

142 Amorisque Conditio est, vt verus sit, atque firmus: vt ostendit *Postil. ad Ron. cap. 12. ver. dilectio sine simulatione.* Minimè igitur si Doctores multi ex priuilegio, in Sapientia, & Scientia autem pauci mirandum est: Proindè singulares, & exigui veri, firmique iu-

143 ris Sapientiæ existunt amatores. Ad ipsos aut latentes septiformas regulas in vnaquaque euditione, & disciplina capessenda seruandas, quas edocet *D. Bernardi. d. serm. de scient. stud. ver. sed tu studeas.*

Priuilegium autem expetiscentes, & virtutem in eo fore conijcientes, haud in mente, & animo, cum diuturna la-

144 boratione, maximopere amore, & affectu erga virtutem, minimè venia indulgendi, atque ignoscendi sunt; in notissimis enim eorum error, & inexcusabile delictum, atque nihil ignorātia (inquit *Isiodor.*) turpius, ac ignominiosius.

Nec quęsò magnoperè demiremur, si hi labuntur quorum insciția, & fatuitas summa est, nullam doctrinæ partē tenent, quos instruere omni via impossibile est, & occupationis non exiguæ.

145 Quarè Augustin. super psal. nemo (ait) est insanabilior eo, qui sibi sanus videtur. Et Prou. 12 exaratur. Via stulti recta in oculis eius.

146 Probè Naui-sensus tabidi aduehuntur fatuitatem dicimus; Et dolores legum appellantur, vt *Ang. in l. 1. §. initium, ver. pueritiam ff. de postul.* & vt Comes sine comitatu existunt, vt ponit *Syl. nupt. l. 5. quomodo iud. sit. nu. 40.*

71 Iudex procurare debet in quantum poteſt verificare delictum confeſſum eſſe verum, & traditur cautela.

72 Confeſſio ſi non ſit veriſimilis, & probabilis nihil operaretur, ſed debet circumſtantias, & qualitates delicti cõfeſſati inueſtigare.

73 Confeſſio non verificata in ſuis qualitatibus non ſufficit ad condẽnandum.

74 Caſus

74 *Casus refertur de eo, quod confessus fuerat hominem occidisse in certo loco non facta diligentia inuentionis cadaueris, vt non possit condemnari.*

75 *Confessus delictum debet semper asportari ad locum, in quo fatetur delictũ comisisse.*

76 *Iudex si condemnat reum non facta diligentia verificationis qualitatum erit in lata culpa, & tenetur.*

77 *Confessio, vt sufficiat ad condemnandũ, qualiter esse debeat.*

78 *Condemnatio, an ritè procedat si precedente confessione facta in iudicio inquisitionis fuerit repetita.*

79 *Confessus, an condemnari possit nulla precedente inquisitione, maximè in pœnam ordinariam.*

80 *Iudex malè condemnans graui pœna puniendi, licet non dolosè, sed per ignorantiam, vel imprudentiam, & qualiter punitur num. 81.*

82 *Iudex condemnans aliquem calore iracundiæ, aut nimia crudelitate, qualiter puniri debet.*

83 *Iudex condemnans aliquem ob negligentiam non viso processu, nec actis percuntatis, qualiter punitur.*

84 *Iudex in sententiando debet studere, laborare pro veritate habenda, alias erit in lata culpa, & qua pœna puniretur num. 85.*

86 *Iudex condemnans aliquem iniustè scienter, qualiter punietur.*

87 *Iudex propter iniustitiam condemnãs ad mortem, dicitur dolo facere.*

88 *Iudex condemnans aliquem ob imperitiam, qualiter puniri debeat.*

89 *Nemo debeat sibi officium assumere, in quo suam imbecilitatem alijs periculosam fore suspicatur.*

90 *Casus decisus refertur de Iudice reum condemnante per imperitiam.*

91 *Sponte confessus præsumitur demens.*

92 *Confessio impossibilis nullam probationem facit.*

93 *Sponte confessus, non præsumitur probata precedenti tortura, vel metu aliquo, licet ex interuallo sponte confiteatur.*

94 *Confessio superueniens semper nulla redditur, si ab initio fuerit extorta metu aliquo.*

95 *Improperatio contra Iudices sitientes sanguinem humanum condemnãtes reum ex abrupto.*

96 *Confessio eorum, quæ in tortura fiunt validantur, nisi fuerit in ea perseueratum, non tenet.*

97 *Iudex supersedere debet in condemnatione post confessionem in tormentis factam, & audire reum.*

98 *Confessio facta nullis precedentibus iuditijs respectu principij semper nulla esse ostenditur.*

99 *Confessio facta per reum metu tormentorum, si vnde sponte facta fuerit, & lapsus esset mensis à die illatæ torturæ iniustè, an valeat.*

100 *Iudex debet habere oculum ad veritatem.*

101 *Confessio minoris ratificari debet cum consensu curatoris.*

102 *Iudices verisimiliter scire præsumuntur, quod notum est omnibus de populo, vnde sequitur manifesta probatio.*

103 *Iudex pœnam debitam excedendo illam substineri ipse debet.*

104 *Iudex pœna capitis plecti debet si dolo inductus calore iræ, & similium aliquem damnauerit.*

105 *Decisio S. C. refertur de Iudice condemnante reum sine processu, & inordinatè.*

106 *Decisio Senatus Parisiensis adducitur contra Iudicem, per imperitiam reum condemnantem.*

107 *Decisio Senatus Hispan. producitur contra Iudicem similiter per imperitiam reum condemnantem.*

108 *Pœna mortis sibi locum vendicat contra Iudicem condemnantem reum pœna mortis indebita probato dolo, vel præsumpto etiam nulla data pecunia.*

109 *Carolus Secundus fecit suspendere Iudicem, qui iniustè condemnauerat reum.*

110 *Dolus præsumitur in Doctore, qui tenetur scire iura.*

111 *Dolus*

Digitized by Google

111 *Dolus in dubio non præſumitur, ſed limitatur num.* 112.

113 *Iudex nullis præcedentibus inditijs reum torquens eſt in dolo, nam procederet vti priuatus.*

114 *Iudex tenetur ob iniuſtitiam inſolidum, & ad litis eſtimationem.*

115 *Iudex in dubio non dolo, ſed per imperitiam malè iudicaſſe præſumitur.*

116 *Iudici aſſerenti malè iudicaſſe per imperitiam non creditur, & præſumitur in eo dolus non lata culpa, nec imperitia.*

117 *Confeſſio extorta metu tormentorum ſi ſponte facta appareret, arguit dolose ſcriptum eſſe.*

118 *Qualitas facti, quæ dolum demonſtrat nulla paliatione velari poteſt.*

119 *Iudex enormiter partem lædens, vel fecerit notoriam iniuſtitiam procedẽdo ſine cauſæ cognitione ſemper præſumitur eſſe in dolo.*

120 *Condemnatio nulla ſubſequi poteſt ex confeſſione illegitime extorta ſub ſpe immunitatis.*

121 *Caſus refertur deciſus contra Iudices iniuſtè reum damnantes pro aliorum exemplis.*

122 *Officiales vocantur à Principe nulla cauſa expreſſa, quando ipſi delinquerent, quod eſt vſu receptum.*

123 *Officiales Imperium habentes, non poſſunt coerceri ſine Principis mandato.*

124 *Inquiſiti nequeunt habilitari pro criminibus mortem ciuilem, vel naturalem, aut membri mutilationem importantibus, ſed cauſam in vinculis dicere.*

125 *Inquiſitus detinetur in carceribus, quando incipit conſtare de delicto.*

126 *Officiales perpetui pro delictis ſuſpenduntur ab adminiſtratione, & officio, & in quibus caſibus.*

127 *Officialis ob falſitatem ſuſpenditur ab officio non expectato ſindicatu.*

128 *Officialis perpetuus ob homicidium, & ſimilia delicta grauia ſuſpenditur ab officio.*

MAgiſtratus inferiores qui contra ſolitum Iudiciorum morem, cõtra requiſitas à legibus formas, veteresque ritus, quid fecerint, aut admiſerint, id non ſolum in partis offenſæ iniuriam, ſed in ſummi, & ſupremi Magiſtratus, cuius vices gerunt, dedecus conuerti, ſeueraque ab eo inquiſitione vlciſci, Imperat. Valent. *Theod. & Archad. præfecto prætorio orientis reſcripſerunt in l. ſi quos Iudices C. de off. præfect. prætor. orientis, & illirici*, quod idem firmauit, *Zeno. in l. 1. C. vt omnes iudic. & in §. neceſſitatis auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. demonſtrat Doctiſſimus Regens Tapia Marchio Belmontis in l. fin. ff. de conſt. Princ. par. 1. cap. 5. num. 8. poſt Greg. Lopez in par. 3. l. 24. & 25. tit. 22. Bouadig. in ſua polit. lib. 5. cap. 1. num. 18. Andr. de Iſer. it tit. quæ ſint Regal. in verb. & bona committent num. 75. & in cap. vnic. de contr. inter dom. & empt. num. 8. cum ſeq. & ſatis accuratè. Anneus Robert. rerum iudicatarum cap. 4. ver. pro hæredibus.*

1 iuriam,

Partes offenſæ iuſtitiam petunt, iuſto commoti dolore iniurias ſuas perſequẽtes; Supremum verò, & Regium Tribunal, quod non tàm priuatas iniurias punire, quam publicam ſalutem, & quietem ſollicitè procurare debet, offenditur quando Magiſtratus inferiores, qui tanti ordinis Maieſtatem imitari volunt, quique ſe iactant eius referre imaginen, & repreſentare vices, Iudiciorum Imperitia, & errorum tenebris fulgẽtem Clariſſimi Senatus ſplendorem obſcurant; Vnde propriam vindicantur iniuriam ſupremi Collateralis Conſilij Rectores inquirendo contra Magiſtratus Prouinciæ Capitinatæ, qui Regia poteſtate inniſi, & Pro regis, & Collateralis Conſilij nomine tanquam eorumdem delegati, neglectis iudiciorum ritibus, legum formulis, tantaque ſupina negligẽtia eorum temeritatem, & inſcitiam in præcipitoſam

Digitized by Google

tosam mortis condemnationem irruerunt; nullo dato termino congruenti; nullo iuris ordine seruato, & nulla admissa appellatione mortis sententiam iuuenis miserabilis annorum sexdecim nobili genere, ornatissimis parentibus nati exequendo. Ipsumque tanquam famosum latronem stratarum diſtu batorem, & consocium Laurētij Sancti Sosij notorij, & famosissimi capitis bannitorum in frustra diuidi faciendo.

Cumque in facto demonstratum
2 euidentissimè sit Iuuenem minorem nunquam à proprijs laribus materna disciplina, & præceptoris Gymnasio discessisse, aspectum, & faciem habuisse non dinigratam more bannitorum, sed dealbatam ad instar pueri non discendentis è domo, vt testes omnes asserunt, minoremque ætatem ex aspectu satis Iudicibus licuisse. Comprobatūque sit tàm per per depositiones Laurentij, & sociorum, quàm ex accurata informatione capta per Generalem Campaniæ Commissarium Laurentiū prædictum nullam habere cognitionem dicti miserabilis iuuenis suspensi.

Adeò, quod ab eisdem Iudicibus negari nan possit, quin cōtra minorem innocentissimum, nulla, nec imaginaria culpa præcedente, præcipitanter, & imperitè, & condemnationem mortis, & executionem affectauerint.

Quapropter in vindicanda eius morte sicuti consanguinei maxima cum instantia comparentes, iniquæ necis vlciscendæ iusta cupiditate ardent, ità & Fiscus pro vindicanda iniuria supremi Magistratus, cuius vices representando iudices publicum scelus commiserunt, eorum animaduersionem, & correctionem in aliorum exemplum instantissimè petit.

Animaduertere debent peritissimi Iudicantes inescusabilem fuisse errorem illorum, si quidem si ordo iudicij attendatur, processit Magistratus ille ex Regia delegatione leuato velo, iuris ordine non seruato, nullis factis defensionibus, nulla admissa appellatione, nulla facta discussione nullitatum, processum fabricando, compilando, iudicando, & exequendo per spatium circuli horarum quatuordecim ex suprema, & Regia potestate, & vt vulgò dicitur ad modum belli procedendo.

Quam potestatē procedendi ad modum belli non posse practicari in casu, de quo agitur ex infrascriptis veris, & indubitatis iuris conclusionibus satis liquidè constabit.

Potestas ista extraordinaria, quæ
3 alias, quando in hoc Regno Gubernatoribus Prouinciarum impartitur, cōceditur sub his verbis; Procedas ad modum belli, & militari modo leuato velo, sola facti veritate inspecta, & sub alijs, & similibus, de quibus per *Ioann. Grand. in tract. de bello exulum in princ. & in prædicam. sub q. 6. num. 5. fol. 16. & 17.*

In statu Ecclesiastico fortis manus
4 appellatur; In Gisalpina, Gallia, & statu Mediolani bracchium Regium dicitur, In Regno Siciliæ modus procedendi ex abrupto, & in M.C.V. præheminentia; quamuis in alijs Regionibus sub diuersis principibus diuersimodè ap-
5 pellari soleat; de iure verò communi liberum arbitrium importat, quæ omnia originem habuerunt à manu Re-
6 gia, qua Populus Romanus in initio suæ fundationis vtebatur, & meminit de ea *Pompon. in l. 2. ff. de orig. iuris, declarat latè Nacl. in clem. sapè de verb. signif. Paris. de Put. in tract. de sind. in verb. arbitrium cap. 2.* & alij quos recenset *Menoch. de arb. q. 7. & 8. lib. 1. Farinacc. in tit. de indit. & tort. q. 37. num. 193. & 194 Detian. in tract. de delict. lib. 4. cap. 25. Blane. in l. fin. ff. de quæst. num. 21. vbi de modo procedendi in Gallia Gisalpina Cominus in rit. M. R.C. Siciliæ in sua praxi in tit. de cau. crimin. in fine ritus,* vbi de modo procedendi in Regno Sicilię, cumulat omnes *Caualcan. de bracchio Regio par. 1. num. 2. 15. 38. cum seq. Maurus Burgius in tract. procedendi ex abrupto q. 1. nu. 2.*

Digitized by Google

nu.2.cum seq. Et de præeminẽtia M.C. latè per Compagn.in cap.si cum sceleratis, vbi eam practicari contra facinorosos delinquentes 12. concurrentibus *à num.24.vsque ad finem*, concludit quæ duodecim requisita ad duo tãtum restringi, scilicet ad grauitatem delicti, & frequentiam initiorum ex practica M. C. refert *Dom. de Franch. decis.143.num.2.*

Licet enim in M. C. vtamur præ-
8 minentia, & in Prouincijs potestate ad modum belli, tamen est maxima differentia à modo procedẽdi ad modum belli, & à præeminentia, quæ extraordinariè exercetur vsque ad litis contestationem tantum, dando torturam ex processu informatiuo, qua illata, & cõtestata lite, expirat præeminentia, & proceditur ordinariè vsque ad sententiam dato termino congruenti, & admissa appellatione; sed ex communi obseruantia translata est ista præeminentia etiam ad Regias audientias, & sub illa generali in modo procedendi ad modum belli subalternatur; proce-
10 ditur namque vsque ad litis contestationem ex processu informatiuo eodẽ modo, quo vtimur in M.C. vigore præminentiæ, licet inchoetur processus cum potestate ad modum belli, quæ dilatatur etiam post litis contestationem extraordinariè procedendo per horas non admissa appellatione in certis personis, & in certis delictis, vt per
11 *Campag.in d.cap.si cum sceleratis in fine Carauit.in ritu 259.nu.10. & latè Grandis de omnibus diff.loc.cit. à num. 13.vsque ad finem fol.mihi 27.*

Vndè multo maiori potestate niti-
12 tur procedens ad modum belli, quia sollemnitates omnes introductas à iure ciuili non obseruat, appellationes non admittit, & omnia alia sub se continet, quæ potestas statuta à iure ciuili, per concessionem liberi arbitrij, & potestatis absolutæ, vt latè per *Grandem fol.mihi 18.19.& 28.num.14.per Caualc.par.1.nu.38.cum seq.Maur.Burg. quæst.2.cum seq.*

Et è contrario prædicti *DD.* concludunt vnanimiter nemine discripante per hanc potestatem sic absolutam, quæ liberum arbitrium importat non esse sublatas sollemnitates à iure gen-
13 tium introductas, de quibus in *l.1.§. ius naturale cum seq.ff.de iust.& iur.* & enumerat genericè *Bar.in l.digna vox. C. de leg.* quæ non respiciunt, nisi facti veritatem, de qua liquidè, & no-
14 toriè debet Iudici cõstare, dixit *Bal.in l.1.ff.de test.milit.Paris de sind.in ver. arbitrium num.11. Amod.de sind.num. 143. Anchar. cons.167. num.3.* quia
15 Princeps non potest per cõcessionem cuiuscunque potestatis derogare iuri naturali, aut gentium. *glos.in l.fin.C.si contra ius, vel vtil. publ. Bald. in l.fin. C.de leg. Bar. in tract. ad reprimendum ver.videbitur num.8. Milleus in suo repertorio verb.arbitrium num.46.& testatur de communi Lancellot. in templo omnium iud. lib.1.cap.1.§.4. vers. ius naturale, & gentium.*

Et si rectè animaduertatur fundata
16 est ipsa potestas in dispositione iuris communis, ex qua inoleuit practica, quod in notorijs non admittatur defensio, nec detur appellatio; quia tanquam calumnioſæ censentur reiectæ, *ad text.in l.fin.verb.sed quid noceat.ff. quis ord.in poss.mitt.latè Aymon. cons. 83.num.5.l.2.C.quor. app. non recip. in*
17 *illis verbis* (itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserint) & ibi notat *Bal.num.5.in fin. & de iure can. habemus tex.in cap. Romana §.fin autẽ de appell.in 6. & ibi glos.in verb. notoriè, vbi allegat concordantia Paris. de Put. de sind. in verbo appellatio cap.1. num.11. in fin.fol.mihi 52. Angel. de malef.in ver.præsente dicto eaio.nu.19. Maran.de ord.iud.par.6.act.2.num. 282.fol.mihi.* & innumeri quos recenset post *Clar.in practic. crim. in §.fin. q.94.ver solet etiam, & in quæst.9.ver. item quæro Baiar. Farin. q.21.num.8.*
18 Quæ practica supra relata communiter est recepta, vt procedat in notorio facti permanentis per eius euidentiam,

secus

secus autem in notorio iuris, quod resultat, aut ex confessione, aut ex probatione, quia tunc in criminalibus nō prohibetur appellatio *Sigismund. Scac. de iudic. causarum ciuil. & crim. lib. 1. cap. 97. num. 119.* & hanc esse notissimam regulam iuris, & communiter ab omnibus receptam firmat *Farinac. d. quæst. 21. nu. 117. & quæst. 101. nu. 60. propè finem, & 62.*

Si enim potestas illa ortum non ha-
19 beret ex rationabili legum dispositione, subsistineri non posset, & tanquam sine ratione, & lege esset reicienda *ad tex. in auth. vt nulli iudicum §. 1. cap. 1. 9. dist. cum concord. alleg. per Andr. in prælud. feud. num. 24. & 25.*

Et propterea dixit *Bald. in l. fin. in fine C. de legibus*, quod Iudex quantum-
20 cumque liberum habeat arbitrium, debet per euidentiam facti indagare veritatem, cum perquisitio veritatis sit sollemnitas iuris gētium, quæ (vt dixi) per liberum arbitrium non tollitur, *Det. in l. 2. col. 2. C. de eden. ex text. in cap. fin q. 5. & l. fin. ff. de probat. Vant. in tract. nullit. ex defect. processus num. 30. 36. & 37. Capyc. decis. 69. num. 35.*
21 Et ideò cum defensio sit iuris naturalis, negari non potest, nec tolli per liberi arbitrij concessionem, dixit *Bart. in l. filiusfamilias num. 4. ff. de donat. Bal. in l. milites num. 5. C. de testam. milit. Iason in §. in bona fidei num. 35. instit. de actio. Anchar. consil. 167. Marsil. in l. vnius §. cognitionem nu. 44 ff. de quæst. cumulat alios Vrs. ad Afflict. dec. 391.*
22 Iudex enim non potest absque sollemnitatibus à iure gentium introductis causam terminare, licet sit in bello, & militari modo procedat; debet, namq; ei plenè de facto constare, & de liquida veritate, vt dixit *glos. in §. plenè instit. de milit. test. & in l. milites C. de test. milit. sentit idem Bart. in l. 1. ff. de officio eius. Paris. de sind. ver. lato cap. 1. nu. 3.* quia
23 factum ipsum, & veritas iuris naturalis sunt, & tolli non possunt, *Capyc. dec. 69. num. 35. post. Bald. in l. præsbiteri C. de Episcop. & cleric.* & de communi testatur *Vantius in d. tract. nullit. ver. de null. sent. ex defect. proceff. nu. 30. & 36.*

Et tantum enim Iudici de veritate
24 facti liquido constare debet, quod si de ipsa aliqualiter dubitare possit, aut aliquam suspitionem habeat, vt quia naturali rationi contradicit, vel si verisimilitudo facti repugnet, aut quid aliud, quod in sua ratione, & cognitione contradictionem habet, non potest, nec debet ad sententiam deuenire, imò iudicatum suspendere dixit. *Bar. in d. l. filiusfam. num. 6. Bal. in l. solam in fin. C. de test. quem sequitur ibi Barbat. in addit. & cæteros*, quos recenset *Menocch. de arbit. q. 25. nu. 23.*

Ex quibus dubitari non potest pote-
25 statem hanc liberi arbitrij fundatam esse in dispositione illa à iure communi introducta, qua cautum apertissimè demonstratum est pro fundamēto habere facti veritatem, & rationem concludentem, & æquantem mentem Iudicis iudicantis. Cum enim ipsa in eodem Iudicis arbitrio resideat, mutatur arbitrium, & cessat, quando illa, que in facto proponuntur, rationi non consonant, latè *Caualc. de bracchio Regio p. 2. nu. 74. & p. 3. nu. 32.*

Sequitur propterea, quod cum talis potestas, & illa prodedendi ad modum
26 belli, quæ in commissione præsidibus datur non contineat nisi certos casus, & certas personas, ea prouinciales vti non possunt, nisi seruatis sollemnitatibus à iure gentium introductis, vndè dixit notabiliter *Marsil. cons. 7. nu. 52.* quod si Iudici detur liberum arbitrium animaduertendi in bannitos, potestas
27 illa non exerceri potest, nisi contra notorios latrones, & malefactores, quia bannitus non potest dici, nisi qui communi æstimatione habetur pro forascito, *Marsil. in pract. crim. §. aggredior num. 34. qui allegat Ang. in l. si duo ff. de acquir. hæred. & sequitur Feller. in pragt de foriudic. nu. 9. Et dixit Bald. in l. 1. §. ait prator ff. ne quid in flum.*
28 *publ. quod tale bannum*, seù potestas non comprehendit, nisi diffamatos pro

Digitized by Google

foraſcitis, *ex gloſ.4.in clem. in pleriſque de elect.poteſt.Det.in l.1,num.14. C.de eden.Iaſ.in l.centurio nu.50.ff.de vulg. & pup.* Et in ſpecie, quod poteſtas ad modum belli non intret, niſi contra la-
29 tronem publicum ab omnibus cognitum, & iudicatum in corrigibilem, dixit *Luc. de Penn.l.1.num.23. cum ſeq. C.ne ruſtic.lib.10.* vbi notabiliter dixit,
30 quod præcipua cauſa, qua Princeps mouetur ad concedendum talem poteſtatem, fundatur in incorrigibili latronum audacia, quæ non patitur Regnum eſſe quietum, & tranſitum ſecurum, *ex text.in l.2.C.de his,qui latron. & in cap.notandum 23.quæſt.2. Pariſ. de ſind.verb.latro cap.1.num.2. idem Luc.de Penn. congerit alios in l.1.C.vt armor. vſus lib.11.*

Et ſi rectè intueantur verba poteſtatis conceſſæ præſidibus, ex eis clarè
31 colligitur poteſtatem illam non poſſe exerceri, niſi contra notarios foraſcitos, inquietatores pacis, & publici commercij, vt optimè conſiderat *Grand. d. tract. de bello exulum fol. mihi 55. vbi ex Carauit. in prag.1.de exul.nu.9.* dat etimologiã foraſcitorum, dicens quod
32 foraſcitus dicitur, qui ratione delicti, & prauæ voluntatis exit foras, & dicitur foraſcitus, quaſi foras itus, & poteſtatem illam practicari aſſerit ſolum in ſupradicta ſpecie foraſcitorum, qui ſint notorij, & inquietatores pacis, & publici commercij, *& fol.57.* teſtatur talem declarationem fuiſſe factam per Collaterale Conſilium Regiæ Audiẽ-
33 tiæ Calabriæ de hoc dubitanti in anno 1583. & in eodem anno apparet declaratio facta ad inſtãtiam Ciuitatis Neapol. vt non aliter exerceri poſſit talis extraordinaria poteſtas, niſi contra graſſatores ab omnibus cognitos turbantes, & inquietantes pacem publicã, contra quos tanquam notorios, & diffidatos ab omni commercio partes iudicis non ſunt, niſi in condemnando, quia ſollemnitates iuris ciuilis cenſentur ſublatæ, & conſtat de ſollemnitatibus à iure gentium introductis, quæ non reſpiciunt niſi notoriam, & liquidam facti veritatẽ, vt ſi duceretur ante præſentiam iudicantis cum tali poteſtate *(vn Marco Sciarra)* ſeù) vt temporibus noſtris (*vn Nicola Vallone*) qui ab omnibus eſt habitus, & cognitus, pro notorio graſſatore, & pacis inquietatore, & in ipſo non eſt neceſſarius
34 proceſſus, nulla defenſio, nec admittẽda appellatio, & per horas erit exequẽda ſententia, & in talibus ſic practicari poteſtatẽ iſtam in ſpecie poſuit. *Grand. fol.mihi 28.num.14. vbi hæc verba profert.* Septimus eſt modus belli, qui practicatur, & non habet locum, niſi contra exules captos in perſecutione, ſeù repertos in fraganti, tunc conſtito de facto poteſt per horas, & ex abrupto procedi.

Et cum liquidò conſtet ex aſpectu, Iudicantes cognouiſſe infelicem iuuenem minorem, non facie denigratum, nec vlla imaginaria præſumptione, &
35 coniectura poſſe præſumi bannitum, vt omnes teſtes dicunt, ſtandum erat eorum iudicio ex doctrina, *Bart.in l.de ætate ff.de minor.* reiecta omni alia probatione tanquam ſuſpecta, & falſa, *ex text.in l.minor.25. annis adito ff. de minor. & ex gloſ.in d.l.de ætate in ver. probandum in fine*, vbi quod in dubio quis minor potius præſumatur, quam
36 maior, cum ſemel fuerit minor, *arg.C. de probat.l.ſiuè poſſidetis, & C. de in integrum reſt.l.ſi minorem, & ibi gloſ. in verbo comprobatum.*

Et in §.1.inſt.quibus mod.tut.fin.in ver.ex habitu dixit notabiliter Accurſius ex opinione Mart. quod Iudex tenetur quæſtionem de ætate oculis ter-
37 minare ex aſpectu, iudicando ſecundũ ſuam conſcientiam *ff.de ferijs l.2. & ff. finium, quod idem confirmauit in dicta l.minor in ver.perfectum.*

Et quod reiecta dubia teſtium probatione, ex aſpectu debeat Iudex terminare quæſtionem de ætate in proprijs terminis deciſum refert *Gramat. deciſ.48. num.18.*

Contra quem tanquam minorem nõ poſſe

38 posse intrare potestatem ad modum belli, ex multis probat *Maur. Burg. d. tractat. de modo procedendi ex abrupto cap.* 66. Et temporibus nostris, potestatem istam liberi arbitrij, & procedendum ad modum belli per horas, per generalissimos campaniæ Commissa-
39 rios tempore quo Regnum, & immanitate delictorum, & numero famosorum bannitorum ardebat, nunqam vidimus practicata, nisi contra notorios bannitos ab omnibus cognitos, & reputatos pro talibus, adeò quod de eis dubitari non potuerit, & contra captos in persecutione, vel repertos in fraganti delinquendo.

Quæ omnia cum in facto satis constet non concurrere in miserabili iuuene minore. Imò probatum cõtrarium, & apparere ex eodem processu præsumptiones, inditia, & coniecturas, nõ posse iudicari bannitum; erat namque vt diximus habitus, & cognitus, pro minore ex aspectu, non suspectus de bannito, quia non facie denigratus, nunquam inquisitus, non captus in persecutione, non infraganti delinquendo sine armis cum veste clericali, contra ipsum nulla fama, nec suspitio viri facinorosi aderat, nec ab aliquo, per campaneam armatus, nec in comitiua visus, imò demonstratum nunquam à paterna domo, & scholastica disciplina discessisse.

Si nulla aderant inditia, vt præsumeretur delinquens, & tot, & tantæ pro-
40 bationes, quæ ipsum à falsa imputatione excludebant. Quomodo intrauit contra eum potestas procedendi ad modum belli, & per horas, Et quo iure nulla precedente fama, nullo inditio, & nulla informatione de captura, tanquam Reus interrogatur si Iu-
41 dex absque inditijs neminem reum facere, & interrogare potest, vt dixit notabiliter *Marsc. conf.* 130. *num.* 34. *in fin. Boss in tit. de exam. reis num.* 6. &
42 *seq.* imò mortaliter peccare Iudicem reum interrogantem de delicto legitimis non præcedentibus inditijs demõstrat *Sarmient. select. interp. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 4. quod & idem latissimè demonstrat *Nauar. in rubr. de Iud.* §. *decimum tertium principale*, *Flamin. Cart. in pract. inter reos lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. 5. & 6. & qualia debeant esse inditia præ-
43 cedentia ad interrogationem ponit *Sigismund. Scaccia in tract. de inditijs cauſ. ciuil. & crimin. cap.* 58. *num.* 8. & 9. & *cap.* 84. *uu.* 9. quæ congerit etiam *Farin. in tit. de inquisit. q.* 1. *nu.* 45. *in quinta opinione*, & *in tit. de indit. & tortur. quæst.* 37. *num.* 172.

Qua propter cum ex facto, & iure liquidè constet non potuisse in hoc casu practicari potestatem liberi arbitrij, & procedendi ad modum belli, sequitur indubitata conclusio, quod ei nequaquam poterat tolli appellatio, quæ cum iniustè sit sublata, & executa sententia capitalis, dispositio capituli Regni si iustè nescio quo modo in hoc ca-
44 su practicari non debeat. Statutum enim est per dictum capitulum, quod Iudici exequenti sentẽtiam capitalem non admissa appellatione in casu, in quo esset admittenda, imponatur pęna mortis naturalis, quam esse practicatam pluries in Regno, refert *Andr. in tit. quæ sint Regalia in verb. & bona committentium num.* 75. vbi dicit per hæc verba. Audiui diuæ memoriæ Carolum Primum fecisse suspendere Iudicem, eo quod non suspendendum damnauerat. Et refert *Bouadiglia in sua polit. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 76. & 77. *fol.* 710. condẽnatum fuisse à Deogliare quendam Iudicem nobilem, eo quod non admissa appellatione mortis condemnationem exequutioni condemnauerat, licet absque sorde. Quam sententiam fuisse posteà reformatam in condemnationem ad remigandum, & exequutam cum solutione ducatorum bis mille, & omnium damnorum expensarum, & interesse.

Nec iuuat allegare informationem hanc ortum habuisse à spontanea confessione condemnati, qua nulla maior probatio, & vbi ipsa apparet facit rem

Digitized by Google

45 manifestam inducit notoriũ, & habet vim rei iudicatæ, *ex text. in cap. vestra, & cap. fin. de cohabit. mulier.* & ex alijs innumeris allegatis, *per Farinac. q.* 81. *num.* 4. Et quod in notorijs non datur appellatio, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, ex dispositione *text. in cap. cum sit Roman. §. fin. & cap. peruenit, & cap. consuluit extra de appell. & ex l.* 2. *C. quor. appell. non recipiat. de quibus cum multis per eundem Farin. q.* 21. *nu.* 117. *& q.* 101. *nu.* 60.

Conclusio vera, & ab omnibus recepta firmatur; tunc demum de-
46 negari appellationem in notorijs, quando notorium est facti permanentis, quod inducit finitam, & indubitatam probationem immediatam ex natura facti, vel rei continuæ, seù interpellatæ, aut momentaneæ se oculis hominum, aut maioris partis ità exhibententem, vt nulla possit tergiuersa-
47 tione celari, aut negari, vt puta cuius vniuersus populus, aut maior pars testis esse possit, quam diffinitionem, *ex text. in cap. cum dilectis extra de purg. can. & ex cap. tua, & cap. fin. de cohabit. cler. & mul. & ex alijs ponit Milleus in repet. ver. notorium facti, sequitur Conrad. in pract. in tit. de notorio crim. nu.* 6. *Mascard. concl.* 1101. *num.* 4. Quia
48 notorium facti est illlud, quod propriè, & verè dicitur notorium; ad differentiam notorij iuris, quod impropriè, & largè appellari potest notorium, vt optimè post *Ant. de Butrio Abb. & alios demonstrat Farinac. quæst.* 21. *num.* 8. *in fin.* Et ratio diuersitatis, quia notorium iuris resultat ex actis iudicio factis ex probatione finita ex facto iudi-
49 cialiter discusso, vel per partis confessionem, aut alias notorio à iure sumpta, approbata, ficta, vel præsumpta, vt per *Ant. de Butr. Capyc. & alios relatos in d. concl.* 1101. *per Mascard. num.* 3. *& seq.* quod notorium cum ex iuris di-
50 spositione, & ex actis oriatur statim quod à parte saltim colorate oppugnatur, transit in dubium, & notorietas commutatur; Quod secus in notorio facti permanentis, vt diximus, illud enim dubitationem non recipit, nec per negationem dubium efficitur, dixit *Abb. in cap. tua nos num.* 4. *de cohabit. mul.* & rationem affert *Mascar. d. con-*
51 *clus.* 1101. *nu.* 8. Quia notorium facti non potest esse, nisi de eo, quod est verum, & de quo habetur certa scientia, & ideò non potest impugnari, sequitur *Farinacc. qui alios allegat d. quæst.* 21. *num.* 18.

Quibus definitionibus notorij facti permanentis, & iuris benè cognitis, conclusio supra firmata remanet indu-
52 bitata, quod in notorio iuris, quod resultat ex confessione, aut probatione in iudicio factis, denegari non possit appellatio, *Sigismund. Scacc. supra relatus de iud. caus. crim. lib.* 1. *cap.* 97. *nu.* 119. testatur de communi, & quod hęc est notissima iuris regula, *Batard. ad Clar § fin. quæst.* 94. *num.* 19. *& cumulat alios Farinacc. d. quæst.* 101. *nu.* 60. *propè finem, & 62.*

Nec reperio aliquem dicẽtem, quod condemnatio, quæ sequitur ex sola confessione habeat exequutionẽ reie-
53 cta appellatione; Esset enim id asserere contra expressam legis dispositionem, qua cauetur tunc demum appellationem non admitti, quando reus est confessus, & insimul conuictus, vt in *l.* 2. *C. quorum appellatio. non recip.* congerit omnes *Farinacc. quæst.* 101. Et conclusio, quam Doctores disputãt non est, vt spontè confesso denegatur
54 appellatio, sed an ex sola confessione sponttnea possit sequi condemnatio, vel ad extraordinariam, vel concurrentibus alijs etiam ad pœnam ordinariã, de quibus latè *Farinacc. d. quæst.* 81. *à num.* 3. *cum seq.*

Quod autem non possit sequi condemnatio, nec ad pœnam extraordinariam, ex confessione, quæ allegatur infelicissimi suspensi, demonstratur.

Ex processu videtur, & apertissimè noscitur nullam præcessisse famam, nec suspitionem cõtra suspensum, nullum inditium, nullum examen de ca-

ptura,

Digitized by Google

ptura, sed incipit prima pagina processus à confessione, quam spontaneam apparere faciunt, quod inueriſimilitudinis certam ostendit probationem, confiteri absque interrogatione spon-
55 tè non potest, nisi demens, & ita iudicandum esse demonstrat *Ameſc. lib. 1. cap. 19. de poteſt. in ſe ipſum*, nec posse Iudicem ex tali confessione deuenire ad condemnationem, cum nemo sit dominus membrorum suorum, optimè
56 arguit *Facchin. lib. 1. controu. iur. c. 21. ſequitur Maur. Burg. de mõdo procedẽdi ex abrupto quæſt. 22. num. 12. & 13. & ante ipſum dixit Farinac. q. 23. num. 2. & q. 2. nu. 7 in fine 5. ampliat.*

Et si (vt diximus) mortaliter Iudicẽ peccare reum interrogantem de deli-
57 cto, legitimis non præcedentibus inditijs, *ex Sarmient. Nauar. Cartar. & alijs*, impossibile erit in hoc casu, cum ignoratur, nec apparet ex processu modos capturę, infelicem iuuenem illum, de per se voluisse sponte confiteri. Veritatem facti quomodo extorta, & suggesta fuerit illa confessio inferius demonstrabo. Dicam nunc, quod de ea nullam debebant Iudices habere rationem, nec poterant deuenire ad condemnationem aliquam ex multis.

Primò, quia nullum præcedebat delictum in genere de delictis cõfessatis, Et licet conetur pars applicare delictũ commissum in nemore Ceruariæ, nec tempus, nec locus, in quo corpus mortui banniti, humanum confessatur, con-
58 ueniunt, cum veritate, quo casu ex *tex. in l. 1. §. illud, & l. neceſſariò §. 1. ff. ad Syllan. & in l. inde Neratius, & l. ſequ ff ad l. Aquil. & gloſ. in l. vnica C. de cõfeſſ firmat Menoch. caſ. 269. nu. 8.*
59 Idem esse non apparere delictum in genere, vel non concordare cum confessione inquisiti, Et prohibitum esse Iudici nullam prosequi condemnationem, neque etiam pœnæ extraordinariæ, sequitur *Farinacc. qui alios allegat quæſt. 81. num. 24. & 30.* vbi in specie de circumstantijs confessionis verificandis à Iudice, & latissimè *in quæſt. 2. num. 7. in 5. ampliat.* vbi est proprius locus, & demonstrat huiusmodi conclusionem esse ab omnibus receptam, & nullam habere contradictionem.

Secundò, de confessione illa nulla
60 poterat haberi ratio, Quia nulla præcedebant inditia, vel saltim fama secũdum communem ab omnibus receptã opinionem *per Marſil. conſ. 130. num. 34. ex tex. in l. 1. §. Diuus Seuerus ff. de quæſt. Flamin. Cartar. in pract. interrogand. reor. num. 2. & num. 5. & 6. Maſcard. qui alios plures refert concordantes de prob lib. 1. concluſ. 351. num. 1. & ſeq. Honded. conſ. 102. num. 19. & ſeq.*
61 Et contrarij tenẽtes diuersam opinionem concludunt posse sequi condemnationem, sed non pœna ordinaria, vt demonstrat *Farinacc. d. quæſt. 81. num. 14. & 15.*

Tertiò, debebat declarari nulla confessio illa tanquam facta coram
62 Iudice competenti extra locum iudicij, nec Iudice pro Tribunali sedente, *cap. at ſi clerici, vbi communiter omnes extra de iud. gloſ. in cap. cum ſuper verb. confeſſus extra de confeſſ. l. cum ſcimus C. de agric. & cenſ. lib. 11. iuncta gloſ. in l. iubemus in ver. aliud iudicium verſ. non obſtat infra C. de liber. cauſ. Feller. pract. crim. verb. & ſi confitebitur par. 1. num. 3. 7. & 60. Clar. §. fin. quæſt. 55. verſ. præterea etiam, & verſ. item poteſt dicere, & quæſt. 21. verſ. ſed hic addit, vbi alijs relatis teſtatur de communi Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 252. num. 1. & 349. num. 6. & concluſ. 344. nu. 7. vbi de communi, & concluſ. 351. nu. 7. & concluſ. 348. nu. 26. Bertaz. conſ. crim. diuerſ. 45. nu. 3. lib. 2.*
63 vbi ampliat etiam, quod Iudex, qui nõ est competens nomine publico confessionem recipiat, & parte interrogante, & confirmat idem in *conſ. 342. num. 3. lib. 2. Flamin. Cartar. de exequ. ſentent. cap fin. num. 218.* vbi relatis omnibus testatur de communi, & veriori opinione *Honded. conſ. 66. nu. 59. cumulat alios Farinacc. d. quæſt. 81. num. 50. & num. 188. & num. 62.* vt nihil valeat si

Digitized by Google

fuerit facta coram duobus, ex tribus Iudicibus datis, & delegatis, quia ad hoc vt confessio noceat, debeat emanare coram omnibus Iudicibus, si plu-
64 res Iudices deputati sunt, aliter nihil valet, *ex Felyn. ib cap. qualiter, & quãdo* §. *licet autem nu. 9. de accus. Foller. pract. crim. ver. si confitebuntur par. 1. num. 6.* & de communi testatur *Gabr. lib. 1. tit. de confess. concl. 1. nu. 6.*

Nec supradictæ conclusioni obstant *decisiones Mastrill. 292. nu. 17. & Menocch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 16.*
65 *nu. 23.* qui limitant supradictam conclusionem non habere locum in Iudicibus ordinarijs; Quia confessio, de qua agitur non solum non fuit facta coram Iudice ordinario, sed nec coram Iudice habente iurisdictionem, apparet namque recepta corã Fisci Patrono illius Audientiæ, qui omni caret iurisdictione, & extra locum iudicij in domo Præsidis, nec in Tribunali, vbi residet Audientia, cùm omnes Auditores tãtùm sint specialiter delegati ab Excellentissimo Protege, vt apparet ex concessione, & potestate procedendi ad modum belli concessa Præsidi, & toti Audientiæ, Vnde nulli dubium confessionem fuisse nullam, nec de ea posse haberi rationem tanquàm factam co-
66 ram illo Iudice, qui potestatem condemnandi non habebat, *ex magistrali doctrina Bal. in d. cap. at si clerici nu. 4. de iudic. & notant omnes in l. magistratibus ff. de iurisd. omn. iud. & particulariter notat Farinacc. d. q. 81. nu. 204.*

Quartò, tunc demum Doctores fir-
67 mant ex spontanea confessione posse sequi condemnationem, quando liquidò Iudici constat de veritate omnium dictorum in dicta confessione, adeò quod Iudex innihilo possit dubitare veritatem, reum confessum esse,
68 & animus, & intellectus Iudicis quiescat super ea, dixit *Bald. in l. vnica. nu. 23. vers. secundo casu C. de confess. Alberic. in l. 1. §. si quis vltro per illum tex. nu. 2. ff. de quæst. Pariss. de sindic. verb. tertius cap. 7. nu. 7. vers. si verò confitetur falsum, Bertaz. cons. 29. nu. 1. lib. 1.* & testatur de communi *Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 384. nu. 1.*

Veritatem namque tunc dicitur Iu-
69 dici constare, quando confessio est possibilis, verisimilis, & nullam continet dubietatem, quòd vt Iudici plenè constare possit, debet aliunde verificare partes omnes circumstantiarum, & qualitatum confessatarum, & adhibere alios testes, adeo, quòd quantum in dicta confessione narratur, totũ sit aliunde probatum, & vsque quo Iudex per alios testes non verificauerit omnia particularia narrata, & confessata debet supersedere in procedendo, & nun-
quam deuenire ad sententiam.

Et ideò dixit *Bald. in cons. 479. incip.*
70 *tres sunt casus nu. 2. lib. 5.* quod confessio nocet confitenti si illi non resistant indicia verisimilia, & probabilia innocentiæ, *Foller. in pract. crim. verbo, & si confitebuntur pa. 1. num. 33. & seq. fol. mihi 298. Menocch. de arb. cas. 269. nu. 3. & nu. 9. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 384. nu. 4. Detian. lib. 7. cap. 45. nu. 22. & refert Gramdec. 2. nu. 39.*
71 *& 40.* quod debet Iudex in quantum potest verificare delictum confessum esse verum, & quod in hoc Iudex debet esse bene cautus, ex quo datur sibi cautela, vt non debeat stare nudæ confessioni inquisiti, sed debeat mittere exploratores ad verificandum qualitates, & circumstantias delicti confessati alias sæpè condemnaret innocentes, & sic damnaret animam, & corpus suum, quia si non aliter constet de delicto, nisi per solam confessionem, non debet inquisitus puniri.

Si enim confessio non sit verisimi-
72 lis, probabilis, & possibilis nihil operatur, vt demonstrant *Marsill. in l. repeti post nu. 19. ff. de quæst. & in rubr. C. de probat. nu. 118. vbi ponit exempla sequitur Foller. in sua pract. in verb. si confitebuntur par. 1. num. 36. & nu. 38. latè Menocch. d. cas. 269. nu. 3. & 8. & Detian. lib. 7. d. cap. 43. nu. 22.*

Et admonet Iudices *Marian. Socc.*

in cap.

Digitized by Google

in cap. qualiter, & quando il secondo,
73 *nu.* 975. *de accusat.* vt benè inuestigẽt omnes qualitates, & circumstantias delicti confessati ad hoc, vt cognoscãt si reus fassus est veritatẽ, & *nu.* 1102. *vers. si verò non concordauerit,* inquit, quod confessio non verificata in suis qualitatibus non sufficit ad condemnandum, neque extraordinariè.

Et Paris de Put, in tract. de sind. in verb. confessio cap. 1. *nu.* 5 *fol. mihi* 150.
74 refert Commissarium quendam, qui condemnauit confessum occidisse hominẽ, & in certo loco ipsum sepelijsse, non facta diligentia, nec verificato, q eo loco esset ossa occisi, quod non poterat, nec debebat ipsum condemnare, & multa alia his similia ponit exempla, tradidit *Brun. in tract. de indit. & tortur, par.* 2, *quæst.* 6. *nu.* 13. vbi dicit Iudicem non posse prosequi in causa, nec deuenire ad condemnationẽ, nisi prius verificatis omnibus qualitatibus in confessione narratis, & se vidisse plures ex confessione non verificata iniustè, & malè, vel sæuitia officialium condemnatos.

Refert alios *Francis. Cason. in tract.*
75 *de tort. cap.* 1. *in rub. de pericul. tormẽt. nu.* 9. *& cap.* 10. *rub. de confess. nu.* 1. *& seq.* Et quod debet semper duci confitens ad locum, in quo fatetur se commisisse delictum, vt cadauer inueniatur notat *Faller. in pract. crim. verb. & si confitebuntur par.* 2. *sub nu.* 5. *vers. & ideò, sicut Iudex fol.* 316. alios refert *Farinacc. d. quæst.* 81. *num.* 30. vbi in fine testatur, ità communiter ab omni-
76 bus *DD.* esse receptum, & quod ità fuit semper obseruatum à bonis Iudicibus, qui aliter faciant, & innocens condemnetur non facta diligentia pro verificatione circumstantiarũ, & qualitatum confessatarum, Iudex erit in lata culpa, & tenetur de mala condemnatione, & punietur in hoc, & in alio sæculo.

Certè si verificatæ essent ante condemnationem circumstantiæ, & qualitates confessatæ a miserrimo condemnato, compertum esset falsam, & erroneam suam confessionem, præsertim si confitẽs ductus fuisset ad nemus Ceruariæ, vbi corpus banniti occisi diuisus à capite confessus fuit, fuisse sub terra positum in certa parte nemoris, Quod erat falsissimum, fuit namque sepultus in Ecclesia, vt ex facto clarè cõstat; Et si sigillatim animaduertantur delicta, qualitates, & circumstantiæ confessionis pauperrimi condemnati cognoscetur omnia per ipsum dicta esse inuerisimilia, impossibilia, dubia, incerta, tacita, vel implicita, quæ ex diligentijs postmodum factis sic fuerunt judicata, quæ si præcessissent, certè dubita. i non potuisset de veritate facti, & falsitate confessionis, nec vlla sequuta fuisset condemnatio, vigore talis confessionis, cùm pro condemnatione vt confessio sufficiat, debet esse clara,
77 lucida, & espressa, explicita, verisimilis, probabilis, & possibilis, vt dicebat *Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 344. *nu.* 12. *Ludou. Peguer. decis. crim. decis.* 17. *nu.* 4. *Viu. decis. crim.* 46. *nu.* 5. *lib.* 2. *Bertazz. cons.* 29 *num.* 17. *& cons.* 24. *nu.* 2 *& cons.* 55. *nu.* 6. vbi omnes vnanimiter concludunt, quod ad hoc, vt ex confessione sequi possit condemnatio, confessio debet esse inuulnerabilis, & nullam pati exceptionẽ, vel labem, & sic quod debeat esse omni exceptione maior, quod idem repetijt idem *Bertazz. cons.* 61. *nu.* 9. *& cons.* 70. *nu.* 12. *& cons.* 114. *nu.* 9. *& cons.* 187. *nu.* 12. *& nu.* 15. *& cons.* 215. *nu.* 5. *& num.* 9. *cons.* 242. *num.* 12. *lib.* 1. *& lib.* 2. *cons.* 571. *num.* 10. *& seq. & Honded. cons.* 108. *nu.* 46. vbi quod confessio, vt noceat debet esse nitita, certa, clara, inuulnerabilis, & aliundè verificata in omnibus circumstantijs, & qualitatibus in ea confessis, & relatis.

Et pro complemento validitatis, effectus confessionis spontaneæ, animaduertendum est ad dicta per *Bald. post Innoc. per eum allegatum in l.* 1. *nu.* 83. *C. de confess.* quod licet confessio spontanea validet ineptitudinem inquisi-

quisitionis, non tamen supplet inquisitionis defectum, quia inquisitione nõ præcedente, seu accusatione; confessus condemnari non potest, saltim in pœnam ordinariam, licet benè si post con-
78 fessionem subsequatur inquisitio possit ex præcedente confessione in iudicio inquisitionis per Fiscum repetita condemnari, quamuis dicta inquisitio præcedere debuisset, sequitur *Fulgos. Bald. declarationem in l. 1. nu. 3. in fin. vers. exigitur tamen accusatio, vel inquisitio ff. de confess. Brun. de indit. par. 2. quæst. 6. post nu. 30. Carrer. in pract. in 2. tract. de indit. §. in text. ibi voce propria confessus nu. 10. & in 3. tract. de homicid. §. & nota doctrinam nu. 13. Vulpell. conf. 1. nu. 5. & respondet contra rijs Farinacc. d. quæst. 81. nu. 82.* quod
79 quemadmodum sine processu potest confessus condemnari, sed non in pœnam ordinariam, ità confessus sine inquisitione præcedente condemnatur non in ordinariam pœnam, sed in extraordinariam, dixit *Bero. in cap. at si clerici num. 44. in fin. vers. & sequendo hanc opinionem à nu. 45. & 46. in princ. extra de Iud. Hippol. Rimin conf. 126. nu. 18. cum seq. lib. 2. post Angel. in cõs. 178. num. 2. & nu. 3. vers. si quam ergò pœnam*,

In cõfessione de qua loquimur nulla præcessit, nec inquisitio, nec accusatio; testes de captura fuerunt examinati post cõdemnationem, & mortem confessi; Nulla sequuta fuit repetitio confessionis, quomodo igitur ex sola illa confessione nulla præcedente inquisitione, nec accusatione, licet confessio nullum pateretur defectum, poterat suppleri defectus inquisitionis, quæ nec præcessit, nec potuit subsequi; si communis opinio supra relata quando confessio fuisset vera absque defectu, confessus condemnari non potuisset nisi extraordinariè ex supra relatis.

Ex quibus credo dubitari nõ posse, quin ex illa confessione sic nulliter recepta tot defectibus vestita nulla pos-
70 set sequi condemnatio, & quod Iudices, qui malè condemnauerunt sine graui pœna puniendi, licet non dolosè, sed per ignorantiam, vel imprudentiã id fecissent seruata forma *Constit. Regni si Iudex sub tit. de pœn. Iudic. qui malè iudicauerit, vbi notabiliter Affl. & dixit Andr. in tit. quæ sint Regal. in vers. & bona committentium crimen.*
81 *Maiestatis nu. 15.* quod Iudex qui sinè dolo propter culpam interfecit innocentem, nõ debet puniri pœna mortis, quia etiam lata culpa *in l. Cornelia de Sicar. non æquiparatur dolo l. in lege ff. de leg. Cornel. de Sicar.* Punietur tamen corporaliter sine morte secundũ eum, vt alias culpabilis non dolosus, *vt in l. 3. vers. seu ex Senatus consulto, & in l. lege Cornelia §. cum quidam ff. eod. & notat glos. in d. l. in lege, refert, & sequitur Greg. Lopes p. 3. in glos. ad l. 25. tit. 22. in verb. & si el Rey, licet Andr.*
82 *loc. cit.* in eo Iudice, qui calore iracundiæ, aut nimia crudelitate motus hominem interfecit, vel iussit interfici, teneat indubitanter, quod debeat puniri pœna mortis, licet alias *ex tex. in l lex Iulia. §. si ff. ad leg. Iul. repetund. & ex doct. Bald. in l. 1. C. ex delict. defunct.* pœna Iudici calore iracundiæ hominem interficienti deportationis imponatur, quem extraordinariè corporaliter puniri arbitrio Regis firmauit *Affict. d. constit. si Iudex nu. optimè Giurba, qui distinguit plures casus, firmat idem in secundo casu conf. 68. nu. 33. vers. 2. casus est.*

Quod autem nullam possint afferre exculationem fuisse iudicãtes in lata, imò latissima culpa, quæ dolo æquiparatur, videantur acta, & processus, ex quibus nonnisi præcedente confessione sequuta fuit condemnatio, ex cuius namque visura euidenter cognoscitur confessionem illam esse erroneam, & falsam, vt in facto ex pluribus actis in dicto processu sistentibus euidentissimè demonstratum est, & negari non potest viso processu confessionem illã
83 admissam ex maxima negligentia relatoris,

Digitized by Google

latoris, qui non vidit, nec percunctauit acta, quæ culpa, & negligentia cum iniustam sententiam condemnationis paruerit, extraordinariè pœna corporali cum priuatione perpetua exercitij puniendos esse iudicantes dixit *Andr. notabiliter in cap. vnic. de controuers. inter dom. & emptor. pœnult. & fin. col. vbi inquit hæc verba*, si verò Iudex con
84 fisus non ponderauit merita causæ, & indeliberatè se habuit, non studuit, neque laborauit ad veritatem habēdam, licet non sit in dolo, credens sic esse de iure, erit lata culpa. *ff. de verb. sign. l. lata culpa*, & subdit quod Iudex non semel, sed pluries Iudex legat processum, & videat quæ videnda sunt, vt ni-
85 hil omissum prætereat, quia hoc ad suum spectat officium, id enim est validum, quod repetita lectio comprobat *C. de emend. Iustin. codic. circa med.* in quocunque horum deficeret Iudex, esset in magna negligentia, & culpa lata, & punietur pro qualitate damni, refert, & sequitur idem *Gregor. Lop. par. 3. tit. 22. ad l. 24. in verbo dagno in fin.* vbi quod vltra pœnam pro qualitate damni priuari debet Iudex perpetuo exercitio officij, *ex text. in l fin. C. de pœn. iud. qui malè iudic. in ver. infama-*
86 *do, & in ver. tollido*, quia reputatur infamis, & tanquam talis non potest amplius esse Iudex, & loquitur in damno proueniente parti in causa Ciuili, quia si in causa Criminali aliquem iniustè scienter condemnauerit, licet non pecunia accepta similitudine supplicij esset damnandus, sequitur *in l. seq. quæ est*
25 *ead. par. 3. tit. 22.* vbi latè de Iudice malè iudicante in causis criminalibus.

Et quod eadem pœna puniri debeat
87 malè, & ineptè iudicans, qua fuit malè condemnatus dixit *Ammanellus de claris sing. 102. Carp. mediol. stat. c. 40. nu. 28. par. 2.* Imò si per euidentem iniustitiam reum ad mortem condemnauerit, quia tunc dolo dicitur cōdemnasse *ex text. in l. filiusfam. ff. de iudit. & ex Mascard. conclus. 532. nu. 4.* licet nulla pecunia accepta pœna mortis Iudicem puniri debere, *ex Gomet. in 3. resolut. cap. 3. de homicid. nu. 16. in fin. Gram. decis. 99. nu. 1. & 2. Boer. decis. 153. num. 12. & Carpagn. in d. cap. 40. nu. 18. firmat Giurba in d. conf. 68. in 3. casu num. 34. in fin.*

Quod si Iudex aliquem per imperi-
88 tiam ad mortem condemnauerit, quia in dubio potius quam ex dolo iudicasse præsumitur, *ex doct. Bal. in l. obseruare, §. proficisci nu. 14. ff. de off. procons.* quem sequitur *Iason in l. 1. C. vt omn. iud. & Boss. in tit. de official. corru. n. 19.*

Licet *Rauen. sin. 265. & Carpan. d. cap. 40. nu. 29.* teneant, in hoc casu Iudicem debere decapitari; tamen contrariam sequitur sententiam, *Giurba d. conf. 68. in 4. casu nu. 35. ex tex. in l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. l. 2. ff. quod quisque iur. Menocch. quæst. 111. num. 528. & 532. Menocch. casu 339. num. 3. cas. 341. nu. 2. & cas. 581. nu. 2. Viuio decis. 467. num. 56.* & innumeris
89 alijs, & firmat q talis Iudex extraordinariè sit puniendus pœna corporali, quia nemo debet sibi assumere officiū in quo intelligat imbecillitatem suam alijs periculosam fore. *l. idem iuris ad fin. ff. ad l. Aquil. Morla. in empor. iur. tit. 2. de iurisd. quæst. 6. num. 8.*

Et idem *Giurba in casu proposito in eodem consilio*, vbi Iudex condemnauerat quendam ad mortem per imperi-
90 tiam tantum, nullo præcedente dolo, nec aliqua pecunia ei data, refert decisionem pronunciatam à M. R. C. facto prius uerbo Dom. Proregi per hæc verba. Condemnetur Iudex in Castrū à D. Prorege eligendum, per annos septem, & non concurrat amplius officia, fuitque sic exequutum in anno 1610.

Et vt nihil non consideratum remaneat, aduertant Domini Iudicantes in facto plene esse demonstratum iuuenem miserum semper in negatione perstitisse tàm tempore capturę, quàm in præsentia Præsidis, & Auditoris de Angelis.

Fuisse

Digitized by Google

Fuisse ab eodem Auditore, quia negabat, colasis cesum.

Eius ordine asportatum ad domum Præsidis capite cooperto, vt ibi cæderetur.

In eadem domo tota nocte fustigatum in præsentia Fisci Patroni, & Præsidis, adeò quod à tota vicinia quærulæ voees audiebantur.

Fuisseque ei promissam impunitatem, vt socios ostenderet.

Pro delicto in genere circa verbera, satis probatum apparuisse in spatulis; & corpore liuiduras, ex percussionibus impressas.

Infelicem iuuenem tanquam insanè ex nimio tormento, & vigilia, quando ad Tribunal Audientiæ ducebatur incedere dicentem; Nolite me amplius percutere, tempore quo nullus eum percutiebat.

Et tandem dixisse pluries, iam dixi omnia, quæ voluistis, Quare non dimittitis me, vt promissistis.

Nec dubitari posse sicuti metu verborum, tormentorum, & promissionis impunitatis fuisse inductum ad confirmandum omnia ei interrogata, ità demonstratum est in facto, Actuarium post tormenta eadem nocte in se assum pssse onus fugerendi, & operandi, vt omnia, de quibus interrogabatur confirmaret.

Et quæ dolum in iudicantibus manifestum probare faciunt, sunt petitiones, & promissiones illæ de indultando, quæ ex actis apparent, cum murmuratione pecuniæ soluendæ.

Si tot præcesserunt, quæ extortam confessionem demonstrant; Qua ratione, & modo iudicantium dolus negari, & excusari potest, dùm confessionem spontaneam apparere faciunt.

Factum est indubitatum, confessionem extortam metu tormentorum, & promissionis impunitatis; præsumptiones iuris sunt certæ, quæ talem ipsam
91 faciunt præsumere, Quia si demens creditur spontè confitens, vt dixi ex *Amesc. de potest. in se ipsum*, & alijs, & id quando delictum ereditur à confitente commissum, Quomodo verisimile, & possibile est potuisse spontè confiteri miserabilem iuuenem, si demonstratum est, & tãquam notorium à nemine dubitatum, non solum esse innocentem, sed nec aliquo delicti genere vnquam attintum.

Igitur necessariò concludendum
91 non potuisse confessionem illam esse spontaneam, sed tanquam impossibilẽ, nullam probationem facere, ex doctrina *Marsil. in l. repeti nu. 19. ff. de quæst.* & ex alijs allegatis per *Farinacc. d. q. 81. num. 28. & 29.* vbi latè, & ponit exempla de confessione inuerisimili, & impossibili.

Quibus accedit dispositio *Cap. Regni si iustè sub tit. de appell. à tort.* vbi Carolus Secundus statuit confessionẽ inquisiti, quantumcunq; ex actis spontanea appareat, debere semper præsumi præsumptione iuris fuisse extortã metu tormentotum.

Imò probata præcedenti tortura, seù aliquo metu illegitimè datis, præsumptione iuris, & de iure impossibile
93 præsumi, quod quis fuerit, spontè confessus, licet ex interuallo posteà spontè confiteatur per formalia verba, dixit *Bald. in l. si quis in hoc genere C. de Episc. & Cler. & rationem affert Barbat. conj. 70. col. 2. in 4. vol. quem sequitur Hyppol. ia sua pract. crim. §. expedita circa principium num. 4.* Quia præmitur durare metus, cum initium sum
94 pserit confessio ab iniustis tormentis; subest enim eadem causa, cum confitens sit in potestate, & manibus torquentis; & propterea confessio superueniens semper erit nulla, & iudicabitur tanquam per metum illegitimæ torturæ emanata, *cap. vnic. de offic. deleg. & ibi per Innoc. & Io. Andr.* quod benè notandum aduertit *Campag. d. c. si iustè num. 26.*

Inquit propterea notabiliter *Andr.*
95 *in Const. Regni n damna clandestina num. 40. & 50.* quod Iudices gaudentes de morte hominum, & sitientes san-

ſanguinem humanum ex confeſſione ex abrupto facta in præiudicium animarum ſuarum ſtatim condemnant confeſſos in tormentis; & diſtinguendo concludit, quod confitetur, dum rei torquentur, non eſt validum, niſi perſeuerent in confeſſione illa, quia non habentur pro facinoribus exploratis, *l.1. §. diuus ff. de queſt.* Quia bonus Iudex debet ſuperſedere, & non ſtatim pronunciare poſt confeſſionem in tormentis factam, & audire reum eductum de vinculis ante ſententiam, *l.2. C. de cuſt. reor. & l. qui ſententiam ff. de pœn.* Et quando reum Iudex eduxit in iudicio, vt videat ſi perſeueret, non debat dicere ſicut mali Iudices faciunt, ecce Margaritam, ſcilicet oſtendere ei cordam, quaſi dicat. Si tu non confiteris, poneris in tormento, & cõfeſſio, vel perſeuerantia eſt nulla timore tali; Sed debet dicere, dicas veritatem ſi hoc feciſti, quia non tormentaberis vltrat, & tunc ſi perſeuerat valebit confeſſio, nec poterit ex interuallo negare, niſi probet iuſtũ errotẽ rem.

Quæ omnia concludit *Andr. d. nu. 50. cum ſeq. verſ. (item hæc conſtitutio refrenat Iudices) & in verſ. hac ratione locum habere*, quando tortura iuſtè illata fuit, quod ſi nullis præcedentibus inditijs, & iniuſtè licet ex interuallo ratificet, & confirmet cõfeſſionem ſemper præſumitur reſpectu principij extortam metu tormentorum, & eſſe nullam, licet tranſacti ſint plures dies poſt torturam, & repetatur confeſſio, quia licet ſpontè confiteatur reus, nõ eſſet ſublata præcedens cauſa formidinis, ſed ad primodia mala videtur referri, quod ſequitur, vt ſcilicet timore confiteri videatur.

Licet tamen in bono, & veraci Iudice non conſueto mentiri, nec irato, vel crudeli præuia proteſtatione, Quod extra locũ torturæ dixerit reo, quod amplius non ſtatur confeſſioni factæ in tormentis, vt dicat id, quod verum eſt, quia non tormentabitur vlterius, ſi tun reus ſpontè confiteatur, & tranſactus ſit menſis à die illatæ iniuſtæ torturæ, ex doctrina *Io: Andr. in d. cap. vuic. de offic. deleg. concludit Campag. in d. cap. ſi iuſtè num. 28. in fin.* poſſe ſubſtineri, quod confeſſio dicatur ſpontanea, licet contra mentem *Andr. de Iſer. qui aduertit in d. Conſtit. num. 80.* quod Iudex ſemper debet habere oculum ad veritatem, & Chriſtus Dominus noſter dixit, *Ego ſum veritas*, non dixit, *Ego ſum ſententia*, ſicut non dixit, *Ego ſum conſuetudo*, & res iudicata pro veritate accipitur, ſed non eſt quando apparet contrarium.

Si ergò ex dictis *per Andr.* ſumitur indubitata concluſio ſemper dici confeſſionem metu extortam, quando incæpit à tortura iniuſtè illata non præcedentibus inditijs, licet repetatur tranſacto menſe, & cum proteſtationibus, & qualitatibus ſupra narratis; Quomodo ſuſiſtineri poteſt; confeſſionem, de qua tractamus, poſſe dici ſpõtaneam ſi in facto demonſtratum eſt initium ſumpſiſſe à negatione metu, & tormentis, nullis præcedentibus inditijs, imò nec fama; Si nulla ſubſequuta fuit ratificatio, & poſt decem horas poſt confeſſionem, ità extortam ſequuta fuit condemnatio, & exequutio; cum interuallum vnius menſis ad repetitionem non eſſe ſufficiens, ſit demonſtratum.

Igitur remanet, & ex facto, & ex iuris præſumptione dictam confeſſionẽ fuiſſe non ſpontaneam, ſed metu, & tormentis extortam, non ratificatam, nec confirmatam; Cùm ſi ſpontanea fuiſſet confeſſio legitimè deſumpta in minore, de quo agitur ſemper lex ipſam præſumit extortam, & non metu tormentorum, ſaltim metu probationum, & neceſſariam eſſe ratificationem cum Curatoris conſenſu pro cõdemnatione, *l. clarum C. de author. præſtand. cum Concord. de quibus per Farinacc. d. q. 81. nu. 11. 44. & 352.*

Cum ergò Iudices illi faciant apparere confeſſionẽ ſupradictã eſſe ſpontè factam,

factam;& indubitatum ſit fuiſſe extor
tam, neſcio quomodo excuſari poſsũt
102 à manifeſto dolo,præſertim ſtante
murmuratione de pecunia ſoluenda
pro indultu, & tot, & tantis ſuperius
relatis infacto;quę notoriam torturam
toti Populo fecerunt, & diſſimulatio
Iudicum fingentium ſe ignorare quod
veriſimiliter ſcire debebant, & omnes
ſciebant,eſt manifeſta probatio doli,vt
dixit *And.in tit.quæ ſint regal.in verb.
& bona committentium nu.75.verſ. ſi-
cut audiui*, vbi per hæc verba inquit
eadem ratione, & maiori idem erit ſi
Iudex pœnam augumentaret ſine cau-
ſa, vt ſi mutilandum ſuſpendi faceret,
103 quia & ipſe ſuſpendetur. Quod alij
intulit in ſe expectans,*C.de Epiſc.aud.
ad l.*Et hoc non videtur maledici in
Iudice doloſo, qui talis præſumitur
quando fingit ſe neſcire quod patet
eum ſciuiſſe, & alijs diſſimulando cõ-
104 ceſſit,& ſubſequitur, vt ſi hominem
innòcentem interficeret, pecunia ac-
ceepta,vel non accepta,calore, vel do-
lo inductus, pœna capitis eſſet in eõ.
ff. ad l.Iul.repetund. l.Iulia.§. *hodie*,
Sed in Iudice,qui per ignorantiam fe-
ciſſet non calore,vel dolo, minor pœ-
na videtur in quantum viſum fuerit
iudicanti.*ff.de var.& extraord.cognit.
l.ſi Iuaex,per quæ concludit And.*pœna
mortis Iudicem condemnari debere,
qui dolo innocẽtem interfecit, ſequi-
tur *Aſſl.in* §.*Iudices num.3.de pac.iur.
firm.& in d.tit.quæ ſint regal.in verb.
& bona committ. num.17. verſ. Quid
autem in iudicibus inferioribus.*

Eandem concluſionem, quod dolo
Iudex condemnans ad mortem puniã-
tur ipſe eadem pœna legis *Corn.de Si-
car.ex Io:Fabr.in* §.1.*ind.de oblig.quæ
ex delict.naſc.Bar.Ang. & alijs pro in-
dubitato firmat Gram. deciſ. 99. nu.2.*
& ibidem refert poſt annalem carce-
105 rationẽ,per Reg. audientiam M. C.
V. & S. C. fuiſſe relegatum per trien-
nium quendam alterium Tappiam
nobilem Hiſpanum Gubernatorem, &
Viceducem Françauillæ,qui ſine pro-
ceſſu inordinatè, & nulliter per impru
dentiam ad mortem condemnauit tres
famoſos latrones,licet probauerit in
ſuis defenſionibus eſſe criminoſos, &
de lictorum patratores, & docuiſſe in
commisſis habuiſſe, à Gubernatore
Prouinciali, vt quamprimum ipſos
præ manibus haberet ſuſpendi faceret,
nihilominus per tres ſententias fuit
extraordinariè punitus, & relegatus,
quia non dolo,ſed per imprudentiam,
& imperitiam ipſos ſuſpẽdi fecit,quod
aduertit *in d.deciſ.Gram.*

Et in conſimili caſu deciſum tradit
106 *Papon.lib.4.cap.13.arreſt.6.* vbi re-
fert nedum officio fuiſſe priuatum Iu-
cem per imperitiam Reum ad mortem
condemnando, ſed ad aliam pœnam
corporalem. Et refert *Gomeſ. tom.3.
var.reſol.cap.3.ſub num.16.* quendam
107 Iudicem qui per imperitiam condem
nauerat iuuenem ad mortem fuiſſe ei
impoſitam pœnam flagellorum, Et p
dolo exiſtente puniri debeat. Iudex,
per imperitiam condemnans ad mor-
tem, pœna corporis afflictiua refert
multos caſus,& deciſiones,*Petr.à Pla
za in epit.delict.cap.26.num.2.*

Et omnes ſupradicti *DD.* probato
108 dolo, vel præſumpto, pœnam eſſe
mortis concludunt etiam nulla data
pecunia,vt optimè more ſolito diſtin-
guit,& concludit *Farin. q.11. nu.75.*
vbi allegat alios, & rationem affert
Andr.in d.tit. quæ ſint regal. num.75.
109 dum aſſerit Carolum Secundum
etiam nulla data pecunia feciſſe ſuſpẽ-
dere Iudicem, qui iniuſtè quendam
condemnauerat, quia præſumptione
iuris erat in dolo,quia dolus præſumi-
tur in Doctore, qui tenetur ſcire iura,
110 & non poteſt allegare ignorantiam,
quia illa in ipſo non præſumitur, ſed
ſcientia, quæ dolum præſumi facit ſe-
cundum *Bal.in cap.1.*§.*Iudices circa
princ.de pac.iur.firm. Iaſ.in l.ſi quis id
quod in 4.not.ff.de iuriſd.omn.iud. Go-
meſ.in reg.de ſubrogat. quæſt.7.num.9.*
& teſtatur de communi *Det. in l.pan.
in fin.C.de pact.ſequitur Aim conſ.125.*
num.

Digitized by Google

num. 10. & *cons.* 18. *num.* 14.

Et licet in dubio dolus non præsu-
111 matur, *l. dolum C. de dolo ff. de probat.* Et pro Iudice, & officiali semper iura præsumant, *l. 1. in fin. ff. de off. Præsid. l. 2. §. si publicanus ff. vi bon. rapt. l. nimis C. de acqu. poss. cum simil.*

Tamen regulæ supra firmatæ limi-
112 tantur in casibus, qui non concernunt ius, sed factum, vt si fractus fuerit funiculus torturæ, & alia his similia in modo torquendi successerint; tunc dolus Iudicis præsumi non debet, quod si ad torturam deuenerit, Iudex nullis præcedentibus inditijs, & de facto, vel
113 aliam similem notoriam iniustitiam fecerit, præsumitur dolus, quia tunc dicitur errare in iure notorio, & procepere vt priuatus, & iniquè agere doctrina fuit, *Boss. in tit. de test. num.* 28. *vers. & præsumitur dolus, Marsil. in l. 1. in princ. num.* 18 *ff. de quæst. & in l. lege Cornelia de Sicar. Conrad. in pract. in tit. de carcer. num.* 6. *in fin. fol.* 276. & sequitur, & declarat *Farinacc. d. q.* 37. *num.* 144. & teneri ad veram litis
114 æstimationem, & insolidum propter notoriam eius iniustitiam probat *Mascar. qui alios refert concord. lib.* 3. *de prob. concluf.* 352. *num.* 4. & confirmat *idem Farin. q.* 111. *num.* 387.

Et cum ista limitatione respondetur aliæ conclusioni firmatæ *per Frãc. Marc. decis.* 687. quod in dubio Iu-
115 dex non dolo, sed per imperitiam malè Iudicasse præsumatur, quia prædicta opinio procedit in Iudice prorsus im-
116 perito, quod si Iudex, qui malè iudicauit communiter tenetur, & reputatur peritus, tunc enim asserenti ipsi per imperitiam malè iudicasse, non creditur, & præsumitur in eo dolus nõ lata culpa, nec imperitia secuneum *Sebast. Sabia in repet. l. 1. num.* 20. *ff. quod quisque Iur. & sequitur Farin. d. quæst.* 111. *num.* 385.

Et in casu nostro vltra peritiam no-
117 toriam Iudicis ex qualitate facti dubitari non potest Iudices fuisse in dolo, cùm confessionem extortam metu tormentorum, spontaneam apparere fecerint, ex doctrina *Bald. in l. obseruare, §. proficisci num.* 14. *in* 29 *q. ff. de offic. procons. & leg.* & ex tot, & tantis probationibus supra narratis, qualitas
118 ista facti, quæ dolum demonstrat, nulla paliatione velari potest, vt considerat *Paris de Put. de sindic. in verbo Iudex malè iudicens cap. 1. nu.* 10. cum alijs relatis *per Franc. Marc. d. decis.* 687. *num.* 1. *par.* 1.

Et quod semper præsumatur dolus
119 in Iudice, quando Iudex enormiter partem læserit, vel fecerit notoriam iniustitiam procedendo sine causæ cognitione, & de facto, (vt in casu nostro) demonstrat *Farin. d. q.* 101. *num.* 385. 386. 387. & 390. vbi allegat innumeros, quos breuitatis causa omitto.

Sufficiat Dominos Iudicantes pro complemento animaduertere in facto confessionem cum tormentis extortã; Ex actis apparere spontaneam, fuisseq; sugestam ab Actuario, & non contradictam à miserrimo iuuene sub spe impunitatis promissæ; Quæ non solùm dolum arguere faciunt, sed etiam maximam falsitatem, cùm ex confessione
120 in legitimè extorta, sugesta, & non contradicta sub spe impunitatis, nulla possit sequi condemnatio, vt latè cum suis ampliationibus, & limitationibus demonstrat *Farinacc. quæst.* 83. *cap.* 1. & 2. *de confessione emanata in tortura*, & de alia metu tormentorum sine legitimis, præcedentibus inditijs. Et de illa sub spe impunitatis, & per sugestionem *quæst.* 81. *cap.* 8. *nu.* 276. & *quæst.* 43. *cap.* 4. *num.* 84.

Et consideratis omnibus supra relatis, quæ dolum, & falsitatem probãt, corruptionemq; ex murmuratione soluendæ pecuniæ arguunt, tàm pro publico damno, quàm pro conseruanda Regia, & Supremi Magistratus authoritate, cuius abusus particularem cœrtionem requrit, æquissimum videri, legitimam vindictæ publicæ pœnam aduersum hos Iudices, & Magistratus exerceri, quorum munus est publicũ,

& sacrosancta dignitas; vt deinceps seueræ animaduersionis exemplo prudenter, nec præcipiti iudicio capitales reorum inquisitiones recensere doceã
tur, Et pœna eorum, qui sic præcipitanter, inconsideratè, imperitè, & dolosè contra hunc miserabilem iuuenẽ irruerunt, omnibus innotescat. Cùm pœna non tàm ad delictum pertineat, quàm ad exemplum. Plectuntur quidem, quo cæteri corrigantur. Exempla sunt omnium tormenta paucorum, Vt fulmina paucorum periculo cadunt omnium metu. Sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latius, quàm nocent, Quæ omnia satis accuratè, doctè, & eleganter exemplis, & authoritatibus in casu simili licet non
121 doloso, considerat *Anneus Robert. rerum iudicatarum cap. 4. vers. pro hæredibus.* Ibique Senatum Parisiensem iudices certa die personaliter comparere iussisse, atque interea illis Magistratu suo, & iudicandi officio interdixisse. Quam pronunciandi formulam refert seruare Senatum, quando obnoxios aliqua culpa censet Iudices, vt personaliter ipsis postea auditis pronunciare possit super eorum inquisitione debitam eis dando coertionem.

Qua simili vtuntur etiam Supremi Collateralis Senatus Rectores, & quã
122 do Magistratus sunt maiores, vocantur ab Excellentissimo Prorege, nulla expressa causa; Si verò per M.C. minores Magistratus Regij habẽtes merum imperium inquiruntur, per eandem citantur, facto verbo in Aula, & exequitur postea citatio facta relatione S.E. & præuia eius licentia, quia Offi-
123 cialis merum habens imperium non potest coerceri, nec in ius vocari, *l. pars literarum ff. de iud. l. 2. ff. de in ius voc. vbi glos. in verb. Imperium allegat concord. dixit Bart. in l. 2. ff. ad leg. Iul. repetund. & Cyn. in l. Præses C. de Episc. Aud.* Et propterea limitauit *Bald. in l. obseruare §. proficisci de offic. Proconsul.* dispositionem supradictorum iurium, si de mandato Principis procederetur, quia quando Principi placuerit, possunt officiales sindicari, etiam durante officio; ex quibus inoleuit practica supra relata, quæ fundata est *in Cap. Regni 258. incip. Robertus iniunxit nobis,* vbi in specie ordinatur, quod requiratur mandatum Principis in coertione, & citatione officialium habentium merum imperium, & ibidem *Campag. num. 16. Paris de Put. latè in tract. de sindic. verb. durante officio §. officialis durante officio.*

Quod idem cum simus in principio informationis, contra supradictos iudices inquisitos Fiscus debere fieri, nulla habita ratione de decreto M.C. V. Quod non video, quo iure substineri possit. Est enim indubitata conclusio à nemine contradicta non esse expectandum exitum Sindicatus, quãdo officiales inquiruntur pro delictis grauibus, pro quibus veniret imponenda pœna priuationis officij, esseque remouendos, citandos, prosequendos, & condemnandos non expectato anni circulo, nec exitu Sindicatus, *ex text. in l. 3. C. de offic. Præfect. Prætor. l. iubemus C. ad l. Iul. repet. Afflict. in constit. statuimus num. 50. Parid. de Put. in in verbo accusatus cap. 1.* & ex multis alijs demonstrat *Mastrill. consanguineus Fiscalis in Regno Siciliæ in sua dec. 198. num. 14. & 15.*

Et *DD.* quando dixerunt officiales ab officio suspendendos, id affirmarũt tribus concurrentibus, nempè delicto ab eis commisso, secundò, quod fuerit administratione, & tertiò, quod probato delicto, & instructo processu sequatur officij priuatio, licet pro suspensione sufficeret diffamatio. Quæ omnia locum habere in officiali perpetuo, & in delictis non importantibus pœnam corporalem vltra relegationem, decisiones sunt *D. de Franch. decis. 8. D. Regentis de Ponte decis. 7. & 25. post sua cons. 133. & 146. 2. vol.* vbi latè de materia suspensionis ab officio.

At in casu, de quo quærimus pœna non solùm importat officij priuationem,

Digitized by Google

nem,& corporalem, sed & capitalem. Puniendi namque sunt Iudices isti, qui dolosè, & iniustè iudicarunt, non solùm pœna *legis Cornel. de Sicar.* vt fundatum est, sed etiam alia de falsis, ob falsitatem mutatæ confessionis, (vt diximus) & demonstrauimus, probationibus de eis esse conuictos.

Et in casibus supra relatis *ex Anneo,& Gram.Iser.Giurb.Papon.Gomet. Farinacc. & alijs*, vbi nullo dolo præcedente Iudices mortis condemnationem iniustà protulerũt, fuisse citatos, carceratos, flagellis cæsos, relegatos, suspensos,durante administratione, & non expectato exitu Sindicatus.

Præsertim cùm decretum in præsentiarum interpositum sit contra expressum casum, *l. si quis in ea culpa C. de custod.reor.& l.si confessus ff.eod.tit. de custod.reor.& l.si hominẽ ff. de pœn.*

Contra Cap.Regni incip. ab illo incohandum, vbi quod inquisitus de crimine,cuius pœna mortem naturalem, vel ciuilem, vel membri abscissionem inducit,nonnisi in vinculis positus sit in suis defensionibus audiendus, & ibidem *Campag.num.*34.35. *&* 36. 124

Contra ritum M. C. 41. *incip.* Item si accusetur,quo cauetur,quod in causis criminalibus,quãdo incipit constare,vel per vnum testem, vel per famam publicam inquisitus detinetur in carceribus, nec relaxatur fideiussoribus. 125

Et contra *pragm.*8.*in* §.*item vpglia mo sub tit.de offic. Magni Iustit.* Qua prouisum est,quod de causis arduis, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis,ciuilis, abscissionis membri,triremium,aut relegationis,inquisiti citati comparẽtes non possint habilitari sub qualibet fideiussione, sed carcerari in carceribus M. C. & quod infirmi detineantur in Regia infirmaria, Per quæ iura remanet correcta, & impracticata *Constit.Regni Humanitate,vt optimè demonstrat Carauit.d.rit.* 41.*num.*14. & 15.

Si Iudices isti stante atrocitate delicti non expectato anni circulo sunt in carceribus detinendi, & in vinculis audiendi in suis defensionibus; Quomodo substineri potest decretum latũ, vt expectetur exitus Sindicatus.

Et ne deficiant decisiones particulares,videatur *decisio Illustris Regentis* 17.*num.*2. vbi refert Consiliarium Regium fuisse suspensum ab administratione, & officio, ex quo fuerat inquisitus de falsitate; Erat namquè pœna corporalis,& fuit cognitus non expectata generali visitatione, quæ loco Sindicatus officialium temporalium habetur. 126

Et ante ipsum refert decisum *Boer. decis.* 150. *num.* 15. vbi similiter ob falsitatẽ officialis fuit punitus,& castigatus, nõ expectato exitu Sindicatus. 127

Debet namquè Prorex si aliquis ex ministris perpetuis commiserit homicidium, falsitatem, vel delicta similia, pro quibus venit imponenda pœna corporalis vltra relegationem, capere informationem de delicto, & officialem in carceribus detinere, & consulere Regem, prout hæc, & alia demonstrat idem oculatissimus,& nunquàm satis laudatus Illustris Regens *Tapia in alia sua decis.*3.*nu.*26. 128

Si perpetui Ministri suspensa administratione sunt in carceribus coniciẽdi, quãdo capitale delictum cõmittũt.

Quid ergò dicendum in officialibus istis temporalibus minoribus, qui creãtur à Prorege, & immediatè ei subsũt in casu tàm graui, & exemplari.

Cætera suppleant Domini Iudicantes.

Iulius Mastrillus Reg.Fisci Patronus M.C.V.

Conferunt apprimè congesta, ac recollecta super eodem facto occurso per me in 3. parte nostri Compendij verbo Officialis, qui iniustè fol. 203. vbi vltra rationes tàm pro Fisco, quàm pro inquisitis aliæ ostenduntur cum decisionibus consimilium casuum alias occursorum, & demum referuntur decisiones, tàm per

Digitized by Google

M. C. quàm per S. C. ac Collaterale Consilium factæ in præsenti causa, in qua demum apparet inquisitos fuisse liberatos in forma, vt ibi erit videre.
Io: Baptista de Thoro I.C. Neap.

FACTVM.

ALLEGATIO II.

FRanciscus Poliarcus, ætatis annorum 19. & mensibus septem, de Terra Sancti Bartholomei in Galdo, carceratus à Carolo Aspito in Tempestate Anni 1627, Quia se iactabat pluribus mensibus armasse per Campaneam in Comitiua quadraginta sex Banditorum Laurentij de Sancto Sossio Caporalis famosissimi; Ductusque Luceriam ad domum Præsidis, ibi Confessus in præsentia illius, Fiscalis, & Actuarij tantum Armationem prædictam, Homicidia, Recaptus, & alia plurima, cum tribus delictis in genere, vt in Actis. Indè die sequenti in Tribunali coram duobus Auditoribus, Bartholomeo de Angelis, & Angelo Crescentio Ratificauit, Conualidando in Tortura, Habuitque terminum vnius horæ ad defendendum prout de stilo Grassatorum, in quo termino non solum non opposuit, sed eius Aduocatus confirmauit prædictam Armationem, quæ sola in Regno digna est pœna mortis, vt infra. Deinde Monitus ad dicendum, nihil pro sua defensione proposuit, & cõdemnatus ad mortem cum termino ad discutiendum nullitates, & Appellationẽ; Fuit concluſum in plena banca, auditis partibus, quod esequatur sententia, Rationibus infra dicendis.

Quæ cum fuerit exequuta, Compariuit in Collaterali Consilio Tomas Poliarcus, & quærelando petijt Iustitiam contra totum Tribunal Regiæ Audientiæ Capitanatæ, & obtinuit contra tex. (cum Reuerentia) *in Auth. post fratres C. de legit. hæred.* vbi cui cõpetit successio, competit etiam ius quærelandi, sed prædicto Tomæ successio non competit, ergò quarè ius quærelandi? vbi etiam præsentauit fidem baptismatis annorum 16. & mensibus septem ipsius Grassatoris, de qua nulla mentio fuit facta in Actis Regiæ Audientiæ, Imò contrarium, ex propria sui oris confessione, eiusque Aspectu videbatur,

Qua propter fuit expeditus D. Ioseph d'Herrera Commissarius Fiscalis ad capiendam informationem, & ipsa capta, & consignata dicto Regio Collaterali post octo menses, Angelus Crescentius redijt ad officium, Bartolomeus verò redere nõ potuit, & cum exclamasset, non fuit auditus. Quæ quidem Informatio fuit remissa M. C. V. vt iustitiam faceret, Ipsaque post alios octo menses decreuit; quod expectetur esitus Sindicatus, & cum fuerit appellatum ad S. C. duabus Aulis confirmarunt decretum M. C. (Ecce quod causa ista Ciuilis effecta.

Vndè Fiscus iterum reuersus ad Collaterale Consilium, post annum integrum, nullo cognito peccato, ab alijs viginti Iudicibus decretum fuit, vocẽtur Auditores ad effectum deponendi. Deposuerunt prout propriis manibus firmarunt, & quando visa depositione licentiari sperabant, Fuerunt destinati Noui Iudices in causa, & nouus Commissarius, & priuata M. C. contra *tex. in l. vbi cæptum de iudic. Thorus in Compend. par. 2. verbo Iudex cui primo.* Cum sit sola competens in delictis Officialium, *Carauit. rit. 49. & 50. de Franch. decis. 274.*

Ad summum carcerarunt Actuariũ prædictæ Regiæ Audientiæ datoque ei termino ad defendendum, noluit habere testes Regij Fisci pro repetitis. Fiscus autem non solum infra legitima tempora prædictam repetitionem non procurauit, sed neque per annum integrum, quod cum fuerit relatum Eccellentissimo Duci d'Alcala, tunc Regni Proregi confirmauit decretum ad omnem ordinem in personam ipsius latum

Digitized by Google

tum ab Illustr. Marchione Campiæ Io: Erriquez Regiam Cancellariam Regente de meritis causæ informato, & S.E. Delegato in visitatione carcerosum S. Iacobi Hispanorum, quod conseruatur penes Secretarium Curiæ Auditoris Generalis exercitus, sub die . . . Aprelis 1631.

Nunc quis conscientiatus vir dubitabit Magistratus prædictos, nullo, nec Immaginario dolo, nullaque culpa teneri? Negotio quatuor annorum, versatoque inter tot, & tantos celeberrimos Iudices, Inter tot, & tanta Tribunalia sine vlla figura iudicij. Imò Actuario liberato vt supra, & quod peius (cũ Reuerentia) Maximo interesse bonorum, famæ ammissione, Iustitiæ vilipẽdio, & publico Magistratuũ contẽptũ.

Ideò licentiandos, Reintegrandos, & Remunerandos.

Confessio spontanea Francisci Poliarchi publici Grassatoris præcedentibus dictis oretenus Caroli Aspiti capturantis, coram Præside, & Fiscali tantum.

Die 22. Mensis Iulij 1627. Luceriæ hora secunda Noctis pulsata, & coram Illustrissimo Domino Præside, & Regij Fisci Patrono.

Franceſco Poliarco de S. Bartholomeo in Galdo, ſin come ſe fa chiamare, d'anni dieceneue finiti à Natale proſſimo paſſato, Principalis in ſe, Teſtis in alios cum Iuramento interrogatus, & examinatus ſuper præſenti informatione, facto, cauſa, & Primò interrogatus come ſe ritroua carcerato eſſo Principale.

Dixit, Signore queſta ſera à circa le vinti doi hore ſtando al freſco in vna Maſſeria, lontana da queſta Città, circa tre, à quattro miglia illà ſono venute molte gente, e mi hanno pigliato carcerato, e portatomi auanti di V. S. Illuſtriſſima. E dettoli doue andaua eſſo Principale. Dixit. Signore Io voglio dire la verità, qual'è queſta, qualmente del meſe d'Aprile proſſimo paſſato eſſendo venuto per mio diporto in queſta Città, e pratticando nella Chieſa della Pietà de' Minori Oſſeruanti de S. Franceſco cominciai à pigliar ptattica con doi Fiopani sbarbati della medeſma Città, vno chiamato Tonno, e l'altro Luca che non sò gli loro cognomi, mà vedẽdoli li conoſceria molto bene, e fra li ragionamenti diſſero che voleano andare à trouare Lorenzo Santo Soſſo Capo de banditi, & armare con lui per buſcarſi qualche coſa, e volendo io ancora andarui con queſto appuntamento tutti Trè ne partemmo, & andammo nel Boſco d'Illicito, doue hauendomo ritrouato detto Lorenzo con quarantaquattro ſuoi Compagni, armati tutti di Scopetta à Focile, Archibuſcetti piccoli, e Pugnali, li diſſemo queſta noſtra reſolutione, ne riceuè caramente, e ſubito ne prouedio d'vna Giomenta, vno Zoffione, vn Archibuſcetto, & vn Pugnale per vno, e cominciammo ad armare, con loro per li Boſchi de Bouino, Illicito, & altri lochi, e poco giorni dopoi mentre vnaſera mangiauamo dentro la Chieſa di S. Maria del Boſco territorio di Bouino vno delli Monaci che faceua la guardia ſonò la Campanella, ch'era il ſegno quando ſi vedeano gente di Corte per loche eſſo Lorenzo fè ſubito armare tutti, e con dodici ſolamente in circa vſci fuora laſciando l'altri in detta Chieſa, acciò non ve ſe faceſſe qualche imboſcata, e cominciò à ſcaramuzzare con le gente della Corte, nella quale ſcaramuzza reſtò morto vno Cicchitiello, che non sò ſuo cognome, ma diceano eſſere fratello cugino di detto Lorenzo, e dopoi ce ne fugimmo, & andammo per detti Boſchi quindici altri giorni, e detti Luca, e Tonno dopò hauerno armato vn meſe con detto Lorenzo, e trouatoſi con detta ſcaramuzza, ſe licentiorno e diſſero volernò andare alla loro caſa, & io reſtai; Et vna mattina vn'bora auanti giorno del meſe di Giugno proſſimo paſſato volendo

lendo detto Lorenzo migliorare di giomente calammo nella Puglia, e come fussemo nello Bosco dell'Incoronata, in vna di quelle Massarie erano molte gente di Corte, le quali cominciorno à tirarci de Scopettate, e Noi à loro scaramuzzado, & Io tirai vna Scopetta, e nella parte nostra restò morto vno Compagno nomine Lutio nepote di Lignella, e della Corte ne morsero cinque, e perche non erano finiti di morire, essi Lorenzo, & Compagni l'ammazzarono con Pugnalate, e poi tagliorno la testa à detto Lutio atterrandola in detto Bosco lontana dal Corpo, acciò non fusse trouata. E ce ne ritornammo in dietro per li medesimi Boschi, doue quasi di continuo pratticauamo, E dallà circa quindici giorni mẽtre andauamo à mangiare nelle Massarie del Vescouo di Bouino à S. Lorenzo, vedemmo vn Cauallo insellato. detto Lorenzo gli tirò vna Scopettata, & l'ammazzò, e dopoi vedemmo fugire certi soldati, e noi ce ne andammo nella Chiesa di S. Lorenzo, doue lo Romito ne diede da mangiare, e dallà à certi pochi di, detto Lorenzo disse volere fare vno Ricatto in Rosito doue andammo, e perche le gente della Terra se ne erano accorte ritrouammo le porte serrate, e detto Lorenzo essendosi finto huomo di Corte, li fù dato dalli Sindici, & Eletti Carne, Vino, e Pane da mangiare. E dopoi ce ne andammo, e poi dallà andammo nella terra di S. Iorio, doue per Ciommo Tauernaro, detto Lorenzo mandò vn Bolettino ad vno Melchionne de ducati duemila di recatto, & hauendoceli promessi fra due giorni non libebbemo, perche la Corte ne sequitaua, e partemmo la volta di Grauina, E passandomo per Ascoli incontrammo la Corte, con tutto ciò andammo nel Territorio di Grauina, doue detto Lorenzo in vna Ayra bruscio da trecento tommola di Grano, in vna Reglia d'vno di Casa Conte, perche non bauea voluto mandare ducati seicento che volea di recatto, e non potendomo neanco stare in detti locbi ce ne ritornammo nel bosco de Panni, doue detto Lorenzo fe ligare me, Oratio Cannarosa figlio di Cassandra de San Bartolomeo, Francesco Nardillo dello Colle figlio di Pietro Lottatore, Don Sebastiano de Montefalcone Sacerdote di Messa che è d'alta statura mostaccio biondo, Marino Maffeo di Foiano figlio d'Ottauio, Virgilio Grillo de Baselice, e Tomase de Siluestro de Rosito, e ne consegnò tutti sette ad Angelo Maffia de Biccheri, Vicenzo de Antonino de Fragnitiello, Oratio Petruso de Casteluetere, Matteo de Gregorio de S. Elia, e Vicenzo Stornochia di Foiano similmente nostri Compagni, con ordine che ci guardassero fin tanto, che lui tornaua, con li altri Compagni che si portaua, e partuti che furono, noi che stauamo ligati, cominciammo à pregare detti cinque che ne guardauano non comportassero di farci ammazzare, mentre che loro medesimi non erano sicuri della vita, e così parte per le preghiere, e parte perche ogn'vno de noi li diede quelli denari che baueamo, & Io in particolare li diedi tredici docati, ne sciolsero, & ogn'vno sciolti che fummo pigliò la strada sua cercando de saluarsi la vita, e questo fù due bore dopò in circa, che detto Lorenzo, e Compagni ne haueano lasciati legati, per lo che io me ne andai in Santo Bartolomeo, da doue questa mattina era partito per venire in questa Città à comprarmi vn Gippone.

Dico di più, come vn giorno dopò la scaramuzza dell'Incoronata, stando mo in vn Bosco della parte di Bouino per la strada, venne passando vn huomo à Cauallo, e disse essere della Cirignola, lo pigliammo per Ricatto, e detto Lorenzo lo fè portare in vn Bosco vicino la Terra sua, doue lo tenne due giorni, & agiustati tra di loro per vna quantità di denari, e credo furono settecento ducati in circa, quali furono portati da vn' Monaco dell'Ordine di Santo Agostino, che stà in Santo Sosso lo licentiò, & io n'hebbi la parte mia, che furono docati tredici in circa, & ogn'vno dell'altri Compagni bebbe la parte sua.

E det-

E dettoli come si domandauano li altri Compagni, che detto Lorenzo portò con sè al tempo lasciò esso Principale ligato come hà detto di sopra. Dixit Signore io non mi ricordo ben si hò inteso dopò che fui sciolto, che detto Lorenzo era stato guidato con detti suoi Compagni.

Dico di più come dopò essermo stati nella Terra di Rosito per fare lo Recatto conforme hò detto, detto Lorenzo disse volere vedere la Terra di San Bartolomeo, e tutti vniti ci auuiammo, pigliandomo quella strada, e perche si fè notte la sera stemmo nella Terra di Foiano, doue sotto nome di Corte ci fecero dare da mangiare, e beuere, & Orgio per le Giomente, e perche vn'huomo di detta Terra andaua gridando banditi banditi, detto Lorenzo li tirò vna Scopettata per ammazzarlo, e colse ad vna Donna, che si trouò passando per auanti detto huomo, e la ferè in vn braccio, e dopò hauermo mangiato vscimmo à dormire fora la Terra, & non andammo più in San Bartolomeo, conforme detto Lorenzo hauea determinato.

Et sic de ordine prædicti Illustrissimi Domini, & Magnifici Fisci Patroni fuit superssessum in dicta examinatione cum potestate iterum examinandi.

Io Francesco Poliarco hò deposto vt supra.

Quæ quidem Confessio, die sequenti, fuit Ratificata, & conualidata, aduersus socios in Tribunali coram Auditoribus instante Regio Fisco.

Regius Fiscus acceptando prædictam confessionem instat puniri pœna vltimi supplicij, & prædictum Franciscum prius torqueri ad conualidandam dictam eius confessionem contra socios, citra præiudicium probatorum, & confessatorum.

Ioannes Maria Campana.

Die 23. Mens. Iulij 1627. Luceriæ.

Per Illustrissimum Præsidem in præsenti causa vigore Potestatis extraordinariè ad modum belli procedentem, prouisum, & decretum est, quod supradictus Franciscus Poliarcus sponte confessus torqueatur, prout torqueri mandatur ad conualidandam eius depositionem, & confessionem contra socios, citra præiudicium probatorum, & confessatorum, hoc suum.

Gio: Vincenzo Strambone. De Angelis, Crescentio.

Eodem prædicto die in Palatio Regiæ Audientiæ, & coram Illustrissimo D. Præside, ac Regijs Auditoribus, De Angelis Crescentio, & Fisci Patrono.

Ductus supradictus Franciscus Poliareus ad Cameram Corde pro Ratificatione, & conualidatione retroscriptæ depositionis, in forma, put de stilo, & in Actis.

Dixit, Signore questa è la mia vera deposition, e quanto in essa si contiene è vero, e verissimo, & l'hò deposto io, e per ciò l'accetto, Ratifico, Emologo, e confirmo, & quatenus opus est de nuouo lo depongo, singula singulis.

Et sic fuit iussum altiari ad Cordam, vbi pendens dixit, per Amor de Dio scendetemi, che quanto in essa si contiene, tutto è vero, e verissimo, e l'hò deposto io, e perciò l'accetto, Ratifico, & Emologo, vt supra.

Et stans, & persistens in dicta Ratificatione, iussum discendi, dissolui, & bracchia accomodari, & in fidem.

Franciscus Angrisanus Actuarius.

Commissio Præsidis Capitanatæ Comitatusq; Molisij contra Banditos Confessos, vel Conuictos.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

DOn Antonius Aluarez de Toledo, & Beaumont Dux Aluæ, & Hueschæ, Comes Lerini, & Saluatierræ, Marchio Coriæ, Miles ordinis Aurei velleris, & in præsenti Regno Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis,

Digitized by Google

ralis, &c. Magnifico Viro Ioanni Vincentio Strambone Regio Conſiliario fideli delectiſſimo gratiam Regiam, & bonam voluntatem. Eſſendomo gionti per ordine di S.M. al gouerno di queſto Regno tra l'altre coſe de che douemo tener penſiero particolare à l'eſtirpatione de Foraſciti delinquenti, & malfattori per la publica quiete, li quali intendemo, che ſenza timor di N. S. Dio, & della Giuſtitia, non ſolo ſiano andati, & vadino armando per le publiche ſtrade impedendo il commercio, ma anco componendo, & ammazzando dentro le Città, Terre, & nell'Eccleſie con ogni crudeltà con hauerno commeſſo incendij, furti, & ſacrilegij, & altri enormi eccelſi, che da Barbari inſolentiſſimi non ſi potria no commettere più horrendi, & abomineuoli, per il che mirando noi à quel che conuiene al ſeruitio predetto di N. S. Dio, & di S. M. per non laſciar di far le prouiſioni, che ſopra ciò conuengano per conſequir il fine dell'effetto del mio giuſto deſiderio, & ſe bene per le prouiſioni fatte dall'Illuſtriſſimi miei predeceſſori nè ſiano nati boniſſimi effetti. Tutta volta acciò così ſi poſſa continuare, & per conſeguire la total'eſtirpatione di detti delinquenti per il ſeruitio predetto, & quiete delli ſuditti di S. M. Cattolica, li quali viuono ſotto l'ombra, & protettione della ſua gran Giuſtitia ci ſiamo reſoluti di poner nuouo, & conueniente rimedio, deputando all'eſequutione di queſta perſona, dalla quale dobbiamo conſequire quello che ſi deſidera. Et come che la perſona voſtra è ſtata deputata per il gouerno delle Prouincie di Capitanata, & Contato di Moliſi, ci è parſo oltre la poteſtà che tenete come Gouernatore di eſſe, anco con voto, e parere del Regio Collaterale Conſiglio appreſſo di noi aſſiſtente per la confidenza che tenemo della voſtra perſona, & ſtante la voſtra diligenza, integrità, & valore, cõ metterui l'eſtirpatione caſtigo delli Foraſciti predetti, & vi dicemo, & ordiniamo, & commettimo che debbiate attendere nelle dette Prouincie di Capitanata, & Contato di Moliſi à perſeguitare, & pigliar li Foraſciti, & delinquenti che vanno per la Campagna perturbando lo quieto viuere di quella, contro li quali delinquenti foraſciti, cõtumaci, & forgiudicati complici, & fautori, e le ſpie di eſſi, & cõtro quelli che l'hanno recettati, alimentati, fauoriti, & in qualſiuoglia modo agiutati che haurete In mano procederete de fatto, velo leuato, & ad modum belli abbreuiando il termine per horas, omni prorſus etiam quacunque appellatione remota ad ogni eſtirpatione, & à darli qualſiuoglia pena, etiam d'vltimo ſupplicio, & in quel modo, & forma che vi parerà ſecondo la qualità della perſona, & del delitto: Et acciò poſſiate così eſſequirlo. Vi dicemo che per qualſiuoglia prouiſione d'inibitoria che ſi faceſſe per la Gran Corte della Vicaria, ò d'altri Tribunali à beneficio de foraſciti, ò altre perſone della detta qualità non debbiate impedir il corſo dell'eſſequutione de quello che vi hauemo ordinato, eccetto ſe veneſſe prouiſione firmata di noſtra mano, & caſo che detta prouiſione l'haueſſe ſpedita la detta Gran Corte della Vicaria, mediante memoriale da noi rimeſſo con Regia decretatione, che proueda di giuſtitia, oſſeruarete in ciò quello che da noi è ſtato vltimamente ſcritto, & ordinato all'Audienza di dette Prouincie di Capitanata, & Contato de Moliſe, & à tutte l'altre Regie Audienze, del qual ordine con queſta vi ſe ne conſegna copia autentica fando attendere alla perſecutione de detti Foraſciti p qualſiuoglia modo non ſolamente dalle genti pagate, & deſtinate per tal effetto, mà da qualſiuoglia altre genti per toglier l'intelligenza de parenti, ſotto la cui protettione, & fraude ſi mouono à far delitti. Vi damo con queſta facultà, che poſſiate publicare banno

in no-

Digitized by Google

in nome nostro, prefigendo termine di giorni dieci alli parenti di detti forasciti à darueli in mano. Il qual termine elasso, è non fando l'effetto predetto li farete sfrattare da loro patrie, & dalli lochi dòue fanno, e faranno loro residenza per quel spatio de miglie, che à voi parerà con imponere pena all'huomini di cinque anni di Galera, & alle donne della Frusta, & contro li transgressori essequirete le cose predette. Dandoui anco autorità, e potestà che possiate deputar in ogni Terra quel numero de frati giurati, che à voi parerà che similmente attendano alla persecutione, e cattura de forasciti à ciascuno in sua giurisditione con far banno, che quando sentiranno forasciti in loro territorij, in quella terra doue si sentiranno si debba sonar la Campana all'arme, e così da mano in mano debbano sonarse in tutte l'altre Terre, & non solo debbano vscire tutti li frati giurati in loro persecutione, mà tutte l'altre persone de ciascuna Terra atti à maneggiar armi, e lo medesmo debbano fare l'Officiali Sindici, & Eletti, & quelli che pigliarāno li debbano consignare à voi con imponere pena di tratti di corda à quelli, che non vsciranno, & saranno atti alle dette armi, & in tutto quello che vi occorrerà, ò ricercarà consulta procederete con consulta, & parere de tutti li Magnifici Auditori di detta Regia Audienza quando fate residenza in essa. Et quando v'occorrerà vscire dal detto Tribunale per cose di Campagna debbiate portarui vno de detti Magnifici Auditori, & volendoui portare l'Auocato Fiscale di detta Audiēza, volemo non lo possiate portare senza ordine in scritto obtento. Et vi concedemo autorità, & potestà, che possiate tormentare tutte quelle persone che vi pareranno essere spie de forasciti, & da essi, & ciascuno de loro potrete sapere doue si racogliono, e recettano, & cōtro li Caporali, & Soldati vostri che seruiranno appresso de voi, e se faranno negligenti, ò facesseno alcuno eccesso de delitti similmente procederete subito à darli quel castigo che vi parerà, & circa lo dar de tormenti de funicelle, ò altro tormento à testimonij non lo farete, eccetto in casi molti graui, & che siano contro essi inditij, ò proue tali che se li possa dar tortura seruata la forma della Regia Pragmatica, & ordini sopra ciò dati. Et acciò possiate far il seruitio predetto come conuiene, e si desidera. Per la presente vi damo potestà, che alcuno delinquente s'offeresse far alcuno seruitio, che non patesse dilatione de dar in vostro potere alcuno forascito, ò delinquente, ò vi promettesse andar di persona à far tal seruitio in questo caso, & non di altra maniera ci contentamo che lo possiate guidare per trenta giorni solamente con darne à noi subito auiso che persona e, & che seruitio offere fare, perche visto vi si possa ordinare se si l'haurà da prorogare tal guidatico, già che la volontà nostra è non si facciano li guidatici se non à quelle persone, che effettiuamēte vanno di persona à far lo seruitio, che offerono. Prohibendoui espressamente de non prorogarlo senza nostro ordine in scriptis. Auertendo de non guidar nissuno delinquente che haurà delinquito dentro questa fidelissima Città di Napoli, & suoi borghi, & nelli guidatici che farete ci ponerete clausula con che non habbiano delinquito in Napoli, e suoi borghi; & di più nel conceder dette commissioni, e licenze d'arme non le concederete à nissuno, eccetto che alli Caporali, & altri che attualmente vanno in persecutione de forasciti seruata la forma dell'ordini dati à tutti li Gouernatori, Prouinciali, & Commissarij di Campagna, & acciò il tutto possiate esseguire come conuiene. Vi damo, & concedemo, vices, & voces Regias atque nostras plenumque posse nostrum cum dependentibus emergentibus annexis, & connexis ex eisdem, ac merum, & mixtum

cum Imperium, & gladij potestatem ordinando, & comandando à tutti, & singuli Baroni Titulati; & non titulati Gouernatori, & Auditori Prouincial, che vi debbiano prestare ogni agiuto, e fauore necessario, & opportuno come da voi seranno ricercati, & li Capitanij, Assessori, Sindici, Eletti, Vniuersità, & huomini, & altri Officiali, & persone vi debbiano assistere bisognando, & fare, & essequire quanto da voi li sarà ordinato, & obedire li vostri ordini, & mandati come li nostri proprij, non fandosi lo contrario per quanto si hà cara la gratia, & seruitio della prefata Maestà, & sotto pena di ducati dui milia. La presente singulis vicibus resti in vostro potere. Datum Neap. in Regio Palatio die 22. Mensis Februarij milleſimo sexcenteſimo vigesimo septimo.

EL DVQVE D'ALVA.

Vidit Carolus de Tappia Regens.
Vidit Erriquez Regens.
Vidit Lopez Regens.

Dominus Vicerex mandauit mihi Io: Angelo Barilio Secret.

Locus Sigilli. Manduca.
In Curiæ 1. fol. 79.

Commissione in persona del Magnifico Gio: Vincenzo Strambone per quello hà da esequire in materia de Forasciti nelle Prouincie di Capitanata, e Contato di Molise, nella forma solita. vt supra.

IN causa Regij Fisci, cum Francisco Poliarco de Terra S. Bartolomei in Galdo spontè confesso coram Preside, & Fiscali de Armatione per Campaneam pluribus mensibus cum famosissimo Grassatore Laurētio Armellino de Santo Sossio in comitiua 46. Banditorum de Recaptibus, scaramutia, cum homicidijs Militum Regiæ Curie, alijsque pluribus facinoribus, & delictis enormibus, Regia Audientia Capitanatæ fuit in voto mortis, furcis suspendendo, corpus diuidendo, & partes ponendo in locis, vbi magnopere grassatus fuit, *Marius Burg. de moda proced. ex arrup. centu. 1. q. 23. num. 89.* Dum nulla maior victima, quam Reus iniquus, *cap. Reos 23. q. 5.*

Illustrissime, & Eccellentissime Domine, Non peccauit Regia Audientiæ Capitanatæ circa prędictam condemnationem, quia quando reus spontè confitetur existente delicto in genere Partes Iudicis in condemnando *cap. 1. de accusat. in 6. Bursat. cons. 77. nu. 24. lib. 1. Bald. cons. 192. lib. 2. Crauet. cons. 61. num. 13. Rimi. Iun. cons. 84. nu. 17. lib. 2. Bertazz. cons. 371. num. 4. lib. 2. Martesil. singul. 53. Gramat. decis. 48. num. 8.*

Et si delictum fuerit atrocissimum, vt facti contingentis, vbi formata Armatio per Campaneam vltra decem dies, cum maiori numero quatuor; nec non diffamatio verbalis, de qua infra, *prag. 6. & 12. de esul.* cuius tituli Rubricam explicauit *Dominus, & Magister meus Reg Rouit. idem comprobãs num. 22. Giurba cons. 93. per totum*; Tunc tanquam diffidatus laborabat infamia, & contra ipsum erat notoriè bellum in dictum, vt à quolibet occidi potuisset, *l. 3. §. transfugas ff. de ficar.* Cum esset extra protectionem, *l. reos C. de accusat. Paris. de sind. vero latro cum fama mihi fol. 69. at.* Quapropter fuit processum breui iuris ordine seruato *Innocent. in cap. 1. de constit. Bal. in cap. furtum de accusat. in fine, Abb. in cap. inter alia, de immunit. Eccles. Afflict. decis. 391. num. 10.* denegando amplam defensionem, & Patrocinium *l. omnes C. de defens. ciuit. Baiard. ad ad Clar. q. 49. num. 52. Marsil. in l. 1. num. 43. ff. de quæst.* & specificè ad horam, iuxta potestatem Præsidi concessam in sua commissione, tanquam ad Guerram Capitanius.

Imò si decessisset ante sententiam con-

condemnatoriam, prædicta Regia Audientia agebat ad interesse contra hæ-
9 redes, *Baiard. ad Clar. quæst. 65. nu. 1. allegans Apost. ad Bart. in l. 1. num. 19. C. de confess.*

10 Vndè cum realiter dictus Poliarcus fuerit sponte confessus, & die sequenti coram Regijs Auditoribus conualidasset aduersus socios fol. 117. appellatur Actus notorius, *l. fin. C. de fideicom. l. ictus fustium ff. de iniust. l. properandum, vbi Bal. C. de iudi. Alex. cons. 152. vol. 5. Papinian. lib. 3. Arrest. 17. Anton. de Butr. in cap. fin. de temp. ordinat. Clar. q. 29. num. 5. circa medium.*

12 In notorijs ordo est, ordinem non seruare *Bald. in cap. ad nostram il 3. de iu. iuran.* & per consequens confestim condemnare absque tot iuris sollemnitatibus, *idem Bald. in l. ita vulneratus num. 3. ff. ad l. Aquil. citans l. locatio §. quod illi cite ff. de public. cap. quoniã contra de probat. Felyn. in cap. pastoralis §. quia verò, de offic. deleg.*

Non obstant argumenta Fisci patroni M.C. & Primò non obstat dicere, terminum vnius horæ datum dicto Poliarco ad se defendendum fuisse breuem.

Quia dupliciter respondetur primò ità esse stilum illius Regiæ Audientiæ
13 in delictis Campaneæ, & qui iudicat secundum stilum sui Tribunalis non tenetur *Farinac. q. 11. num. 38. D. Reg. Rouit. in prag. 1. num. 46. de sind. offici. Ricc. collect. 1838. Marsil. in l. 1. num. 99. ff. de Sicar. Bero. cons. 181. nu. 9. & 10. & cons. 190. num. 8. vol. 3. Socc. Iun. cons. 27. num. 29. vol. 4. Bertazz. cons. 81. num. 4.* & M.C.V. ità seruauit in causa cuiusdam Actuarij Vertozza, Baronis Pallicianelli, & aliorum.

14 Secundò respondetur, quod in delictis ordinarijs reo confesso breuis terminus ad defendendum constituitur
15 *Bolog. in addit. ad Suzzar. tract. de indi. num. 96. Viui. decis. 68.* à fortiori in
16 delictis atrocissimis debet esse breuissimus, & specificè cum Poliarco nostro, vt docet *idem D. Reg. Rouitus dicta pragm. 12. num. 5. de sul.* cum aliud allegare non potuisset, nisi confessionẽ fuisse erroneam, metu factam, vel
17 sub spe futuræ libertatis, *Baiard. ad Clar. quæst. 50.*

Qui terminus est iuris naturalis, & tolli non potest, *l. vnius §. cognituram ff. de quæst. Baiard. ad Clar. d. quæst. 49. num. 13.* sed benè potest ex causa variari, differri, modificari, & limitari, quo tempore non est tollere defensiones, *Graff. de except. exposit. 21. num. 4.* & sic tempus defensionum limitatur;
18 sed ipsa defensio non tollitur. *Cardin. Tuscus conclus. 504. nu. 2. lit. S.* & hac causa Alexandro Zito eius Aduocato
19 fuerunt concessa acta originalia, & nõ copia. *Farin. q. 39. num. 115.*

20 Contra quem, ad modum belli fuit exequuta sententia, non ex vi perfectionis, ibi ingens armorum strepitus leges audiri non permittit, *Grandis prædicam. substantia. q. 2. num. 3.* sed militari modo, qui in Tentorio practicatur quando asportatur ad Tribunal, & sufficit qualis causæ cognitio, propter verba potestatis procedas de facto, velo leuato, ad modum belli, quæ verba important in obseruantiam Iuris communis, *Grauett. cons. 198. Ayme cons. 5. nu. 12. Grandis loco citato.*

21 Ampliatur ista conclusio à communi *DD.* scola, si insurgit necessitatis pro bono publico, propter multitudinem delictorum, vel delicta atrociora, seu atrocissima Iudex potest arbitrari, *Grammat. in casu decis. 36. num. 39. in fin. in alio de Franch. decis. 570. in vltimis verbis*, Tertio loco *Paris de Put. de sindic. dicto verbo latro cum fama per*
12 *totum*, vbi sine defensionibus quidam Grassator fuit suspensus, ad instar *text.*
23 *in l. 6. hÿ autem, ff. de iniust. rup.* vbi prius punire, deinde scribere.

Ergò (si prædicta non essent vera) & Regia Audientia fuisset arbitrata in personam dicti Poliarchi, adhuc non
24 peccasset, stante copia Banditorum in Prouincijs illis, ad illorum terrorẽ, *l. aut facta §. euenit ff. de pœn. l. qui cedendo.*

Digitized by Google

Tertiò respondetur (& optimè Iudicio meo) Puta, si adest quæstio inter Testes, & Actuarium, quibus sit cre-
93 dendum? Doctores post varias distinctiones concludunt, quod si fuit in præsentia Iudicis, tunc creditur Actuario,
94 & tollitur omnis suspitio, *Felyn. in cap. ad Audientiam num.* 7. *de præſcrip. Gloſ. in cap. cum cauſam de teſtib. Bauer. in tract. de teſtib. num.* 405. *Clar. in §. falſum num.* 15. *in fine.*

At in casu, de quo agitur Poliarcus noster existens in domo Præsidis, antequā Actuarius ibidem veniſſet, fuit interrogatus ab illo, & Fiscali iuxta doctrinam, *Clar. quæſt.* 23. *in princ.* solum ex narratis voce viua per Carolū Aspitum alioſque deputantes in actis fol. 145. ad 146. iter. & non scriptis, vt docet *D. Regens Reuit. in pragm.* 1. *num.* 32. *de ordine Iudici. ex authoritate Felyn. in cap. cum venerabilis de exceptionibus*, & postmodum de ipsorum
96 mandato Actuarius cepit scribere, prout docuit *Barin l. de minore §. plu-*
97 *rimum num.* 4. *ff. de quæſt.* & coram dictis Præside, Commissario delegato
98 Campaneę Iudice competente, *Grād. de Bell. exul. pradicam. ſubſtātia nu.* 11. Et Fiscali eiusdem Prouinciæ, de quo
99 etiam lex multum confidit, *Caravit. in prag.* 1. *de exul. nu.* 56. *Idem Grand.*

Digitized by Google

prædicam. Agere quæst. vltim. num. 3. Cæpit interrogare de ætate, & accepto respõdidit Poliarcus esse ann. 19.
100 & mensibus 7, vt in actis fo. 113. Ergò sibi præiudicauit faciens se maio-
101 rem coram Iudice dum erat Minor, *glos. in l. de ætate verbo respondere ff. de interrog. actio. Foller. in praxi verbo, & si comparent num. 6. per tex. in l. certum §. pen. de confess. Baiard. ad Clar. quæst. 50. num. 9. in fin. & melius Grammat. voto 14.* vbi casus ad literam de bandito ann. 16. qui fuit furca suspensus propter sui confessionem.

102 Et quia quæstio de ætate est arbitraria *pragm. 1. de Minor.* & ex aspectu apparebat Maior, vt dixit, & in Actis nihil fuit oppositum ab eius Aduocato, igitur ad quid fides baptismatis presentata post executionem senten-
103 tiæ in Supremo Collaterali coram Principe? *Clar. quæst. 55. nu. 11. Grammat. decis. 48. num. 18.*

Vndè si depositio prædictorum Biruariorum deficit ex multis, Falsitas, quæ sine dolo, sed coniecturis, & præsumptionibus inducebatur, Nunc dolo deficiente cessat, cum sit de forma fal-
104 sitatis, *l. nec exemplum C. de fal. l. inter omnes §. fin. ff. de furt. Bald. in cons. 33. lib. 3. Alex. cons. 74. num. 2. lib. 1. Grammat. d. decis. 69. num. 7. Marsil. cons. 104. num. 29.*

Accedat præsentia Iudicum, vbi omnia legitimè, & sollemniter acta intel-
105 liguntur, *l. 1. C. de offic. ciuil. Iudi. Innocent. in c. innotuit de eo, qui fur. ord. suscep.* Imò ex qualitate iplorum, quæ
106 ad tollendam falsitatis præsumptionem multum præualet, *Bald. in l. 2. C. de fal. & in l. quoties §. si non in corpore ff. de hared. instit. glos. in l. fin. verbo ex personis ff. de actio. & oblig.*

Quapropter (& hoc est omninò considerandum) si dolus, & ignorantia deficiunt in officiali, cætera omnia permittuntur tanquam ex zelo, notant omnes in *Constitut. si Iudex de pen. Iud.*
107 *Bertazz. cons. 71. nu. 3. cons. 81. nu. 2. & cons. 91. num. 1. Bart. in l. 1. §. non autem num. 2. ff. si quis test. lib. essiuss. fue. Grammat. in terminis cons. 54. nu. 3. & 11.*

Neque implicat, (& est secundum caput) quod Fiscus dicat ab Actuario fuisse sugestam confessionem prædictã.

Esset itaque Miraculum; quia contineret diuinationem, sed respondeat mihi ad quem finem? sugestio est falsitas, quæ sine magno lucro non præsumitur, *Farinac. cons. 60. num. 85. in fin. & cons. 44. nu. 16. & cons. 50. num. 49.* quod in actis non legitur, vt videre est, Dolus verò non est probatus, & im-
108 possibilis ad probandum, vt supra, ergò non præsumitur, *l. dolum C. de dolo, Menoch. de arbitra. casu 209. nu. 1. Becc. cons. 78. num. 16. Grammat. cons. 23. nu. 7.* Actuarij autem semper libertatem inquisitis desiderant ad lucran-
109 da decreta pro solutione affictus Actuariæ, vt colligitur ex Pragmaticis huius Regni editis ad minorandam Tassam Actuariorum in *pragm. 38. de offic. magist. iust.* ab hijs enim, qui ad Triremes, vel Morti traduntur nihil recipiunt, & Acta gratis ad M. C. trãs-
110 mittunt in *prag. 11. §. 52. de off. iud.*

Neque minus releuat tertium caput de Innocentia deducta ex informatione Commissarij per Negatiuam cohartatam, quod nunquã prædictus Poliarcus discessit à Terra Sancti Bartolomei in Galdo. Et quod confessus fuit cum tormentis, vel metu tormentorum, & à vicinis querulæ voces audiebantur.

Quia si veritatem diligimus, prædicta Negatiua nihil probat multis modis,

111 Primò ex depositione Testium suspectorum, vt potè Nutricis, Compatris, & aliorum consanguineorum in dicta Terra examinatorum, vt patet *Farinac. quæst. 54. num. 1. 167. & 200. vsque ad 204.*

Secundò ex ipsa informatione Regij Fisci, vbi post dictam negatiuam, vt infra, fuit examinatus Anellus Ciaccius Capitanius Campaneæ illarum

Pro-

Digitized by Google

Prouinciali, & deposuit in Actis, aput dixit prædictum Franciscum Poliarcũ de Mense Aprelis circiter Luceriam veniſſe, & ipsi certa bona ad comedendum donasse, ergo si discessit à dicta Terra S. Bartolomei, Negatiua prædicta cuius generis? nullius. *Gabriel comm. concl. tit. de testib. concluſ. 1. nu. 14. Guazzi. defunt. 33. circa penam cap. 14. num. 13.*

112

Tertiò nihil probat negatiua cohartata de loco, & tempore, cum inter

113 cæteras sit necesse probare delictum in genere, id est, quod singulis diebus viderunt illum introire, & exire de domo, Claua, Ianuam aperiendo, & claudendo, & ambulare per talem plateam, ità quod nunquam discessit à Patria, vt ipse Fiscus exclamat *d. num. 39. verbo, Quæ omnia in fine.* ibi nunquam à Paterna domo, & scolastica disciplina discessisse. Sed cum Luceriã veniſſet, vt supra corruit Informatio, & propterea *Corneus appellauit negati-*

114 *uam istam impossibilem in conſ. 110 volum. 1. & conſ. 44. vol. 2. Alex. conſ. 136. volum. 2.*

115 Et per consequens sapere naturam falsitatis (cum reuerentia) *Decius in cap. quoniam contra num. 3. & 18. de probat. & in conſ. 173. num. 3. allegans Angel. in l. pen §. docere ff. ne quis eum,* vbi testes debent cauere ab ista negatiua tanquam ab igne, *Clar. in §. falsum num. 13. & quæſt. 42. num. 4. Farinac. quæſt. 65. nu. 222. & q. 75. nu. 221.*

Pro reliquis verò, quod confeſſus fuit per Tormenta, vel metu Tormentorum, & à vicinis quærulæ voces audiebantur dico, quod non sumus in probatis, quia in Actis non constat aliud, niſi ex dicto vnius Militis Campaneæ, quod à Ioa: Maria Campana fuit Colafo cesus, & ab alio cum funicula vnius feneſtræ.

116 Quæ omnia non sunt sub genere tormentorum, dato, & non conceſſo, quod dictum vnius non sit nullius, Cũ

117 confiteri per tormenta sit quando Corpus cruciatur *Grammat. conſ. 15. num. 6. allegans tex. in l. item apud la-*

118 *beonem §. quæſtione, & §. quamuis ff. de iniur. & l. 1. §. quæſtionis ff. ad ſillini.*

Et si quærulæ voces à vicinis audiebantur, vbi est vicinorum depositio?

119 in Actis folium non reperitur. Delictum in genere voeis præsumptæ Ne-

120 quaquam, si stridens, Rauca, vel dulcis, *Farinac. quæſt. 51. num. 162.*

Sic etiam nulla ratio habenda est de aliis Testibus Regij Fisci, qui de

121 auditu deposuerunt, fortaſse alter extranius vociferabat *Farinac. q. 69. per totam.*

122 Neque reperitur in actis folium promissionis impunitatis iuxta requisita eiusdem *Farinac. q. 81. num. 276. & 280. Clar. quæſt. 55. num. 8.* ex simplici dicto vnius testis, qui Birroarius est.

Ergò iudicari non potest extra probata in Actis, *l. 6. §. veritas ff. de offic. Præſid. cap. licet Helide Simon. l fin. C. de fideicom. lib. cum concordantibus per D. Reg. Rouit. qui nullum in pragm. 15. num. 3. de ord. iudi.*

123 Quibus sic stantibus, optimè fecit Excellentissimus Dux d'Alcala, tunc Regni Prorex, confirmando decretum habilitationis ad omnem ordinem la-

† tum ab Illustr. D. Io: Enriquez Marchione Campiæ, Regiam Cancellariam, Regente dignissimo, & huius causæ interato, in personã dicti Actuarij, Tum ex clara eius innocentia, rationibus ante dictis, Tum etiam, quia

† anno integro carceribus afflictus, & in principio carcerationis datis ipsi defensionibus, noluit habere Testes Regij Fisci pro Repetitis. Fiscus verò non solum inter legitima tempora prædictam Repetitionem non curauit, pro expeditione causæ, ne fieret immortalis *pragm. 2. in fin. de citat. in his verbis.*

† Iudices pro distantia locorum, vbi erãt Testes repetendi, de competenti dilatione prouideant pro prædictorum testium repetitione, qua elapsa ad terminationem causarum, prout Iuris fuerit procedatur. *D. Regens Rouit in prag.*

Digitized by Google

prag.3,num.21.cod.tit.de citat.

Et Anna allegat 423. dicit Repetitionem esse faciendam infra dies quindecim.

Sed neque per Annum completum fuit cæpta Repetitio prædicta, vbi licet testes nihil concludant, vt supra visum est, Tamen, quia non Repetiti, si quæ ratio, sine ratione, nulla ratio eſt ratione, *Salicet. in l. fin. C. de quæst. Alexa. consil.* 180. *vol.* 2. *Roland. à Valle consi.* 12, *nu.* 37. 38. *vol.* 3. *Grammat. cõsil.* 15. *num.* 2. *cum concord. per Berlaz. vol. cons.* 71. *nu.* 14. *Borrell. cons.* 97. *nu.* 18. *Farinac. de test. q.* 72. *nu.* 133. *Ricc. collect.* 2491. *Viui, decis.* 996. *par.* 3. *de Franch. decis.* 462. *num.* 1. *& decis.* 608. *nu.* 1. *Capyce. decis.* 35.

Non obstat dicere prædictam liberationem esse nullam in Audito Regio Fisco, sine partis remissione, & à Iudice incompetenti, propterea citari, carcerari, & in subsidium fideiussio incusari ex eisdem Actis, Et à fortiori, quia idem Excell. Dux de Alcalà post excarcerationem, iterum carcerari mandauit, ergò præsumitur deceptus.

Quia respondetur pluribus modis. Primo ad primum, quod tunc esset nulla liberatio inaudito Fisco, quando à Domino Regente tantum, fuisset exequuta sententia, sed quia interuenit Princeps qui confirmando supplet defectum prædicti D. Regentis, Actumq; inualidum facit validum, & Ius agratiandi habet *glos. in cap. bi aliquanda de sent. excom. Cassad. decis.* 5. *num.* 2. *de constitut. Farinacc. cons.* 15. *nu.* 52. *Clar. q.* 59. esset itaque dubitare de potestate illius, *Cacher. decis.* 101. *Scaccia in tract. de iudi. cauſ. ciuil. & crimin. cap.* 12. *nu.* 81. *&* 84. *Farinacc. q.* 101. *num.* 35. *& melius q.* 6. *num.* 46. *& seq. per tex. in l. fin. C. de gener. abol. l.* 1. *§. de qua autem ff. de postul. glos. in l.* 2. *verbo concedi C. de in ius vocan.* Cuius est concedere, & destruere leges, *cap. Rex pacificus in prohem. decret. cap.* 1. *de constit. glos. in l.* 1. *verbo qui magistratus ff. quod quisque iur.*

Ad secundum respondetur, quod nõ erat necessaria partis remissio, quia nunquam pars vera, & sic Pater Grassatoris in Actis comparuit, vt ibi videre est, Sed tantum Tomas Poliacus, ad quem ius quærelandi non spectabat, quia successione carebat. *Auth. post fratres C. de legit. hæred. de Franch. decis.* 611. *D. Reg. Rouit. in pragm.* 8. *de compoſit. num.* 66. *& seq.*

Ad tertium respondetur, quod quilibet D. Regens Collateralis tum ex mandato S. E. se transferendo ad visitationem carceratorum est Iudex Competens in omnibus carceratis, & tanquã Delegatus procedit, & maximè in festiuitate Sanctissimæ Paſcatis Resurrectionis, *D. Reg. Rouit. in prag.* 8. *de 1. offic. mag. iustit. ex. fin. C. de cust. reorũ*, & ità practicatur semper in M. G. V. sine vlla difficultate, *De Ponte de potest. Proreg. tit.* 10. *cap.* 5. *fit. nu.* 10.

Et fideiussio (terminis sic stantibus) multis ex cauſis incusandam non est.

Primò, nisi superuenerint noua indicia, *l. qui de crimine C. de accusat. Farinac. in terminis q.* 4. *nu.* 23. *Brunor. à Sole in suis legalibus quæstio. q.* 17. *post num.* 19. *Aim. cons.* 321. *in fine. Tabi. Non. cons.* 103. *num.* 5. *Clar. §. fin. q.* 64. *verbo Pariter etiam, Tesaur. decis.* 81.

Quia Actuario fuerunt datæ defentiones, & licet non fuerint terminatæ, vel renunciatæ culpa Fisci præsumitur, dum per Annum repetitionem nõ affectauit, & cauſa erat expedienda ad tollendam immortalitatem, *cap. finem litibus, de dolo, & contu. si præallegata pragmatica* 2. *credendum sit.*

Quapropter liberatus in forma, post defentiones practicatur, & per consequens ex eisdem actis, sine alijs vrgentionibus inditijs moleſtari non debet cum tale decretum sapiat naturam absolutiui, cui obstat; exceptio rei iudicatæ, *l.* 2. *C. de exceptio. re. iud. Boher. decis.* 289. *Marsil. cons.* 55. *& cons.* 97. *Gomez. var. resolut. tit. de delict. cap.* 1. *nu.* 26. *& seq. lib.* 3. *Gayl. pac. pub. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 24.

Secun-

Digitized by Google

Secundo modo fideiussio non incusatur, (dato, & nõ concesso, quod Principis confirmatio contueret) quia antequam citarentur fideiussores ad præsentandum, fuit atrocissimis minis iniuriatus Principalis, & quod volebant ipsum facere mori in carceribus, propterea fugam arripuit, vndè fideiussores excusantur, *Baiard. ad Clar. q. 46. num. 66. Bertazzol. cons. 435. num. 3. Cæphal. cons. 87. num. 47. Vsalt. ad Affl. decis. 130. num. 3.*

Tertio modo non incusatur, quia fideiussores petunt causam expediendam, vtique si Actuarius venit absolvendus dicitur iniustè carceratus, & nulla fideiussio, & tanquam Innocens non est præsentandus, *Gabriel consil. 181. num. 6. & 7. lib. 1. Farinacc. de carce. & carcer. q. 34. nu. 63. & in terminis decisum refert Viui. decis. 215. num. 1. & 2. Petra ad Gramma. decis. 41. num. 5. & 6. Afflict. in constit. Cathalani. num. 5.*

Etiam si in dicta habilitatione dixisset, toties, quoties, *Farinacc. loco cit. num. 66. allegant Nellum in tract. banditor. 1. par. 2. temp. q. 15. & DD. in l. si quis reum ff. de custod. reor.*

Et licet post executum decretum liberationis, Idem Excellentissimus Dux d'Alcalà mandauerit per Scriptorium actuarium prædictum recarcerari nullis nouis inditijs, nullaque nouatione expressa, seù declarata, quod fieri non poterat (Parè tanti Principis) *Farinacc. quæst. 4. nu. 25. & q. 27. num. 134. Felyn. in cap. 1. num. 50. de constit. & in cap. cum ordinem num. 8. de rescript. Abb. in cap. sicut de re iud. Rimin. cons. 483. nu. 13. & seq.*

Cum Primum decretum ad omnẽ ordinem, omni iure, Maiorique vinculo roboratum, non destruatur motu proprio, vbi Princeps facillimè decipi potest, deficiente cõsilio sibi destinato *cap. nouit, de his, quæ fiũ. à Prel. sine consil. Luc. de Pen. in l. omnes Iudices, C. de decur. lib. 10. Petra de potestat. Prin. fol. 169. num. 239.* quos commendat *de Ponte de potest. Proreg. tit. 12. in l. princip. nu. 25. ex l. quisquis C. ad l. Iul. maiest. l. humanum in tit. C. de legibus. Andr. in cap. 1. vol. 5.* Hic finitur lex.

Ideò benè prouisum, & in causa non procedatur, Cætera suppleãt S. E. & Domini Iudicantes.

EXclamat D. Fisci patronus contra Audientiam Lucerinam, propter supplicium Frãcisco Poliarco illatum, circa quod copiosas, & elaboratas allegationes composuit, quarum summa quatuor continet capita.

Primum circa processum, quod non potuerit procedi ad modum belli, quia quia non erat casus ità procedendi.

Secundum, quod non potuerit condemnari vltimo supplicio ex pluribus defectibus confessionis, super qua fundatur condemnatio.

Tertium, quod non debuerit statim exequi sententia stante appellatione.

Quartum, quod ex istis debent Præses, Auditores, Fisci patronus, Actuarius, & si qui alij ab officio remoti acriter puniri.

CAPVT. I.

QVò ad primum ex infrascriptis conclusionibus defenditur Auditor.

Prima conclusio est, quod modus belli potest adhiberi nedum contra exules captos in fraganti crimine, vel
124 in persecutione, sed etiam contra eos, qui talibus modis capti non fuerint, dummodo tale, quod commiserint, propter quod aduersus illos talis potestas fuerit concessa. Siquidem in commissione facta à Prorege Præsidi, quam posuit loau. Grandis in principio tractans de bello exulum hæc põnuntur (& debbiate procedere ad modum belli, & militari modo contra quelli forasciti, che vanno rubbando pér la Campagna, inquietãdo il quieto, & pacifico viuére de' sudditi di Sua Maestà, perturbando, & impedendo il libero

Digitized by Google

libero commercio del Regno) quæ verba (ad modum belli, & militari mo-
125 do) ciuiliter intellecta liberum arbitrium important, prout explicat *Ioan: Grand. d. tract. de bello exulum in prædicamento substantiæ q. 2. nu. 5. fol. mihi 15. & in prædicamento Quando q. 1. nu. 3. fol. 86. & in prædicamento Pati. quæst. 3. in primo speciali fol. 136.* Et tunc nulla adest temporum distinctio, siuè procedat in persecutione, siue extra illam, vt *d. num. 3.* Qua de re cum Poliarcus ea confessus fuerit, propter quæ poterat contra eum ad modum belli, & militari modo procedi nihil debet auditori imputari.

Secunda conclusio, hic modus liberum arbitrium continens, tollit solem
126 nitates iuris ciuilis, & reliquit tantum ea, quæ sunt iuris gentium, nempè legitimam delicti probationem, ac legitimas Reo defensiones, quod ipsemet Dominus fiscalis confitetur in suis allegationibus *num. 13. & Grand. in prædicamento substantiæ quæst. 3. num. 2. fol. 17.* In defensionibus autem
127 potest variari modus, & restingi tẽpus à iure statutum, vt post *Cart. de excom. sent. &c. capite 3. num. 34. 37. & 47. & Asin. in praxi §. 31. capite à num. 5. docet Farinac. in praxi par. 1. quæst. 29. num. 26. & 27. & Tusc. tom. 7. lit. S. concluſ. 504.* Qua de re licet contra Poliarcum per horas processum fuerit, potuit tamen intra horam eius aduocatus allegare ad sui defensionem, quæ ei incumbebant, & tunc si illis allegatis non fuisset statutus terminus competens ad ea probanda, tunc dici potuisset defensiones ei denegatas, sed cũ nihil allegauerit, imò
129 confessus fuit, quod tempore pugnæ inter banditos, & Regios satellites ipse remansit in Ecclesia Sanctæ Mariæ del Boscho fol. 119. Ex quo apparet verum esse illum fuisse cum comitiua bannitorum, licet non in actu pugnæ apparet non fuisse longius tempus defensionis concedendum, vbi nihil ad defensionem veniebat probandum; Si enim Reo confesso breuis terminus ad defensiones constituitur; *Viui. decis. 68.* breuissimus contra Grassatores sta-
130 tui debet, non ergò peccauit Iudex procedendo ex abrupto per horas.

Tertia conclusio: hic modus belli, & militaris exercetur contra forascitos, idest contra eos, qui per Campa-
131 neam armati in comitiua incedunt, siuè grassentur, siuè non vt ex commissione, quam in principio tractatus ponit *Ioa: Grand. in prædicamento Qualitatis q. 2. num. 4. fol. 52. & ibi num. 7.* dicit, quod etiam si nullum delictum commiserit sufficit solus incessus per
132 Campaneam. Procedit etiam contra auxiliatores, vt voluit *Grand. in prædicamento relationis quæst. 1. nu. 3. fol. 67. in fin. & 68. & in prædicamento Pati q. 3. in 2. speciali fol. 137.* Cum ergò Poliarcus fassus fuerit se armatũ cum armatis bannitis per Campaneã incessisse eisque auxiliatum casus erat
133 contra eum illo modo procedi potuisse: Qua de re cessant omnia, quæ longa serie Dominus Fiscalis allegauit signanter *num. 27.* Quia re vera ad casum non applicantur, & *Marsil. in cons. 7. per eum citato, Luc. de Penn. sub locis citatis nu. 29. & 30.* in libro meo verè non dicunt ea ad quæ citantur, *Grandis verò fol. non 57. sed 53. d. q. 2. antè nu. 5.* in prædicamento Qualitatis refert declarationem Proregis factam Regiæ Audientiæ Calabriæ in anno 1583. vt comprehendat potestas ista forascitos nedum tertiæ speciei, vt sunt grassatores, sed etiam secundæ, vt sunt illi, qui tantum in comitiua per Campaneam armati incedunt.

Quod tàm fecerit Poliarcus ex triplicata eius cõfessione, vt infra dicam, conuincit, sed nec procurator pauperum in eius defensione negare ausus fuerit; dixit enim tantum, quod non deliquit in pugna contra milites Curiæ, non autem quod cum bannitis nõ incesserit armatus.

Quarta conclusio: Potestas ista militaris cõcessa est Præsidi, qui procedat

cum

Digitized by Google

136 cum voto alicuius ex Auditoribus, vt apparet ex dicta commissione, & notat *Ioa: Grand. vbi supra in prædicamento Agere q. 1. fol. 115. & in 1. specialifol. 136.* Si igitur Præses procedere voluit ad modum belli contra Poliarcum, in quo peccarunt Auditores, si eorum consilia adhibuit in procedendo, aut ergò recte fecit Præses in procedendo tali modo, prout verò fecit ex prædictis, & nullus peccauit, aut non rectè fecit, & ipse peccasset, non Auditores, qui nihil egerunt circa electionem modi procedendi, sed Præsidi ità procedere volenti operam adhibuerunt, tunc enim peccassent, si non in electione modi, quæ illorum non erat, sed in modo ipso adesset defectus qui cùm nō fuerint obseruatis ijs, quæ iuris gentium sunt; nullum eis peccatum imputandum.

Denique si eo tempore tanta erat
137 istorum delinquentium copia tanta immanitas tàm atrocia committebāt, nonnè ex hoc poterat inordinatè procedi, prout in similibus casibus apud *Gramm. decis. 36. num. 39. D. de Franch. decis. 570.* & abundè in similibus latronibus, & forasciris, *Paris de Puteo in tract. syn. verbo latro cap. 1. per totum, & facit prag. 9. & 12. de exullibus, & ibi D. Rouitus nu. 3.*

138 Neque obstat, quod contra minores non possit procedi ad modum belli, quia in ea potestate concessa, de qua per *Ioan: de Grand.* hoc non legitur, sed generaliter loquitur, & quando delictum est prohibitum de iure communi minores sub statuto etiam com-
139 prehenduntur, vt per *Farinacc. in praxi q. 11. nu. 29. & q. 92. nu. 25.* Qua de re *prag. 1.* de minoribus arbitrio iu-
140 dicis remittit minorum punitionē, & *prag. 2. de furtis*, hoc idem propter frequentiam, vel atrocitatem delicti disponitur.

Præterea si vera esset illa opinio, procederet quando minor ætas esset
141 allegata, & probata, ità expresè ex *Tusc. Ludou. Viu. & Sforzia, Maurus, Burgus q. 6. nu. 26.* quem idem D. Fiscalis citat *num. 38.* & in istis terminis *glos. in l. de ætate 44. ff. de minor.* Et in
142 casu nostro non solum non fuit allegata minor ætas, sed ipse Poliarcus cōfessus est se maiorem, nempè annorū 19. & septē mēsiū, cuius cōfessioni stādum est. Nec Aduocatus pauperum,
143 qui minorem ætatem allegauit, dum Poliarcum viderat, & secum alloquutus fuerat, vt in eius informatione capta per Fiscum fol.

Qua de re verum esse non potest, quod ex aduerso dicit Fiscus illum ex
144 aspectu apparuisse minorem, nam nec testes hoc dicunt, sed tantum (che era bianco, e biondo) & si ex aspectu minor apparuisset, hoc Aduocatus, & procurator pauperum pro illius defensione allegare nō destitissent, qui tantopere cupiebant effugere modum illum procedendi ad modum belli, vt ex replicatione fol. 119. Et hæc quoad primum Caput.

CAPVT. II.

QVoad secundum duo de iure verissima sunt, videlicet.

Primum, quo legitimè potuit Poliarcus condemnari.

Secundum, quod potuit condemnari ad pœnam ordinariam mortis naturalis.

Primum ex duobus conuincitur.

De confessione spontanea Poliarchi.

Primò, ex confessione spontanea facta per Poliarcum coram Præside, &
145 Fiscali potuit omni iure condemnari, *l. 1. vbi omnes C. de cōfess. capite 1. vbi DD. de accus. in 6.* communem dicit *Clarus in §. fin. q. 65.* & ad satietatem innumeros cumulat *Farinac. in praxi q. 81. nu. 3. eum sequentibos.* Quæ spontanea confessio nocet etiam sine inditijs facta, vt ex *text. in d. cap. 1. de accus. in 6. vbi DD. Puteus de Syndic. in verbo Tortura, Gram. decis. 48. à nu. 6.* vbi latè videndus citans plura iura, & signanter *Bald. per illum text. in l. 2. C. de cust.*

Digitized by Google

de cust. reorum l. qui sententia C. de pœnis, l. inter pœnas in fin. ff. de interdi-
147 *ctis.* Nam confessus non præsumitur in se mentiri, vt inquit *Grammat. vbi supra nu. 9. per tex. in l. in omnibus C. de testib. in l. nullus ff. eod. in l. de ætate §. 1. ff. de interrog. actio.* Legatur rogo ildecisio, *& Boss. in tit. de confess. nu. 66. vers. est verum, & Farinacc. q. 82. sub nu. 72.* dicit derideri illos Aduocatos, qui Reos sponte confessos defendunt.

Tolluntur obiecta Fisci.

COntra hanc confessionem (videns Fiscus ex prædictis, quam valide sibi obstet) multipliciter insurgit.

Primò, negat fuisse spontaneam, sed atrociter Poliarcho illatis verberibus in domo Præsidis.

Respondetur nec istud liquidè constare in processu, sed tantum testes di-
148 cunt audiuerunt eum clamantem, vndè credunt fuisse verberatum. Præterea dato, quod hoc fuisset; non fuit coram auditore de Angelis, qui non fuit præsens ijs, quæ in domo Præsidis
149 acta sunt, nec est verum in facto, ab Auditore de Angelis ad eruendã confessionem fuisse colaphis cæsum, sed tantum eo tempore quo fuit captus à Carolo Aspito ductus ante Præsidem, qui tunc erat in via intus quadrigam, dictus Auditor, cum è quadriga, vbi cum Præside erat, descendisset cum illo collocutus alapham ei intulit, hoc non fuit, vt confitetur delictum, nullus enim testis Fisci id dicit, sed quia secum Poliarcus irreuerenter se gessit, & vnica tantum alapha, quam Auditor intulit, non eo tempore quando confessus fuit, non facit, vt confessio post multas horas alio in loco absente Auditore facta dicatur per tormenta extorta. Quod verò sciuerit Auditor de Angelis illata verbera Poliarcho in domo Præsidis, vt confiteretur, nec Fiscus probauit, nec vllus testium dicit, nec ipse erat præsens, & ad præsumendum in Iudice dolum liquidis proba-
150 tionibus conuinci debet, & corruunt omnia per eum scripta; latissimè *à nu.*
151 *102. vsque ad num.* 122. quæ non possunt applicari cum deficiat factum.

Secundò aduersus confessionẽ obijcit, Fiscus num. 26. non valere, quia facta coram Iudice incompetẽte nempè Præside, qui non potest causas in eius domo tractare, vel decidere, vt in *pragm. 8. de offic. Iudicis*, & sic etiam quod fuit facta in domo Præsidis extra locum iudicij prout opponit *num. 62. & 63.*

Respondetur, Præsidem esse Iudi-
152 cem competentem in procedendo ad modum belli, propter potestatem ei demandatam, vt ex verbis commissionis (*Ordinamo, & comandamo tanto, à vai al presente Gouernatore di queste Prouincie, quanto à tutti gli altri futuri Gouernatori, che possiate, & debbiate procedere ad modum belli, & militari modo contra quelli forasciti, che vanno arrobando per la Campagna, &c.*) vbi notanda sunt verba, quod ei non autem Regiæ Audientiæ demandata est talis potestas. Præterea cum sit caput Tribunalis, & præsideat, dum causæ tractantur, & votantur, non potest dici Iudex incompetens.

Quod verò facta fuerit extra locum Tribunalis non attenditur, quando
155 proceditur ad modum belli, vbi sollemnitates iuris ciuilis sunt remissæ; hæc autem est sollemnitas iuris ciuilis, non autem iuris gentium.

Tertiò opponit Fiscus Reum nullis præcedentibus inditijs fuisse interrogatum, & confessum, ex quo dicit confessionem esse nullam, prout *num.* 40. 57. *& 60.*

Respondetur obiectionẽ istam, nec in Facto, nec in Iure militare.

Non militat in Facto, quia Poliar-
154 cus extraiudicialiter confessus fuerat se cum Laurentio Armellino per Campaneam armasse, prout testantur *Marc' Antonio Capiccione capo gualano della massaria delle colonne fol.* 145. *& ater. &* 146. *& Gio: Camillo Grande di Ca-*

Digitized by Google

di Castel pagano sotto gualano fol. 146. ater. qui hoc deponunt, examinati ad instantiam Caroli Aspiti pro captura; Ipse etiam Carolus Aspitus hoc dixit fol. 203. & Giulio Lollo fol. 141. Et licet isti non fuerint examinati ante confessionem Poliarchi, fuerunt tamē examinati intra biduum, & sic quasi incontinenti. Et cum procederetur ad modum belli, sufficiebat constare de veritate, licet scriptura de examine prædictorum non fuerit facta debito tempore, & cum tractetur de confes-
155 sione spontanea validatur nullitas processus, vt per *Innoc. in cap. qualiter, & quando, il secondo, sub num. 7. vers. non negamus de accusa. Farinacc. d. q. 81. capite 1. num. 5. & capite 2. nu. 66.* vbi latissimè.

Et in questa osseruisi, che essendosi esaminati questi due gualani insieme con gli altri Aspito Lollo, & altri per la
156 *cattura, hauendo il Fisco ottenuto, che l' Auditor D. Gioseppe d' Herrera pigliasse informatione, le diede in nota le diligenze da farsi fol. 188. & hauendo in quelle diligenze posto, che si esaminassero alcuni, li quali si erano esaminati per la cattura non vi pose li predetti due gualani, li quali deponeuano della confessione estraiudiciale del detto Poliarco di hauere armato in Campagna, quale era inditio sufficiente à fare, che fosse interrogato.*

In iure etiam non procedit oppositio Fisci, quia quod debebant præce-
157 dere inditia, vt Reus interrogetur à Iudice, procedit in interrogatione faciendā per tormenta, iuxta *tex. in l. 1. §. diuus seuerus ff. de quæst.* At si loquimur in confessione spontanea absque
158 tormentis facta, hæc valebit, etiam absque inditijs, vt est *tex. in cap. 1. de accusat. in 6. & ibi omnes DD. Foller. in praxi crimin. vers. & si confitebuntur num. 68. vbi citat Anchar. in clem. 1. de homicid. Angel. de malef. in verbo, quod fama publica, sub nu. 36.* & de communi opinione, alijs relatis testantur *Cason. de tarm. capite 5. rubrica de non torquendis sine inditijs nu. 4. & capite 18. rubrica de confessione spontanea nu. 6. Mascard. de probat. lib. 1. concluf. 353. nu. 35. Viuius ab eo relatus, Grammat. decis. 48. à nu. 6. videndus,* & hanc in practica seruatur *Farinacc. in praxi tit. de reo confesso concl. 81. sub nu. 13.* & licet aliqui contrarium tenuerint, intelligendi tamen sunt cum hac di-
159 stinctione: Quod aut Iudex citat aliquem, vt compareat ad se examinandum, & hoc nisi præcedant inditia facere, non potest, nec debet, vt dicunt *Boss. in tit. de examinandis reis sub nu. 6. & Cart. in praxi interrogandorum reorum lib. 1. capite 2. nu. 6.* & in istis terminis loquuntur *DD.* citati per Dominum Fiscalem sub *num. 41.* videlicet *Marsilius Sarmiento, Nauarrus, & alij.* Aut verò per apparitionem, vel alium ducitur, quis ante Iudicem captus tanquam de aliquo delicto, maximè si atrocissimum sit inculpatus, & tunc nullus negat, quod non possit Iudex illum interrogare, cur sit captus, & quid fecerit, prout fecit Pilatus Christo Domino, qui cum ad illum duceretur tanquam Reum crimine læsæ Maiestatis interrogauit eum Pilatus, Quid feciſtiſ? Gens tua, & Pontifices tui tradiderūt te mihi: Hoc factum fuit cum Poliarco, qui carceratus ante Præsidem ductus, cum esset dictum, quod armauerat per Campaneam, fuit interrogatus de captura, & ille spontè omnia delicta cōfessus fuit. Et hoc omnis Curia obseruat, quod dum carceratus aliquis ducitur iustè de causa carcerationis interrogatur; ipsa namque carceratio facit, vt non possit dici interrogatus absque aliquo inditio, vel saltim suspitione præcedente, quæ sufficit, vt *Boss. dicit d. loco cit. sub num. 6.*

Quartò, opponit Fiscus confessionem esse erroneam, & inuerisimilem, & cōsequenter falsam, & proindè minimè illi sit credendum, sed debebant Iudices aliunde se informare de veritate delictorum confessatorum, in quo satis

se dilatat *à num. 67. vsque ad num. 78.*

Sed pro responsione ex eisdem dictis, & allegatis per Dom. Fiscalem considerandum est requisita, vt confessio in criminalibus noceat confitẽti quatuor esse, quæ in casu nostro omnia interueniunt, videlicet.

Primum, quod confessio sit clara, lucida, expressa, & explicita) nam hæc
161 quatuor vnum, & idem significant) quæ ponit Fiscalis *nu. 77. & Mascard. Pigue. Viu. & Bertazz.* Et hoc adest in casu nostro, quia clarissima confessio, cui nulla affingi potest obscurilas.

Secundum requisitum, quod sit probabilis, quod explicat *Menocch. de arbitrar. iud. lib. 2. cent. 3. casu 269. nu. 4.*
162 nempè vt constet delictum in genere, & hoc adest in casu nostro, licet Fiscus contradixerit sub *num. 57. vers. primo est*, est enim verum in facto, & notissimum. Primò, *che Lorenzo Sante Sossò con comitiua de banditi hauè armato per la Campagna.* Quod cum esset notorium facti non indigebat alia probatione, ex dictis per ipsum Dominum Fiscalem *à nu. 46. vsque ad 52. Secondo sta verificata la scaramuzza fecundo loco confessata da Poliarco con la morte di cinque dalla parte della Corte, della quale depongono li testimonij esaminati in Foggia con due informationi fol. 53. &c. & fol. 56. &c. ogn'vno de quali delitti è capitale, poiche l'armar per la Campagna porta conse tal pena, vt in prag. 9. S. declarando de exulibus. Et così la resistenza alla Corte, massimamente con la morte di cinque soldati. Gli altri delitti confessati da Poliarco non era necessario, che in genere fossero verificati, bastando ogn'vno di questi per la sua condennatione.*

Tertium requisitum, quod confes-
163 sio sit possibilis, quod explicat *Menocch. vbi supra nu. 5.* Quod factum confessatum natura nõ sit impossibile, & hoc non sit in confessione Poliarchi non potest argui.

Quartum requisitum, quod confes-
164 sio sit verisimilis, de quo *Menocch. vbi supra num. 6.* & in confessione Poliarchi si tota legatur, nulla inuerisimilitudo deprehenditur.

Contendit Fscus quintum requisitum, videlicet, quod confessio sit erronea. Dicit autem istam Poliarchi talem ex confessionibus Laurentij Armellini, & sociorum, qui negãt Poliarcum, & alios ab eo nominatos agnouisse, vel vnquam secum fuisse, & amplius diuersimodè confitentur delicta à Poliarco; Quare exclamat Fiscalis debuisse Iudices antequam condemnarent verificare qualitates dictæ confessionis inquirendo, an vera sint, quæ dixerit; ex quorum omissione inualida sit confessio, & ipsi puniendi.

Sed si verum amamus hæc Fisci oppositio non procedit in casu nostro ex infrascripta distinctione; Nam aut error confessionis constat ex actis, & tũc
165 non debet Iudex illi confessioni credere, & hic est casus *Grammat. decis. 2.* vbi mulier accusata de venenatione pomi, quod Domino coxerat, quod solimato illud infeciisset sub prætetu, quod ab eo discendi licentiam impetrare non valuisset. Tamen cum ipsa longè maiorem partem illius pomi comediisset illesa, satis apparebat nullum apposuisse venenum, & proinde confessio per eam facta, quod venenasset esse inuerisimilem, vt ipse in ea decisione dicit à *nu. 38.* Hoc constabat ex actis, vnde irritabatur confessio. Aut verò illud non apparet ex actis, tunc distinguendo. Aut illud spectat ad efficiendam confessionem probabilem, nempè vt constet de corpore delicti, & tunc omninò verificandum est, & in istis terminis loquuntur *Paris de Put. de syndic. verbo confessio sub nu. 5. & 6. Foller. in praxi verbo, & si confitebuntur par. 2. sub nu. 5. & Farinacc. dicta q. 81. nu. 30.* Aut non spectant ad hoc, sed ad qualitates alias confessatas, & tunc est potius consilium Iudici, vt sic faciat, quam præceptum consilium inquam in foro poli ne peccet, prout *Franciscus Brunus de indit. ad tort. p. 2. quæst.*

Digitized by Google

quæst. 6. sub nu. 13. & Franciscus Cason. loc. cit. potuissent quidem Auditores supersedere in condemnatione, vel in exequutione, & procurare veritatem de longinquo, quia Laurentius, & socij non erant in prouincia, sicut nec pugna cum ministris Curiæ, & alia delicta in prouincia perpetrata fuerũt, hoc facere voluissent per menses, & menses differebatur pœna, contra *tex. in l. si quis filio 6. §. hi autem ff. de iniusto rupto, & irrito facto testam.* de quo

166 infra, quod nec modus belli, quo procedebatur permittebat, nec necessarium videbatur, quia Aduocatus Poliarcum fuerat alloquutus, dum pro eius defensione allegauit fol. 119. non negauit fuisse in comitiua, sed tantum

167 non deliquisse, quia remansit in Ecclesia. Ergò illud tantum sufficiebat ad condemnationem, quod post tres confessiones, videlicet extraiudicialẽ, propter quam fuit captus: Iudicialem spontaneam in domo Præsidis, & tertiam in tormentis in Tribunali, nec in sui defensione negauit eius Aduocatus. Secundò, dato, quòd illa confessio coram Præside non esset sufficiens ad condemnandum, quomodo tamen poterat Dñus Fiscalis negare, quòd illa non fuerit sufficiens ad torquendum? Siquidem veriſſima sunt infrascripta.

Primò, quod confessio extra iudicialis facit inditium ad torturam, ex do-

168 ctrina *Bart. vulgata in l. capite quinto 25. ff. ad l. Iuliam de adult.* & ex infinitis cumulatis per *Farinacc. in praxi quæst. 82. nu. 6. 23. 24.* vbi ait procedere etiam in confessione minoris; & per *Clar. in §. fin. quæst. 55.* Quinimò idem *Farinacc. nu. 13.* voluit, quod confessio extraiudicialis geminata plenè pro-

169 bet delictum, ex *Bar. in l. cum scimus C. de agric. & censit. lib. 11. Roma. Iaſ. Castr. Marſ. Felyn. & alijs ibi citatis.*

170 Secundò, confessio facta coram Iudice incompetente similiter facit inditium ad torturam, vt de communi opinione post *Imol. in c. at si clerici nuy. de iudicijs, dicit Clar. in §. fin. quæst. 21. nu. 20. & q. 55. nu. 3. & Farinacc. q. 81. nu. 48. & 53. & cap. 5. in eadem q. nu. 206. & 216.*

Tertiò, quod confessio spontanea, etiam facta sine indicijs est indicium ad torturam, *Marsi in praxi §. quoniã nu. 18. Foller. in praxi vers. & si confitebuntur par. 1. nu. 114. Boss. in tit. de confess. num. 27. Menochius de iudiciali confessione spõtanea cap. 3. art. 3. nu. 28. & art. 2. num. 16.*

Quibus constitutis si confessio Poliarchi fuit spontanea, fuit extraiudicialis, & coram incompetente, vt Fi-

171 scus contendit, iustè potuit torqueri; fuit autem tortus, & in confessione prima perseuerauerit meritò iustè damnari potuit. Et hæc de primo, quod damnari potuerit Poliarcus.

Secundò, quod ad pœnam ordinariam vltimi supplicij damnari potuerit, aduertendum est ad plura.

Primò, quod in hoc casu adfuit trina confessio, videlicet extraiudicialis aute capturam, cum gualanis, secunda iudicialis coram Præside, & Fisci patrono extra tormenta. Tertia in tormentis in Regia Audientia.

Secundò, quod istæ confessiones fuerunt confirmatæ ab ipsomet procura-

573 tore pauperum illum defendente, qui non negauit illum non fuisse in comitiua, sed tantum quod non deliquit in scaramutia, sed quòd tantum in Ecclesia remansit dum pugnabatur.

Tertiò, quod tractabatur de criminibus atrocissimis, iniquè iura insurgunt, & tunc temporis sequè ultimis.

Quartò, quod ipse Poliarcus se maiorem decem, & octo annis confessus fuerat.

Quibus sic stantibus, quomodo potuit practicari de pœna extraordinaria quidem vel fuisset imponenda prætendit Fiscus ex eo, quia sponte confessus, vel ex eo, quia minor

Non ex primo capite, quia sponte confessus.

PRimò, quia illa opinio inter Doctores, quod sponte confessus mitius punitur, est satis controuersa, cum maximæ auctoritatis viri contrarium tenuerint; prout fuit de mente *Innoc. in cap. qualiter, & quando de accus. Hostiens. in cap. de hoc de simonia.* & probatur ex iuribus adductis à *Bero. in cap. at si clerici sub num. 88. de iudicijs.* Adeò, quod satis periculosum esse tradiderit, *Rim. Iun. in cons. 265. num. 61. lib. 3.* At non poterit iudex in conflictu opinionum vni, & si seueriori adhæsit.

Secundò, non procedit, quando pœna est ordinaria, & certa à iure imposita, vt in puncto optimè fundat *Bero. in d. cap. at si clerici nu. 91.* & talis est in casu nostro vagantibus per Campaniam, quibus pœna mortis naturalis à lege Regni imponitur.

Tertiò, & hoc ponit gladium ad radices, illa opinio hodie recessit ab au-
174 la, & non seruatur in praxi, quia sponte confessi pœna ordinaria puniuntur, ità dicit *Alberic. in l. 2. in §. quæsitum nu. 3. ff. de quæstionib. Iul. Clar. videndus in praxi §. fin. num. 30.* & sequitur *Farinacc. in praxi quæst. 181. cap. 5. num. 272.*

Non ex secundo capite minoris ætatis.

175 PRimò, quia maiorem se confessus fuerat, cui credendum est, *l. 1. C. de confess.* fides enim baptismatis non erat producta in actis, nec à defensore Poliarchi, minor ætas fuit allegata.

176 Secundò, pœna minorum relinquitur arbitrio iudicis, *vt in prag. 1. de minor.* qui potuit arbitrari vsque ad pœnam mortis naturalis propter atrocitatem criminis, & delicti frequentiam, prout alias contra minorem propter criminis frequentiam, etiam in minori delicto pœna ordinaria imponitur, vt *in prag. 2. de furtis.* Et regulariter est delictum, quod frequenter committitur atrocius puniri, vt per *Grum. dec. 36.*

Ex quibus patet expeditum secundum caput, quoad condemnationem.

CAPVT III.

QVoad istud paucissimis verbis expediendo, dico iustè non obstante appellatione interposita sententiam executioni demandatam ex duobus.

177 Primò, quia procedebatur per modum belli, in quo cessat appellatio, vt po *Iser. in §. publici latrones in tit. de pace tenenda, Parid. de Put. de synd. verbo latro nu. 6. Boer. decis. 284. num. 17.* qui de communi opinione testatur, tradit *Grand. in tract. de bello exulum in prædicamento Pari q. 3. in 48. speciali.*

178 Secundò, quia sponte confessus, aut non potest appellare, aut non tenetur Iudex appellationi deferre, *ex text. in cap. cum speciali §. porrò de appell. vbi Bar. nu. 18. Zabar. in prine. & sub nu. 2. Antbar. nu. 6. Abb. sub num. 2. & alius text. in cap. Romana §. fin. autem de appellat. in 6.* & communem practicam esse testantur, *Michael Graff. libr. 2. comm. opin. cap. 16. q. 5. Viu. opin. 52. num. 1. Iul. Clar. §. fin. q. 94.* videndus vbi addentes *Couar. practicar. quæst. cap. 23. sub nu. 5. Scaccia de de indicijs causarum, &c. lib. 1. c. 97. sub nu. 118. & seq. Lancellotus de attentatis lib. 2. cap. 12. ampliat. 4. nu. 13.*

Quæ tanto magis vera sunt, quãdo interposita appellatione, nulla allega-
179 tur causa offuscãs, vel excusans confessionem, vt *DD.* supra citati, *Foller. in pract. crimin. verbo, & si confitebuntur par. 1. nu. 66. Ang. Fulg. Alber. Hostiens. Gemin. Io. And. Bald. Bellame. Franch. Abb. Anan. Dec. Archid. Præposit. Turrecr. Augustt. Capra, Caren. Vestrius, Bass. Couar. Viu. Clar. Conrad. Vesal. Scaccia, Carth. de executione sententiæ cap. 1. nu. 71. & 72.* quos refert, & sequitur *Farinacc. in praxi tit. de variis, ac diuersis*

Digitized by Google

*uersis quæstio.q.*101.*num.*157. Et sic fuit in casu nostro, vbi in appellatione
180 interposita nihil fuit aduersus confessionem allegatum, sed solum, quod pœna erat excessiua, & processum per horas; Quæ duo nihil confessionem respiciunt, qua de re cum istæ friuolæ fuerint causæ appellandi, multò magis
181 friuolæ fuerunt ad dicendum de nullitate, vnde nihil interest, quod insimul appellauerit, ac etiam de nullitate dixerit, nó ergo malè fecerũt, qui post sententiam executi fuerint appellatione non obstante, iuxta *text. in l. si quis filio 6. §. si autem ff. de iniust. rup.*
182 *& irrit. facto testame.* dum inquit de executione sententiæ, à qua fuit appellatum (si adsit alia iusta causa, quam mox Præses literis excusauerit morã non recipiat, non pœnæ festinationé, sed præueniendi periculi causa, tunc enim punire permittitur, deinde scribere) per quem *text. ità Farin. q.* 100. *num.* 81.

183 Ex quibus poterat D. Fisci patronus non exclamare, ex *tex. in cap. Regni si iustè*, quia illud capitulum imponit pœnam ludici, qui non detulit appellationi iustè interpositæ, vt ibi in principio, ait enim (si iustè quis appellauerit) non autem appellationi friuolæ, & sine causa interpositæ, quam Iudex de iure communi admittere non tenetur. Ex quo leges Regni per iura communia interpretantur.

Ex quibus breuiter remanet tertiũ expeditum.

CAPVT IIII.

CIrca quartum, & si latissimè se diffundat D. Fisci patronus à *nu.*80. ego tamen nihil immoror.

184 Primò, quia ex prædictis patet omnia ritè, & iustè per acta.

Secundò, quia in Auditore, quem defendo, nullus dolus probatus est, nullæ sordes, nulla lata culpa, quæ quidem si interueniissent nullam mæreretur defensionem.

Ex quibus satis apparet, quam iniustè (cum reuerentia) & quam indignè
175 vexatus sit Auditor de Angelis Reg. Minister, pronus ad omne seruitium Regium, etiam cum vite discrimine, sæpè sæpius ei demandatum, cuius illa fuit inimica sors, vt pro retributione
186 quatriennij, vexationem pertulerit; cum Coadiutor Crescentius, qui cum ipso contra Poliarcum processit, & condemnauit, in Audientia dimissus, officio vsque ad finem perfectus fuerit.

Io: Camillus Cacacius.

CAusa condemnationis dicti Franciſci Poliarci in pœnam ordinariam,
187 vt (visum est) fuit procul dubio eius spotanea, & iudicialis confessio prædictorum delictorum, quæ nulli dubium, quin dictam pœnam mærentur, tàm de iure communi, quàm ex dispositione Pragmaticarum huius Regni, sub titulo de exulibus.

Conclusio est indubitata, & in ore omnium frequentissimè versatur, nul-
188 lam esse maiorem probationem, quã oris proprij spontaneam cõfessionem, & in confessum nullas esse iudicis partes, nisi in condemnando, cùm huiusmodi confessio faciat rem manifestam, inducat notorium, & habeat vim rei iudicatæ, si coram Iudice competenti fuerit emanata, *Farinac. cum innumeris per eum relatis in suo tract. de reo confesso, & conuicto, quæst.* 81. *cap.* 1. Quæ quidem spontanea confessio nulla indiget alia ratificatione, sed ipsa sola satis est ad condemnandum, *Clar.*
189 *q.*65.*nu.*2.*§. fin.* vbi de communi ex *Bart. Bal. Gandin. Carrer. Foller. Paride de Puteo*, & multis alijs, ibi relatis, *Gomes. in* 3. *tom. variar. resol. de probat. delict. cap.* 11. *num.* 3. *Farinacc.* & ibi per eum relati *d. quæst.* 81. *num.* 4. & 10. Quia autem ex parte aduersa obijciuntur aliqua, tàm contra prædictam confessionem, quàm condemnationem in vim illius factam à Magistratibus Re-

giæ Audientiæ Capitinatæ, & Comitatus Molisij, Reliquum est, vt illis respondeatur.

Et primò, ad id, quod obijcitur, asserta confessionem fuisse emanatam nullis præcedentibus inditijs, ac proin dè non sufficientem ad condemnandum; sanè aliqui Doctores in hanc sententiam inclinarunt, quos refert *Farinacc. d. quæst.* 82. *nu.* 14. Moti præcipuè ex dispositione *text. in l.* 1. §. *diuus seuerus, ff. de quæstionibus*, vbi rescripto
190 diui Seueri continetur, quod confessiones Reorum pro exploratis facinoribus non habeantur, nisi alia probatio cognoscentis religionem instruat. Additur etiam dictum Franciscum Poliarcum fuisse ab initio nulliter, & iniustè captum, cùm contra eum nulla præcesserint delicti argumenta, ac proindè sicut de facto etat captus: sic de facto relaxandus, nec potuisse contra ipsum iure permittente procedi, sed potius in pristinam libertatem; vt spoliatum reponendum, *arg. tex. in l. fin. ff. de iurisd. omnium Iudicum*, latè *Peguer. decis.* 73.

Sed facilimè adest responsio ad ambas obiectiones, & Primo, ad Primam, iam esse canonizatam opinionem in Iudicijs in praxi ab omnibus absque vlla controuersia receptam, quod Scil. confessio iudicialis spontanea, etiam nullis præcedentibus inditijs satis sit ad condemnandum, *Clarus §. fin. q.* 55. *nu.* 12. *Follet. in verbo, & si confitebuntur nu.* 68. *Gomes. de probat. delict. cap.* 12. *num.* 8. vbi quod in spontè confes-
191 sum fertur sententia, non obstante nullitate processus, & etiam si contra eum nulla præcedat diffamatio. *Grammat. decis.* 34. *nu.* 58. & *decis.* 48. *nu.* 7. *Farinacc.* cum infinitis per eum allegatis, vbi de praxi testatur *d. quæst.* 81. *nu.* 13. *cum seq.* Neque obstat *tex. in d. l.* 1. §. *diuus Seuerus, ff. de quæst.* Quia loquitur in terminis confessionis extortæ per tormenta, est enim positus
192 textus sub titulo de quæstionibus, & ità respondet, & eum intelligit *Grammat. decis.* 48. *nu.* 10. & soluit *Farinac. ex glos. in d. l.* 1. *verbo pro exploratis, supradicta quæst.* 81. *supradicto nu.* 13. *in d. suo tract. de reo confesso, & conuicto*. Quod autem spectat ad capturæ, seù carcerationis nullitatem, non est,
193 quòd in ea possit fieri aliquod fundamentum, cùm adhuc sit trita conclusio, quod confessio spontanea validat omninò dictam nullitatem, prout concludit *Bass. in tit. de confessis, num.* 66. *vers. est verum, & in tit. de capt. nu.* 8. & deridentur Aduocati, si aduersus spontaneam confessionem, dictum capturæ nullitatem vellent obijcere, vt dicit ibidem *Farinacc. d. quæst.* 81. *nu.* 71. *cum seq.*

Secundò obijcitur confessionem dicti Franciscì in hac causa non fuisse validam, nec sufficientem ad condemnãdum, quia fuit emanata coram Præside Prouinciæ, & Fisci Parrono tãtùm, absque interuentu alicuius ex Regijs Auditoribus Regiæ Audientiæ, Cum etiam in delictis, vbi proceditur ad modum belli, Præses Prouinciæ debeat
194 procedere cum voto dictorum Auditorum, iuxta dispositionem Pragmaticæ 89. *capit.* æditæ à Comite Lemos, & facit, quia vbicunque potestas collata est in aliquem Magistratum cum certo modo, & forma, Scil. vt cum alicuius voto, & consilio procedat, si
195 hic modus, & forma non seruetur, acta erunt nulla, ex traditis *per Giurbam cons.* 32. *nu.* 6. & *seq.* cum igitur, tàm in dicta pragmatica, quam in literis commissionalibus Præsidis Prouinciæ id contineatur, Scil. vt in huiusmodi etiam delictis vtatur consilio dictorum Regiorum Auditorum, sequitur vt processus sit nullus, si sine consilio ipsorum fuerit fabricatus.

Verum ad hanc obiectionem proindè facilis est etiam, & euidens responsio; Præmittendum enim est in dictis delictis, vbi ad modum belli, vigore potestatis extraordinariæ Præsidi tantum concessæ, proceditur totam iuris
196 dicendi potestatem, siuè iurisdictionem

Digitized by Google

nem penès dictum Præsidem residere, *Ioa: Grand. de bello exulum praedicamẽto agere, quæst.* 1.

197 Et Auditores licet sint socij, Tum ex ratione officij, quia quod est expediendum, debet fieri in plena banca, non à Præside tantum. *Pragm.* 11. §. 3. *de offic. iudi.* Ex tempore, vtrumque biendale, Ex sindicatu, equale ius, *D. Reg. Rouit. in pragm.* 1. *de sindic. offic. num.* 6. Tum etiam ex carceratione, quia Præses, & Auditores non possunt carcerari in cõsulto Prorege, *l. Pars literarum ff. de iud. l.* 2. *ff. de in ius vocan. vbi glos. verbo Imperium, allegans Bart. in l.* 2. *ff. ad l. Iul repetend. & Cyn. in l. Præses C. de Episcop. audi. Capib. de Baron. par.* 1. *in rub. num.* 19. & 20.

Et propterea Par, cum Pare, nullũ habet imperium, *l. nam Magistratus ff. de arbit. l. ille à quo* §. *tempestiuum, ff. ad Trebell. Bart. in l fin. in fin. ff. de re diuis. & l. inter Tutores nu.* 6. *in fine, ff. de adminis. tutor. de Franch. decis.* 274. *num.* 1.

Qui quidem indignati, tanquam Vicereges Prouinciarum aliam superioritatis viam elegerunt, vtpotè per plateas Illustrissimos vocari. Auditores verò extra Tribunal negant adimplere voluntatem, vnde figurando causas recurrunt ad Superiores, & multoties mendatium Præsidis, prævalet veritati Auditorum. Qui vt plurimum se odiosos faciunt, Exercẽdo officium Auditorum, Fiscalis Capitanei Campaneæ, Magistri Cameræ, Actuariorũ, ac etiam subrogando Secretarium proprium in Secretarium Prouinciæ. Ad Summum nemini parcunt, ò vtinam, & Superiores (dato casu) singula intelligerent, quippè si certiorantur, aliquãdo, non credunt, vbi Tacitus in Debilem vim habere leges, in Potentes Mutas.

Sed redeamus ad propositum, Auditores in hoc casu non sunt, nisi assessores, & Consultores, *idem Io: Grand. in praedicamento pati, quæst.* 3. *speciali* 54. *nu.* 2. immò consultores necessarij

188 ex traditis *per Giurbam d. cons.* 32. *nu.* 12. Quia sunt Præsidi destinati, præcipiente statuto; Igitur in huiusmodi causis non Auditores, qui tantum assident, & consilium tradunt, sed Præses Prouinciæ proprius, & ordinarius Iudex erit ex supra traditis, & corrobo-

199 ratur, Quia is à iure dicitur Iudex, qui iurisdictionem habet, & iudicat, licet cum alterius Consilio, *idem Giurba d. cons.* 32. *nu.* 4. *ex Bart. Alex Iason. & alijs per eum relatis*, quibus positis facilè sequitur, quod debeat valere confessio in eiusmodi delictis facta coram Præside, cum illorum cognitionem habeat, vti Commissarius Campaneæ, vt colligitur *ex d. pragm.* 89. *capit.* Si enim ad hoc, vt confessio valeat, Doctores quoad iurisdictionem illam re-

200 cipientis nihil aliud considerant, nisi vt fit recepta coram Iudice competenti, *vt ex d. Farinacc. q.* 81. *ad saturitatem*, & Iudex competens hoc casu sit Præses Prouinciæ; necessariò sequitur, quod omninò valeat confessio recepta coram dicto Præside, tanquam coram Iudice competenti.

Neque verò obstare potest *d. prag.* 89 *capit.* §. 53. vbi habetur, vt supra dictum est, quod Præses Prouinciæ procedat cum voto Auditorum, quia

201 id debet intelligi in ordinando dein dè processu, in decretando, & proferendo sententiam, & expediendo illos actus, qui requirunt causæ cognitionem, & indigent iuris indagatione, non autem in his actibus, qui nullam, aut nimis modicam habent in se causæ cognitionem, nec vllum probabilẽ

202 iuris dubium, prout est recipere spõtaneam confessionem ab Reus peteat. Ità egregie probatur ex plurimorum auctoritate, quos refert *Giurba d. cons.* 32. *nu.* 27. vbi expressè exornatur, & ampliatur hæc conclusio, vt habeat locum etiam in casu, in quo statutum expressè mandat, vt magistratus cum alterius consilio procedat, idq; etiam clarè videtur elici ex verbis dictarum

litera-

Digitized by Google

literarum Commissionalium hanc po
testatem extraordinariam procedendi
ad modum belli Præsidi concedẽtium,
in quibus præcipitur, quod Auditorũ
consilio vtatur hoc modo videlicet.
In quelle cose, che vi occorreranno, & ri-
203 *cercaranno consulta.* Sed sic est, quod
receptio spontaneæ confessionis non
indiget altiori iuris indagine, vt dictũ
est, aut alia causę, ad tradita per *Lucam*
de Penna in l. 2. C. de fundis patrimonia
libus lib. 11. *nu.* 3. Vbi idcircò affirmat
non valere sententiam in minorem
204 ad defensam, quia requirit causæ cog-
nitionem, & fertur in inuitum, valere
autem confessionem spontaneam mi-
noris indefensi, (quamuis possit re-
205 scindi ope restitutionis in integrum)
quia est actus spontaneus Scil. non re-
quirens causæ cognitionem idque pa-
tet ad defensam, quia qui spontaneam
inquisiti confessionem recipit, non
cognoscit, aut iudicat, cum nihil aliud
agat, quam in scriptis redigere certam
facti veritatem, prout eam inquisitus
confiteatur; Ac proinde fit, vt informa-
tionem capturæ principalium inquisi-
torum examina possim, vt experientia
206 docet, iuris inlicteratis, & Actuarijs,
seù etiam Scribanis committantur. Et
certissimum est, quod si prædicti actus
iudiciarij causæ cognitionem desidera-
rent, per viros inlicteratos non ex-
pedirentur, & hæc omnia confirman-
tur communi stilo omnium Curiarum
huius Regni, vbi indistinctè Guberna-
tores Terrarum etiam inlicterati, qui
sine consilio Assessoris procedere ne-
queunt, informationes tamen, & con-
fessiones Reorum super delictis reci-
piunt, & deinde in procedendo in cau-
sis transmittunt processum pro consilio
ad Doctores exteros, & alibi degẽtes.

Tertiò, obijcitur prout fertur, quod
adsit quædam fides minoris ætatis di-
cti Francisci *Poliarchi*, quod multò
minoris est momenti.

Cum enim prædictus *Poliarcus* in
sua spontanea confessione se se maio-
rem cum iuramento adseruerit, indu-
bitata conclusio iuris est, illius asser-
tionem hoc casu pro veritate haben-
dam in eius præiudicium, *Foller. verbo*
& si comparet ante contumaciam nu. 2.
Mascard. conclus. 674. *ex Bart. Bald.*
Salyc. & alijs; Et licet verum sit, quod
id adserens, si minor vtique fuisset, po-
tuisset aduersus dictam suam assertio-
nem etiam iuramento firmatam in in-
tegrum restitui, *Gomez. de delict. cap.* 1.
num. 66. Tamen cum nihil omninò fue
rit, neque per eum, neque per eius Ad-
nocatum aduersus dictam assertionẽ
allegatum, non est profecto, cur ipsius
asserrioni Regij Auditores fidem in
208 iudicando adhibere non debuerint;
Idque eo magis, quo ex aspectu eum
esse maiorem) prout omnibus, qui eum
viderunt notum est) apparebat, & non
ambigitur arbitrarium esse ludici iu-
209 dicare ex aspectu aliquem esse maio-
rem, vel nè, *Menocch. de arbitr. casu*
117. Mascar. concl. 668. *Gramm. decis.*
47. nu. 18. cum ibi per eum allegatis.

Quartò, obijcitur de breuitate ter-
mini defensionum ad vnam horam
coarctati, quasi Reo fuerit ablata de-
fensio, cum nullam tam breui spatio
temporis facere posset defensionem,
contra omnia iura clamantia Reis nul-
lo modo defensiones tollendas, nec de
Principis absoluta potestate, *Marsil.*
in S. expedita num. 76. *Caball. resol.* 88.
cum alijs per eos relatis.

Cui etiam facilè respondetur, quod
vnius horæ spatium satis, superque
fuit, si non ad prætensam confessionis
erroneitatem saltim ad alleganda, quæ
cum in dicto termino non fuerit alle-
210 gata, non erat, cur latior terminus
ad eam probandam concederetur, qui
vtique concessus fuisset si in aliquo
ad causam relenante probando postu-
latus fuisset, aliter enim terminus su-
peruacaneo non erat concedendus,
maximè in notoriè criminosis, & præ-
cipuè in delictis atrocioribus, in qui-
bus non debet tempus ad effugium
concedi, prout expressè *text. in l. cum*
Reis. C. de panis, vbi lex loquitur de

conui-

Digitized by Google

211 conuictis; ergò multò magis in confessis, qui, quod possint ex abrupto su-
212 spendi, si delictum capitale coram Iudice fateantur, *Grammat. decis. 36. num. 39. And. de Isern. in Const. pœnam eorum.* Quæ omnia, licet in quocunq; delicto atroci locum habeant, vt per *Grammat. d. decis. 36.* Tantò magis procedunt in delictis per dictum Poliarcum confessatis, in quibus, vt manifestè apparet in dictis literis commissionalibus Præsidis, expressè conceditur potestas, terminus ad horas angustan-
213 di more militari; Et tamen vltra etiam prędictam specialem potestatem in huiusmodi casibus publicorum latronum, de iure potest Iudex quodammodo terminum defensionis denegare non quod interloquatur in processu, defensiones non esse dandas, sed de
214 facto prohibeat Aduocatos, ne Reũ alloquantur, ne vè eum tueãtur, *Gauazzinus de defensione reorum, defens. 31. cap. 1. num. 4. & 5.*

Et sanè si vllo vnquam tempore, si vlla ex causa transgredi iura licuit, quod licere ob frequentiam, & enormitatem delictorum, *DD.* vno ore consentiunt, *Grammat. decis. 34. num. 45.*
215 *& decis. 36. nu. 2. ex Innocent. Bald. Angel. Ias. & aliis, qui Grammaticus d. decis. 36.* Adferit defendi Assessores, qui pro bono publico aliquando leges transgrediuntur, & contra Reos procedunt iuris ordine non seruato, quod nam tempus ad seueritatem iustior mouere potuit causa? quam ea, quæ ad præsens prædictos Magistratus monit, atque impulit? Conflagrabat furore sceleratissimorum hominum, quorũ in numero Poliarcus iste se confessus
216 est, nedum Apulea tota, sed pœnè Regnum Vniuersum; Vndique Rapinę direptiones, infestissimi latronum incursus, miserorum hominũ ad pecuniã extorquendam violentę captiones, incendia, trucidationes exaudiebantur.

Satis id compertum est sapientissimis Iudicibus, satis notum Iustissimo, ac Excellentissimo Principi, qui noua
217 remedia, nouasque sanctiones pro tantorum scelerum extinctione excogitare coactus est; Ipsa Luceria, vbi Sedem Regium Tribunal habet periculi non fuit expers, nefandorum hominum aggressionem assiduè pertimuit, continuis diũ noctuque custodijs se se munire compulsa fuit perindè, ac si hostili in solo degeremus.

Quinto obijcitur, fuisse Poliarcum tormentatum, & sub spe immunitatis confessum; Quæ duo capita, modo vt sopita corruunt; In actis tormenta non
218 leguntur immunitatis promissio folium deficit, ergò quarè hoc pacto Magistratus Prouinciarum Capitinatæ iniuriantur? *Molin. de primogenit. lib. 2. c. 6.* Si Poliarcus fuit Colafo cesus, vel aliquibus verberibus (quod non conceditur) non sunt sub genere tormentorum. Portasse quando similes Rei ad Iudicem carcerati ducuntur, Laurea coronantur, vel ad Conuiuium
219 vocantur? Debent Iudices conscientiati in talibus apparere terribiles, *Abb. in cap. afferte 2. non de præsumpt. Arnon. singulari 99. ex doctrina Bald. in l. observare C. quorum appellat.* Dicant mihi quæso Tractantes Campaneam, vel qui traxerunt, veritas ab inquisitis, & facinorosis hominibus habetur nè blandis verbis? Necessaria est magna simulatio, vt docet *Archid. in in cap. vtilem 22. q. 2.* vbi ponit exemplum Alexandri Papæ III. Oh quam iniustè (cum reuerentia) & quam indi-
220 gnè vexati sunt Magistratus prædicti (Testis est Deus) non priuatum odium, non vlla Auaritiæ labes, sed publicæ vtilitatis studium, vt Pœna velox vnius, (iuxta stilum) multos ter-
221 reret, & remedium tot Grassatoribus Anno 1627. Turbantibus publicam quietem, afferretur, *Innocent. in cap. 1. de constitut. ex. Aut facta S. euenit ff. de pœnis.*

Hæc sunt quæ responsione digniora existimaui; Cætera enim, quæ obijciuntur, per D. Fisci patronum M. C. V. in sua elaborata allegatione, per se corruunt

runnt, vt supra adfuerat.

221 Adesse enim delicta in genere ex lectura antecedenti nouerit, ideò non subsistit.

Neque vllum negotium per accessere potest, fuisse Laurentium de Sancto Sosso Ducem Banditorum cum aliquibus socijs in testem adhibitum, ac testatum damnati innocentiam, Quid enim Regijs Auditoribus nocere potuit superuolens post sententiam innocentiæ probatio? Cum nullam hoc patiatur iuris controuersiam, licere Scil. iudicare iuxta ea, quæ in processu adsunt tunc temporis, cum sententia fertur, etiam si Iudex contrariũ eorum, quæ in processu probãtur, propriis oculis viderit, *cap. nè inritatis de constit. Clarus §. fin. quæst. 66. num. 2. ex Caruit. Imola, Dadaco, & Abb. & alijs*, vbi de communi. Quamuis non

223 video, quæ fides possit adhiberi hominibus, qui sunt complurimis sceleribus inquinati, etiam si plurimi de prædicti Poliarci innocentia deposuissent, nam, & si tres latrones iuxta Capitulum Regni Frequens, & effrenata conuincant inculpatum ad pœnam, non tamen inferri potest, quod exculpantes probent innocentiam; est enim dispositio illius capituli in odium, & expeditam latronum punitionem introducta, non ergò in eorum fauorem retorquenda, *argum. l. quod fauore C. de legibus*, cum de iure non sint ad probandam innocentiam integræ fidei testes, *Gabell. resolut. 231. Charus q. 24. num. 18. Gomes. de probationib. delict. num. 23.* Addo ad præsens agi, an possit ex eorum testimonio cõtra Regios Magistratus criminaliter procedi, Vndè consequens est, eorum testimonia, tanquam personarum iuris, & facti in-

224 famia notatarum, non fiue tortura, & in subsidium in criminalibus admittendum. *Clarus d. q. 24. num. 13.* Quæ tortura, cum in casu nostro adhibita non fuerit, testimonium eorum nullũ est, *Clarus q. 25. in princ.*

Postremò nullius considerationis existimo, quod pars aduersa obloquitur, voluisse Regium Tribunal iustificare sententiam post illius executionem, examinando testes de captura, & confessione extraiudiciali prædicti Poliarci, illi enim teste suo non fuerunt recepti ad iustificandam sententiam, sed vt scirentur Capientes, qui in for-

225 mationem capi de captura instetterunt adhoc, vt præmium propositum Capientibus assequerentur, neque est insistendũ, quod dicant hi testes, quod ille condemnatus habebat animum, redeundi ad Laurentium de Sancto Sosso, & nouam instruendi comitiuam cum ipsemet condemnatus, se illius manus nuper effugisse fassus esset, quia hæc verba testium, Inquisiti imprudentiam, non innocentiam arguunt.

Reiectis igitur difficultatibus, firma remanet depositio Poliarci capta coram Præside, & Fiscali, & per consequens ritè rectèque à Regijs Auditoribus sententiam esse latam, fundatam

226 in spontanea iudiciaria confessione Inquisiti, quæ tanquam causa, verisimilis, in facto proprio, in quo non cadit oblivio, vera præsumenda fuit, cum sponte confessus delictũ, non præsumatur, ità fatuus esse, vt in se ipsũ mentiatur, sed potius se se ponere ob cõscientiam patrati criminis, *Gramm. decis. 36. nu. 64. 65. & 66. decis. 48. num. 11.*

Sunt hæc omnia claro iure subnixa, sed vtcumq; aliquã cõtrouersiam, & disputationẽ pateretur, q est impossibile, vt supra aduertatur (rogo) esse contra publico munere fundẽtes reijciendam scrupulosam inquisitionẽ, eosq; nõ solũ

228 à pœna excusandos ne dum si iustè ritèque sed, etiam si probabiliter agant, *Gramm. d. cons. 54. nu. 3. & 11. Guazz. defens. 24. c. 2. nu. 9. Bertazz. cons 71. 81. & 91. Hieron. Bucciarellus in tract. differen. inter Iudices ciuil. & crim. differ. 151. nu. 5. citans Clar. quæst. 73. Pari. de fiud. verb. electio officialis.* laus Deo.

Relata fuit decisio supra in prima Allegatione.

INDEX

INDEX.

A

ACTA originalia practicantur in falsitate num. 71. in fine.

Actuarij sine præsentia Iudicis, Cuius industria electa, examinare non possunt num. 49. Et de ipsius mandato scribere num. 96.

Actuarij desiderant libertatem Inquisitis ad lucranda decreta num. 109.

Actuarij nihil recipiunt ab his, qui ad Triremes, vel morti traduntur, num. 110.

Actuarius noster fuit habilitatus ad omnem ordinem num. 123.

Aduocatus Polirrchi confessus est armationem Campanea, & nihil oppositi contra ipsam, nu. 129. 133. 167. 173. & 208.

Aduocatus non potest proponere testimonium banditorum pro defensa inquisiti, num. 43. & 225.

Aduocatus in minori termino vnius horæ, potest proponere, quæ incumbunt aduersus spontaneam confessionem, num. 127. in fine.

Aduocatus Poliarci, minorem ætatem non alleganit, quia ex aspectu erat Maior, num. 143.

Allegata per Fisci Patronum M.C.V. in sua Allegatione nu. 27. ad casum non applicantur, & in libris non leguntur ea, ad quæ citantur, num. 134 sic etiam à nu. 102. vsque ad 122. vide nu. 151.

Anellus Ciaccius Capitanius Campanea annullat negatiuam captam à Commissario Fisci, num. 112.

Angelus Crescentius Auditor Prouinciarũ Capitinata, Coadiutor Auctoris, qui simul Poliarcum ad mortem condemnarunt, Aliter in disparitate voti mortuus non fuisset; Ipse redijt ad officium, Auctor verò reddere non potuit, num. 186.

Anno 1627. Terremotus magnus in Apulea, Banditorum exercitus, & alia nu. 25. 237. & 216.

Appellatio probibetur, procedendo ad modum belli, num. 177.

Armatio per Campaneam debet esse formata num. 4. & 154.

Auditor de Angelis non fuit de nocte in domo Præsidis, num. 149.

Auditores, & Præsides sunt socij, nu. 197.

Auditores in delictis Campanea, sunt Consultores necessarij, num. 198.

B

BAnditi quando carcerati ad Iuditem ducuntur, non præmiantur, neque ad conuiuium vocantur, num. 219.

Banditi non probant ad defensam, sed ad extirpationem, num. 44. & 223.

Banditorum plures exercitus, vide verbo. Anno 1627.

Banditerum nulla differentia, Idem ius in Caporali, ac in socijs, num. 36.

Banditus si moritur ante sententiam, Iudex agit ad interesse, num. 9.

Bartolomeus de Angelis respondit Allegationi D. Fisci Patroni, & vno die (Deo adiuuante) Mundus cognoscet. nu. 27.

Bartolomeus de Angelis, remunerari sperabat per eius gesta cõtra banditos, nu. 67.

Birroarij à longe assistunt quando Rei interrogantur, num. 80.

Birroarij non sunt Testes Idonei sine tortura, num. 88.

C

CApita proposita contra Præsidem, Fiscalem, & Actuarium Prouinciarũ Capitinata sunt diuersa, contradictoria, num. 69.

Causa friuola, ad dicendum de nullitate, in condemnatione Poliarchi, num. 181.

Causa nun debet esse immortalis nu. 123. in fine.

Cecus non iudicat de coloribus, num. 81.

Citatio sine inditijs reicitur num. 159.

Confessio est recipienda coram competenti, num. 200.

Confessio debet esse clara, lucida, expressa, explicita, probabilis, possibilis, & verisimilis, num. 161. 162. ad 164.

Confessio extraiudicialis facit inditium ad torturam, num. 168.

Confessio geminata, plenè probat delictum, num. 269.

Confessio coram incompetenti facit inditiũ ad torturam, num. 170.

Confessus sponte, mitius puniri, Recessit ab Aula, num. 174.

Confessus sponte non appellat, vel Iudex appel-

Digitized by Google

appellationi non consentit, nu. 178. nisi causam instam allegauerit, num. 179.
Confessus sponte, existente delicto in genere, statim est condemnandus num. 3. & 28. Imò habetur pro condemnato num. 32. & 51. Etiam nulla precedente diffamatione num. 191. & 212. & validat nullitatem processus, nu. 52. & 155.
Confessus sponte facit actum notorium, num. 11. 63. & 188.
Confessus spōtè nō ratificas, nu. 188. in fin.
Confessus super facto proprio laudatur, ibi non admittitur error, neq; mendacium, num. 30. 147. & 227.
Confessus cū tormentis debet habere indicia precedentia, nu. 55. 157. 190. & 192.
Confessio sponte delicta ordinaria, breuis terminus constituitur, num. 15. Et in delictis atrocissimis breuissimus, num. 16. & 130.
Confesso sponte sufficit terminus vnius horæ, num. 17.
Confesso sponte nō datur copia repertorum, sed pro breuitate Acta originalia num. 19. Imò prohibetur Aduocato, nè cum ipso alloquatur, num. 214.
Confiteri per tormenta dicitur, quando Corpus cruciatur, num. 117. & seq.
Constare dicitur, quando qualitas rei constat, num. 76.
Contra Confessionem Poliarchi, nihil allegatum, num. 180.
Conuicto breuis terminus ad defendendum Confesso breuissimus, num. 37. & 211.
Corpus delicti legitur in quinque militibus Curiæ, nu. 29. In participatione recaptus illius de Corigliano, n. 57. & in homicidio mulieris terræ Foiani, n. 58. & 222.
Corpus delicti est duplex, facti permanentis, & transeuntis, num. 60.
Corpus delicti requiritur in omni re, alias nulla captura, num. 70. 73. & debet esse dolosè commissum, num. 75.
Corpus delicti requiritur in voce, nu. 120.

D

Defensiones sunt de iure naturæ, num. 18. 127. & 110.
Delictum in genere, vide Corpus delicti.
Depositio inuerisimilis, falsitati equiparatur, num. 87.
Dictum vnius, est nullius, num. 116.
Diffamatio est duplex, verbalis, & realis, ad instar præuentionis, num. 33.
Diffidatus dicitur extra protectionē, nu. 6.
Diffidatus laborat infamia, & à quolibet occidi potest, num. 5.
Doctores allegati per Fiscum explicantur, num. 159.
Dolus in Actis non est probatur, nu. 108. ergò non præsumitur, vt ibi.
Excellentissimus Dux de Alcala, olim Regni Prorex, destinauit filium proprium in Vicarium Generalem pro extirpatione banditorum, num. 26. & 217.
Idem confirmauit decretum habilitationis in personam Actuarij, num. 123.

E

Error in Actis, non creditur, nu. 165.
Examen capi non potest sine Commissione, num. 48.
Examen capi debet de secreto, nu. 80. & cōmittitur Actuarijs, & Scribis, nu. 206.
Essentia rei debet prius constare, num. 77.
Aetas probatur ab aspectu, nu. 39. & 209. & qui dicit contrarium probet, nu. 141.
Aetas remittitur arbitrio Iudicis, num. 41. 102. 140. & 176.
Exceptio rei iudicatæ oritur ex decretō cōfirmato à Principe, num. 123. in fine.
Excommunicantur, Capientes Clericum, deficiente delicto in genere, num. 74.

F

Falsitas requirit delictum in genere, ideſt originale, num. 71. alias Inquisitus habilitatur ad omnem ordinem, num. 78. prout fuit infra num. 123.
Falsitas sola suspitione non probatur, num. 79. sed claris probationibus, num. 86.
Falsitas sine dolo, non est falsitas, nu. 104.
Falsitas sine magno lucro non committitur, num. 107. in fine.
Fama bona destrait falsitatem, num. 91.
Fama semper est bona, dum mala probari non potest, num. 92.
Fauor publicus præfertur odio particulari banditorum, num. 35.
Fideiussio ad omnem ordinem simpliciter non excusatur, nisi superuenientibus inditijs, quia sapit naturam absolutiui, num. 123. in fine.

Digitized by Google

Fideiussio non incusatur, si principalis aufugit propter minas sibi factas ante citationem, ibidem.

Fideiussio non incusatur, si Reus ex Actis veniat absoluendus, quia præsumitur Innocens, & malè carceratus, & fideiussores possunt petere expeditionem ipsius dicto num. 123. in fine.

Fides baptismatis non recipitur post executionem sententiæ, nu. 103. & 175.

Fiscus est iuris conficens, num. 99.

Fiscus in diligentijs faciendis per Commissarium in partibus, non dedit notam duorum Gualanorum, qui deponebant confessionem extraiudicialem, nu. 156.

Fiscus noluit repetere testes per annum integrum, & propterea Actuarius fuit liberatus à S. E. num. 123.

Fiscus .tria capita proponit contra Præsidem, Fiscalem, & Actuarium Prouinciarum Capitinatæ, num. 68.

Fiscus exclamare non debebat ex capit. Regni si iustè, num. 183.

Franciscus Poliarcus de Terra Sancti Bartolomei in Galdo, publicus banditus ex comitiua Laurentij de Sancto Sossio sponte confessus condemnari poterat, nu. 1. 145. & 187.

Franciscus Poliarcus conualidauit aduersus socios, num. 10. & 189.

Franciscus Poliarcus cõfessus fuit ætatem annorum 19. & mensibus septem, num. 38. 100. 142. & 207.

H

HAbilitatus ad omnem ordinem sine reseruatione inditiorum, etiam non superueniẽtium, dicitur liberatus, num. 123. in fine.

D. Ioseph d'Herrera Commissarius Fiscalis in commissis non habuit examinare duos Custodes bouum deponentes de confessione extraiudiciali prædicti Poliarchi, num. 156.

I

IMmunitatis promissio in Actis non legitur, num. 122.

Inditia requiruntur in confessione spontanea, num. 53. 146. & 198.

Informationi captæ per aliquam vniuersitatem, & transmissæ Regiæ Audiẽtiæ non creditur, num. 64.

Informationes, & examina Principalium Inquisitorum, solent committi Actuarijs, & Scribis, num. 206.

In odiosis stricta fit interpretatio, nu. 34.

Intellectus cap. in memoriã, 19. dist. n. 89.

Inuerisimilis depositio, falsitati equiparatur, num. 87.

Istoria Susannæ, num. 82. ad 86.

Iudex in multitudine delictorum potest arbitrari, num. 21.

Iudex sine defensionibus potest ad mortem procedere, num. 22.

Iudex potest prius punire, & deindè scribere, num. 23. & 180.

Iudex, qui torques Reum sine inditijs præcedentibus, punitur pœna capitali, n. 56.

Iudex punitur ex dolo, & ignorantia tantum, secus ex alijs, num. 107. & 150. quo deficiente totus est zelus, num. 66.

Iudex iudicare debet secundum deducta in Actis, num. 122.

Iudex sine inditijs aliquem citare non potest, num. num. 159.

Iudex non tenetur credere errori scripto in Actis, num. 165.

Iudex excusatur, dum bonum probabiliter agat, num. 228.

Iudex conscientiatus contra banditos debet apparere terribilis, num. 219.

Iudicis præsentia tollit omnem suspitionẽ, nu. 94. Et facit actum legitimũ, n. 105.

Iustitia est ministranda secundum tempora postulant, num. 31.

L

LOcus in delictis est necessarius, num. 83. 84. & 85.

M

MAior 14. annis, non est minor, quia tunc est doli capax, num. 40.

Minor faciens se Maiorem coram Iudice sibi præiudicat, num. 101.

Minor comprehenditur sub statuto prohibito de iure communi, num. 139.

Minores 18. annorum, fuerunt furca suspensi, num. 42. & 43.

Minorum pœna remittitur arbitrio Iudicis, nu. 41. 102. 140. & 176.

Modus belli duplex in persecutione, & in Tentorio, num. 20. & 124.

Digitized by Google

Modus belli importat liberum arbitrium, num.124.& 125.
Modus belli tollit sollemnitates Iuris, Ciuilis, num.126.
Modus belli practicatur contra omnes forasciteis, num.131.
Modus belli solo incessu per Campaneam, & contra Auxiliatores scilter, nu.132.
Modus belli fuit practicatus contra Poliarcum, num.133.
Modus belli, etiam practicatur contra Minores, num.138.
Modus belli potest exerceri, etiam in domo Prasidis, num. 153.
Multitudo banditorum inducit Iudicem ad arbitrandum, nu. 24. & 125.

N

NEgatiua cohartata de loco, & tempore, debet habere delictum in genere, num.113.
Negatiua cohartata de loco, & tempore, est impossibilis, & species falsitatis, num. 112.113.114.& 115.
Notorium caret ordine, num.12. Et etiam eritur à spontanea confessione, num.63.
Notorium dicitur, quod patet, licet probatum non sit in scriptis, num.62.
Nulla maior victima quam Reus iniquus num.2.

O

ODia sunt restringenda, num.34.
Opinio rigorosa seruatur num. 54.
Ordo brevis seruatur contra bannitos, ad terrorem, num.7.

P

PArte non instante, nihil innouandum, num.65.
Pœna Minorum, vide Minorum pœna.
Pœna delinquẽti, nõ est retardanda. n.166.
Pœna unius exemplum multorũ, nu.221.
Poliarcus ex confessione sua, omni iure roborata, damnari poterat, num. 171.
Poliarcus pœna mortis erat puniendus, num.172.& 226.
Poliarcus fuit ritè, & rectè condemnatus, num.184.
Post defensiones habilitatus ad omnem ordinem habetur, ac si fuisset liberatus in forma, num. 123. in fine.
Potestas tradita cum aliquo modo, & forma, si modus, & forma non seruantur, Acta erant nulla, num. 195.
Practica habilitationis ad omnem ordinẽ seruatur si non fuerit dictum, etiam Indicijs non superuenientibus, quia sine dicta reservatione dicitur liberatus, & cum dicta clausula potest semper carcerari, & pœnam incusari in subsidium, num.123. in fine.
Pragmatica 89. capit. explicatur, nu.201.
Præses Prouincia est socius Auditorum, num.197.
Præses Prouincia, debet in omnibus procedere cum voto Auditorum, num. 194.
Præses est Iudex competens Campaneæ, nu.50.98.136.152.196.& 199.
Præses Prouincia potest procedere extra Tribunal in delictis Campaneæ. n.153.
Præsides possunt recipere spontaneam confessionem in delictis Campaneæ, si Auditores non adsunt, Tùm propter competentiam, Tùm etiam, quia Reus posset se panitere, num. 202. stante eius competentia, supra num. 98.
Præsides habens in commissis procedendi ad horam, num.8.& 213.
Præuentio duplex, Realis per capturam personæ, & Verbalis per interuentum Iudicis, num.33.
Princeps confirmando decretum, facit actũ inualidum, validum, num. 123. in fine.
D. Prorex huius Regni debet agere cum Consilio Collaterali, nu. 123. in fine.

Q

QValitas personæ tollit suspitionem falsitatis, num. 106.
Querela est præstanda ab eo, ad quem dirigitur successio, num. 123. in fine.

R

REcaptus pecunia nulla vestigia relinquit, ideò probatur per famam, vel conquestum, num.61.
Recaptus in personas illorum de Coriglia-no, unus à Vallone, alter à S. Sossio, num.59.
D. Regens Cancellariã debet interuenire in visitatione Carceratorũ, nu. 123. in fine.
Repetitio testium est facienda intra legitima tempora, alias ad expeditionem causæ, num. 123.

Reus

Digitized by Google

Reus interrogatur ex dictis viua voce, licet non scriptis, num.9. & 159.
Reus debet prius interrogari à Iudice, & postea scribi ab Actuario, num.95.
Reus colaso cesus, vel cum funicula, non dicitur Tormentatus, nu. 116. & 218.

S

Sententia contra Minorem indefensum non tenet, secus si sponte fuerit confessus, num.204. licet possit rescindi remedio Iuris, num.205.
Stilus Tribunalis est seruandus, num.13.
Socius in crimine, est maior socio criminis, num.46.
Socius criminis, & in crimine sine tortura non probat, num.47.& 224.
Sugestio est falsitas, num. 108.

T

Terminus defensionum est iuris naturalis, & tolli non potest, sed benè limitatur ad horam, num. 18. 127. 210. & legitur in Cõmissione Præsidũ. n.213.
Terminus ad horam per M.C.V. seruatur, num.13. in fine.
Terminus breuis conceditur banditis. n.8.
Testes debẽt deponere causã scientiæ, n.82.
Testes debent declarare locum, num. 83. ad 85. vbi ponitur Istoria Susannæ, & ibi locus à Daniele interrogatus, & malè responderunt.
Testes debent deponere rationes coram eorum crudelitatis, sensu proximas, & coniunctas, & specificè in crimine falsi num. 86.
Testes de Auditu non probant, num. 121. & 148.
Testes nõ dicũt ea, quæ Fiscus dicit, n.144.
Testes post sententiam fuerunt examinati ad beneficium Caroli Aspiti capturantis, & non pro validitate sententia, vt in Actis, num.225.
Testes non fuerunt repetiti ad beneficium Actuarij per annum integrum, nu.123. in fine, ideò non probant.
Testibus, vel Actuario credendum? nu.93.
Testimonium Nutricis, Compatris, vel Consanguineorum est suspectũ, nu.111.
Tex. in l.1.§.diuus Seuerus ff. de quæstio. explicatur, num. 192.
Tex. in l.6. §.hij autem ff. de iniust. rup. ir. fac. test. declaratur, num.182.
Tormenta quando locum habeant, num. 117.& seq.

V

Verba Commissionis Præsidum, num. 152.& 202. in fine.
Veritas non habetur à facinorosis hominibus, blandis verbis, num.219.
Vicinorum depositio in Actis non legitur, num. 119.

ALLEGATIO III.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quaternatum, quomodo probetur.*
2 *Collatio beneficij Ecclesiastici, quomodo probetur.*
3 *Priuilegium, an requiratur in donatione à Rege facta de feudo, & quid in hoc seruetur.*
4 *Priuilegium in Regno sit loco inuestituræ.*
5 *Gratia, an dicatur perfecta ante priuilegij expeditionem.*
6 *Gratia Principis antè confectionem literarum dicitur informis, res, & imperfecta.*
7 *Literæ in beneficialibus loco tituli habentur.*
8 *Officiales in Regia Cancellaria, quarè constituti sunt à Rege.*
9 *Scriptura, an, & quando requiratur in gratia Principis.*
10 *Albaranum, an perficiat gratia.*
11 *Contractus, an dicatur perfectus sine scriptura, quã partes fieri cõtraxere.*
12 *Priuilegium, an scripturam requirat.*
13 *Regina Ioanna præceptum de validitate priuilegiorũ, & forma refertur.*
14 *Priuatus rei suæ legem ponere non probibetur.*
15 *Pragmat. Regis Federici enucleatur.*
16 *Dictionis nisi cuius sit natura.*
17 *Dictionis taxatiuæ natura cuius sit.*
18 *Testis deponens affirmatiuam cum dictione taxatiua, an affirmet.*
19 *Dictiones taxatiua, & exceptiua in quo conueniant.*

20 *Dictio nulla in rescripto vacare debet, & quarè.*
21 *Dominiũ absq; titulo non trasfertur.*
22 *Traditio realis, & actualis dominium trasfert.*
23 *Traditio in feudis necessaria est, sine qua ius in re non constituitur.*
24 *Verba apposita in priuilegio, quod ex eo dominium trasferatur, vel quod inuestitura vim realis traditionis habeat, an operantur dominij traditionem declarat opinio Doct. contrarium tenentur.*
25 *Priuilegium simplex absque reali traditione, an dominium trasfert.*
26 *Princeps in feudando agit, vt iura seruentur, non vt ea tollantur.*
27 *Princeps, quando dominium absque traditione trasferre potest, & declaratur hoc quomodo procedat.*
28 *Intellectus ad Bald. doctrinam in pralud. feud. affertur.*
29 *Ius in re per inuestituram Principis quando constituitur, & quid in ea concurrere debeat.*
30 *Angel. in l. officium ff. de rei vend. & Bald. in rubr. C. de rerum permut. declarantur.*
31 *Regis expressa voluntas in inuestiendo per anulũ, vel ensem, qd operetur.*
32 *Rex, an possit gratiam reuocare sui prædecessoris, & Concessiones Regis ante acceptationem inuestitura Regni, an valeant.*
33 *Ius, an acquisitum censeatur Regi ante sequutam acceptationem Regni.*
34 *Concessio duobus facta diuersis temporibus, quis eorum potius iudicetur.*
35 *Rex coronatus præsumitur omnia benè agnoscere, ac de multis esse informatus.*
36 *Priuilegium factum à Rege non dum coronato, an valeat.*
37 *Alienatio de temporali re contra iuramentum facta, an valeat.*
38 *Principis promissio cũ iuramento vasallis facta de non alienãdo ipsorum casta, an alienatione sequuta valeat.*
39 *Abb. distinctio in cap. intellecto nu. 8. de iure iur. refertur circa alienationem factam non obtemp. iur.*
40 *Dominium trasfertur vtile sequuta corporali possessione in feudis.*
41 *Reuocatio tacita, vel expressa, ex quibus clausulis priuilegiorum cognoscatur.*
42 *Principis est tantum priuilegia cessa reuocare, etiam sine causa.*
43 *Priuilegium concessum alicui ab Vniuersitate, an per eandem reuocari possit etiam sine causa, & quid in Principe erga subditum.*
44 *Generalis reuocatio, an, & quando sufficiat ad derogandum.*
45 *Cap. 1. de rescript. limitatur.*
46 *Quis verisimiliter scire præsumitur ea per ipsum gesta, quando factum proprium agitur.*
47 *Tempus trium annorum, an sufficiat ad præsumendum ignorantiam facti proprij.*
48 *Derogatio primi priuilegij, an inducatur per secundum, quando generaliter, vel specialiter sit mentionatum secundo.*
49 *Derogatio facta cum clausula non obedientibus quibuscunque statutis in contrarium facientibus, an censeatur derogatum omnibus statutis, ac si specialiter dictum esset.*
50 *Testator reuocans omne testamẽtum factum sit, censeri an debet reuocatum, ac si specificè reuocasset.*
51 *Clausula generalis, an tollat gratiam Principis.*
52 *Ius quarendũ Princeps de facili tollit.*
53 *Vsusfructus domus relictus, an ea deficiente cesset vsusfructus.*
54 *Obligatio non acquiritur ex promissione rerum alienarum, & si ipsarum Domini alienauerint.*
55 *Regula cessante causa effectus limitatur.*
56 *Donatio, an reuocetur ob deficientiam liberorum, iam per ipsorum natiuitatem reuocata.*
57 *Registratio scripturarum omnium tempore Regis Federici consuetũ erat.*
58 *Scripturæ quæ fiunt clam, & secreto, sunt suspectæ.*

59 *Verbis*

Digitized by Google

59 *Verbis Principis narratiuis sui propriis facti, an sit credendum.*
60 *Ommissio eius quod consuetum est, memorari, falsitatis præsumptionem, an inducat.*
61 *Codicilli post testamentum facti, in quo nulla mentio de testamento agitur, an suspecti reddantur.*
62 *Verbum concedimus, cuius sit natura.*
63 *Actor, an possit se fundare super duobus titulis, quorum vnus est gratiosus, alter verò onerosus.*
64 *Regula quod meũ est, an ex alia causa possit esse meum declarat, & quomodo procedat num. 66. 68.*
65 *Agi, an possit ex duplicato titulo.*
67 *Titulus dominij, non potest multiplicari.*
69 *Dominium, an, & quando ex diuersis causis acquiratur.*
70 *Dominus semel effectus, amplius dominus effici nequit.*
71 *Contractus nouus, quando dicatur interuenisse.*
72 *Noua forma nouum cõtractũ iuducit.*
73 *Agi, an possit ex primo, vel ex secundo contractu nouam formam habenti.*
74 *Tex. in l. item quod dictũ est, § si quis extiterit ff. de indiẽ adiect. põderatur.*
75 *Pretij augmẽtum, an inducat nouum contractum.*
76 *Detractio, vel additio rei, an nouam rem inducere videatur.*
77 *Qualitas noua, nouam rem facit.*
78 *Pactum adiectum super diminutione, vel additamento pretij, an nouum contractum faciat.*
79 *Nouum feudum ex noua qualitate inducitur.*
80 *Rex ex pacto nouam formam substantialem assumens, an à veteri in substantia recessum esse videatur.*
81 *Quis non debet se fundare in scriptura reuocata.*
82 *Taxa, & soluta appositio de stilu Regiæ Cancellariæ in priuilegijs, an sit necessaria.*
83 *Taxatoris stilus, in Regia Cancellaria, circa priuilegiorum ius sibi competentem refertur.*
84 *Cancellarij nomen in priuilegijs, an requirebatur de stilu Regiæ Cancellariæ.*
85 *Forma diu obseruata, non est omittenda.*
86 *Stilus Regiæ Cancellariæ, habet vim legis.*
87 *Litera Ducis Venetorum plumbatæ, an valeant.*
88 *Princeps rei formam tribuit.*
89 *Princeps, quæ non sunt ordinis facere potest, quod sint ordinis.*
90 *Tempore, quod sit præter Principis ordinem ipso iure nullum reputatur.*
91 *Princeps est lex animata in terris.*
92 *Pragmatica Regis Catthol. edita in anno 1509. in Villa Vallis Oleti incip. consueuerunt, &c. ponderatur.*
93 *Tẽpus registrationis priuilegiorũ præfixum à Rege, an intelligatur elapsũ ob defectum possessionis, non obtemptæ à possessore.*
94 *Vaxallus debet petere inuestituram infra annum, & diem, alias feudo priuatur, quomodo intelligendum sit.*
95 *Tempus præscriptionis contra venditorem, vnde currere intelligatur; & an inchoatum censeri continuum.*
96 *Clericus de Eccl-sia inuestitus, qui intra annum ad Sacerdotium promoueri debuerat, an possessionem nactus, eius possessio est litigiosa, obtempta teneat.*
97 *Dies pauciſſimi, an cum aliqua consideratione habendi sint, maximè ad registrandum priuilegia.*
98 *Tempus subscriptionis Regis, & sigilli appositionis attenditur in priuilegijs.*
99 *Sigillum est finis priuilegij.*
100 *Actus quando pro perfecto censeri debeat.*
101 *Vbi abundatior cautela, ibi euidentior fraus oritur.*
102 *Literæ expeditæ contra stilum Curiæ sunt suspectæ de falso.*
103 *Vitus Pisanellus Secretarius Regis Federici extitit.*
104 *Rex Federicus post debellatam Capuam disperatus in Vscla Insulam se contulit, diuersis personis non nulla*

Digitized by Google

concedendo fertur num. 106. & 113. 125. & 143.

105 Factum in aliquo loco de facili memoria tenetur.

107 Rex Catthol. reuocauit omnia priuilegia, & concessiones Regis Federici.

108 Priuilegium redditur suspectum ex generali reuocatione facta, propter quod producens debet probare verum extitisse, num. 111.

109 Instrumentum producenti incumbit onus eius fidem 2060. & DD. declarant, an in ciuili, vel in criminali causa procedat, num. 110.

112 Testi interrogato de tempore, de quo non testificauit, vlla fides adhibenda erit.

114 Probationes plures species imperfectæ, vnam perfectam probationẽ inducũt.

115 Fides non solum ex vno genere probationis sed ex pluribus per Iudicem colligenda erit.

116 Plena probatio tollit semiplenam probationem.

117 Pragm. Regis Catthol. reuocationis gratiarũ, an extẽdarur ad priuilegia non tamen notata in d. pragmatica.

118 Pragm. Regis Catthol. de reuocationis gratiarum ponderatur.

119 Credenda est scribenti priuilegium, an sit eius manuscriptum, vel subscriptum declaratur, num. 121.

120 Tabellioni soli creditur de scriptura ab ipso scripta, declaratur, num. 122. & 123.

124 Regni diuisio inter Regem Cattholicũ, & Regem Francorum mentionatur, contra quam idem Rex Catthol. aduenit, iuris in Regno virtute prætendens habere, bellum parauit, nu. 113.

126 Concessiones intuitu metus, aut imbecillitatis, vel importunitatis factæ non valent.

127 Tex. in l. cum ratio ff. de bon. damn. ponderatur.

128 Renunciatio facta ab eo, qui verisimiliter se priuandũ dubitat, an valeat.

129 Donatio vera ex animi liberalitate procedit.

130 Necessitas nõ facit aliquem liberalẽ.

131 Factum immediatè ante, vel immediate posteà, an sit attendendum.

132 Rex Federicus ab Apostolica Sede, cur Regno priuatus fuit.

133 Alienationes factæ per Regem delinquẽtem, cuius causa Regno priuatur, an validè iudicentur.

134 Sentẽtia declaratoria, an requirebatur in priuatione Regni, Federici Regis.

135 Sentẽtia declaratoria ius declaratur.

136 Res iudicata pro veritate habetur.

137 Inferior, an possit se intromittere de gestis superioris, & ampliatur.

138 Principi soli decet mandare, sic fieri vel iustitiam fieri.

139 Principum dicta pro lege habentur.

140 Donatio facta lata sententia condemnatoria, an irritetur.

141 Intellectus Pragm. Regis Catthol. edita Thori refertur.

142 Iustitia deficiente recurrendum est ad id, quod in simili à Rege factum fuit.

144 Regula tex. in l. sum prætor ff. de iud. limitatur.

145 Rex reuocans donationes factas per prædecessorẽ, an videatur infirmasse alias inualidas.

146 Confirmata. an videntur esse, quæ nõ fuerunt examinata per Reuisorem Statutorum.

147 Superior improbans aliqua de priuilegijs, an censeatur valida confirmare.

148 Pragmatica Regis Cattholici edita Thori, an comprehendat dispositionem inaniter factam.

149 Princeps semper præsumitur velle se confirmare dispositioni iuris.

150 Rex Catthol. omnes alienationes factas per Regem Federicum reuocasse legitur, non solum in d. Pragm. edita Thori, sed etiam ex cap. pacis.

151 Generalis confirmatio priuilegiorum, an, & quando priuilegia iam reuocata confirmare videatur.

152 Curandum non est de iure possessoris si non constat de iure petitoris.

153 Rex Catthol. & Regina Elisabeth. coniuges ius in Regno hæredem asserentes, contra Regni diuisionem factam bellum pararunt.

154 Scien-

Digitized by Google

154 *Scientia præsumpta, an sufficiat in rebellionis crimine, & quid in delicto momentaneo, num.* 159.

155 *Gentem armatam tenere in Castro, est resistere exercitui.*

156 *Delictum Vniuersitatis censetur esse rebellio, ob tollerantiam ipsius.*

157 *Delictum factum à procuratore, amico, vel consanguineo, an censeatur factum contemplatione domini latius declaratur infra hæc quæstio.*

158 *Dominus sciens procuratoris contumaciã nõ purgãs ratificare censetur.*

160 *Duces cum vexillis, & banderijs stãt ad lasionem alterius.*

161 *Rebellare quid sit. Et resistentia quomodo fieri possit.*

162 *Text. in l. si desertores C. de desert. lib.* 12. *ponderatur.*

163 *Inobedientia consistit, etiam exercitum verbis manutenere.*

164 *Machinatio dicitur etiam exercitum verbis manutenere, vt sic tempus labatur, & si ad actus bellicos non deuentatur.*

165 *Princeps bellum indicens non solum bona illorum, contra quos particulariter bellum mouit capere potest, sed etiam iuuantium.*

166 *Spoliorum appellatione, & bona, seù res continentur.*

167 *Bonorum appellatione, & stabilia bona continentur.*

168 *Resistere adhuc dicitur, quis licet damnum nõ inferat, quod inferre poterat.*

169 *Auxiliantium bona, an possint capi, limitatur.*

170 *Capta in bello sunt Regis bellum inducentis, & quid in feudalibus remissiuè, num.* 171.

172 *Bannum probari potest per testes, sicut per scientiam.*

173 *Scriptura, an sit de substantia probationis sententiæ.*

174 *Sententia licet fari nequit sub conditione, tamen lata tenet.*

175 *Sententia, vel edictum condemnatorium tenent, si peruenit, aut peruenire potuerit condemnato.*

176 *Citatus, an sit ipso iure destitutus, si non venerit in feudis, & an sententia requiratur.*

177 *Pœna grauis, vel leuis in extraiudicialibus, consueta est apponi.*

178 *Cap.* 10. *&* 23. *Esdræ referuntur ad quæstionis similitudinem.*

179 *Feudatarius excusatur à iuramenti præstatione, quando comodè ire per se ipsũ nequeat procuraturẽ destinãdo.*

180 *Hostis quis dicatur, &* 181.

181 *Rex potest priuare feudo vaxallum trasfugam, illudque alteri concedere, num.* 188. *&* 190

182 *Capitulum nouum Regis Catholici concessum de anno* 1505. *relatum interpretatur, & nu.* 183. *&* 194.

184 *Clausula, sine præiudicio iuris alieni, quid importet, & num.* 194.

185 *Feudum nouum, an operiatur domino ob feudatarij culpam.*

186 *Culpa patris, quando filio noceat in feudalibus.*

187 *Feudum ipso iure amittitur vaxallo hostilitatem perpatranti, cui per Regem non sit indultum.*

189 *Beneficium, aut res statim possunt à conferendi potestatem habenti conferre nulla expectata sententia, aut citato possessore, quando aliquis ipso facto à lege priuatur.*

191 *Sententia priuationis possessionis, an sit necessaria.*

192 *Exceptio criminis obijci potest contra agentem ad beneficium, de quo quis ipso iure priuatus fuit.*

193 *Animus hominis verbo, vel facto demostratur.*

195 *Domino sufficit, incipere, aut se ad feu- reuocationem parare ob feloniam vaxalli.*

Pro Duce Suessæ cum Iacobo Milano Seniore Sancti Georgi Marchionis.

MAteria feudorum, habet suas singularitates, quæ vocantur naturæ feudi, & inter cætera naturæ feudi attributa est, modus probandi conditionem feudi quaternati, quæ fit à Rege alicui per priuilegium, vt in *Const.*

1

Regni

Digitized by Google

Regni dignum, ibi, quod qui de præditis tenuerit aliquid, de quo non habeat priuilegium diuorum Regum, & in Const. si dubitatio, ibi *quos possessor per priuilegia*, vbi *Glos. Marin. dicit*, quod vbicunque in iure fit mentio de mandato, & concessione, seù liberalitate, Principis subiungit, ibi de priuilegij annotatione, seù pragmatica Sanctione, sacris literis, siuè affatibus, vel apicibus, siuè formis, ideſt huiusmodi scripturis, quasi dicat per scripturam talia debeant constare per supradicta Iura, in quibus expressè dicitur, quod non potest quis in talibus se tueri, nisi per priuilegium, *Bald. cons.* 152. *lib.* 1.

2 per hoc argumentum à simili, quod sicut Collatio beneficij Ecclesiastici notabilis quantitatis, vel qualitatis, dignitatis, vel iurisdictionis non potest probari, nisi per sacros apices bullatos, bula Principis concedentis, ità non in beneficio feudali, cui est annexum territorium, vt secundum eum hoc notant *Arch. & Io: Andr. in Nouell. in proœm.* 6. & allegant multa iura, *Andr. in cap.* 1. *num.* 3. *quib. mod feud. consist.* potest donationem à Rege de feudo

3 requirere priuilegiũ, & subiugit, quod ità seruatur in Regno, sequitur *Matth. ibi num.* 9. & asserit quod dicta Iura Regni habent locum non solum, quãdo est quæstio inter fiscum, & priuatum; sed etiam quando est inter priuatos, *Gugliel. à Pernõ in cons.* 15. *vers.*

4 quinimò in Regno Siciliæ non fit inuestitura, per verba inuestio, sed fit priuilegium dationis in feudum.

Priuilegium etiam adeò substantiæ est, quod ante ipsius priuilegij expeditionem gratia non est perfecta, gratia namque sub quadam tacita conditio-

5 ne concedi videtur, si priuilegium expediatur, vnde nisi reducatur in priuilegium non dicitur esse perfecta, *Bald. in cap.* 1. *num.* 3. per quos fiat inuestio. *Aegid. cons.* 54. *vers. & puto, & decis.* 609. *impetrans beneficium, Rota decis.* 20. *alias* 458. *de concess. præb.* Circa secundum dubium *nu.* 5. vbi dicit quod

6 gratia facta per Principem ante confectas literas, est quædam res informis siuè imperfecta, quæ posteà in confectione literarum formaliter politur ad suum esse, perfectum reducitur, & subiungit, inde dicunt *DD.* quod in beneficialibus literæ habentur loco tituli,

7 vt notat *Compostell. de rescript. cap. constitutus, & Io: Andr. de hoc not. in cap. vnico de litis contest. lib.* 6. Igitur antequam sunt confectæ literæ non videtur pars habere titulum causarum in suo esse perfecto, si enim sola cedula, siuè Albaranum valeret, sine expeditione priuilegij; frustra Rex posuisset

8 in Cancellaria tot Officiales dans illis formam per suas regulas expediendi priuilegia, & in beneficialibus tradit *Aegid. cons.* 54 & sequitur *Gomes. in Reg. Cancell. de non iudic. in rem form. suppl. quæst.* 1. ad id etiam asserit Rotam temporibus suis sæpissimè iudicasse in pluribus causis solam supplicationem ius clarum, & liquidum producere non posse, donec literæ expeditæ sint, quia in expeditione veritas concessorum discutitur, & ante earum expeditionem non dari canonicum titulum, solum in suo esse perfecto, *Aegid. decis.* 110. *prosumit prouisio col.* 3. *vers. sed quia gratia facta per Principem col.* 8. *in princ. Nicol. quo Auditor Rotæ in vers. gratia Apostolica, Anton. de Butr. in cap. in nostram num.* 3. *vers. si attenditur de rescript.* vbi dicit, quod si consideretur altera Principis ratione contenti intellectualiter, & tunc si Princeps facit gratiam in forma literarum, & in qua communi stilo

9 literæ effici solent scriptura est de esse, & tunc effectiuè litera esto titulus de esse, in genere est litera, ex quo sic se habet stilus.

Etiam prætendens Regem Federicum gratiam fecisse in forma literarũ, qui aperiendo mentem spam in præ-

10 tenso Albarano Milani declarauit, quod de gratia ipsa fieret priuilegium, ibi de qua concessione, donatione ipsa, expediri vobis faciemus, & mandabimus

bimus priuilegia; Vnde per solum Albaranum gratia non est perfecta, *arg. tex. in l. contractus C. de fid. Instr.* quã-
11 do enim partes volunt de contractu fieri scripturam, donec non est confecta scriptura contractus est imperfectus, nam ex hoc constat, quod intensio contrahentium fuit contrahere in scriptis, secundum opinionem *Azon. & Placent.* ibi etiam confirmat *Salyc. in Auth. sed nouo iure num. 7. C. si cert. pet. Paul. de Castr. in d. l. contractus col. 3. & in l. cum res, vbi bonus text. C. de probat.*

12 Et priuilegium Principis requirit scripturam, *C. porro ibi in vers. quod totum, ex inspecto priuilegiorum plenius aduertere potes, de priuil. per quem tex. ità voluit Glos. in d. cap. 1. in vers. inscriptis in 3. casu de censib. in 6. Bald. in l. gesta nu. 11. vers. item priuilegium*
13 *C. de re iudicat.* quinimò, & Regina Ioanna mandauit, vt habetur in suis ordinationibus insertis in Capitulis Regni, *cap. item quod ad petitionem Iustitiariorum*, quod aliquæ cedulæ non concedantur sub annulo secreto, etiã sub quibuscunque clausulis, sed tantum fiant literæ sub sigillo pendenti, sub datis protonotarij, & aliter factæ non valeant, nec teneant, *& hoc cap. allegat Matth. in allegat. cap. 1. quib. mod. feud. const. potest*, & idem Rex Federicus, qui in priuilegijs, & gratijs per eundem faciendis de rebus suis posuit, & legem concedere, ac modũ, & formam ponere, imò & priuatus rei
14 suæ legem dicere potest, *l. 2. C. de noxal. l. in re mand. C. mand.* edidit *prag.* per quam instituit, quod si quis in iudicio, siuè extra libellos, siuè memorialia produxerint, neque habeant, neque habere intelligantur aliquid roboris, & momenti, nullamque fidem, vel probationem inducant, nisi priui-
15 legia, seù literas tum clausas, tum patentes omni sollemnitate, oppositioneque, tum soliti sigilli munita de more, & stilo nostræ Cancellariæ expeditas produxerint, & præsẽtauerint, verba sunt dictæ Pragmaticæ, hoc est dicere, Rex statuit per dictam suam pragmaticam, quod libelli, seù memorialia cedulæ, siuè Albarana, omnesque aliæ scripturæ nullam habeant roboris firmitatem, nisi priuilegia omni sollemnitate munita, & quæ secundum morem, & stilum Cancellariæ expediun-
16 tur, cum dictio, nisi, de sui natura est exceptiuæ, & de natura exceptionis est ponere contrarium suæ regulæ, vt *reg. iur. l. 1. ff. de leg. l. in his*, & siuè dictio, nisi, sequatur affirmatiuam, siuè negatiuam, siuè à lege, siuè ab homine proferatur, semper ponit contrarium eius, quod præcessit hæc *Alberic. in l. si eum §. qui iniuriarum num. 20. ff. si quis caution. & in suo Dictionar. in vers. nisi idem voluit, Bart. in d. §. qui iniuriarum nu. 6.* & sequitur communiter Scribentes, & si diceretur priuilegia posita in dicta Pragmatica sub illa dictione, nisi, sint talia, quod in præcedenti oratione includi non possunt, siuè quod in præcedenti oratione dictum sit de libellis, siuè memorialibus, & non de cædulis, siuè Albaranis, vel alijs scripturis, & per consequens illa dictio non potest excipere; Respondeo, quod si non excipit tamen ponit, ponit enim vnam speciem, seù vnum iudicium, si sint enim dicimus
17 de dictione taxatiua, nam oratio affirmatiua quod habet dictionem taxatiuam exprimit orationem negatiuam, sicut si negatiua esset expressè posita, secundum enim significant illa verba posita à *l. c. in l. 3 §. ex pluribus ff. de acquir. possess.* possidere ex vna dumtaxat causa possumus, ac si diceret non possumus possidere ex pluribus causis, & propterea dicit *Bart. in l. 1. num. 2. ff. si quis ius dicent non obtemp.* quod
18 testis qui deponit affirmatiuam cum dictione taxatiua deponit negatiuam implicitam, *Aret. in d. §. ex plurimis in princ. num. 21. & ibi Soccin. num. 3.* & quantum ad hoc nulla datur differen-
19 tia inter dictionem taxatiuam, & exceptiuam, illa posita affirmatiuè vnã

speciem

speciem ponit, & totum aliud genus remouet, ità ponit vnum genus, & à genere ramouet vnam speciem, tamen *Bart. in d. §. qui iniuriarum nu. 6.* hoc ei dicere Rex iussit quod nisi priuilegia habeant roboris firmitatem, & fidem, ac probationem inducant, *l. retua C. de rei vendicat. l. fin. de cond. inser.* quæ iura ad hoc propositum allegat *idem Alber. in loco superius citato, l. actione, ibi nisi de dolo cum sua Glos. & ibi DD. omnes C. de transact.* si enim Rex voluisset quod Albarana valerēt, expressisset vtique, & potuisset post illam dictionem, nisi priuilegia, quemadmodum expresè de priuilegijs, seù literis, & omnes dictiones, omniaque verba etiam minima in legibus, in scripturis, in contractibus non debent esse sine virtute aliquid operandi, *Glos. in cap. solita, de maior. & obed. in vers. tan quam vers.* & hic est argumentū, quod
30 nulla dictio, debet vacare in rescripto, & assignat rationem, quia alias frustra membranas occuparet, *Bald. in rubr. de contrah. empt. quæst. 9. nu. 9.* Vnde actentis prædictis iuris dispositione, communi obseruantia in hoc Regno mente dicti Regis, satis explicita, ac Regis Pragmatica, quam in donatione feudi requiritur priuilegiū, & quod priuilegium istud est substantiale, per solum Albaranum gratia nō est perfecta, nec Albaranum prædictū dat titulum, & per consequens nec
31 dominium, cum sine titulo dominiū trasferri non potest, *l. nunquam nuda ff. de acquir. rerum domin. l. per diuersas C. mand. l. traditionibus C. de pactis* per quæ inra tenuit *Andr. in prælud. Const. Regni col. antepen. in princ. & in vers.* vt dominium acquiratur oportet causam, & titulum.

Et tanto magis, quod in casu nostro Iacobus non habuit possessionem ante annum 1501. sed rescissa venditione Mazzei, etiam sequuta morte Comitissæ Terræ Nouæ, & virtute prætensi priuilegij, & non Albarani, vt infra demonstrabimus nulla traditio; & sic illa verba posita in Albarano, pro vt ex nunc, pro tunc, & ex tunc pro nūc, damus, concedimus, non potuerunt trasferre dominium, etiam si Albara-
32 num daret titulum; Sed vera, realis, & actualis traditio dominium trasfert, *d. l. traditionibus*, & ibi communiter Scribentes, *& l. cum res C. de probat. l. si fundum, cum sua glos. in vers. periculi ff. de feudo dotali, per quem tex. voluit Andr. in cap. 1. num. 5. vers. quod sine illa inductione clandestina non fuisset quæsitum dominium, qui Suec. tenet firmat Salyc. in d l. si fundum num. 2. & l. vt inter diuinum, quæ est fin. nu. 9. C. de sacros. Eccles.* & tenuit *Glos. in §. per traditionem in vers. trasferatur, vers. item sunt vera*, si accipiens inducatur in possessionem, *Inst. de rer. diuis. vbi Bald.* etiam quod in instrumento esset appositum verbum tradit de eius cōs.
300. *visa petitione num. 4.* & quod in
33 feudis sit neoessaria traditio corporalis, in tantum, quod si non tradit, possessio non confertur ius in re, nec trasfertur dominium, tenet *Guido Papa decis. 304. ex dispositione in cap. 1, quid sit Inuest. Iacob. in vers. inuestiui num.* 11. *Ias. qui multa allegat in l. quoties num. 31. C. de rei vendic. Alciat. respons.* 165. *in causa vertente inter Magnificum Rodolphum, num.* 11. vbi testatur, quod ista communis conclusio, & pri-
34 uilegium Principis absq; alia corporali traditione non trasfert dominium, verum, etiam quod Princeps in priuilegio expresè dixisset, quod ex eodē priuilegio trasfertur vtile dominium, vel dixisset, quod vult, quod illa verba inuestituræ habeant vim realis, & corporalis traditionis, constito de mente ipsius, quod ex illo solo priuilegio, & sic ex solo titulo voluit dominium sine traditione, tunc solum priuilegium trasfert dominium absque aliqua corporali traditione, & ità debent intelligi omnes *DD.* tenentes hanc opinionem; Sed quando Princeps nihil dixit in priuilegio; sed tantum quod dat, & concedit, vt in casu nostro, tunc solum

priui-

Digitized by Google

priuilegium absque reali traditione, nullo modo trasfert dominium, *text. est in l fin. C. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. vbi probatur, quod vtile dominium non trasfertur per Principem in Emphiteotam sine traditione, per quem *text. tenuit Andr. in cap.* 1. *num.* 3. *quid sit inuest.* vbi dicit, quod Princeps in feudando, & inuestiendo non agit contra legem, & ius cõmune, vt videatur eas tollere, imò sic in feudando videtur agere, vt seruentur iura, non vt ea tollat, *l. digna vox C. de leg.* si diceret in feudando, inuestio te, vt habeat dominium, hoc casu quia est abusiua possessio, & per inuestituram in absentia rei nihil trasfertur, nisi qui constituit feudum, quod sine inuestitura non constituitur, ergò si lex mandat, nec Princeps dabit, nisi expressè dicat istã opinionem sequuntur *Luc. de Penn. in d. l. fin. Alciat. eo. respons.* 165. *& eodem num.* 11. *vers.* vnde dato quod Princeps possit, & velit trasferre dominium ipso iure, sicut lex animata, tamen hoc intelligitur, si hoc manifestè voluit, attamẽ nuquã, sic *Iacob. in ver. Princeps, vers. sed quæro num.* 1. & 2. vbi asserit, quod ità pluries consuluit, *per reg. d. l. traditionibus, Matth. in prælud. feud. num.* 118. item est sciendum, vbi subiungit, quod sic debet intelligi, quod dicit *Bald. hic in* 11. *col.* quod Princeps dat dominium per inuestituram, & idem *Bald. in cap.* 2. *de noua form. fidelit. idem Matth. in prælud. Consilit. Regni quæst.* 22. *in vers. quod verũ est*, quod per inuestituram Principis trasfertur ius in re duobus concurrentibus. Primò, quod Rex hoc dicat in inuestitura, Secundò, si feudum est vacans, & consistat in sola voluntate Principis, & ità secundum eum intelligitur, quod dicit *Angel. in l. officium ff. de rei vendic. Bald. in rubr. C. de rer. permut. & in decis.* 299. *Rex Ferdinandus II.* vbi plenissimè discutit hunc articulum, & cum solueret ponit hæc verba, pro solutione huius dubij dicebant domini, quod non est dubitandũ, quod Rex potest sicut lex per suam inuestituram trasferre dominium, & possessionem, quando ipse hoc vult, per ea quæ supradicta sunt, & hoc est verum, quando Rex facit inuestituram de feudo, & præsentialiter inuestitum inuestit, per anulum, vel ensem, & dicit, quod talis inuestitura per anulum inducat effectum, verè, & corporalis, possessionis, & tanto magis hæc opinio procedit in casu nostro, & absque alia difficultate, quia non sumus in priuilegio, sed in simplici Albarano non habenti aliquam sollemnitatem, & retenta hac opinione pro vera, pro vt verissima, etiam quod ex dicto Albarano dominium dictæ Baroniæ trasiatum in eundem Iacobum Milanum, Idem Rex potuit gratia reuocare, *cap. fin. de conces. præben. in 6.* ibi in quibus ius non esset quæsitum in re, licet ad rem, felicis recordationis Nicolai Papæ Quarti, & Cœlestini Quinti prædecessoribus nostris factas, siuè concessas authoritate Apostolica, in fratrũ nostrorum præsentia omninò cassauimus, irritauimus, & euacuauimus, & *in fine d. cap.* & idem tenuit *Guid. Papa cons.* 134. *col.* 6. *vers. ad tertium quæstum*. Et maximè, quia tempore dictæ gratiæ idem Rex non dum acceptauerat inuestituram sibi factam de hoc Regno, per *Alex. Pap. sub illis pactis, & conditionibus, vt in Compendio facti particulariter notatur*, & ante sequutam acceptationem nullum ius potuit acquiri, eidem Regi, *cap. si tibi absenti*, ibi licet per collationem huiusmodi, donec eam ratam habuerit ius in ipso beneficio, vt tuum nisi valeat non acquiras *de præben. in 6. & ibi glos. & DD. Bart. in l. absenti col.* 2. *vers. sed electo*, nullum ius acquiritur, nisi acceptatione facta, *ff. de donat. & Luc. de Penn. in d. l. prædia col.* 18 *fol.* 206. in quæstione illa quando Rex donauit Castrum duobus temporibus diuersis, & secundus est ademptus possessionem, quis erit potior, dicit pro secundo, & maximè dicenda videntur, vbi primò

primò donaſſet ante coronationem,& ſequitur, ac magis præſumendum eſt, quod validiora ſint maiorique ratione procedant;ea quæ Rex agit examinatus,& approbatus, benedictus,conſecratus,& coronatus, quam acta per eum,in quo nihil proceſſerit prædictorum,& *col.19.in prine.* Rex igitur coronatus præmiſſis præcedentibus præſumptio eſt, quod multa, & meliora cognoſcit,& non feſtinet ad donationes agendas,hijs enim prout nonnullos vidimus, ante examinationem, & coronationem non ſit,eſt donatio permittenda, eamque ſi fecerint facilius eſt reuocatio concedenda, & *vſque finem quæſt.* & idem in alia quæſtione an valeat priuilegium à Rege non dum coronato conceſſum, & tenendo partem negatiuam ſubiungit fortius hoc locum habebit in Rege, qui Regnum ab Eccleſia tenet, ſic & Imperator Romanorum poteſtatem non habent adminiſtrandi antequam per Eccleſiam approbetur *in Rub.de Auro Coron.lib. col.3.*

Et mortuo Marino Curiali Comite Terræ Nouæ, & vtili Domino dictæ Baroniæ, idem Rex potuit dictam Baroniam alteri vendere, & concedere, vt ſibi placuit non obſtante Albarano, ex quo per dictum Albaranum dominium non fuit tranſlatum in eundem Iacobum, vt ſupra demonſtratum eſt; ſed per mortem dicti Comitis dominium vtile dictæ Baroniæ reuerſum ad eundem Regem, & authoritas alienãdi, ſequitur dominium, *l. ea lege, vbi gloſ.& DD.C.de condit.ob cauſam,* nemo enim poteſt ſibi, vel rei ſuæ legem imponere,quominus ſibi liberè,& autem liceat vendendo, alienando, vel aliud faciendo etiam per pactum veſtitum, *l. nemo,vbi etiam gloſ. & DD. ff.de pactis*, non obſtante iuramento appoſito in eodem Albarano; Nam alienatio, quæ fit contra iuramentum in re temporali, dummodò à lege non ſit interdicta valet,& tenet, ità tradit *Innocent.in cap.dilecto filio num. 4. de præben.& ibi Io:And.in nouell. Bald.in Margar.ſua in verſ.iurauit*, vbi ſubiungit,quod notatur pro Principibus,qui aliquando promittunt vaxallis alicuius Gaſtri eorum iuramento, quòd num, quod alienando iſtud Caſtrum exhibit de corona regali, & ſæpè contraueniunt, & alienatio valet per prædictam tene menti, *Abb. in cap.intellecto num.8. de iureiur.* Qui concordando opiniones, diſtinguit quamquam actus, diſpoſitio dependet à mera voluntate iurantis, & tunc procedit contrarium, vt valeat alienatio contra iuramentum prius præſtitum, licet iurans ſit periurus, quandoque actus diſpoſitio non dependet à mæra facultate iurantis, quod non eſt in caſu noſtro,vt quia interdicitur à lege fauore ipſius iurãtis vt in muliere, & minore, tunc actus non valet contra primum iuramentum, *hanc eadem opin.cum dicto fœdere diſtinctionis firmat Imol. in cap.cum contingat nu.83.in verſ. nouũ membrum eſt eo.tit.& Imol.ſequuntur Io:Crott.in reperto §.diui num.95.in verſicul.2 facit, qui iuramentum ff. de leg. 1. Ferdinand. Loaz ibi nu 84.verſ. quam ſingulariter extendo.Card.Alex. in cap.ſi facta col.2.ſi de feud fuer. controu.inter dominium,& agn. Tiraq.de Retract.Conuention.ad finem tit. num. 49.in verſ.ſuccedet*, imò & iſta eſt communis opinio, vt teſtatur *idem Ferdin. Loaz. eod. loco num. 85.* & ſic de dicto prætenſo Albarano nulla eſt habenda ratio.

Tanto magis,quando idem Rex Federicus de voluntate eiuſdem de dicta Baronia per mortem dicti Comitis diſpoſuit,& illam vendidit Matteo de Magiſtro Iudice, & habuit fidem de prætio, & expeditum fuit priuilegium in forma Cancellariæ,& Matteus ipſe inductus fuit in poſſeſſionem dictæ Baroniæ, & illam tenuit per aliquos dies,*vt in Compendio facti particulariter notatur*,per quam venditionem, expedito dicto priuilegio, & ſequuta dicta corporali poſſeſſione dominium

vtile

vtile dictæ Baroniæ translatum fuit in eundem Matteum emptorem, §. *venditæ Inst. de rer. diu. cum concord.* & reuocauit dictam gratiam per illam clausulam generalem, de qua in priuilegio, ibi de certa scientia dominica potestate cassamus, & annullamus, omnes alie nationes, donationes, & quascunque publicas, & priuatas scripturas de dicta Baronia forsitan factas pro statu Reipublicæ, & bono pacis, vt latius in dicto priuilegio, & *notatur in Comodio facti*, & sic nedum reuocauit tacitè, alteri concedendo, *argum. tex. in l. planè in prin. ff. de leg.* 1. *in l. trasiatio cum l. seq. ff. de admin. leg. & in l. & si trasferam eod. tit. in l. si maritus la* 2. *C. de donat. inter vir. & vxor. vbi bonus tex.* ibi sed etiam donatione, vel venditione reuocatam esse donationem; Sed etiam expresse reuocauit, vt patet ex prædictis verbis, quam reuocationem facere licuit eidem Regi Federico etiam absque causa, ex quo promisso Albarano contenta fuit meta gratia, vt pulcherrimè tradit *in l. qui sæpius C. vnde lib. in penult. col. nu.* 13. & 14. *vers.* & adde, quod nota, & etiam vbi ponit hæc formalia verba, videlicet quia speciale istius in Principe, vt possit reuocare suum priuilegium, ex quo est alteri ius acquisitum, etiam sine causa, vt *l. qui fundum C. de omni agro deser. lib.* 11. quod etiam tenuit *Ang. in l. anthiochesium ff. de priuil. Credit.* extendens hoc procedere, etiã in priuilegio concesso per Vniuersitatem, vt per eandem possit reuocari, per ea quæ notat *Innocent. in cap. quæ in Ecclesiarum extra de Const.* quos refert, & sequitur *Bart. Saccin. in pulcherimo eius cons.* 87. *incip. visa inuestitura col.* 6. *vers. sed promissis, & cons.* 2. *num.* 12. *vol.* 3. vbi per prædicta, & multa alia concludit Principem, posse reuocare concessionem factam eius subdito per priuilegium sine causa, etiam quod dicto subdito mediante priuilegio sit ius quæsitum, & ibi habetur latissimè, præsertim quando id facit ex certa scientia, & ex dominica potestate, prout in casu nostro, & ideò non est dubia conclusio, vt supra firmata, vt tenet *Aluar. in cap.* 1. *in fine de h. s qui feud. dare poss. & cap.* 1. *de nat. feud. allegans Innocent. in cap. ad Apostolicam de symon.* hoc etiam firmauit *Bal. in l. rescriptum col. fin. vers. tertio quærit C. de præcib. Imper. offer. Ang. in l. item si verberatum §.* 1. *ff. de rei vend.* & multi alij relati per *Dec. in cons.* 191. *col.* 2. quæ tanto magis procedunt in casu nostro pro quanto dictum Albaranum non continebat aliquam gratiam perfectam, vt supra demostratum fuit; Præterea quando tractatur de reuocatione alicuius priuilegij, seu concessionis, quam reuocans verisimiliter sciebat, tunc sufficit generalis reuocatio, ex certa scientia, absque aliqua particulari mentione priuilegij, seu concessionis primo loco facta, sic enim limitatur dispositio pro allegato, *c.* 1. *de rescript.* vt in diuiduo firmat *Bald. in l. fin. col.* 3. *vers. dicas, etiam quod illa clausula num.* 7. *C. senten. rescin. non posse, & Felyn. eod. cap.* 1. *de rescr. ip. col.* 9. *num.* 12. *in vers. secundo si præsumpta scientia*, Vnde cum idemmet Federicus qui vendidit Baroniam Matteo cum illis amplissimis clausulis, de quibus supra mentionem feci, paucis annis ante fecerat Albaranum Iacobo, & sic verisimiliter de eo notitiam habeat, ex quo tractat factum proprium, vt probat *tex. in cap. ab excommunicato extra de rescript. & in l. quamquam ff. ad Vellean. notat Dyn. Bart. & Alex. in l. si res obligata ff. de leg.* 1. & *Bar. in l. peregrè ff. de acquir. poss. & in l. fin. in prin. ff. pro suo*, & tanto fortius pro quanto erat factum recens, non enim erant transacti tres anni à die Albarani vsque ad diem dictæ venditionis, quod non sufficit ad præsumendum ignorantiam facti proprij, vt firmat in indiuidio *Alex. cons.* 134. *in fin.* vbi ergò sequitur necessariò, & est *vol.* 1. necessariò dicẽdum est, dictum Albaranum

reuocatum per dictam venditionem quamuis de eo particularis mentio facta non sit in dicta venditione.

Vlterius dicimus, quod in terminis nostris sufficit reuocatio, de qua in priuilegio Mattei, licet per secundum priuilegium, non tollat primum, nisi
48 de eo fiat mentio in secundo, præsertim quando in primo non sunt clausulæ derogatoriæ, vt in casu nostro, non tamen requiritur, quod omninò specialiter, & particulariter fiat mentio de primo, sed sufficit, quod in secūdo per generalia verba derogatiua sit derogatum, primò, ità concludit *Federic. de Sen. in conf. 47. in versicul. sic dicamus de Papa, & Principe*, quem sequitur *Alex. in conf. 155. 6. vol. col. 2. vers. hoc primo videtur allegãs Io: And.* dicentem sufficere generalem derogationem positam in priuilegio ad derogandum specialibus priuilegijs quantumcunq; habentibus speciales clausulas derogatorias, & *Bart. idem firmantem in l. si quis in principio ff. de leg. 3.* cum alijs allegatis per *Alex. in prælleg. conf. 155. col. 2. in 3. col. in versicul. plus. dicit Ang.* vbi dicit, quod quando
49 derogatio facta est per hæc verba, nō obstantibus quibuscumque statutis in contrarium facientibus; perinde est, ac si specialiter omnibus statutis essent derogatum. Prætereà cum dictus Rex Federicus nullam aliam dispositionem, aut promissionem fecisset tempore venditionis factæ Matteo, nisi eam solam, quam vt prętenditur, fecerat eidem Iacobo in dicto Albarano, vtiq; dicendum est, quod sub illis verbis derogatorijs generalibus, Intelligitur specialiter dictæ promissioni derogasse, perinde ac si specialiter, & particulariter de eo mentionem fecisset, vt probat *tex. pulcherrimus ad hoc in l. 2. ff. de lib. & posth. vbi Bar. notat*, quod
50 si testator reuocat omne aliud testamentum per eum factum, & non fecit nisi vnum, dicitur illud nominatim, & specialiter reuocasse, quod etiam firmauit *in l. si quis in princ. ff. de leg. 3. vers. venio ad secundum*, quem sequitur *Ludou. Roman. in conf. 385. in casu prætermisso col. 2. num. 7. vers. non est autem dubium, quod vnicum.*

Et prępsuppositio vero, vt verissimum est, quod ex dicto Albarano non fuerit translatum dominium in eundem Iacobum, nec ei acquisitum ius in re, vt supra demōstrauimus, clausula generalis tollit gratiam, & si de ea specificè mentio facta non fuisset, ità in terminis decidit *Io. Fab. in §. sed nominatim num. 3. vers. dicas latius Institut. de exhered. liber. allegat tex. in cap. autē de conces. præben. in 6.* licet vitio scriptoris; nam voluit allegare *tex. in cap. fin. eo.* vbi est casus, & ratio esse potest,
52 & quia ius quærendum maximè in feudalibus, & in gratiosis, Princeps de facili tollit, vt notant *DD. in d. cap. verum de condit. oppos. Bald. in l. qui se prędictis num. 10. C. vnde lib.* sicut & Pontifex, ità *Roman. conf. 256.* approbo sententias, & cum de hoc articulo plenius tractaturi sumus infra in priuilegio Magni Ducis, super clausula reuocatoria quarumcunque concessionum, remittimus ad alia, quæ Deo Duce dicemus.

Et cum dictum Albaranum fuerit extinctum per venditionem factam dicto Matteo, & per concessionem, quam idem Rex post mortem dicti Comitis fecerat Comitissæ Terræ Nouæ, quæ tenuit, & possedit dictam Baroniam, vsq; ad tempus mortis suæ, & tanquam vtilis domina disposuit de quibusdam pertinentibus ad dictam Baroniam, vt *in Compendio facti*, licet postea fuerit rescissa dicta venditio, & de Rege dominium vtile fuerit translatum in eandem Comitissam, & per mortem ipsius iterū reuersum ad Regem. Tamen dictum Albaranum reuiuiscere non potuit; Nam dicit lex, si domus, vel in-
53 sulæ legetur vsusfructus, & postea domus, vel insula ad aream reducat, perit vsusfructus propter rei mutationem, Sed si in area vsusfructus insula, vel domus edificetur non restituitur *ff. de vsuf.*

Digitized by Google

usuf. & quemadmodum quis vtat. l. qui usufructum, l. eius qui in fine, ibi Imperator noster cum patre rescripsit obligatio confusa non resuscitat; *ff. de iure fisci, l. inter stipulantem* §. *sacram*, ibi nec reuocatur in obligationem si rursus lege aliqua, res sacra profana esse *ff. de verb. obligat.* & per eandem facit lex, quæ dicit, quod si seruum alienum, vel domum, aut nauem alienam tibi dare promisi, & dominus seruum manumittat, vel domum ad aream reducat, vel domus, vel nauis nouiter con-
54 stituat, mihi non acquiritur obligatio; *l. qui res* §. *aream, ff. de solut.* idem voluit *Glos. in cap. cum cessantem in verbo. Cominando, versic. item hic est argumentum*, quod actio semel extincta *de appellatio.* In re enim nostra effectus iam fuit consumatus, cum dominium Baroniæ fuerit translatum in Matteum, & successiuè in Comitissam propter quæ Albaranum fuit extinctum, & licet postea cessauerit causa extinctionis, tamen non potest cessare effe-
55 ctus consumatus, & perfectus, vt in simili dicimus, quod per superuenien-
56 tiam, filiorum ipso iure reuocatur donatio, *per l. si vnquã C. de reuoc. donat.* si postea liberi ob quos reuocatio facta fuit minuerentur, non tamen cessat reuocatio, cum per eorum nativitatem continuatur ipsius effectus, *l. ea reuocatio fuerit consumata; ità Alber. in d. l. si vnquam num.* 3. *Bart. in l. titia* §. *Imperator num.* 10. *ff. de leg.* 2. ex eadem ratione, quia effectus fuerat consumatus, & *Tiraquell.* qui more suo multa adducit, *in repet. l. si vnquam in versic. fuscepcrit liberos nu.* 203. *C. de reuoc. donat.* Et vltra, quod dictum Albaranum, sit extinctum non reperitur
57 registratum, & semper cõsuetum fuit tempore dicti Regis Federici, nedum scripturæ magnæ importãtiæ, verum etiam literæ modici momenti registrari in registris Regiæ Cancellariæ, vt in illis est videre, vnde ex hoc resultat maxima suspitio, & præsumptio falsitatis auget, & hanc suspitionem, quia non expeditum in forma Cancellariæ, non firmatum manu officialium dicti Regis, non sigillatum sigillo magno, sed paruo, siuè secreto, & scripturæ
58 quæ fiunt clam, & secreto sunt suspectæ, *Cald. in rubr. C. de fid. instr. num.* 5. nam qui malè agit odit lucem.

Et idemmet Rex in dicto priuilegio venditionis Matteï testatur dictam Baroniam ad eum spectare, & per eum nemini fuisse donatam, concessam, &c. *ità in Compendio facti*, & super hoc fundatur intentio ipsius Regis, qui erat sua, & alteri non donauerat; & propterea vendidit, & credendum est ver-
49 bis Principis narrativis de facto suo proprio, super quibus intentio sua fundatur *Clem. 1. de probat.* ibi seù beneficia collationi nostræ, vel Sedi Apostolicæ reseruasse, *And. in cap. 1. nu. 16. qui succeff. sen.* maximè quia non ipse solus, sed etiam sui Consiliarij, & Vitus Pisanellus Secretarius, qui subscripti sunt in eodẽ priuilegio hoc testantur, & vbi tot, & alia adsunt testimonia fas non est contrariè, *l.* 2. *C. de summa Trinit.* Item, & de hoc Albarano non fuit facta mentio in scripturis sequentibus, neque in literis, neque in asserto priuilegio, nec
60 vnquam alibi, & omnisso, eò quod consueuit memorari, inducit præsumptionem falsitatis, *cap. inter dilectos de fide instrum.* ibi in omnibus autem Imperialibus priuilegijs, quæ posteriora fuerant, nulla est habita mentio de illa sententia, ex quo dicit *Bald. ibi nu.* 16. fuisse pridie allegatum *hoc cap.* in cau-
61 sa cuiusdam testamenti, cum codicilli vltimi fuissent facti ad primum testamentum, & de secundo prætenso non faciebat mentionem, quod secundum dicebatur factum in partibus extraneis, & coram testibus ignotis, ideò erat valde suspectum, *Bald.* refert simpliciter, & sequitur *Felyn. ibi num.* 8. *versic. item facit in versic. nulla est habita mentio*, Sed in eodem asserto priuilegio idem Rex Federicus dico, damus, donamus, tradimus, & largimur,

Digitized by Google

ac ex causa dõnationis, remunerationis, & concessionis huiusmodi priuilegij nostri serie, & tenore concedimus vobis prædicto Iacobo, & Baroniam Sancti Georgi, & non loquitur de præterito, asserendo, quod dictam Baroniam concessit vigore cuiusdam Albarani de anno 1497. Sed tamen de præsenti concedimus Baroniam, vigore
62 huius nostri priuilegij, quod verbum concedimus cum sit præsentis temporis, Intelligitur tunc quando priuilegium gerit, &c. *Innoc. in cap. quoniam contra nu. 6. de probat.* ibi quia eodem tempore, & loco est prolata, quo rogatum est instrumentum, *Bart. in l. post dotem num. 20. & 21. ff. solut. matrim.* vbi etiam, quod si instrumentum loquereretur de prætio deberet intelligi de modica prætentione, ità quod in contineati, non ex interuallo dicatur gestum, & *in l. prædia num. 2. ff. de acquir. poss.* Ad idem aduersus Albaranum quatenus pars persisteret, quod Albaranum sit titulus, & quod ex eo fuerit trasiatum dominium in Iacobũ, licet non sit verum, vt supra demonstranimus, hoc priuilegium esset similiter titulus, & Milanus ipse cum in præ-
63 senti causa sit actor, non potest agendo se fundare super duobus titulis, super vno gratioso, de quo in Albarano, & super altero oneroso, vt in priuilegio, præsupposito, quod ipse soluerit pro dicta Baronia ducatos duos mille, ità in terminis decidit *Abb. in cap. post electionem num. 4. versic. solutio agendo de concess. præben. & in cap. cum olim lo. 2. nu. 17. de priuil.* & est casus in *cap. cum quis duas in versicul. cum non nisi ex vna ipsarum valeat ius habetur de concess. præben in 6. & de fide instrum. C. inter dilectos*, vbi ad literam notatur
64 cum iuste legum sanctione, quod meum est, ex alia causa meum fieri nõ potest, nisi desierit esse meum, vbi *glos.* allegat infinita iura, & in fide dicit nos locum non habere in reo, quia reus pluribus exceptionibus, etiam contrarijs vti non prohibetur *de reg. iur. nullus vbi glos. in versic. nullus col. 2.* à parte
65 dicit, quod licet ex titulo duplicato agatur, vt *dixerunt dilectos*, tamen bene excipit *per dict. post electionem*, & hãc opinionem sequitur *Card. in d. cap. inter dilectos nu. Imol. nu. 25.* vbi defendit *glos.* in quantum voluit quod reo competat exceptio, licet titulus sit nullus, & punit emptum, vt ibi per eum *Felyn.* qui late hunc articulum examinat, & resident in hac opinione *in d. cap. inter dilectos num. 19. & in cap. nostra in versic. titulus multiplicatur nu. 2. de exceptt.* & licet *Lap. pur allegat. vlt. & Calder. cons. 7. de elect. & Roman. cons. 433.* prima facie videantur tenere contrarium, tamen ipsi loquuntur quando petitur possessio beneficij, quæ potest peti ex duplici titulo, non autem quando agitur petitorio super beneficio, vt ipsimet fatentur; Nam *Lap. in d. allig. respondendo d. cap. inter dilectos*, quem ibi dicitur
66 quod meum est, &c. vt habeat locum in agente secus, in petente possessionem, & *Io. Calder. cons. 7. in tip. fic. assap. si quis duas de elect. lib. 6.* habent locum quando quis agit pro possessione beneficij producendo diuersos titulos, vbi *Domin.* tradidit hoc faciendo dicit, vnde quantum ad obtinendam possessionem sufficit ostendere titulum, licet aliquo iure impugnari, & *Roman. in præalleg. cons. 433. nu. 8. sequendo Lapum d. alleg. sua vlt.* quod potest petere beneficij possessionem ex duplici titulo, & tamen potest peti possessio ex duplici titulo, & quod titulus
67 dominij nõ potest multiplicari, tenet *And. in cap. 1. num. 3. de eo, qui fin. feud. ag. de feud. pat.* vbi dicit, quod meum est, non potest fieri meum, & si ex pluribus causis deberetur, existente vna causa, & post aliam habere desino ex prima, vt notatur ibi in fine, & allegat etiam *text. in l. fundo legato ff. ad l. falcid.* vbi si legatur fundus sub conditione, & hæres legat sub eadem conditione decidit *text.* quod fundus non iure hæreditario, sed legati, meus esse intelli-

telligitur, vbi *glos.* quærit, Sed quarè ex vtraque causa non meus, & respondit: quia non possum esse dominus ex pluribus causis, licet possidere sic per *l.3.§.ex pluribus ff. de acquir. poss. vbi tex.* ad literam, quod dominium non potest nisi ex vna causa contingere diuersis tamen temporibus, vt in casu nostro, ex quo Albaranum apparet expeditum de anno 1497. & priuilegium de anno 1501. Itaque in indiuiduo voluit *glos. in d.§ ex pluribus in verbo nec enim propè medium, glos. ver. cum ergò dic secundum Azon. in vtraque regula inspici remotam,* vt dominium ex pluribus causis seperatis non quæratur, *glos.* sequitur ibi *Bart. in ver. dic ergò secundum Roger.* & benè dominium non potest haberi ex pluribus causis diuersis tempotibus, *Paul. de Castro num.4. ibi in glos. magna Soccin. nu.16.* Circa secundam regulã, & dicit, quod ista conclusio est communis, quod ex pluribus causis in diuersum tempus acquisitum concurrentibus, non ac-
69 quiritur dominium, secus tamen si cõcurrerent eodem tempore, & ità procedunt contraria, quæ forsan allegatur per partem, quod non est in casu nostro cum simus in diuersis temporibus, & assignat rationem, quia dominium est quid perfectum, vnde qui se-
70 mel est effectus dominus impossibile est, quod ex alia causa; vel titulo amplius efficiatur dominus §. *sic itaque Inst. de actio.* vbi etiam *Glos. in versic. magis residet in eadem opinione,* quam etiam sequuntur *ibi Io: Fab. num.3. & est hoc glos.* regula verò, quod ex pluribus causis dominium peti non potest, *Angel. num.1. & Ias. num.16.* & ità est verissima opinio, ex qua necessario infertur, quod autem Albaranum non est titulus, & quod ex eo non fuerit trasla-tum dominium, aut quod priuilegium non dat titulum, & per consequens nec dominium; quinimò & si Albaranum titulus, seù inuestitura esset, ità quod ex eo censeretur Iacobum fuisse inuestitum de dicta Baronia, tamen derogatur per nouam inuestituram, de qua in priuilegio sub noua, & diuersa forma factam per Albaranum, Iacobus enim fuit, vt pars prætendit, Inuestitus pro se hæredem, & successorem, & per priuilegium fuit inuestitus ipse pro se hæredem, & successorem, hoc est pro se, & filijs ex corpore, ac etiã Baldaxare eius fratre pro se, filijs, hæredem, & successorem, & de Baldaxare, ac filijs ipsius nihil fuerat dictum in Albarano, cuius vigore filijs dicti Baldaxaris non poterant succedere, dicto Iacobo eorum patruo *per Constit. Regni, vt de succes.* & per hanc nouã inuestituram filij, & nepotes dicti Baldaxaris prætendunt posse venire ad feudum ratione dictæ nouæ inuestituræ ex interuallo, & sub alia, & diuersa forma factæ, imò in Albarano nulla erat facta mentio pecuniæ, & in priuilegio dictæ nouæ inuestituræ, dicitur solutos ducatos tres mille; Vnde omninò est recessum ab Albarano, & no-
71 uus contractus interueniisse videtur, per quæ iura dixit *Bald. in l. iuris gentium §. prætor ait, alias in l. pacta conuenta ff. de pactis in 1. col. nu.2. & 3. in 3. notab.* quod rectè ratio contractus operatur dico 53. Contractum nouum, & quod sit recessum à veteri
72 subdens in 4. *notab.* quod vbi est noua forma, ibi nouus contractus esse videtur, & *Paulo inferius in versic. sexta fuit opinio, &c.* dicit in tantum esse verum, quod ex noua forma nouus intelligitur contractus, & quod non po-
73 test agi ex primo, Sed tantum ex secundo, quod firmauit etiam *Paul. de Castr. in d.l. iuris gentium §. adeò autem circa medium, & ibi Angel. in versic. secundo quæras, & ibi Alberic. in 2. col. versic. Ioannes indistinctè, &c. num.3.* & si est recessum à promissione facta in Albarano per dictum priuilegium, per ea quæ supra diximus, sequitur, q̃ non potest pars aduersa modo aliquo se fundare in Albarano, Sed tantum in priuilegio, pro opinione nostra facit *text. in l. item quod dictum est §. si quis*

Digitized by Google

extiterit ff. de indiem adiect. vbi habetur, quod si venditur fundus sub indiē addictione, & primus emptor, comparente alio citatore, admittatur ad licitandum, & tanquam plus offerens remaneat dominus, fructus inter medio per ipsum percepti erunt venditoris, non autem ipsius emptoris, quamuis ipsemet primo loco emisset, & ratio est dicit ibi *Bald.* quia non habet fun-
75 dum ex primo cōtractu, sed ex nouo, illud enim additamentum prætij nouū facit contractum, allegat *tex. ibi, & in dicta l. pacta conuenta* §. *Paulus notat de contrab. empt.* & dicta iura loquuntur in fortioribus terminis ex eo, quia in eis vter conractus est emptionis, & venditionis, & secundus non differt à primo, nisi circa prætij quantitatem, & in casu nostro non solum fuit additum prætium, sed adest alia differentia inter Albaranum, & priuilegium in Albarano fuit promissa Baronia Iacobo, & hæredibus; In priuilegio, nedum fuit vocatus Baldaxar frater Iacobi, sed filij Baldaxaris, qui nullo pacto poterat succedere Iacobo vigore Albarani per *d. Constit. vt de succes.* vt superius allegatum fuit, & sic apparet per priuilegium, nedum esse notatam speciem contractus; Sed maximè alteratā formam successionis, quarè nullo pacto est dubitandum, quia sit nouus cōtractus, de re enim est regula iuris, q quando aliquid substantiale additur, vel detrahitur alicui rei, talis additio,
76 vel detractio semper facit nouam rem, vt probat *text.* & ibi *Guglielm. de Cun. Bart. Ang. Paul. de Castr. & cæteri moderniores in l. ius autem ciuile ff. de Iust. & iure, & in l. 1. §. si quis simpliciter versic. cum adijcitur de verb. oblig.* ibi tunc enim noua stipulatio contracta videtur, per quæ verba dicit *Ang.*
77 *ibi quod noua qualitas facit nouam rē,* & in particulari in proprijs terminis dicit *Alberic. de Rosat. in d. l. pacta conuenta de contrab. empt. col. 3. versic. itē nota nu. 4.* quod illud idem, quod ope-
78 ratur pactum super diminutione, vel additamento prætij facit nouum contractum, vt paulo ante dixerat, operatur etiam pactum appositū super augmento, vel diminutione rei, & sic cum per priuilegium sit prorogata concessio in filios Baldaxaris in Albarano nō vocatos, non est dubitandum quin sit nouus contractus, & noua inuestitura, quando enim quis inuestitur sub
79 noua forma dicitur nouum feudum, *cap. 1. in fin.* ibi tunc enim sequuta inuestitura noua, quasi nouum sit feudū non succedit, de eo qui *fin. fec. agn.* & in terminis consuluit *Oldran. cōs. 178.* factum tale est quidam nobilis, quod consilium sequitur, & tacito authore trascribit *Alber. de Rosat. in Diction. suo in verbo nouum, Bald. in cap. si quis miles sit Const. feud. Lothar. 96.* sic dicit,
80 potest Rex ex pacto nouam formam assumere substantialem, & si quidem assumit nouam formam substantialem est recessum à veteri in substantia, & in euidenti per multa iura, de quibus ibi per eum, recessit etiam Milanus à dicto Albarano, quia non virtute Albarani; Sed vigore huius priuilegij, & inuestiturę, Milanus habuit possessionem dictæ Baroniæ, vt in literis exequtorialibus apertè declaratur, & iam possessio refertur ad dictum *glo. in l. quædam mulier ff. de rei vend. glos. in l. 2. & ibi Bart. C. de acquir. poss. cum alijs concord.* ex quibus omnibus concluditur Milanum nullo pacto se posse fundare in prætenso Albarano tanquam reuocato per ea, etiamque tradit *Abb. cons. 3. quæst. 19. col. 15. versic. propterea dico,*
81 vt cum res, & q de prætenso Albarano ratio aliqua haberi non debet, tanquam de re, quæ nunquam fuisset.

Et modo deueniendo ad priuilegiū, cum literæ præcedentes exequutoriæ non sint titulus, non cessio, nec infeudatio; Sed tantum priuilegium vt supra, licet ad alium finem demostratum fuit priuilegium prædictum varijs ex causis nullum, falsum, aut alias inualidum; Nullum quia deficit sollemnitas substantialis, falsum respectu antedatę,

inuali-

Digitized by Google

nualidum quia tunc deficiebat potestas concedentis, & hoc duobus modis, vno quia erat desperatus, altero modo, quia erat priuatus de Regno per sententiam Alexandri Papæ VI.

Ad primum in dicto priuilegio non est
82 apposita taxa, neque soluta, & de more, & stilo Regiæ Cancellariæ, tunc temporis erat, nunquam apponi sigillum in priuilegijs, nisi primo sit apposita taxa, & pro annotatione dictæ taxæ in quodam priuilegio soluebatur quædam pecuniarum summa, vt testantur quamplurimi testes Regij Fisci, *in Compendio facti particulariter notati*; & licet pars dicat Iacobum fuisse imunem ab omni solutione, tàm sigilli, quàm cuiusuis directus ad eundem Regem spectantis, & ad hoc probandum adducit Albaranũ, & nihil aliud, tamen facilis est responsio, tum quia Albaranum est falsum, aut alias nullũ, & penitus sublatum, vt supra demostrauimus; tum etiam, quia de stilo dictæ Regiæ Cancellariæ quando fuisset
83 imunis à iure sigilli taxator annotabit, nihil soluit de mandato Regio, q̃ non est annotatum in eodem priuilegio, imò & si fuisset facta gratia de iure sigilli, nihilominus taxator exigebat certum ius sibi competens pro taxa, & eidem taxatori nihil fuit solutum, & gratia non extendebatur ad ius tertij, quia dicit cuius ius dicitur ad nos spectantis. Nec huic tertio poterat inferre prejudicium etiam per eundem Regem Federicum, & per alios Reges eius prædecessores data erat certa regula super exactionem iuris sigilli, vt apparet notatum in pragmaticis dictæ Regiæ Cancellariæ.

Secundò in eodem priuilegio non
84 est appositum nomen Cancellarij ad id deputati, qui in calce ipsius priuilegij facit, concordat cum memoriali, & de stilu, & obseruantia dictæ Regiæ Cancellariæ erat tunc temporis, quod in calce quorumcũque priuilegiorum apponeretur nomen dicti Cancellarij,
85 & forma diu obseruata nõ est omittenda, *l. constitutionibus ff. ad municipal. de Pollicit. l. Imperatores in fine*, & & si ommittatur, quod fit est irritum, *cap. cum alias de arb.* præsertim, quia
86 stilus Regiæ Cancellariæ habet vim legis, *Matt. decis.* 253. *num.* 4. 5. vbi multa allegat. *Bald. in l. de quibus nu.* 2. *versic. è contra quæritur ff. de leg.* quod
87 literæ Ducis Venetorum, & plumbatæ non valent postquam vtitur plumbo, quia quoties infigit stilus non valet, quod agitur *C. de diuers. rescript. l. sacri affatus*, & *C. de diuers. offic. l. probatoriæ lib.* 12.

Præterea idem Rex antea statuerat per dictam Regiam Pragmaticã, quod priuilegia expedirentur omni sollemnitate cum appositione sigilli, & secũdum morem, & stilum dictæ Regiæ
88 Cancellariæ, & Princeps dat formam, *Specul. in tit. de fer.* §. 1. *versic. penult. Bal. in l. prolatam nu.* 7. *versic. & nota C. de sent. & interl. omnium iud.* vbi dicit, quod Princeps ea quæ non sunt
89 ordinis, potest facere quod fiat ordinis substantialis, quia quidquid Principi placuit, quod fit est ordo substantialis, idipsum est, quia Princeps nunquã apponit ordinem, nisi cum magno ministerio, & ratione, per multa iura, quę ibi allegat, & subiungit, quod semper,
90 quod fit cõtra ordinem datum à Principe, est ipso iure nullum, Princeps
91 enim est lex animata in terris, *in auth. de Consul.* §. *fin.* & hinc venit, quod Rex Catholicus fœlicis recordatio-
92 nis in quadam sua Pragmatica ædita in Villa Vallis Oleti de anno 1509. Incip. Consueuerunt retro Reges illius nostri citra pharum Regni prædecessores nostri, statuit sub his verbis; & eorumdem prædecessorum nostrorum vestigia insequendo statuimus, & ordinamus, nullis priuilegijs, seù literis nostris patentibus, aut clausis fides adhibeatur, quæ sigillo nostro dicti Regni non fuerint sigillatæ, & m[illegible] taxatoris per nos deputati, & deputandi iuxta morem taxatis. Ad idem circa nullitatem priuilegij, Rex idem respõdidit

didit dictum priuilegium registrari, debere in quinternioribus Regiæ Cameræ Summariæ infra sex menses à die adeptionis corporalis possessionis dictæ Baroniæ in antea numerandos, cum clausula annullatiua, quod gratia sit nullius roboris firmitatis, vel momenti: & idem Iacobus adeptus est corporalem possessionem dictæ Baroniæ de mense Martij 1501. Paulo post literas exequtorias virtute tamen præsentis priuilegij, & dictam Baroniam tenuit vsque ad mensem Iulij, dicti anni 1501. & sic per quinque menses possedit dictam Baroniam, &
93 tamen non procurauit registrari dictum priuilegium, nec fuit registratum vsque ad annum 1560. & sic lapsis annis 59. & licet dicat, quod non posse-derit toto dicto tempore sex mensium postquam vt ipse prætendit fuit spoliatus; & propterea non potuit currere tempus, vt in simili notat *And. in c. 1. de capit. Conrad.* vbi dicit quod omnia iura dicentia, quod vaxallus debet
94 petere inuestituram infra annum, & diem, alias feudum perdit, debet intelligi quando vaxallus possidet, in quæstione nostra sumus in diuersis, & diuersa ratio in vno casu, quam in alio hic assignatur, si non petit inuestituram, quia non possidet est verum, quod nō currit tempus, & ratio est, quia non possidens non potest petere inuestituram, nec iurare fidelitatem, & nulla culpa potest sibi imputare, ibi in casu nostro non possidens potest registrari facere priuilegium, & nullum impedimentum sibi præstat defectus possessionis, istud enim siue ipse, siue alter possideret tempus statutum ad registrandum est continuum, & incipit currere à die captæ possessionis, vt Rex declarat in eodem priuilegio, vbi infra sex menses à die adeptionis corporalis possessionis numerandos, & cum incipit currere, currit etiam ammissa possessione, vt in simili dicimus de præ
95 scriptione incohata contra venditorem, Nam eo mortuo, & iacente hæreditate currit, *l. si prædia ff. de indiem adiect. l. captam, & ibi Paul. de Castro ff. de vsucapio.* & quod tempus vtile à principio est continuum postquam incipit currere, tenet *Petr. Iacob. ex quibus caus. dom. deb. admitt. ad propriet. 13. distin. num. 17. versic. item si dominus*; confirmatur ista opinio per ea, quæ decidit in simili *Glos. in cap. commissa in verbo pacifica de electio. in 6.*
96 quod loquitur de clerico, cui collata fuit aliqua Ecclesia Parrochialis, & debebat se promoueri facere ad Sacerdotium infra annum, qui incepit postquam habuit possessionem pacificam, vbi quærit, quid si postquam nactus est possessionem tenuit siuè litigiosè. Primo casu si incontinenti in ipsa possessione lis sibi mouetur, & possessio continuè turbatur promoueri non tenetur, quia quæ in contingenti fiunt, &c. Aut ex interuallo postquam habuit possessionem, & obtinuit siuè litigiosè, quod *Lap.* exponit per mēses duos, & tunc artatur illa *Constit.* & sufficit, quod semel cæpit pacificè possidere per multa iura, quæ ibi allegat, & *glos.* sequitur ibi *Anchar. num. 4. vers. quærit glos. quæ incipit quid si nactus*, illi enim dies, qui super erant ad registrandum non debent esse in aliqua consideratione, *argum. text. in l. si fundum,*
97 ibi planè si pauciſſimi dies ad finiendum longi temporis possessionem super fuerit *ff. de fundo dotal.* Quinimò ex hoc oritur magna suspitio falsitatis dicti priuilegij respectu antedatæ, quia si priuilegium prædictum fuisset expeditum tempore quo apparet eius data 14. die mensis Aprelis non solum illo mense; Sed forsitan illomet die fuisset registratum, Iacobus Milanus tam diligentissimus vir, quod vsus fuisset negligentia in re tam magni momenti sciens, quod ex hoc gratia nulla, & ponere se in periculo perdendi Baroniam expectando casum, aduerque fortunam, quod non est credendum, Sed credendum est priuilegium prædictum fuisse expeditum in Insula

Isclæ,

Digitized by Google

Iſclæ, prout verissimum eſt, quo tempore non poterat registrari, & si procurasset, quod registraretur detecta fuisset talis falsitas, sic de recenti commissa; & prosequendo secundum caput dictæ falsitatis oritur & secunda suspitio ex dictis Francisci Milani actoris, qui posuit in suis articulis, quod in eadem Regia Camera obseruatur expediri priuilegia, & poni diem datæ antequam subscriberentur, & deinde lapso multo tempore firmabantur per Regem, & eius Officiales, etiam non attenditur tempus datæ, sed tempus subscriptionis Regis, & appositionis sigilli, *Matt. in pragm. Imperialem notab. 24. nu. 87. verſic.* attenditur ergò tempus sigilli, quia sigillum est finis priuilegij, & *in decis. 253. num. 2. Caſſaned. in conſuetud. Duc. Burgund. ad finem, opris nu. 6.* sub illa ratione, quia quando firmatus apponitur sigillo, actus habetur pro perfecto, & absoluto, *Rominell. in l. pulſa noviſſima C. de facti*, auget, & hanc opinionem, quia in eodem priuilegio apparet subscriptus Hieronymus Sperandeo, & non Antonius de Raho, quia solitus erat se subscribere pro Protonotario Antonius de Raho remansit Neap. & Hieronymus Sperandeo accessit cum eodem Rege in dictam Insulam Iſclæ, Oritur, & tertia suspitio, quia actor ipse producit tot cautelas, & memorialem, & Albaranum, literas, & priuilegium, & subsistente materia fraudis, quanto plures cautelæ, & circuitus adhibetur, tanto à simplicitate veritatis, & bonæ fidei recedit, & fictiones, & subscriptiones multiplicantur; Vbi enim abundantior, Cautela, ibi euidentior fraus, inquit *Bal. in cap. ex literis num. 7. in fine de conſuetud.* auget, & hanc suspitionem, quia priuilegium expeditum sine taxa, & subscriptione Cancellarij, qui fecit, concordat cum memoriali, contra stilum Regiæ Cancellariæ, vt supra demostrauimus, & literæ expeditæ contra stilum Curiæ sunt suspectæ de falso, secundum *Anton. de Bus. in cap. quod ſuper de fid. inſtr. & ibi Abb. in 3. not. num.* refert, & sequitur *Felyn. in ex parte lo primo num. 17. de reſcript.* per multa iura, de quibus per eos, Multum etiam mouere debet dominos Iudicantes depositio Vitj Pisanelli Secretarij eiusdem Regis, qui interrogatus ad instantiam Regis Fisci, an dictum priuilegium fuerit subscriptum, & firmatum ab eodem Rege Federico, postquam idem Rex decessit ab hac Ciuitate Neap. & postquam exercitus Gallorum debellauerat Capuam in dicta Insula Iſclæ, & respondit se non recordari, sed remittit se ad dictum priuilegium, quod priuilegium non dicit, vbi & quando fuit firmatum, vtinam esset vox viua, qui posset loqui forsitan non laboramus, & tenebatur deponere, & de tempore, & de loco. De tempore, quia tempus discessus Regis Federici ab hac Ciuitate Neap. vt se conferret in Insulam Iſclæ post debellatam Capuam fuit notorium toti Populo, vt verisimiliter poterat habere memoriam, maxime quia ipse Vitus accessit cum dicto Rege Federico ad dictam Insulam, de loco non fuit factum in aliquo loco de facili memoriæ teneretur. *Innocent. in cap. qualiter, & quando num. 3. & 4. de accuſat. Gloſ. in l. ſeſtium, & ibi Salyc. num. 14. C. de teſt. iunctis his, quæ tradunt DD. in l. de etate ff. de probat.* Suadetur hoc, & alia ratione, nam idem Rex Federicus post 25. diem mensis Iulij, & post eius discessum ab hac Ciuitate Neap. capta Capua, & ipso penitus desperatus de dicto Regno dedit, & concessit diuersis personis multa stabilia, & iura, de cuius donationibus & alienationibus excepta fuerunt priuilegia post prædictum diem 25. mensis Iulij signata manu eiusdem Viti tanquam eius Secretarij, & apparet scripta, & data ante diem 25. & propterea idem Rex Catholicus reuocauit prædictas concessiones, priuilegia, & scripturas, cum dicta antedata falsò appositam, vt in sua Pragmatica

ædita de anno 1301. quæ priuilegia reuocata sunt ferè innumerabilia, & conseruantur in Regia Camera Summariæ apud Ioannem de Florio, cuius
108 rei causa dictum priuilegium redditur suspectum *Glos. in l. si quis ex argentarijs super verſic. de fide additionis in princ.* ibi vt quia item, & alijs multis vicibus similia fecit, *ff. de eden. Glos. in l. iubemus super verſic. ſuſpectam C. de probat. Cyn. in addit. in l. fin.* & ibi *Salycet. C. de falſis*, & negata fide priuilegij propter tot, & tantas suspitiones debet producens probare illud esse verum; cum speciale sit, quod suspitio falsi pro veritate habetur, nisi à parte producente veritas comprobetur, & in terminis nostris voluerunt *Archid. & Domin. de Sancto Gemin. 10. diſtin. cap. in memoriam, & allegant d. l. iubemus, Ang. in l. ſi quis decurio num. 4.* ibi puto Instrumentum posse remanere
109 suspectum quo suspecto reddito oportet, quod producens instrumentum fidem ei imponet, *C. de falſis Anchar. conſ. 173. circa primum dubium nu. 8. Io. de Anan. conſ. 49.* dubium de quo quæritur *num. Alex. conſ. 77. in cauſa receiſationis nu. 6. lib. 1.* & licet non nulli, quos particulariter notat *Dec. conſ. ſuo 188. lætatus ſum*, videantur tenere contrarium, tamen ipse *Dec.* concordando opiniones distin-
110 guit, quod aut loquitur in causa criminali ad pœnam imponendã, & tunc habent locum contraria, ex quo nemo ex sola præsumptione debet puniri tali pœna, aut in causa ciuili ad tollendam fidem scripturæ, ità vt producens teneatur probare veritatem, vt in casu nostro, & tunc procedunt dicta *Archid. Gemin. & aliorum, Dec. d. conſ. 188. num 2. verſic. vnde*, vt ista dicta concordentur, idem voluit *Curt. Sen. conſ. 74. ſuper memorata facti narratione in verſic.* reddetur nulla vltima legitimatio, seù dispositio ratione falsitatis, vbi ponit multas præsumptiones falsitatis *num. 110. vlt. col. verſic.* & istud est singulare, & speciale in materia falsitatis *Franc. Ripa Reſponſ. 215. in cauſa beneficiali num. 4. Curt. Iun. conſ. 133. habita diligenti conſideratione num. 10.* vbi dicit, quod dictum *Archid. & Gemin.* in materia ciuili cõmuniter approbatur, & propterea idẽ
111 actor nixus est probare dictam veritatem examinari faciendo multos testes super suis articulis, & tandem nemo inuentus est, qui visum hoc deponeret; Sed tantum, quod subscriptio apposita in eodem priuilegio est propè manu dicti Regis Federici, & sic de sigillo, & subscriptione Officialium, quando non est in quæstione nostra, cum tractatur; vbi & quando fuit firmatum, & sigillatum priuilegium solus Vitus Pisanellus, est quia asserit verum esse priuilegium, & demum vbi, & quando priuilegium prædictorum fuit firmatum; & dicit se non recorda-
112 ri; & testis interrogatus non testificatus de tempore non creditur ei, *l. teſtium §. 1. ff. de teſt. l. prius ff. ad Syllan.* cum de loco, & tempore verisimiliter memoriam habere poterat, vt supra demostratum fuit, & substantia priuilegij quantum ad rem nostram stat in hoc, videlicet quo loco, quo tempore fuit firmatum, & sigillatum priuilegiũ, & non si gratia est vera, quia potest esse, quod sit vera, & tamen quod fuerit completa per Regem post discessũ
113 eius à dicta Ciuitate Neap. in Insulam Isclæ; & cum actor ipse non probet, veritatem, priuilegij, & priuilegiũ prædictum de per se fidem non faciat stantibus tot suspitionibus, meritò obtinere non potest, vt supra demostratum fuit, vnus testis qui erat familiaris Iacobi Milani, deponit priuilegium prædictum fuisse firmatum, & subscriptum ab eodem Rege post discessum eius à Ciuitate Neap. & post captam Capuam, in Insulam Isclæ, & ibi fuisse sigillatum, & reddit causam scientiæ, quia interfuit, & vidit, & propterea eum actor non probauerit veritatem dicti priuilegij, quam probare tenebatur, quia priuilegium de per se non

facit

Digitized by Google

facit fidem stantibus tot suspitionibus meritò elisa est fides priuilegij concurrenti maxima probatione conuenti super falsitate dicti priuilegij, quæ
114 probatio per vnum testem de visu, cum tot suspitionibus, & indicijs, inducit plenissimam probationem falsitatis; Nam plures imperfectæ, species probationum faciunt vnam perfectam probationem, *Bart. in l. admonendi nu. 48. ff. de iure iur.* & exemplificat ipse quando esset vnus testis de visu, & duo de cõfessione facta parte absente, vel vnus testis, & duo de fama publica, & respondit ad contrarium, duo imperfecta non faciunt vnum perfectum quando tendunt ad diuersa, secus si tendunt ad vnum finem, & in casu nostro suspitiones tendunt ad falsitatem, & sic ad perficiendum vnum totum ad faciendum fidem inditij, quã
115 fidem non solum debet Iudex colligere ex vno genere probationis, sed ex pluribus, *l. 3. §. eiusdem quoque ff. de test.* & istam opinionem communem esse fatentur. *DD. in d. l. admonendi, & in cap. fin. de iure iur.* & hæc nostra
116 probatio tollit imperfectam probationem partis, quia plena probatio tollit semiplenam, *l. ob carmen in fin. ff. de testib. Bart. in d. l. admonendi num. 50.* Vnde sublata fide priuilegij propter suspitiones iam dictas, & non comprobata veritate ipsius per plenam probationem, imò elisa omni probatione per contrariam probationem nostram actor nullo modo obtinere poterit; Et si forrè prætenderet hoc priuilegium non fuisse reuocatum ab eodem Rege Catholico, tempore quo edidit dictã Pragmaticam reuocationis gratiarum factarum per Regem Federicum, & successiuè, non posse modo reuocari, nec tractari de antedata, & si posset quod standum est soli dicto Viti Pisanelli attento tenore dictæ Regiæ Prag
117 maticæ, ac etiam quia inquiritur de his, quæ pertinerent ad eius officium, qui iam ad ipsius actoris instantiam examinatus, deposuit verum esse priuilegium, vt supra dictum fuit; Respondemus, quod licet priuilegium prædictum non appareat notatum in fine dictæ Pragmaticæ, vbi stant descripta omnia priuilegia, quæ tunc fuerunt reuocata, per eundem Regem, tamen non propterea præcluſa est via perquirendi, an alia priuilegia fuerint expedita per Regem Federicum in dicta Insula Isclæ, imò Rex expresè declarando, quod alia super erant, & reseruauit.

Possit ipse, siuè officiales ipsius eius nomine illa cessare, & annullare, vt in
118 dicta Pragmatica ibi verum, quia vt percipimus testimonio nomine negligendo, vltra prædictas concessiones, priuilegia, & scripturas fuerunt dicto modo, & tempore expeditæ, & expedita aliæ multæ, voluimus igitur, vt de prædictis etiam veritas clarescat, & ea sequitur autem alia expedita per dictum Regem Federicum post dictam dictum, & illa nomine nostro declarent irrita, cassa, & nulla, & considerato tenore dictæ Pragmaticæ Rex noluit stare eius soli dicto, vt colligitur ex illis verbis quatenus vocatis Vito Pisanello, & alijs, qui de prædictis notitiam habent; Nec est verisimile stare dicto vnius, qui citra in Curiam composuerat, tot, & tanta priuilegia cum ante data, & si quæstio nostra esset, an priuilegium sit scriptum,
119 vel subscriptum ab eodem Vito Pisanello, tunc ei soli credendum esset, *Bart. in d. l. si quis decurio nu. 1. versic. & solum dubitatur de fide rei scriptæ*, vbi & quando fuit firmatum, & sigillatum priuilegium, & ad istud particulare deuenit *Salyc. in d. l. si quis decurionum 4.* vbi dicit, quod intendendo pri-
120 mum, quod soli tabellioni creditur *per illam l.* ideò ei soli creditur, quia de suo facto interrogatur, videlicet an scripserit nec ne, & sic an eius sit scriptura per eum probatur, *in auth. de fide instr. §. si verò*, & posteà sequitur, ideò latius discutiamus singulos casus contingentes, nam aut dubitatur de veritate

121 ritate scripturæ, & soli scribenti creditur, vt hic, *& dd. in donatione, & d. §. si vero*, aut dubitatur de fide attestatiune tabellioni, per instrumentum or-
122 ganizata, & tunc si instrumentum est sollemne non alias ei soli creditur, donec contrarium probatur, *l. si optimam de contraben. & committ. stipulat. l. cum precibus de probatio.* hic deficit sollemnitas, est suspectum, & probatur falsitas per vnum testem de visu, aut quæritur de fide, & attestatione, quam facit organo proprio coram Iudice deponendo, & hic est casus noster, & tũc aut quæritur de fide circa substantiam rei gestæ, aut circa sollemnitatem in-
123 strumenti, primo casu soli tabellioni non creditur, tum quia vox vnius, *l. tus iurandi de test.* tum quia testificatur venit vt quilibet, tum etiam quia eius officium est conficere, rogatus instrumentum de gestis per partes, & coram testibus, Ideò ei soli non creditur, sed vt vni fi est vnus, si duo vt duobus, & sic de cæteris *ff. de test. liber. cum-men* §. 1. 2. *casu*, soli tabellioni non creditur, ex quo sollemnitas deest, vt *d. §. si vero absunt secundum intellectũ glos.* & ad hoc allegat multa alia iura concurrente maximè, quia hic Virus est suspectæ fidei, & ratione, quia fabricauit tot priuilegia cum antedata, & ratione etiam, quia interrogatus, vbi, & qualiter fuit firmatum, & sigillatũ priuilegium respondit se non recordari, & alijs causis per dominos Iudices considerandis.

Ad tertium, & vltimum de defectu potestatis Regis concedẽtis, quia Rex disperatus, & priuatus de Regno; ad
124 primum desperatione partitò hoc Regno inter dictos Regem Catthol. Hyspan. & Regem Ludouicum Francorum, ac partito bello pro acquisitione, seù recuperatione Regni, per multum tempus ante priuationem ipsius, idem Rex habuit nouum de dicta diuisione, & bello, quod parabatur contra ipsum, imò ei fuit publicatum bellum per eundem Magnum Capitaneum nomine dictorum Cathol. Regum tanquam Ducem exercitus ipsorum inuocauit turcas, & cæpit disperari de Regno, vt ipse etiam declarauit, vt notatur *in Compendio facti*, & hoc omnia fuerunt ante dictũ mensem Aprilis anno 1501. in quo appparet expeditũ
125 priuilegium, & Rex qui de Regno se disperatum agnoscit, cuncta prodigaliter facit diuersa diuersis concedendo, vt sibi potenter assisterent, alijs nè malignò resisterent; & propterea tales donationes, & concessiones, quas de-
126 speratione, vel nimia importunitate vel metu, aut imbecillitate, aut nimia verecundia, vel necessitate factæ non
127 valent, *l. cum ratio*, ibi fraudis autem iam facta videtur, etiam si non in reatu, sed in disperatione rerum per conscientiæ metum in imminentis accusationis, quis adoptet in hoc, vt ex bonis, quæ se amissurum cogitat, portio detrahatur *ff. de bon. damnat. arg. eius*, quod notat *Innocent. in cap. super hoc de Renunt. de eo, qui consensit renũciare beneficio num. 4.* ibi, quia non creditur animum habere dimittendi possessionem, ad idem facit *text. in l. 1. §. si quis tamen imbecillitate, ff. quod vi aut clã, l. ibi qui C. de rescind. vend. l. post contractum ff. de donat.* ad quod etiam facit *text. in l. filiæ meæ emancipatæ, & egrè ff. solut. matr. & in d. cap. 2. de Renunc. in 6.* per quæ, & aliæ dixit *And. Barbat. in cons. 11. col. 13. versic. & ad claram,*
128 *&c. in 1. vol.* non valere renunciationem factam ab eo, qui verisimiliter se priuandum dubitabat, quam *decis. vt nota. sequutus est Boer. decis. 2. col. 2. num. 5. versic. & maximè quando in fraudem*, addens idem tenere *Ioan. de Anan. & alios de quibus ibi, pro quo est Cons. Anchar. nu. 430. incip. fuisset expediens, &c. & est tex. in cap. 1. §. sed res cum glos. vers. in fraudem, per quos fiat*
129 *inuest.* vera autem donatio ex animi liberalitate procedit, *cap. 1. de donat.* non autem ex aliquo iure cogente,
130 *ff. eod. l. donari*, vnde necessitas non facit aliquem liberalem, *ff. de adimen.*

leg.

Digitized by Google

leg. l. rem legatam; & iam idem Rex Catholicus declarauit venditionem factam Marino Caracciolo de Ciuitate Lauelli per eundem Regem Federicum, eodemmet anno suæ depositionis per aliquos menses ante depositionem ipsam nullam, & inanem, vt *in Compendio facti notatur*, fortificatur ista opinio, quia à dicto mẽse Aprelis vsque ad mensem Iulij, in quo fuit bellum, & recta Capua, & captæ Prouinciæ Calabriæ, & Apuleæ, probitate armorum pauci dies labuntur, vnde dicta concessio siuè facta esset in dicto mense Aprelis iudicari debet, ac si facta fuisset in dicto mense Iulij, & sic tempore belli, quod est factum in me-
131 diate ante, vel immediate post guerram, *Bald. in cap. 1. nu. 4. de pace tenend. Alex. conf. 162. visis hijs num. 6. in fine lib. 6. Anchar. conf. 88. præmissa facti serie nu. 3.* postquam præcesserunt præparamenta ad guerram inducantia futurum bellum.

Ad secundum, & vltimum, quod nõ valeat concessio Milani respectu pri-
132 uationis dicti Regis Federici; Rex ipse Regnum ab Apostolica Sede tenens in feudum multa commisit aduersus Romanam Ecclesiam, & in damnum Reipublicæ Christianæ, sub anno 1500. in antea veniens contra proprium iuramentum, copulataque amicitia cum Turcarum Tiranno munera mittendo, & apud eum Oratores detinendo, cum quo tanquam Hoste, & inimico, Romanæ Ecclesiæ nulla poterat esse participatio, conuocauit eorumdem Turcarum auxilium contra Principes fideles Ecclesiæ, & constat ex quibusdam suis literis in processu deductis, sequẽtibus tot calamitatibus, & damnis vniuersalibus, vt idemmet Alexander Papa cum collegio suorum Cardinalium testatur in inuestitura prædicta in anno 1501. ibi ex quo superiori anno maxima, & ferè innumerabilia damna vniuersæ Reipublicæ Christianæ subsequuta fuerũt de quibus nobis in excusabili notorio consistit, Commissis ergò dictis criminibus, & alijs, quæ particulariter exprimuntur in dicta inuestitura contra dictam Romanam Ecclesiam, ac in damnum Religionis Christianæ ipso iure perdidit dominium ipsius Regni,
133 & per consequens alienationes per eum postea factę non valent, *l. quisquis S. emancipationes, & l. fin. C. ad l. Iul. maiest. Salyc. in l. si quis post num. 6. C. de bon. præscript. & est tex. in cap. ter vxores C de donat. inter virum, & vxo.* necessaria erat sententia declaratoria,
134 vt Regnum deueniat de facto ad Romanam Ecclesiam, à qua tenebatur sicut statim de iure deuenerat, & propterea idem summus Pontifex cũ collegio dictorum suorum Cardinalium declarauit dictum Regem Federicum priuatum Regno prędicto ab anno superiori, ibi propter quod eundem Regem Federicum iure si quod, & in dicto Regno, & Terra citra Pharum competebat ipso iure priuatum cõsuimus, prout harum serie censemus, quæ sen-
135 tentia declaratoria declaratius prædictum, *Andr. in cap. sancimus lo 2. nu. 9.* quo tempore nil, est stãdum est huic sententiæ, quia res iudicata est, & res
136 iudicata, pro veritate accipienda est, *l. ingenuam ff. de stat. homin.* nec infe-
137 rior potest se intromittere de gestis superioris improbando, vel approbando, etiam si esset consilium generale, vt notat *glos. in verſic. inferiorum in d. clement. Nè Romani, de electio. Domin.*
138 *conf. 61. num. 6.* solus Princeps potest mandare facias sic, alij verò dicũt facias iustitiam, secundum *Bald. in l. 1. C. quomodo, & quando Index*, & Papa, vel Imperator, qui habent potestatem condendi leges, & conditis derogandi,
139 & eorum dictum pro lege haberi possunt secundum eorum conscienriam, est similis constaret exactis iudicare, *Cyn. Bart. & Bald. & alij in l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. Alber. in l. illicitas §. veritas ff. de offic. Præsid.* imò & si essemus in alijs criminibus, de quibus loquuntur iura prædicta, & in hac sen-

Digitized by Google

tentia non esset appositum illud verbum, ipso iure, tamen dicta concessio Milani, tanquam facta post dictum annum 1500. & sic post crimen commissum, adhuc non valeret sententia se-
140 quuta, quia donatio facta irritatur lata sententia condemnatoria; Vnde an valeat donatio nec ne, pendet ex futuro euentu, ità est opinio *Odofr.* quam cõmuniter sequuntur aduocati, & assessores, vt dicit *Ang. in d. l. si quis post hac num. 3. C. de bon. proscrip.* in hoc non oportet vlterius insistere, cũ simus in re iudicata.

Pars posset dicere hic punctus desperationis, & priuationis non potest
141 mihi officere, quia Rex Cattholicus *in d. sua Pragmat.* tacitè confirmauit donationes, & alienationes factas per dictum Regem Federicum ante dictũ 25. diem, & consequenter quod huiusmodi concessio tanquam facta ante dictum diem, est cõfirmata per dictam Regiam Pragmaticam, ad hoc respondemus, & primò, quod si deficeret iu-
142 stitia intellectum dictæ Regiæ Pragmaticæ, tunc recurrendum esse ad id, quod in simili posteà a Rege factum fuit, vt docet *Alber. de Ros. in l. 1. ff. de Const. Princip.* & idem Rex Cattholicus in anno 1507. & sic per dictam pragm. infirmauit concessionem Marini Caraccioli de Ciuitate Lauelli, quæ ei facta fuerat per eundem Regem Federicum ante dictum 25. diem ecce voluntas Regis, quod non fuit confirmare concessiones factas ante dictum 25 diem, item ratio quæ militat in dispositis per dictum Regem Federicum post dictum 25. diem, ibi quia de Re-
143 gno erat desperatus, hic etiam tempore datæ priuilegij Milani erat similiter de Regno disperatus, ibi quia idẽ Rex Federicus intellexerat Gallorum copiam ad inuadendum hoc Regnum festinare, hic etiam dicto mense Aprelis eidem Regi Federico publicatum fuerat bellum, & intellexerat præparamenta facta ad bellum, ibi quia in fraudem Regiæ Curiæ, & omnes aliæ rationes, quæ considerari possunt, & ex quibus fuit motus idem Rex Catthol. ad statuendum, sic prout in dicta Regia pragmatica, procedunt etiam in casu nostro; & regula, quæ colligitur
145 *ex tex. in l. cum prætor ff. de ind.* videlicet quod quibusdam prohibetur, Cæteris videtur esse permissum, limitatur non habere locum, quando in prohibitis, & promissis eadem sit ratio, vt decidit ibi *Glos. in versic. videt in solutione contrarium*, Secundò in quantum Rex Catthol. reuocauerit do-
145 nationes effectas post dictum diem, non propterea videtur voluisse confirmare alias inualidas, nisi aliæ donationes inualidè fuissent per Regem discussæ, ità decidit *Dyn.* quem refers, & sequitur *Bar. in l. legatus inutiliter num. 7. in fine ff. de leg. 1.* & firmat ibi *ald. in versic.* debet tamen constare quod iste reuisor statuti omnia examinauerit;
146 Nam ea quæ non essent examinata, non viderentur confirmari; idem voluit *Imol. per illũ text.* vbi etiam *Paul.*
147 *de Castr. ibi num. 5.* dicit quod superior improbans aliqua de priuilegijs, quæ quis debet, intelligitur valida confirmare, si scribat quod erant inualida, alias in illis nihil censetur statuere, & idem tenuit *Ias. in d. l. legato inutiliter, & in l. maritus, & in 4. notab. C. de procurat.* & istam opinionem sequutus est *Alex. cons. 59. viso instrumento num. 9. lib. 1.* & in casu nostro prætendimus priuilegium dicti Milani inualidum, vt supra fundauimus, & quod de dicta inualiditate Rex non habuit notitiam, fuerat enim dictum Regi Catthol. quod sub ante data multa facta erant; & propterea illa annullauit, & si fuisset dictum, quod alia erant facta in fraudem, idem dixisset postquam fraudem annullare voluit, pro vt declarauit in casu illo Lauelli, & sic tùm ex hoc capite; tùm etiam quia
148 non potest dici prag. comprehendere dispositionem inaniter factam, & post delictum contractum per Regem Federicum, ac post desperationem, affirman-

Digitized by Google

firmandum est, & non fuisse inchtionis Catthol. Regis approbare ea, quæ illo tempore per acta fuerunt per Federicum, & non per Regem, cum nec tunc Rex, nec administrationem habebat, vt latè supra, sed in ea omnia quæ gesta tempore quo verè Rex accedat ad hoc, id quod dicitur Princi-
149 pem præsumi semper se velle confirmare rationi, & dispositioni iuris, *l. ex facto vbi Bald. ff. de valg. & pupill.* an ius non reputat Regem facientem pacem cum hoste, Regem committentem in Ecclesiam, Regem depositum, Regō disperatum, eiusque dispositiones, vt in fraudem faciat, postquam à dic contracti criminis Regni, eiusque administratione priuatum, censet pariter, & Princeps pariter, & Cattholicus, vt se conformen reddat legi, hanc voluntatem Cattholici, magis à parte demonstrat *cap. pacis*, dum per illum inuali tas omnes alienationes factas per Federi-
150 cum. Tertiò idem Rex Cattholicus ante dictam Pragmaticam reuocauerat hoc priuilegium Milani per concessionem, quam fecit dicto Capitanio de Baronia prædicta, vt diximus infra super priuilegio ipsius Magni Capita-
151 nei, & per generalem confirmationem priuilegiorum, non videtur confirmare priuilegia reuocata maximè per eum, nisi processerit vltra cassando reuocationem priuilegiorum, *Bald. in Authent. priuilegia num. 2. not. 2. C. de sacros. Eccles. Bart. in l. si quis priorum num. 3. ff. de S.C. Trebel.* ex quibus omnibus manifestè apparet actorem nullum ius habuisse, nec habere, super Baronia prædicta, & propterea idē Dux debet absolui, non enim curandum de
152 iure possessoris, si non constat de iure petitoris, *l. fin. vbi Bald. C. de rei vendicat.*

Et si aliquod ius habuisset illud amisit, vt ex infra dicendis lucæ clarius apparebit, ad quod demostrādum, Rex
153 Cattholicus Regina Elisabeth coniuges bonæ memoriæ prætendentes ius habere in hoc Regno, exercitus ve-
ris, & iustis causis, non tamen ex persona Regis Ferdinandi primi Regis, Alphonsi Secundi, nec Regis Federici diuisoque Regno inter eos, & Regem Francorum dictisque Regibus inuestitis de Regno prædicto secundum diuisionem inter eos factam per Alexandrum sextum parauerunt magnam classem maritimam, militibus, peditibus, & bellicis rebus munitam, in qua posuerunt, & ordinauerunt pro Duce, dictum magnum Capitaneum ad capiendum, & subiugandum Ducatum Calabriæ, & Apuleæ, qui applicuit secum exercitu, & classe prædicta Catthol. maiestatum in partibus Calabriæ, & pro suo exercitu in terram inuenit, quod dictæ Prouinciæ stabant sub deuotione, & vexillis dicti Regis Federici, publicatoque bello per antea, ac dato banno per Ducem belli, quod feudatarij, & homines dictarum Prouinciarum darent obedientiam dictis Regibus, ac eorumdem Maiestatum vexilla erigerent, Castrum Sancti Georgij reperiunt bene munitum balistis, scopetis, bombardis, armaturis, & alijs bellicis instrumentis, quis muniret clarè non constat, præsumptio, est quod Iacobus Milanus, qui tunc illud possidebat, inito ad hoc tractatum cum Rege Federico ad effectum, vt resisteret exercitum dictæ Cattholicæ Maiestatis, & se teneret pro eodem Rege Federico
154 colligitur ex literis dicti Regis scribētis Duci Calabriæ eius filio, *Che quelli Castelli, & Rocche stanno ben forniti*, & ex alijs quæ postea subsequuta fuerūt, in eodem Castro reperiuntur homines armati ad illud custodiendum, & resistendum, & eorum aliqui fatentur se fuisse missos ad Custodiam dicti Castri, & per Comitem Gripteriæ pro seruitio dicti Regis Federici, quis enim non credit hoc factum fuisse de voluntate dicti Iacobi possidentis dictum Castrum, & de mandato dicti Regis Federici, & qui illis mensibus antea habuerat possessionem volens se gratum facere cum Rege suo, cui fuerat

antiquus seruitor, & familiaris, & apud quem continuò assistebat, imò à Gallis capta Capua, in ipso conflecta belli, cũ eo aufugit in Insulam Isclæ, & demum in partes Franciæ, vbi cum eo permansit quoiusque vixit, hæc & alia mouere debent Iudicantes ad ità credendum, homines prædicti positi ad iusto dicendum, & resistẽdum exercitui dictorum Catthol. Regum, aluntur de bonis dicti Iacobi, resisterunt enim, steterunt continuò in eodẽ Castro per mensem, & plus, & quousque Castrum prædictum potentia bellica captum, vt ipsi dicunt intra quod temporis spatium, Iacobus ipse de prędictis habuit, & habere poterat scientiam veram, aut saltim præsumptã, quæ scientia præsum-
154 pta sufficit in re, de qua loquimur, vt tenet *Feder. de Sen. conf.* 211. factum tale esse propè finem, non sumus in delicto momentaneo, vtputa in homicidio, sed in delicto habente causam successiuam, & continuam, sed tenere gen-
155 tem armata n in Castro, & resistere exercitui, & *Anchar.* exemplificat in rebellione, guerra, & alijs, & propterea ipse *conf.* 118. *ex narratis in facto nu.* 12. quod licet delictum fiat sine deliberatione, & pulsatione Campanæ, si habet causam successiuam, vt in rebellione, & guerra, & toleratur, quod propter tolerantiam istud delictum di-
156 citur verè Vniuersitatis; postquam populus censeat statim enim factis ipsis declaratur intentio Vniuersitatis, *l. de quibus ff. de leg.*

Præterea ista præparamenta facta ad resistendum, & resistentia inde sequuta liquido constat, quod facta fuerunt à Ioanne de Buon Ioanne cum dictis socijs Castri, qui Ioannes de Buon Ioanne tunc erat Gubernator Castellanus, & procurator dicti Iaco-
157 bi, vt in processu, & delictum factum à procuratore consanguineo, seù amico habens causam successiuam præsumitur factum de voluntate domini, seù consanguinei, vel amici, cuius contemplatione fit, ità decidit *Abb. in cap. ex causam num.* 19. *versic. sed an ex facto amittit. de test. & in cap. constitutis, lo primo num.* 3. *vlt. not. ab. duobus concurrentibus*, quod fit à consanguineo, seù amico, & quod delictum sit successiuũ *eod. tit.* non enim caret scrupulo societatis occultè, qui vel potest manifesto facinori desint obuiare *de senten. ex-*
158 *comm. cap. dilecto lib.* 6. & Dominus, qui scit procuratoris contumaciam, & non purgat ipsam ratificare videtur, & facere ipsam propriam, *vt in cap.* 1. *in fine delict. conteſtat. in* 6. *Anchar. d. conſ.* 158. *num.* 14. *Felyn. qui multa allegat in cap. cum omnes* 6. *declarat. nu.* 31. *& 32. de constit. & in cap. Petrus*, vbi ponit regulam, & fallentias *à nu.* 2. *vsque ad num.* 16. *de homicid. vbi*
159 *num.* 5. quod sufficiat scientiam præsumptam, etiam in actu momentaneo, & postquam de iure demonstrauimus, per delictum cõmissum à dicto Ioanne de Bon Ioanne existente exercitu prædicto propè Castrum prædictum, & facta requisitione, quod se daret fidelitati dictorum Regum Catthol. & mota contra eum guerra, quia tunc dicitur mota guerra, quando parato exercitu
160 hominibus armatis, & Duces cum vexillis, & banderijs stant ad lęsionem alicuius *Andr. in Constit. Comes*, idem Ioanne de Bon Ioanne rebellauit dictis Catthol. Maiestatibus, quia resistẽtiam fecit exercitui prædicto; Nam
161 rebellare idem est, quod resistere, & non obedire, *Bart. in Comento suo extrauag. qui sint rebelles super verbo rebellando in princ.* vbi dicit rebellando, resistendo, vel non obediendo, licet ipsi guerram, non inferam *Ang. in l.* 2. *S. fin. num.* 2. *ff. de iudic. Guido Pap. decis.* 589. *quæritur num.* 4. vbi dicit,
162 quod rebellare idem est, quod resistere, & istud resistere potest fieri faciẽdo aliquid contra, vel non faciendo, & non obediendo: faciendo contra, retinebat enim Castrum contra dictos Catthol. Reges sic benè munitum, & paratum ad resistendum, *l.* 3. *ibi aut arcem tenuerit iuncta Glos. ff. ad l. Iul. Maiest.*

Digitized by Google

Maiest. Andr. in cap. sanctimus num. 3. versic. item pone Baronem rebellasse Regi, & tenere Castrum publicè contra Regem, *quo tempore mil. facit tex.*
163 *in l. si desertores C. de desert. lib.* 12. qui sic dicit si desertores inuenti ad resistendum, atque armis oppugnandum parauerint, tanquam rebellis in ipsis temeritatis suæ opprimantur, fecit contra erexit vexilla dicti Regis Federici, & Iacobi Milani inuocando eorum nomen, non obediuit dicto Duci belli, ex quo nunquam voluit erigere vexilla dictorum Catthol. Regum, & iam ipse per banna publica mandauit, quod erigerentur vexilla dictorum Catthol. Regum, non obediuit, quia
161 per multos dies tenuit in verbis exercitum prædictum, *& Bart. in suo Comento extrauag. in verb. machinantur format quæstionem*, quod aduenientе Imperatore, vel eius nuntio volenti ingredi Ciuitatem pro recuperandis Iuribus Imperij, tamen ibi quam alibi, aliqui respondent, quod intromittere eum, vel gentem eius est periculosum, statui eorum, & sic tenent eum in verbis, & sic labitur tempus, quo multo posset facere pro Imperij prosperitate, dicit *Bar.* quod istæ sunt machinationes quædam, licet ad actus bellicos non deueniant, & ista machi-
164 natio sequuta inobedientia facit eos rebelles, & isti semper persisterunt in eorum rebellione, & demum post multas requisitiones factas destinato exercitu, ac magis approximato propè dictum Castrum, in eius obsidione videntes se non posse resistere aufugerunt, & ex prædictis apparet dictum Ioannem de Bon Ioanne commisisse aduersus Catthol. Reges crimen perduellionis, de quo tenetur prædictus Iacobus, tanquam factum de eius voluntate, prætereà Iacobus ipse iuuauit dictum Regem Federicum in muniendo Castrum, & resistendo, vt dictū est,
165 & Princeps indictas bellum non solum capere bona illorum, contra quos particulariter mouit bellum, sed iuuantium, vt tenet *Innocent. in cap. olim lo primo, num. 6. de Rest. spoliat.*
166 & licet dicatur de spolijs, tamen intelligitur de rebus, prout ipse declarat *in versic. sequenti*, ibi aliqui dicunt, quod nec personas, nec auxiliatorum, & appellatio rei generalis est, *l. rei appellatio ff. de verb. & rer. signif. & Io: Fab. in §. item eo num. 1. in fin. Inst. de rerum diuis. intellexerit Innocent. de bonis*, prout etiam de rebus, intellexit *Luc. de Penn. in l. 1. col. 3. in fine versic.*
167 an autem personæ, vel res subditorum, vel auxiliatorum, *C. vt armorum vsus lib.* & ità debet intelligi, quod loquatur de bonis stabilibus, & ita etiam cum intellexerit *dictus Loffred. in cons. 45. col. 2.* & similiter hoc Castrum erat magnę importātiæ, & quod Dominus ipsius erat dominus totius Prouinciæ, vt dicunt testes *in Compēdio facti particulariter notati*, benè munitum, & aptum ad resistendum, & erat sub fidelitate dicti Regis Federici tunc existentis in hac Ciuitate Neap. & in manu dicti Iacobi, Milani familiaris ipsius, & rebellis dictarū Catthol. Maiestatum, de quo timebatur damnum, & idem iustè potuit capi, prout captum fuit, & circumscripta omni
168 resistentia, vt tenet *Innocent. in d. cap. olim num. 6.* etiam si nullum intulisset damnum, quia satis est, quod posset inferre, prout sic intelligit *Innoc. Sigismund. Loffred in cons. 5. num. 42. & in cons. 45 col. 4. in fine ipsius*, & est verum, quia *Innocent.* dicit, nisi fortè læderentur de rebus eorum puta Castris, vel alijs ædificijs, & non dicit nisi læsi fuissent, imò & si intelligeretur, q necesse erat, quod de Castro prædicto exercitus fuisset læsus, iam fuit læsus & detemptus, ibi per tot dies patiendo multa damna, vt dicunt quamplurimi testes, & Iudicantes melius considerare poterunt.

Prætereà Baronia, & Castrum prædictum fuit capta tempore belli, & in ipso belli conflictu, vnde si teneremus aliam opinionem, quam ponit *Innoc.*

Digitized by Google

in d. cap. olim, qui faciendi regulam
169 per res auxiliatorum non possint, ab illa excipit duos casus. Primus nisi hoc fiat in bello. Secundus nisi forte læderentur de rebus eorum, & quecumque opinio esset vera haberemus intentum, quia in bello capta fuit Baronia, & Castrum capta fuit tempore belli, & in ipso belli conflictu, & res
170 immobiles captæ in bello iusto acquiruntur Regi indicenti bellum, & non militi, aut Duci capienti, *l. si captiuus §. expulsis ff. de capt. & postlim. reuers. glos. in l. diuus versic. captiuorum ff. de iure fisci, Bart. in l. si quid in bello. & l. hostes ff. de capt. & postlim. reuers. & Moderni in l. 1. ff. de aequir. poss.* & prò priè in feudalibus tradit *Aretin. cons.*
171 14. *nu. 6.* Capta est Baronia, & Castrum iure belli, est affecta ipsius Regi, ac ad Vniuersitatis postulationem in Demanium reducta, deputantur Officiales ad iustitiam nomine dictarum Cattholicarum Maiestatum, & possidetur per certum tempus, & quousq; Reges Catth. eorum proprio motu illam concesserunt eidem magno Capitaneo pro meritis, & seruitijs ipsius, vt in amplissimo priuilegio, in quo dicti Reges Catth. fatentur se tenere, & possidere dictam Baroniam, ecce spolium, de quo factum fuit rumor tam maior ab oriente, vsq; ad occidentem, ecce basis, & fundamentum iustitiæ partis nunc coperta veritate, esset rumor, fileant signe loquentes contra magnum Capitaneum virum tam religiosum, subuertatur fundamentum partis tãquam ædificatũ super arenã.

Ad bannum redditum per Dhcem belli vti locum tenentem dictarum Cattholicarum Maiestatum in Ciuitatem Tarenti de consilio iurisperitorum poblicatum in dictis Prouincijs, vt in *Compendio fuerit*. & dictum ban-
172 num potest probari per testes, quem admodum, & scientiam *cap. sicut de sent. & re iudic. Rot. dec. 19. fuit dubi-*
173 *tatum in nouis cod. tit.* quia scriptura non est de substantia probationis sententiæ, idem tenuit *Abb. in d. cap. sicut 4. & 5. num. Felyn. 16. num. 5. in versic. & vltima declaratio*, dummodo testes dicant, quod tam legi audierunt, sequendo *Bal. in l. gesta num. 15. versic. qualiter debeant deponere testes C. de re iud.* & in hac re nostra testes deponunt, quod bannum prædictum legi, & diuulgari audierunt, & de tenore ipsius etiam, & de clausula priuatiua. & feudatarius vocatus à domino ad præstandum iuramentum, & debitum seruitium cũ comitatione, quod alioquin ipso iure sit priuatus feudo, quæ sic cantat bannum de quo loquimur, & non venies ex tunc priuatus videtur sententiatus, seù condemnatus;
174 nam sententia licet non possit fari, sub conditione, lata tamen tenet, *l. 1. §. biduum ff. quando appell. sit.* & ità in terminis decidit, *Andr. edictum præponitur, per quod videtur valere sententia ff. de re iud. l. de vnoquoque*, quia videtur sufficere, quod hoc edi-
175 ctum, seù sententia comminatoria peruenit, vel debuit peruenire in eius notitia, & in *Consil. Regni si vacallus in 4. & 5. col.* vbi plenissimè examinat hanc materiam, & tandem resider in eadem opinione, quod si comminatio non stetit in finibus prohibitionis, sed vltima processit, quod non vocem
176 sit ipso iure destitutus absq; alia sententia intelligitur priuatus, & dat rationem, quia tunc intelligitur sententiatus, & subungit ibi *in 5. col.* quod si submonitus haberet aliquam iustam causam excusationis debet de perse, vel per alium præponere in termino coram submouente, per *text. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit, & in Consil. editorum in 6. col. versic. sed sedet quæri*, verum tenor istius consuetudinis seruetur quando Princeps, vel Rex citet, est stat in eadem opinione, quod non requiratur alia sententia, quando dominus ciceret, quod sit priuatus feudo, si non venit ad præstandum seruicium, & huiusmodi pœna amissionis feudi, potuit imponi, tenet *Innoc. in*

cap.

Digitized by Google

cap. cæterum vers. 5. & nota quod nunquam, vel raro si agatur conditione *tex. l. feudorum imponitur pœna alia, nisi ammissionis feudi de iure*, nec est curandum de tam magna pœna, quia vt dicit *Andr. in d. Const. edictorum*, quod in istis extraiudicialibus consue-
177 uit imponi pœna grandis, & leuis, sicut est negotium arduum, & ponderosum, & graue propter quod vocatur, & sicut potestas vocantis habentis merum imperium; vnde & sub pœna omnium bonorum tenet, vt secundum eum sicut *Moderni in Cap. de iur. fisci l. certa lib.* 10. *& de decur. l. & quidam ignauia, & l. grauis eod. lib.* & eodem tempore, quo feudatarij vocabantur.

Inter dictum Ducem exercitus, & Ducem Calabriæ filium dicti Regis Federici in Ciuitatem Tarenti existente, etiam dicto Rege Federico in hoc Regno, & dubitabatur etiam de recessis futuri belli inter dictos Reges Catholicos, & Regem Franch. prout paulo post inter eosdem Reges successit, & legimus in lege Dei, quod vox emissa est in Iudea, & Hierusalem omnibus filijs trasmigrationis, vt congregarentur in Hierusalem, & omnibus, qui nõ venerint in tribus diebus iuxta concilium Principum, & seniorum auferentur omnis substantia eius, vt primò
178 *Esdræ cap.* 10. & similiter *Esdræ cap.* 23. *in fin.* dictumque bannum peruenit, siuè peruenire potuit ad notitiam dicti Iacobi; Vnde fuit publicatum in Prouincijs prædictis, & diuulgatum per Regnum, & in hac Ciuitate Neapolis siue in Insula Isclæ, in qua eo tempore erat dictus Iacobus cum dicto Rege Federico, vt dicunt testes, & hinc est, quod habita notitia de banno constituit procuratores ad comparendum coram eodem Duce belli, & præstandum homagium, vt in mandato procuratorio facto de mense Septembris 1501. in dicta Insula Isclæ, & ipse monuit comparere cum poterat comodè, & se iure accedere, vt dicit *Bal. in cap. nu. 6. qua tempore mil.* quod seu-
179 datarius tunc potest præstare iuramẽtum fidelitatis per procuratorem, quando non posset comodè ire per seipsum.

Et non solum ipse comparuit, nec alter pro eo; sed persistendo in suo hostili animo secutus est dictum Regẽ
180 Federicum notorium hostem, & inimicum dictis Catth. Maiest. quia ei indictum fuerat bellum per eosdem Reges, *l. hostes ff. de cap. & postlim. reuers. cum cum concord. inimicum ex amissione Regni, vt not. in cap. cum oporteat de accusat. per Glos. & DD. ibi*, & idem Rex Catth. in eodem priuilegio Lauelli vocat dictum Regem Federicum esse notorium hostem, & se cessit cem eodem Rederico in partibus Franciæ, & ibi permansit quousque Rex ipse Federicus vixit, etiam tempore rupto fœdere inter dictos Catth. Reges, & Francorum Regem, erat sic ingens bellum in hoc Regno, & transfugiendo ad hostes, & conuertendo se in hostes, hostis dicitur *l. amissione §. qui deficiunt ff. de capit. dimin. & l. proditores ff. de re milit. Bart. in d. extrauag. qui sint rebelli in verb. rebellis num.* 2. *pulcher tex. in l. liberi C. de inoff. test. & in l.* 1. *§. cum patronus ff. de officio præfecti Vrbis*, & adherentes dicto Regi Federico fuerunt per eundem Regem Catth. habiti pro hostibus, vt idem Rex Catthol. in dicto priuilegio Lauelli, & ex ista causa, quod Iacobus fuit trasfuga ad
181 hostes Regis; Rex ipse indubitanter cum posuit priuare dicta Baronia, & alij concedere, vt in terminis decidit *Bal. in cons.* 159. *super eodem, quod quæritur num.* 5. *versic. subsequenter proponitur quod dictus Lucius libig.*

Pars posset dicere duo, vnum, quod
181 per capitulum Ciuitatis nonum in ordinatione, in quo supplicatur pro illis, qui accesserunt cum eodem Rege Federico, inter quos fuit iste Iacobus vt diximus, *che la Maestà del Rè Cattolico li riceua à venia, & gratia*, & in pristinum statum *restituirli, & reintegrarli*,

Digitized by Google

grarli, quod non fuiſſet habiti pro hoſtibus, ſiuè quod culpa eius fuiſſet remiſſa, alteram quod hoſtilitas Iacobi non potuit nocere Baldaxari eius fratri, Reſpondemus.

Quoad primum Rex Catth. decre-
183 uit hoc modo, placet Catthol. Maieſtati dummodo veniant intra ſpatium vnius anni, & ſine præiudicio iuris alieni, ſubdatur in Ciuitate Segouiæ die 5. menſis Octobris 1505. quæ clau-
184 ſula expreſſa ſinè præiudicio iuris alieni, declarat Regem nolle dare, niſi ius ſibi competens, *And. in tit. quæ ſint regal. in verſic. & bona committentium crimen conſ. 5. num. 78. verſic. hodie videmus in conceſſionibus*, & donationibus Regis, etiam eidem Regi nullum ius tunc competebat ſuper Baronia prædicta, ex quo illam per antea conceſſerat dicto magno Capitaneo, cum ceſſione, & traſlatione, Iurium eidem Regi competentium, vt in priuilegio dictæ conceſſionis de anno 1502. imò & ex eadem clauſula colligitur, quod mens Regis fuit pro fidelibus non habere Regem Federicum.
186 Ad ſecundum, & quando feudum eſt nouum, & delictum eſt commiſſum in perſonam domini, vt in caſu noſtro, tunc feudum domino aperitur excluſis deſcendentibus, & etiam agnatis. *And. in cap. 1. num. 4. & 5. ſi vaxall. feud. priuet. & in cap. ſancimus lo 2. num. 12. in fine, quo tempore mil Bal. in cap. ſi vaxallus num. 3. ſi de feudo defuncti milit Alex. conſ. 1. ponderatis hijs num. 42. lib. 5.* dicit, quod quando feudum tranſit ad filios tanquam hæ-
186 des patris, tunc indubitanter culpa patris nocet eius filio hæredi, & aſſerit, quod iſta opinio ſequuntur communiter *DD.* Vnde hoſtilitas dicti Iacobi officit eidem Baldaxari venienti in hac Baronia vti eius hæredi, vt vt ipſe aſſerit in ſuis articulis, Remaneat ergo vera hoſtilitate Iacobi, & non remiſſa per Regem Catthol. in
187 præiudicium tertij, vt veriſſimum eſt, Iacobus ipſe dictam Baroniam ipſo iure ammiſit *Bal. in §. callidis nu. 7. verſic. quid ſi vaxallus de probibit feud. alien. per Feder. poſt Iacob. de Beluiſ. in Authent. de inceſt. nupt. in princ. 2. col. Andr. in cap. 1. num. 5. de feudo ſine culpa ammitten.* idem tenuit *Luc. de Pen. in l. cum allegatis vlt. col. in verſic. cæterum leges, C. de re milit. & 6. & allegat And. in cap. 1. de feudo ſine culpa, &c.* iſtam opinionem ſequuti ſunt *Io: And. in cap. fœlicis nu. 4. de pœnis in 6. Domin. ibi num.* ex quibus omnibus manifeſtè apparet, quod ius, q forſitan ipſe habebat ſuper Baronia præcicta illud ammiſit, prout idem Rex Catth. declarat illud eſſe ammiſſum, & Batonia ad eundem Regem ſpectare, vt in dicto priuilegio magdi Capitanei, ibi quoniam conceſſiones prædictæ factæ per quoſcumque prædeceſſores noſtros in dictis Ducatibus Calabriæ, & Apuleæ pluribus ex cauſis, quas in præſentiarum exprimere non oportet, fuerunt effectæ irritæ, & inanes, & illas obtinentes, ius ſi q eis illarum virtutem competebat, amiſerunt, & ibi cum in præſentiarum teneamus, & poſſideamus legitimè, & & pleno iure, tanquam res noſtras propias, & ad nos, & ad noſtram Curiam legitimè ſpectantes, & pertinentes, etiam quas rationabilibus, & iuſtis cauſis, & reſpectibus, ad eandem noſtram curiam fuiſſe, & eſſe deuolutas, de certa noſtra ſcientia decernimus, & declaramus Ciuitatem Terræ Nouæ, Terram S. Georgij, & Gioiæ.
188 Ex dicta ſola cauſa rebellionis, & hoſtilitatis idem Rex Catthol. potuit dictam Baroniam alteri concedere, prout conceſſit dicto magno Capitaneo non vocato dicto Iacobo, nec expectata aliqua ſententia, quia cum ius priuat aliquem ipſo facto, re, vel be-
189 ficio ſtatim poteſtis, ad quem ſpectat conferre, nulla alia expectata ſententia, nec citato poſſeſſore, per *text. in cap. cum in cunctis §. cum vero electi*, ibi de illis diſponendi liberam, habeat facultatem *de elect. & in cap. de multa*,

ibi

ibi liberè conferat, *vbi omnes de præben. & in cap. fundamenta in versicul. quid si secus, & ibi Glos. in verſic. liberam, etiam illis non vocatis de elect. lib. 6. & ibi Domin. & in cap. licet Episcopus de præben. eod. lib. DD. in d. cap. fœlicis, & ibi glos. in verſic. disponat de pan.* ità in feudo, quod ſi tanquam apertũ ſibi Dominus concedat, confirmatur conceſſio ipſo aperto, & tenet ab eo tempore, quo facta fuit.

191 Item ſententiæ de priuatione poſſeſſionis eſt neceſſaria, cum poſſeſſio, vel iuſta ratione, vel aut hoſtem iudicis eſt quæſita, vbi autem is, qui poſſidet ſolam detentionem habet, quia tunc detentio talis nullum ſortita eſt iuris effectum, nec debet Impedimentum præſtare ſecundo conceſſionario, qui fidelis exiſtens cum legitimo Regis aſſenſu, rem de qua agetur iuxta ratione quæſiuit, verba ſunt *Luc. in d. l. cum allegatis col. pen. in fine, & col. fin. in princ. C. de re milit. lib.* & idē *Matt. Laud. in cap. 1. num. de feudo ſine culp. non amittt.* hanc eandem opinionem ſequitur, & multis alijs rationibus, & authoritatibus comprobat *Brun. conſ.* 19. in cauſa Comitatus Roſatæ, & ſequitur in terminis noſtris de Regia Maieſtate, quæ manu militari, adepta fuerat Ducatum Mediolani, & bona ad ipſum Ducatum ſpectantiſum, prout erat Comitatus Roſatæ à tenentibus tanquam ab hoſtibus illos expugnando.

Et in quantum Franciſcus Milanus filius quondam Baldaxarris hæredis dicti quondam Iacobi voluit agere petitorio pro Baronia prædicta contra hæredem dicti magni Capitanei potuit ei obijci per conuentum exceptio cri-
192 minis dicti Iacobi, nam exceptio criminis admittitur contra agentem ad beneficium, de quo ipſo iure fuit priuatus, *Innoc. in cap. inter dilectos nu. 1. de exceſſ. prælat.* & in terminis noſtris *Anchar. conſ.* 177. *expectata facti narratione num. 9. verſic. bijs non obſtantibus, & num.* 12. quia per viam exceptionis contra agentem poterit ſe tueri de amminſſione Caſtrorum propter delictum, *Bald. in l. ſi alienum propè finem ff. ſolut. matrim.* maximè quando excipiens habet cauſam à Domino, *per text. in l. 2. ff. ſi ager vectius, & l. bijs conſequẽter* §. 1. *ff. famil. herciſcun. & l. loci corpus ff. ſi ſeru. vend.* & eſt veriſſima opinio, & eam communiter ſequuntur *DD.* & nos habemus cauſam à Rege Catth. contra quem commiſſum fuit crimen rebellionis, & hoſtilitatis, & ipſe etiam conceſſit eidem magno Capitaneo omne ius ſibi competens ſuper Baronia prædicta, vt in priuilegio, ità quod alterius in hoc non eſt inſiſtendum.

Nec eſt dicendum, quod Rex Catholicus non reuocauit ad animum rebellionem, & hoſtilitatem dicti Iacobi, prætextu, quod non dixiſſet, quo
193 niam animus hominis demoſtratur verbo, vel facto, *l. de quibus ff. de leg. l. de reprehendendo, tu magis in verſic. reprobaſti iuncta gloſ. C. de Inſt. & ſubſtit.* facto enim oſtendit hoc, dum conceſſit Baroniam magno Capitaneo nec oportebat dicere ad animum, reuoco ſecundum *gloſ. in* §. *fin. in verſic. non reuocauerint Inſt. de iniurijs*, ſed ſufficit ſi remanſit fraus, & ei non reconcilietur, nec vnquam fuit placitatus ab eodem Iacobo nare conceſſionem, dum fuiſſet ſupplicatum per Ciuitatem Neapol. quod Iacobus ipſe
194 cum alijs reciperentur ad gratiam, Reſpondetur, placet ſine præiudicio iuris alieni, quæ verba demoſtrant, q in Curia ad eius animum reuocauit, & illam in præſenti nolle remittere in præiudicium tertij, Item & ſufficeret,
195 ſi Dominus cepiſſet, vel paraſſet ſe ad reuocationem feudi propter feloniam, vt notat *And. in cap. porrò num. 23. qua ſit prima cauſa benef. amittit.* & Rex Catthol. non tantum ſeparauit ad reuocationem, ſed reuocauit, vt in priuilegio dicti magni Capitanei.

Conceſſit ergò Rex Catthol. dictam Baroniam eidem magno Capitaneo, & in pri-

in priuilegio concessionis disponendi, vsus est illa clausula generalis reuocatoria, sub hijs verbis cessantes etiam, & annullantes, omnes, & quascumq; concessiones factas forte, quibuslibet personis, cum quibuslibet clausulis quocumque respectu, seu causa, etiam si pro statu Reipublicæ facta apparerent, aut quacumque alia ratione, via, vel modo, de dicta Ciuitate, & Terris, aut aliqua ipsarum, vel aliqua ex præmissis, quæ superius describuntur, itaque vllo vnquam tempore dictæ concessiones vllam causam, robur, locum, vel efficaciam quouis modo habeant, vel obtineant in toto, vel in parte, in iudicio, vel extra contra contra præsentem donationem, & concessionem, quoniam concessiones prædictæ factæ per quoscumq; prædecessores nostros in dictis Ducatibus Calabriæ, & Apuleæ pluribus ex causis, quas in præsentiarum exprimere non oportet, fuerunt factæ, & inanes, & illas obtinentes ius si quod eis illarum virtute, competebat, amminiserunt prout *in Compendio facti*.

ALLEGATIO IIII.

Pro Regio Fisco, cum Duce Suessæ.

SVMMARIVM.

1 *Euictio in specie non permissa in donatione, non debetur quando ceptum est à traditione.*

2 *Inuestiens, an, & quando de euictione teneatur.*

3 *Pactum generale non sufficit, vt euictio, locum habeat, sed specificum, & speciale.*

4 *Donatio remuneratoria non dicitur, quando donatarius ex debito officij tenebatur ad seruitia.*

5 *Donatio facta vxori remunerationis causa valet vsque ad æquiualentium seruitiorum, & non vltra.*

6 *Vxor ratione subiectionis tenetur operari, seruire viro, custodire res mariti, lauare caput, comestiones parare.*

7 *Maritus vxori, an donare possit ob benemerita seruitiorum.*

8 *Qui ex debito necessitatis, ad aliquid tenetur, non meretur aliquid.*

9 *Præmium, an consequatur capientes malefactores, quod ex officij necessitate tenentur.*

10 *Donatio remuneratoria ad hoc, vt dicatur, quæ requirantur.*

11 *Obligatio euictionis, an ineße videatur donationi remuneratoriæ, & quemodo procedat, num. 12.*

13 *Intellectus l. aquilius regulus ff. de donat. refertur.*

14 *Cogi, an possit quis aliquem pro remuneratione seruitiorum stante mercede conuenta, & soluta.*

15 *Decisio Regiæ Camerę Summariæ allegatur.*

15 *Decisio præsentis quæstionis adducitur.*

QVod Regius Fiscus Duci Suessæ de euictione Baroniæ Sancti Georgij non teneatur clarissime demostratur, primò, quia fuit in donatione, in
1 qua expressè non est promissa euictio, & cæptum est à traditione, & non à promissione, vt verba priuilegij dictãt, ibi damus, donamus, tradimus, &c. *per text. in l. aristo §. fin. ff. de donat. vbi Bart. post Azon. & glos.* latè firmat *l. 2. C. de euictio. ædibus donatas ff. de edilit. edicto in cap. 1. de inuest. de re alien. facta, Andr. in cap. 1. in princ. de lege Conra in cap. Titius in princ. in finalibus verbis ff. de feud. defunct. mil. Boer. cumulat. in decis. 67.*

Secundò, quia magnus Capitaneus plenam habuit scientiam à principio, quia hæc Baronia non erat Regis, sed Iacobi Milani, quem in ingressu Regni fuit pacifica possessione spoliauit, & postea de ea se inuestiri fecit, quo fit,
2 vt si inuestitus sciat feudum à principio esse alienum, quod nunquam inuestiens de euictione tenetur, nec ad eã cogi potest, nisi in vno casu tantum

quan-

quando expresse est stipulata euictio, *vt est tex. in cap. 1. de inuest. de re alien. facta*, prout in emptore scienter rem emptam esse alienam, *l. si fundum C. de euict. Ang. Aret. in § fin. Inst. de empt. & vendit. Roman. cons. 396. in casu col. 2. versic. quo ad secundum Alexan. cons. 69. super 2. col. 1. versic. ex his, & versic. nec etiam potest dici Aym. in cons. 64. num. 4.*

Et adeò generalis prouisio de euictione reperitur, quod dicunt *DD.* maximè *Præpos. Alexand. in d. cap. 1. de inuest. de re alien. facta, & Affict. ibi, & Loffred. in sua Parafrasi in cap.* 3 *Titius si de feud. defunct. mil.* quod nō sufficeret generale pactum, sed specificum, & speciale.

Tertiò, magnus Capitaneus seruitia, quæ præstitit suę Maiestati processerunt ex necessitate sui officij, quia cogebatur fideliter seruire, postquam onus exercitus assumpsit, & hoc salario, ac mercede intercedente; quò fit vt licet sua Maiestas ex mera sua liberalitate aliqua fuerit elargita, propter benemerita, ac in remunerationem seruitiorum per hoc talis donatio facta ob merita, & seruitia, ad 4 quæ donatarius ex debito officij tenebatur, non dicetur donatio remuneratoria, postquam ex necessitate officij, & obligationis sic facere tenebatur, & *DD.* ponunt exemplum in vxore donatio facta remuneratoria, inter coniuges valet vsque ad æquiualentiam seruitiorum non vlera, non enim 5 quælibet seruitia vxoris erga maritum essent sufficientia ad talem donationem; sed debent esse seruitia insignia, & talia ad quæ vxor non teneatur ex debito sui officij, *Glos. in cap. si quis 12. 6 quæst. 2.* ratione enim subiectionis tenetur operari, & seruire viro, custodire res mariti, lauare capud, confectiones parare, secundum *Io. And. in cap. literas de restit. spoliat.* & si fideliter, castè, & honestè se habet, & gubernat bona mariti non dicentur illa seruitia, & benemerita, propter quæ maritus possit ei donare contra iuris dispositionem cum ad illa de iure teneatur *Io. Lupus in repet. rubr cap. per vestras fol. 48. num. 32. & sequent. de donat. inter virum, & vxorem, Ripa tradit in l. fin. in 14. quæst. in fin. C. de reuocand. donat.*

8 Ille enim qui ex debito necessitatis aliquid facit non mæretur, *l. si quis in graui § virum ff. ad Syllan. vbi Bart.* 9 dicit non deberi præmium statutum, capientibus bannitos officialibus capientibus, quia non vltro, sed ex necessitate officij facit, est *tex.* & ibi *Abb. ad hoc notat in cap ecclesijs de censibus Angel. in l. 31 § si ex stipulatione ff. ad Syllan. Bal. in l. ob hostibus C. de capt. & postlim. reuers. Ang. de malef. in verbo non ad denunciationem num. 27.*

Et per hoc facit, quia donatio ad 10 hoc vt dicatur remuneratoria tria requiruntur, & in specie, quod merita seu seruitia nō sint obsequialia, ad quę tenetur filius, quia non exigunt remunerationem, *l. filia C. de patria potest. secundum Bal. & omnes in l. filiæ C. famil. hercisc. Ias. in l. si donatione nu. 3. C. de codicill. Cassan. in consuetud. Burgund. d. fol. 246. num. 57. & seq.*

Quartò considerandum est, quod licet *DD.* firmare videantur in donatione, huiusmodi inesse obligationem 11 de euictione, *per l. idemq; § fi. ff. mand. l. Aquilius ff. de donat. Bars. in l. Iulianus § fin. ff. de ver. oblig. vbi etiam Ias. Tiraquell. in l. si vnquam num. 51. fol.* 12 *293. C. de reuoc. donat.* tamen prædicta vera procedunt quando illa merita erga donantem essent talia, quod pro eis esset, alias data actio aduersus donantem, nec aliter donans propter merita de euictione tenetur, sed ciuili puta mandati, vel negotiorum gestorum; aut iudicis officium potuisset competere *DD. in l. si donatione nu. 35. C. de collat.* cum sequitur *Loffred. in sua Parapb. in cap. Titius si de feud. defunct. milit. fuer. controu. in fin. versic. 3.* respondet ad contraria, quia ibi re euicta agere potest de euictione, quando

quãdo fideiussori actio mandati prius
13 competebat, & nata erat, & pari modo respondetur *ad l. Aquilius Regulus ff. de donat.* quod saltim Iudicis officium competebat pro satisfactione operum, & seruitiorum, Vnde cum magno Capitaneo nulla esset nata actio ad cogendum Regiam Maiestatem pro remuneratione seruitiorum,
14 nisi anticotalis, stante mercede conuenta, & soluta, vt latè *per Aegid. Boss. in tit. de Principe, & primil. eius num.* 323. *& seq. & Tiraquell. in l. si vnquam versic. donatione largitus C. de reuoc. donat.* necessariò dicendum est pro ea euictione non teneri, quinimò alias sic decisum fuisse fertur in
15 Regia Camera Summariæ, vt non obstante priuilegio remunerationis seruitiorum in recompensam in personam Iulij de Capua, qui fiscum laudauit in authorem, & remissa causa ad eandem Regiam Cameram fuit cõdemnatus ad restitutionem bonorum, & fiscus absolutus ab euictione, & si-
16 militer in præsenti causa eadem Regia Camera Summariæ iudicatum fuit secundum prædictam excluso fisco ab euictione prædictorum.

Fabius de Falco.

Add. Erint considerauda adducta per Reg. de Ponte conf. 59. *vol.* 1. *vbi de hac re particulariter loquitur potissimum nu.* 15. *& 6. decisionem afferentem* Thoro.

ALLEGATIO V.

Pro Scipione Loffredo Regio maiore Monterio.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum confiscatio ex rebellione extorta alteriue concessa, an teneat concessio.*
2 *Limitantur iura nonnulla ex aduerso producta, concessionem bonorum confiscatorum non valere dicentia.*
3 *Vaxalli, an possint testes esse pro Domino.*
4 *Ea, quæ domi fiunt per domesticos testes, probari debent.*
5 *Testes singulares ad probandum crimen rebellionis admitti, an possint.*
6 *Permittuntur multa ex partium acquiescentia, quæ alioquin prohibẽtur.*
7 *Confessus sponte, an absque aliqua ratificatione condemnandus sit.*
8 *Rebellionis crimen, vnde cognoscitur.*
9 *Rebellis, quis dicatur.*
10 *Sententia declaratoria, an requiratur in crimine læsæ Maiestatis.*
11 *Bona proditorum, an ipso iure sine alia sententia probatione confiscantur, num.* 13.
12 *Citatio, aut sententia, an requiratur in notorijs rebellibus, seù paiteribus.*
14 *Temporis antiquitas, omnia sollemniter acta præsumit esse.*
15 *Decisiones particulares, valde conferunt ad sedandum Iudicantium conscientias.*
16 *Decisiones particulares, sunt attendendæ magis, quam subtilitates.*
17 *Indultus, an ad bona alienata extendatur, & num.* 22.
18 *Inuestitura plenior attenditur, quando duæ apparent eodem die confectæ inuestituræ eiusdem rei.*
19 *Dominium, an censeatur trasiatum ex concessione ad beneplacitum facta cum fructuum perceptione.*
20 *Dictio ad relata ad tertium, quid operetur.*
21 *Beneplacitum, an possit reuocari per Proregem, si ab ipso fuerit reseruatum Regi.*
23 *Capitulum Ciuitatis Neapol. an sub repetitiè impetratum fuisse cernitur.*
24 *Regula, quod mandatum non præsumitur, quomodo procedat.*
25 *Mandatum speciale cum libera, ex quibus clausulis colligitur.*
26 *Procurator cum libera, an possit alienare.*
27 *Infeudatio, an sit contractus nominatus vltro citroque obligatorius.*
28 *Contractus feudalis, an per testes probari possit, quare, & quando scriptura, num.* 29.

30 *Man-*

Digitized by Google

30 *Mandatum speciale ad donandum, an requiratur in Proregе.*
31 *Inuestitura noua, quæ dicatur.*
32 *Donare non prohibetur procurator ob remunerationem.*
33 *Sciens, & reuocare expressè nequiens approbare censetur.*
34 *Tempus contractus, seù concessionis attendendum est.*
35 *Alienatio, quando largissimè interpretatur.*
36 *Clausulæ, quouis modo, &c. vis, & potentia referuntur.*
37 *Dispositio superioris, an iuratum actũ comprehendat, & num. 39.*
38 *Saluus conductus concessus, an ad iuratum debitum extendatur.*
40 *Indultus, an extendatur ad iurates contractus.*
41 *Assensus, an requiratur in contrahente cum Rege, vel in ratificante actum gestum per Proregem.*
42 *Assensus, an requiratur in contracta in fauorem Fisci tendente.*
43 *Hæres, defuncti factum, ratum habere debet.*
44 *Spes cedi, an possit.*
45 *Iuri de futuro per pactum, an possit renunciari.*
46 *Rebellis retinet ea, quæ sunt iurisgentium, secus ea quæ sunt iuris ciuilis.*
47 *Contractus venditionis, an inducatur ex cessione pretij debiti.*
48 *Contractus emptionis, an sit de iure gentium.*
49 *Actus, vt valeat, verba, aliquando impropriantur.*
50 *Decisio Regia Camera, refertur huius dubij.*

CAusa hæc rebellionis quondam Alexandri, quam iustissime annis præteritis in fauorem Scipionis de Loffredo, & quondam figueroæ, in cuius locum successit Regia Curia, fuerit per Regiam Cameram decisa, res ipsa indicat quandoquidem, nedum, semel, sed, bis, sollemniter contra huius rebellis hæredem est ità iudicatum; Et omissa litis vetustate, quæ semper iuxta *tex. in l. in summa ff. de aqua pluuiæ arcen.* maximè in fauorem possessoris pro veritate habetur, iustitiam tamen cliento ex infradicendis, satis superque ostendam; Tribus siquidem medijs Loffredus possessor seipsum tuetur. Primò notoria Alexandri prædicti rebellione Regio indultu ei non opitulante, & huiusmodi exceptio etiam Regio Fisco prodest. Secundò ex ampla eiusdem Alexandri iurium cessione, in Loffredi beneficium. Tertiò ex cessione Regio assensu vallata iurium dotalium Iustinæ de Indello Matris, ac Lauræ sororis dicti Alexandri. Quoad primum qua fronte notoria præfati Alexandri rebellio excusari possit penitus ignoro, de qua per omne genus probationis in hoc processu pleniſſimè constat: quando quidem, & per Cesareæ Maiestatis assertiones, tam in priuilegio Figueroæ fo. 408. quod in decreto anni 1536. fol. 412. ac Principis Oranciæ tunc Proregis geminatas, alias assertiones, per testium quoq; & quod plus est vtriusque partis ampliſſimas probationes; Et tandem per proprij Alexandri oris confessionem, qua nulla maior probatio afferri potest copiosè demostratur, & adeo, vt qui rebellionem prædictam inficiatur, cælum digito tangere polliceatur.

Dixi in primis per Imperatoris Caroli Quinti recolendæ memoriæ, ac Viceregis assertiones, horrendem crimen hoc læsæ Maiestatis satis patere, quibus sanè assertionibus, Regẽtium, & questoris subscriptionibus munitis proculdubio probatur, rebellio, & per
1 consequens bona ritè confiscata, atq; concessa conspiciũtur, sicque omnes doctrinæ, ac iura, quæ ex aduerso allegari possent, limitantur ex *Vulg. decis. Andr.* quam omnes sequuntur *in cap. 1. qui succeſſ. tenea. & in cap. sancimus quo tempore miles Anton. Capyc. decis. 166. num. 7.* accedente insuper decreto Cæsareæ Maiestatis in dicto anno 1535. inter Loffredum, & Figueroam

Digitized by Google

interpositò, vbi pariter apertissimè Alexander rebellis enunciatur, & vti talis semper, & ab omnibus reputatus.

Circa verò testes latissimè rebellionis crimen attestantes duæ aduersarius obijcit, & primò testes de Castro loci Rotundi esse vaxallos Loffredi, secundò, quod attento indultu erat Iudicibus circa testium receptionem omnis sublata potestas, quoad primũ aduerto, multa enim verò non omnes testes sunt de loco Rotundo; Item
3 iura nequaquam vaxallos pro Domino suo testes esse prohibent, etiam q in testes Baro merum atque mixtum Imperium habeat, *vt per Afflict. in decis. 303. num. 5.* Vlterius si facta prauæ Alexandri pro maiori parte sunt in Baronia loci Rotundi gesta, vbi alij quam vaxalli non degebant, igitur in hoc casu vaxalli prædicti idonei erant
4 testes; ea enim, quæ domi fiunt per domesticos testes probari posse non cæspitatur, *vulg. l. consensu C. de repud. & cap. veniens de testib. Isern. in cap. 1. si de inuest. inter dominum, & vaxall.* lis oriatur cum similibus.

Item si idem Alexander pro sui friuola defensione aliquos de eodem Castro produxit testes, si pro se adduxit, quod contra se consimiles sint producti ægrè ferre non debet, cum in iudicijs æqualitas seruetur, *ad text. in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* Nec sileam, quod cum de crimine læsæ Ma-
5 iestatis, agatur procul dubio testes etiam si essent singulares sufficiunt, vt latè comprobat *Minad. in solemni cons. 11. alterius consimilis casus num. 37. & 38. authoritate Anchar. Specul. & aliorum latè Foller. in Pract. crimin. in tit. Item quod commisit crimen læsæ Maiestatis num. 1.* Cæterum in Regia Camera fuerunt lecti quamplures benè conte-stes, videlicet tertius testis super 16. & 17. fol. 100. & decimus nouus testis super eisdẽ fol. 116. & ater. Vigesimus testis super 16. fol. 125. qui sunt conte-stes, & optimè Alexandrum nonnullos actus pessimè rebellionis in mense Aprelis, & Maij 1528. tempore quo exercitus Gallorum Regnum hoc ob sessum tenebat Comitissæ de visu deposuerunt vltra alios, quam plures testes eiusdem Alexandri eandem rebellionem affirmantes; adeò, quod per vtriusque partis testes optimè tale facinus probatum inspicitur.

Indultus autem in nihilo Regio fisco, & Loffredo aduersatur, abdicatur enim potestas à Iudicibus citandi, aut in iudicium trahendi rebelles per viã viam actionis, seù nouæ inquisitionis, non autem per viam exceptionis, & replicationis, prout legitur in casu nostro, vt legitur fol. 542. ater. in dicto indultu.

Præterea pars ipsa prima adiuit Iudices rebellium figurando se fidelem, fuit pro parte Loffredi, ac Regij fisci replicatum ipsum notorium fuisse rebellem, & desuper datus terminus, & in termini datione, & testium productione super prædicto rebellionis articulo Alexander consensijt, & in causa dictum est, quod fuit facta conclusio, & nunquam fuit de dictis testibus conquesta, quo fit, vt omninò tali probationi sit hodie standum. Etimuerò exploratum satis est, quod multa facta tenent; quæ facienda impedirentur, & ex partium acquiescentia nonnulla,
6 quę alioquin essent prohibita permittuntur, *Ias. in l. patre furioso ff. de his. qui sunt sui, vel alien. iur. & post And. in specie firmat Afflict. in Const. Regni sub. de defens. imposit. nu. 3.*

Dixi insuper de rebellione per cõfessionem iuratam explicitam, & implicitam eiusdem Alexandri liquere ex dubico instrumento per eundem posteà ratificato, cum ibi pluries Principis concessiones approbauerit, in quibus Alexander ipse in effectu rebellis asseritur, & quod fuit causa, & origo totius damni illati per Gallos, & dum proprium confitetur delictum in se mentiri non presumitur, *Io. And, & alij in cap. Romana s. sin autem de ap-*

Digitized by Google

de appellation. in 6.

Nec dicatur huiusmodi confessiones per vim, & metum processisse figurando illam per violentiam extortam, quod satis à veritate distat, & in Cameta nil de meta pars legit profectò, & si Alexander ordine Regiæ Audientiæ fuisset per aliquos dies in Terra Carouinei detentus, tamen abeapostea aufugit, & fuit in sua libertate dimissus, ac instrumentum prædictum nequaquam tempore carcerationis, sed tempore, quo libet erat Alexander, & in aulica, & Regia Terra Baunduſij confectus extitit, vbi omnis metus cessabat, & vbi Loffredus omni carebat iurisdictione.

Inuerisimilitudo autem ex aduerso ponderata, quod non sit verisimile, quempiam sponte absque tormentis proprium confiteri delictum ex pluribus, siquidem Alexander se notorium rebellem inspiciens, quod adeò notorium, quod nulla tergiversatione celari poterat, quid mirum si sponte notorium fatetur factis receptis à Loffredo nonnullis pecuniarum quantitatibus, & illi sua cedit iura.

Nec nouum parti hoc videatur quandoquidem multoties etiam in iudicio quis sponte proprium confitetur delictum; vt sic in fortioribus terminis quæruntur *DD.* an absque alia
7 ratificatione talis sponte confessus sit condemdandus, vt per *Scribent. in l. 2. C. de custod. reorum, ibi Salyc. nu. 4. & Bald. in l. si quis in hoc genus C. de Episcop. & cler. cum concordi.* nec omittam, quod Iustina de Indello mater Alexandrum filium genuit notorium rebellem ipsum non instituit hæredem in anno 1529. sed Lauram eius filiam vniuersalem hæredem in feudalibus; Nec demum opus est prætensioni partis respondere, dum vuere ausa fuit tot tantorum actus prauos Alexandri non importare rebellionem, dicat quæso, quid fuit illud facinus, dum Alexander armatus magna militum comitiua, Proregem Fracorum Gabrielem Baronem hostem Regis nostri multam æquitantem facillimè capere poterat, & non egit; imò illi obuiamiuit, & magna lætitia, ac honore in Castro receptauit opem & auxilium illi prestando, vexilla Imperialia proijciens, & insignia Gallorum in Castro erigens clamando, ac clamari faciendo Francia, Francia, & Marco, Marco, vt latissimè fuit probatum; & dum denique in manibus dicti Protegis Gallorum ligium homagium contra Coronam Hyspaniarum iurauit, Alexander quid egit, nisi horren-
8 dum crimen rebellionis; hæc in quam omnia nedum felloniam, sed pessimã rebellionem ostendunt, & quodlibet ex istis fuit ad feudi priuationem satis superque sufficiens, vt copiosissimè per infinita iura, & authoritates comprobat idem *Minad. in d. conf. 11. vers. a principaliter post num. 15. & seq. per totam*, qui rogo legatur, & proindè iustissimè Regia Curia possessionẽ Castri Ioanni Gaspari de Loffredo mediante Sebastiano de Sarno Regio Auditore consignari fecit, vt deponit primus testis partis aduersæ super 19. interrogatorio fol. 210. qua possessione sic legitimè capta, idem Alexander iterum postea factionem cum hostibus Regis inijt, armatus cum inimicis incedendo in habitu Gallorum cum cruce alba, primò, quia Galli vrebantur, ac similiter Castrum prædictum per vim rebellari faciendo, vt deponunt testes eiusdẽ Alexandri, primus testis super 20. interrogatorio fo. 210. ater. alius testis super eod. fol. 219. ater. & alius super 81. fol. 226.

9 Et quis dubitat, quod rebellis etiã efficitur ille, qui scelestem inijt factionem cum inimicis, *l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest.* vt abundè, ac eruditè more solito explicat *Illustriss. Regens de Ponte Murconi Marchio meus semper, & vbique Colendiss. Præceptor in conf. 190. num. 15.* adeò, quod articulus iste rebellionis vndique indubitabilis reddidit, & ob id pars de rebellione se-

conuictam cernens ad tria confugit debilia argumenta.

Inquit primò Iudices rebellium alimenta Alexandro præstari decreuisse, quæ rebellibus non præstantur, quod faciliter dyluitur, ex quo pro alimentis fuerũt soluti ducati 35. de voluntate tamen partium, & magis ex misericordia, quam ex debito fol. 342.

Addit secundo loco de rebellione nullam apparere sententiam declaratoriam. Rursus, & tertiò, quod & si vera esset rebellio vigore indultus, etiã pro bono pacis esset sublata, quæ tanquam friuola pluribus de causis facilimè tolluntur.

10 Quò ad declaratoriam sententiam, dico illam necessariam nõ fuisse, tum quia quidquid sit de iure communi, de iure tamen Regni aliter cauetur, ve
11 *in cap. incipiens Bona proditorum*, vbi expresè disponitur, quod dominium ipso iure absque possessionis adeptione istius orrendis criminis flagitiosus ammittat, vbi *Napodan. num.* 5. apertè notat dominium, ac possessionem ipso iure, ipsoque facto à tempore patrati delicti in fiscum transire, & clarius *idem Napodan. in Cap. nuper ad vindictam num.* 11. quod bona proditorum de iure Regni ipso iure absque sententiæ prolatione Curiæ applicãtur, tum quoque & fortius declaratoria sententia iustè non curãtur, quia Alexander Castrum rebellatum contra Regem nostrum publicè continuatis temporibus tenuit, cum hostibus publicè cõmorando, & Regem Francorum vexilla in eodem Castro publicè tenendo, & insignia Imperialia deijciendo, sempetque publicè clamando Francia, Francia, ac inimicis prædictis Gallis opem præstando, eosque receptando, & peiora perpatrando, vt latissimè supra ostendi, quo casu in notorijs, ac publicis istis proditoribus, nec citatio,
12 nec aliqua sententia declaratoria requirebatur, ità *Isern. in cap. sancimus lo 2. nu.* 3. vbi bona apostilla, quo tempore miles, & in huiusmodi casu ordo est ordinem non seruare non seruari, & ob id non mirum si in casu felloniæ relato per *Gramat. decis.* 18. *num.* 20. & 21. *in fine*, nullo processu præcedente fuit processum ad capturam corporalis possessionis ipsius feudi, & quod maior pars votorum hoc approbauit, & loquitur in fortioribus terminis, & in specie, quo tempore belli Lauterch contra Barones publicè eorum Castra cum vexillis Francorum
13 Regis tenentes, prout in casu de quo agitur absque aliqua sententia, & iustè fuerit ptocessum, testatur nouissimè *Io: Vincentius de Anna*, qui rogo legatur, *in Repet. Const. terminum vitæ num.* 127. 128. & *seq.* quæ repetitio in fine consiliorum per doctissimum Iurisconsultum Fabium de Anna in multis causis meum collegam, nunc autè de mense Martij 1600. ob eius ingentem doctrinam Regium Consiliarium effectum nouiter editorum habetur; Et denique accedente antiquitate annorum 70. aliquam sententiam requirere non debemus, & postquam possessio feudi penes fiscum, siuè eius
14 concessionarios reperitur ob temporis antiquitatem omnia præsumuntur sollemniter acta. *DD. in l. sciendum ff. de verbor. obligat.* eoque magis cum possessio taliter cepta sit ratificata atque approbata per eundem Alexandrum per geminata instrumenta, itaq; consentiendo capturę possessionis nulla alia declaratoria opus erat sentẽtia.

Præterea omnia ista imò maiora in cõsimilibus causis rebellionis, alias latissimè discussa fuere, & nihilominus illis non obstantibus, tam per Sacrum Consilium, quam per Collaterale Cõsilium semper fuit sic contra rebelles decisum, & quamuis *Gramat. in citata decis.* 105. summopere reos conuẽtos ex causa rebellionis defendere conatus fuerit, hæc quæ nunc pars allegat, imò maiora, vt dixi adducens nihilominus semper fuit, illis reiectis contra rebelles, & eorum hæredes iudicatum, & si aliter sentijsset *Gramm.*

qui

Digitized by Google

qui spatio 30. annorum nunquam sibi in practica aliquis rebellionis casus euenit, ob quod se remisit alijs, qui post huius Ciuitatis obsidionem, quã plures causas rebellium deciderunt, & *Capitulorum Regni in similibus veram interpretationem habuerunt, vt ipsemet fatetur nu. 74. in fine dictæ decis.* 105. Vnde non sunt ista mutanda, quæ semper ità se habuerunt, vt patet ex dictis decisionibus 18. & 105. *Gram. per totum*, & nemo ignorat particulares
15 istas decisiones, maximè tam supremorum Tribunalium valdè ad sedandum Iudicantium conscientias conferre, vt inquit *Purpurat. in rub. si certum pet. in fine.*

19 Decisiones enim particulares vti securiores sunt attendẽdæ magis quã subtilitates *Paris in cons.* 47. *num.* 93. *vol.* 4. *& alia congeris circumspectus, ac doctissimus Præses de Franch. in decis.* 266. *num.* 3.

Redeo nunc ad oppositionem de indultu, & dico, quod ille non trahitur ad bona alienata, vt ex Imperatoris declaratione liquet, Indultus enim est in anno 1530. & alienatio Castri in anno 1528. & sic ante alienatum, quam restitutum, verbaque Cæsareæ declarationis fol. 549. ater. sunt satis ampla, ac clara, quod si penes Curiam bona proditorum sint, restituantur, alienata verò quouis modo nequaquam restituantur, & re vera nunquã talis indultus ad bona alienata fuit extensus, & ità passim in rebellium causis fuit obseruatum, prout testatur *Vincent. de Anna in alleg.* 119. *nu.* 6.

Frustra pariter ex aduerso obijcitur, quod de concessione appareant in fauorem Loffredi quædam literæ, & priuilegium eodem die expeditum, & quod literæ, quæ Regiæ Cameræ dirigebantur sint attendendæ tanquam minus continentes rogo, aduertatur quandoquidem repugnant particulares, decisiones quas in promptu affero, quando enim duæ de eadem re apparent Inuestiturę eodem die, illa sanè
18 prævalet, quæ est plenior, ità *Felyn. post Bald. in cap. pastoralis num.* 9. *de Rescript.* Ceterum priuilegium exhibitum est plenius literis, ergò priuilegium attendendum erit, & non literæ partis, & in duabus inuestituris de eadem re eodem tempore factis, quod plenior prævaleat, tradit *Anton. Capyc. in inuest. feud. in verb. inuestituræ duæ.*

19 Et quamuis concessio Loffredi diceret in comendam ad beneplacitum Cæsareæ Maiestatis, tamen quia cum fructuum perceptione fuit facta in perpetuum, donec aliter per Imperatorẽ fuisset prouisum, procul dubio dominium fuit trasiatum, & comendam ad tempus incertum ius tribuere, ex multis comprobat *Anna in citata alleg.* 119. *post num.* 6. *versic. nec prædictis obijci*, & tandem quoad beneplacitum concessio procul dubio trasferat dominium, & alienationem inducat, tenet *Andr. in Const. Regni*, ea quæ ad speciale decus, & miror quomodo pars figuret in præmissis defectum voluntatis Principis Orangiæ in concedendo, eo quia ad beneplacitũ Imperatoris concessit subtilizando, vt audiui, quod di-
20 cio ad relata ad tertium operetur conditionem, quando quidem hæc regula procedit, quãdo adicitur aliquid explicandum per ipsum tertium, vt considerant *Bart. & alii in l. quibus diebus* §. *Termilius num.* 9. *ff. de cond. & demost.* Cæterum in huiusmodi cõcessione ac beneplacitum Imperatoris vt interim valuisset, vtique nil per ipsum Cæsarem erat explicandum, sanè explicatio requirebatur in reuocatione actus, vnde concessio interim erat pura resoluenda, tamen ad beneplacitum Imperatoris in summa reuocatio conditionalis, concessio verò Castri pura, & proinde valida semper fuit, tum ex Principis potestate, & voluntate, quousque Imperator Castrum Figueroæ, postea concessit, qui sic concedendo reuocauit beneplacitum, & in specie, quod concessiones factæ per
21 Principem Orangiæ ad beneplacitũ

Digitized by Google

suæ Maiestatis ipse Princeps nequaquam, sed Sua Maiestas tantum reuocare poterat, & quod interim validæ fuerunt, & ex illis benè dominium fuit trasslatum, licet reuocabiliter latè fundat *Vincent. de Anna d. alleg.* 119. *num.* 9. & 13.

22 Et si opponeretur, quod indultus etiam bona alienata comprehendat, & quod hoc ante omnia vigore Capituli huius Ciuitatis esset determinandum esset, respondeo, quod illa declaratio Imperatoris ponit gladium ad radi-

23 cem, & Capitulum Ciuitatis fuit subreptitiè impetratum, & ob id semper fuit ità iudicatum non obstante dicto capitulo, vt sollemniter per *Minad. in d. conf.* 11. *post num.* 55. 56. *& seq. in fine, & per Annam in prælleg. num.* 6. *uersic.* 2. & 3. Minus quoque ex aduerso fundari poterit, quod concessio Loffredi fierit nulla declarata per Regiam Cameram inter Loffredum, & Figueroam, enimuero dicta concessio tanquam ad beneplacitum Imperatoris facta, eo ipso quod Imperator postea Castrum in anno 34. Figueroæ concessit suum beneplacitum reuocasse cẽsetur, vt superius dixi, & piade obtinuit Figueroa contra Loffredum, & si fuit concessio reuocata in dicto anno 34., tamen antea valuit, non autem ab initio nulla declarata, & propterea Loffredus non fuit aliter Figueroæ coactus restituere omnes fructus à tempore cõcessionis perceptos, vt per decretum fol. 763. & demum frustra pars aduersa rursus instat allegando Principem Orangiæ in anno 1528. tempore concessionis non fuisse Proregem, seu Vicarium in hoc Regno, ex eo quia postea in anno 29. commissio fuit lecta, vt fol. 775. Respondeo Principis amplam commissionem præcedere concessionem, est enim sub die 8. Iulij 28. vt fol. 734. ater. & Loffredi concessio sub die 29. Nouembris 28. scriptura verò partis nequaquam loquitur, quod de anno 29. officij possessionem Princeps adeptus fuisset, sed quod fuerit lecta tantumodo commissio, dum Nũtius Apostolicus suam cæpit possessionem in hoc Regno, erat enim Princeps per prius in possessione Vicereatus alioquin in Collaterali Consilio, & Ciuitate ista haud fuisset admissus.

24 Regula illa, quod mandatum non præsumitur, non procedit indistinctè ob temporis antiquitatem, & maximè in actu, ad quem verisimiliter insignis persona sine mandato non accederet, *Aymo de antiquit. temp. par.* 2. *num.* 65. Sed quando Princeps ad Vicariatus officium absque commissione accessisset, vtique Collaterale Consilium, & Ciuitas non permisisset si realiter non ità fuisset, Concessio itaque Vicereatus Principis nedum præsumptiuè, sed effectiuè, ac realiter præcedebat, & tam ampla, & innumeris clausulis roborata legitur, quod procul dubio illius vigore consimiles ad beneplacitum Regis concessiones facere potuit, clausulæ enim illæ alteros legatus à latere; Capitaneus Generalis cum potestate nouas inuesituras faciendi tot inquam clausulæ in vnius personam collatæ speciale

25 inducunt mandatum cum libera, & alienandi facultatem tribuunt, colligitur ex theorica *Bart. in l. creditor* §. *Lucius ff. mand. & in l. procurator ff. de procurat.*

26 Præterea procurator cum libera absque dubio alienare potest, licet nõ merè donare, vt per *Soriens. in d. l. creditor* §. *Lucius ff. mand.* Cæterum contractus infeudationis meram non continet donationem, quia infeudare non est simpliciter donare, cum sit no-

27 minatus contractus, vltro citroque obligatorius *Isern. in quæst.* 5. *in prælud. Bart. & alij in l. turisgentium,* §. *quinimò ff. de pactis,* vt eleganter *Camer. in c. Imperialem carta mihi* 106. *in parua poss. de probib. feud. alien. per Feder.* vbi expressè firmat infeudare nõ esse simpliciter donare, & proinde

28 tradunt *DD.* quod cõtractus feudalis

cum

cum non contineat absolutam, & meram gratiam, sed mixtam donationem per testes probari potest, *cap. 1. quid sit inuest. & in cap. 1. §. si verò quid sit inuest.* alias si feudalis contractus meram tantum comprehenderet, gratiam, scriptura, & non testibus esset probandus
29 *cap. sicut de re iudic. Camer. loco citato carta mihi* 146. Vnde quamuis ad do-
30 nandum speciale mandatum requiratur, nihilominus adhuc speciale videtur in Vicario Regis, qui benè donare hoc potest secundum *Bal. in conf.* 113. *in 3. vol. & Frecc. in lib. 2. de subfeud. in tit. quis dic.* Dux insuper cum speciale adsit mandatum ad nouas inuestituras faciendas cessat omnis difficultas, quia noua inuestitura est quando
31 quis de nouo infeudat, & non quando confirmat, ità in specie *Capyc. loco citato de inuest. feud. in rubr. inuest. in verbo Inuestitura alia*, prout fuit ista Loffredi inuestitura, imò non est ponere os in cœlum asseuerare, quod procurator cum libera dum iusta se offert occasio, prout fuit ista tempore belli strenuo militi benemerito Lof-
32 fredo elargiri ob ingentia seruitia nō prohibetur, *Glos. & DD. in cap. fin. de offic. Vic. in 6.* siquidem Losfredus mirabiliter contra Gallos, prout publica documenta fatentur, pugnauit etiam ad mortem vulneratus, Præterea miror quomodo pars contendat de potestate Principis, & de validitate istius concessionis, quæ cum sit facta Losfredo propter magna seruitia, & Imperator illam sciuerit, & expressè non
33 reuocauerit approbasse censetur, ex *reg. tex. in cap. fin. in fine de iure iuran.* & ob id dum Imperator omnes illas reuocauerit concessiones factas, tamē per Principem benemeritis in anno 1531. reuocare noluit, vt per suas instructiones fol. 738. *& per pragm. sub rubr. de reuocat. grat.* quò circa indultus, quò istam Baroniam per prius Losfredo concessam nil operatur, & consequenter satis luculenter, ni fallor, corruunt prætensi defectus potestatis, & voluntatis Principis Orangiæ; Et vltimo tanto fortius pars hanc Principis concessionem infringere nequit, siquidem mediante publico instrumēto solemni illam ratificauit Alexander, & promisit cum iuramento illi nō contrauenire, vt fol. 23. ater. ergò nullo pacto audiri debet iuramento, ac promissis contraueniendo.

Hanc itaque concessionis validitatem pars nullatenus effugere posse conspiciens prætēdit Castrum totum non concessum, & alienatum, sed tantummodo annuos ducatus bis centum super Castro, & quod super excedentes, Introytus penes Regiam Curiam remanserint, vt sic alienat non censeantur, sed multipliciter dyluitur, & primò pondero verba Cæsareæ declarationis fol. 449. ater. quibus cauetur, quod bona rebellium si penes Curiam reperiantur, restituantur, Cæterum tunc temporis Castrum prædictum penes Curiam non erat, cum antea Loffredo fuisset concessum, ac ab eo bona fide, & iusto titulo possessum, illi verò annui introytus fortè summā 200. aureorum excedentes, qui re vera nunquam fuerunt repetti, pariter penes concessionarium erant, & pro eis Regiæ Curiæ ad rationem decem pro centenario, Loffredus soluere tenebatur, vt fol. 335. adeò quod omnes introytus Castri effectiuè dupliciter fuerunt distracti, videlicet introytus 200. aureorum liberè præter adohas, alij verò super excrescentes, si reperti fuissent similiter erant alienati; sed cū onere soluendi ad rationem decem pro centenario, vt dixi præterea, & secundò concessio ista Castri incepit à corpore, & ob id totale dominium ipsius ab initio cum annua perceptione prædicta traslatum nil, quod ex aduerso ostenditur, quod Castrum, & alia bona concessa tanti, vel maioris redditus fuissent, tunc enim (maximè tempore belli) cuncta modici pretij, ac redditus erant, vt notorium est, & demptis iuribus dotalibus Iustinæ de

Indel-

Digitized by Google

suæ Maiestatis ipse Princeps nequaquam, sed Sua Maiestas tantum reuocare poterat, & quod interim validæ fuerunt, & ex illis benè dominium fuit trasslatum, licet reuocabiliter latè fundat *Vincent. de Anna d. alleg.* 119. *num.* 9. & 13.

22 Et si opponeretur, quod indultus etiam bona alienata comprehendat, & quod hoc ante omnia vigore Capituli huius Ciuitatis esset determinandum, respondeo, quod illa declaratio Imperatoris ponit gladium ad radi-

23 cem, & Capitulum Ciuitatis fuit subreptitiè impetratum, & ob id semper fuit ità iudicatum non obstante dicto capitulo, vt sollemniter per *Minad.* in *d. conf.* 11. *post num.* 55. 56. & *seq. in fine, & per Annam in prælleg. num.* 6. *uersic.* 2. & 3. Minus quoque ex aduerso fundari poterit, quod concessio Loffredi fierit nulla declarata per Regiam Cameram inter Loffredum, & Figueroam, enimuero dicta concessio tanquam ad beneplacitum Imperatoris facta, eo ipso quod Imperator postea Castrum in anno 34. Figueroæ concessit suum beneplacitum reuocasse cẽsetur, vt superius dixi, & piade obtinuit Figueroa contra Loffredum, & si fuit concessio reuocata in dicto anno 34., tamen antea valuit, non autem ab initio nulla declarata, & propterea Loffredus non fuit aliter Figueroæ coactus restituere omnes fructus à tempore cõcessionis perceptos, vt per decretum fol. 763. & demum frustra pars aduersa rursus instat allegando Principem Orangiæ in anno 1528. tempore concessionis non fuisse Proregem, seu Vicarium in hoc Regno, ex eo quia postea in anno 29. commissio fuit lecta, vt fol. 775. Respondeo Principis amplam commissionem præcedere concessionem, est enim sub die 8. Iulij 28. vt fol. 734. ater. & Loffredi concessio sub die 29. Nouembris 28. scriptura verò partis nequaquam loquitur, quod de anno 29. officij possessionem Princeps adeptus fuisset, sed quod fuerit lecta tantumodo commissio, dum Nũtius Apostolicus suam cæpit possessionem in hoc Regno, erat enim Princeps per prius in possessione Vicereatus alioquin in Collaterali Consilio, & Ciuitate ista haud fuisset admissus.

24 Regula illa, quod mandatum non præsumitur, non procedit indistinctè ob temporis antiquitatem, & maximè in actu, ad quem verisimiliter insignis persona sine mandato non accederet, *Aymo de antiquit. temp. par.* 2. *num.* 65. Sed quando Princeps ad Vicariatus officium absque commissione accessisset, vtique Collaterale Consilium, & Ciuitas non permisissent si realiter non ità fuisset, Concessio itaque Vicereatus Principis sedum præsumptiuè, sed effectiuè, ac realiter præcedebat, & tam ampla, & innumeris clausulis roborata legitur, quod procul dubio illius vigore consimiles ad beneplacitum Regis concessiones facere potuit, clausulæ enim illæ alter nos legatus à latere; Capitaneus Generalis cum potestate nouas inuesti-

25 turas faciendi tot inquam clausulæ in vnius personam collatæ speciale inducunt mandatum cum libera, & alienandi facultatem tribuunt, colligitur ex theorica *Bart. in l. creditor* §. *Lucius ff. mand. & in l. procurator ff. de procurat.*

26 Præterea procurator cum libera absque dubio alienare potest, licet nõ merè donare, vt per *Scribent. in d. l. creditor* §. *Lucius ff. mand.* Cæterum contractus infeudationis meram non continet donationem, quia infeudare non est simpliciter donare, cum sit no-

27 minatus contractus, vltro citroque obligatorius *Isern. in quæst.* 5. *in prælud. Barr. & alij in l. iuriſgentium*, §. *quinimò ff. de pactis*, vt eleganter *Camer. in c. Imperialem carta mihi* 106. *in parua poss. de prohib. feud. alien. per Feder.* vbi expressè firmat infeudare nõ esse simpliciter donare, & proinde

28 tradunt *DD.* quod cõtractus feudalis

cum

Digitized by Google

cum non contineat absolutam, & meram gratiam, sed mixtam donationem per testes probari potest, *cap. 1. quid sit inuest. & in cap. 1. § si vero quid sit inuest.* alias si feudalis contractus meram tantum comprehenderet, gratiam, scriptura, & non testibus esset probandus
29 *cap. sicut de re iudic. Camer. loco citato carta mihi* 146. Vnde quamuis ad do-
30 nandum speciale mandatum requiratur, nihilominus adhuc speciale videtur in Vicario Regis, qui benè donare hoc potest secundum *Bal. in cons.* 113. *in 3. vol. & Frecc. in lib. 2. de subfeud. in tit. quis dic.* Dux insuper cum speciale adsit mandatum ad nouas inuestituras faciendas cessat omnis difficultas, quia noua inuestitura est quando
31 quis de nouo infeudat, & non quando confirmat, ità in specie *Capyc. loco citato de inuest. feud. in rubr. inuest. in verbo Inuestitura alia*, prout fuit ista Loffredi inuestitura, imò non est ponere os in cœlum asseuerare, quod procurator cum libera dum iusta se affert occasio, prout fuit ista tempore belli strenuo militi benemerito Lof-
32 fredo elargiri ob ingentia seruitia nō prohibetur, *Glos. & DD. in cap. fin. de offic. Vic. in 6.* siquidem Losfredus mirabiliter contra Gallos, prout publica documenta fatentur, pugnauit etiam ad mortem vulneratus, Præterea miror quomodo pars contendat de potestate Principis, & de validitate istius concessionis, quæ cum sit facta Loffredo propter magna seruitia, & Imperator illam sciuerit, & expressè non
33 reuocauerit approbasse censetur, ex *reg. tex. in cap. fin. in fine de iure iuran.* & ob id dum Imperator omnes illas reuocauerit concessiones factas, tamē per Principem benemeritis in anno 1531. reuocare noluit, vt per suas instructiones fol. 738. *& per pragm. sub rubr. de reuocat. grat.* quò circa indultus, quò istam Baroniam per prius Loffredo concessam nil operatur, & consequenter satis luculenter, ni fallor, corruunt prætensi defectus potestatis, & voluntatis Principis Orangiæ; Et vltimo tanto fortius pars hanc Principis concessionem infringere nequit, siquidem mediante publico instrumēto solemni illam ratificauit Alexander, & promisit cum iuramento illi nō contrauenire, vt fol. 23. ater. ergò nullo pacto audiri debet iuramento, ac promissis contraueniendo.

Hanc itaque concessionis validitatem pars nullatenus effugere posse conspiciens prætēdit Castrum totum non concessum, & alienatum, sed tantumodo annuos ducatus bis centum super Castro, & quod super excedentes, Introytus penes Regiam Curiam remanserint, vt sic alienar non censeantur, sed multipliciter dyluitur, & primò pondero verba Cæsareæ declarationis fol. 449. ater. quibus cauetur, quod bona rebellium si penes Curiam reperiantur, restituantur, Cæterum tunc temporis Castrum prædictum penes Curiam non erat, cum antea Loffredo fuisset concessum, ac ab eo bona fide, & iusto titulo possessum, illi verò annui introytus fortè summā 200. aureorum excedentes, qui te vera nunquam fuerunt repetti, pariter penes concessionarium erant, & pro eis Regiæ Curiæ ad rationem decem pro centenario, Loffredus soluere tenebatur, vt fol. 335. adeò quod omnes introytus Castri effectiuè dupliciter fuerunt distracti, videlicet introytus 200. aureorum liberè præter adohas, alij verò super excrescentes, si reperti fuissent similiter erant alienati, sed cū onere soluendi ad rationem decem pro centenario, vt dixi præterea, & secundò concessio ista Castri incepit à tempore, & ob id totale dominium ipsius ab initio cum annua perceptione prædicta traslatum nil, quod ex aduerso ostenditur, quod Castrum, & alia bona concessa tanti, vel maioris redditus fuissent, tunc enim (maximè tempore belli) cuncta modici pretij, ac redditus erant, vt notorium est, & demptis iuribus dotalibus Iustinæ de

Indel-

Digitized by Google

Indello, quod remanebat ferè nihil, argumentum verò per concessionem superueniens cedit in beneficium con
34 cessionarij,& possessoris,cum tempus concessionis atque contractus sit in hoc attendendum,*ex reg.tex.in l.Rutilia polla,vbi glos.in verſic. tunc fuit, ff.de contrahen.empt. de qua per Iſern. in cap.* 1.*§.ſi quis de manſa de controu. inueſt.*& ad exclusionem partis,vt dixi sufficit tempore indultus nullum adfuisse augmentum,& introytus modicos fuisse, nec quicquam penes Regiam Curiam repertum fuisse; Accedant quoque verbo Imperialis declarationis, dum ab indultu prædicto excipiunt bona quomodolibet,siuè quo
35 modocumque alienata, ergò alienatio in hoc casu largissimè sumitur, ex quo verba prædicta vniuersalia sunt magnæ importantiæ, *cap. quia pleriq; de offic. ordin.c. indemnitatem de elect. in 6. Archid. in clem.*2. *de priuil.* ista
36 clausula quouis modo omnem modũ omnenque viam alienandi comprehendit, *Felyn. in cap. in noſtra correllar.*37 *de reſcript. deciſ. Rotæ in tit. de reſcript. in nouis*,insuper & tertiò dedictis figuratis introytibus super excedentibus concessam summam, nullo pacto est agendum, siquidem Alexander mediante publico instrumento cessit omnia iura, & quecumque eius iura super dicto Castro sibi competẽtia, & competitum in beneficium Loffredi,Igitur introytus isti comprehendũtur in cessione prædicta, & si reperti fuissent, vtique Loffredi fuisset virtute etiam dictæ cessionis, & non partis aduersæ, vnde frustra tractat de eis.

Rursus, & fortius indultus prædictus nil parti prodest, quando quidem eos tantum iuuat, qui confiscationem non aprobauere, at Alexander Castri confiscationem, atque concessiones factas,& faciendas per contractum iuratum ratificauit, quo quidem casu indultus nil penitus ei opitulatur, ex communi *DD.* conclusione, quod di-
37 spositio superioris,& si generalis actũ iuratum nunquam comprehendat, *glos. fin. cum non deceat de elect.i n 6.*
38 hinc *DD.*firmant saluum conductum non extendi ad debitum iuratum si no fiat expressa mentio de iuramento, *Alex.conſ.*204.*in fine in* 2.*vol. Afflict. deciſ.* 111. *num.* 13. & 14. in summa omnis Principis dispositio generaliter
39 loquens non trahitur ad casum, vbi interuenit iuramentum, *glos.fin.in Authent.Sacramenta puberum C. ſi aduerſ.vend.Afflict. notabiliter omnia recenſet in deciſ.* 5. & in propria mate-
40 ria indultus, quod quando res non est integra, & aliquis intermedius actus intercessit indultus,non prosit ex multis, fundat *Regens de Ponte conſ.* 69. *pact num.* 24. ex istis itaque factis superque liquido constat cuncta partis motiua non subsistere, & quod idcirco iustè venit iterum repellenda.

Secundò, principaliter iste reclamans non excluditur à Loffredo vigore cessionis factæ sub die 2. Octobris 30. mediantibus publicis instrumentis ab Alexandro, cui Donatus Antonius de Loffredo remisit, & relaxauit ducatos 1300. pro qua summa cessit; & renunciauit omne ius, super prædicta terra promisitque non molestare, nec litem mouere, aut quo modolibet inquietare, & insuper ratificauit omnes gratias obtentas ab Orangiæ Principe, vt in processu fol. 22. qui quidem contractus deinde ratificatur sub 19.eiusdem mensis Octobris; quò circa si Alexander non molestare,nec litem mouere promisit sequitur indubitatè,quod iste actor,vt successor illius non potest inquietare, nec litem mouere, vel prosequi tanquam omni carens actione ex illius renunciatione in beneficium Loffredi possessoris, & in hoc Loffredus assensu non indigebat, vt est iuris exploratì, enimuerò in eodem instrumento Alexander non solum cedit iura, sed vlterius approbat,& emologat cessionem Principis, quæ erat de toto Castro,

Digitized by Google

stro, vbi assensu opus non erat, nam sicut dicimus in contrahente cum
41 Rege, vel Vicerege, assensum non requiri, ità in ratificante actum per Prorege gestum allegatur communiter *text. in cap. 1. extra de feud. Curt. in 4. par. 5. quæst.* faciens enim actum cum domino, est tutus sine assensu, & pulcrè explicat *Camer. in d. cap. Imperialem in parua impossessione pagina mihi 79. & 80. de prohib. feud. alien. per Feder.* vbi in specie tractat, quod dum Prorex pro feudalibus contrahit, non quidem opus est alio assensu; Vlterius
42 assensus non requiritur in contractu in fauorem fisci tendente, *Frecc. sollēniter lib. 2. de subfeud. quæst. 31.* Cæterum cessiones istæ sunt pro confirmatione actus per Principem facti, ergò in eius fauorem meritò hodie iste actor concessionem Principis infringere nequit, cum sit hæres, & defuncti factum ratum habere debeat, *ex reg. tex. vulg. in l. cum à matre C. de rei vendicat. & in l. stipulatio ista, vbi DD. omnes ff. de verb. oblig.*

Nec obstat si dicatur Alexandrum tanquam rebellem nil cædere potuisse cum omnia sint confiscata, dico enim saltim spem recuperationis feudi, ex sperato futuro indultu, cessit cum in-
44 ramento hanc vtique spem cædere
45 potuit, *l. spem C. de donat.* Iurique de futuro per pactum renunciari posse non ambigitur, *Alex. & alij in l. 1. C. de pactis*, maximè cum in contractu sit expressum, quod omnia iura cædit, quæ habet, & habere potest, & fol. 29.
46 Amplius rebellis, ea quæ sunt iurisgentium retinet, licet ipso iure, ea quæ sunt iuris ciuilis ammittat, *l. ammissione §. qui deficit ff. de capt. diminut. Bart. in extrauag. ad reprimēdum in verbo rebellando col. 2. Alexan. in l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. Bossi. in tit. de crimine læsæ Maiestatis num. 118.* at dum fit cessio pro ducatis 1300. ratione pretij, & pecuniæ prædictæ in-
47 ducitur contractus venditionis, *Bart. in l. per diuersas C. mand. vbi Bal. nu. 8. Iacob. de Aren. num. 4.* & est communis conclusio, iste autem contractus
48 emptionis, & venditionis est de iure gentium, *vt l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. latè Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. in 1. quæst. principalium. 5.* ergò taliter cædere rebellis, nō erat prohibitus, & si cessio prædicta sicut traslatiua hæsitaretur, quod expressè negatur, saltim, vt extinctiua iurium Alexandri, & hæredum operabitur in beneficium possessoris feudi, imò improprientur aliquando verba,
49 vt actus valeat iuxta notata *in l. quoties ff. de rebus dubijs, & de verb. oblig. cum simil.*

Tertiò principaliter in fauorem Loffredi adducitur, quod ipse Loffredus nil possidet ex iuribus Alexandri, cuius omnia iura fuerunt penes Figueroam, & hodie penes Regiam Curiam patet ex decreto anni 1536. quo fuit decisum, quod omnis portio Castri ad Alexandrum Carafam spectans, sit Figueroæ virtute sui priuilegij, pro iuribus verò competentibus Iustinæ de Indello matri Alexandri, & Lauræ filiæ, quarum Loffredus est concessionarius, declaratur dominus Castri pro medietate, & quod non molestetur, adeò quod medietate Castri, quam habet non ex persona Alexandri potitur, sed ex iuribus dotalibus dictarū mulierum aduersus, quæ Alexander nil opponere potest, & denique iste actor frustra agit de prætenso Iustinæ antefato, quod esset similiter cessum Loffredo, dum Alexander mediante publico instrumento cessit omnia eius iura in beneficium Loffredi, quò fit, vt antefatum, vel esset Loffredi vigore cessionis, vel cum proprietas antefati erat in castro, & totum Castrum fuit confiscatum, ità pariter antefati proprietas fuit confiscata, quò circà luce clarius apparet in hoc Castro partem nullam ius fouere, & ipsius medietatem pro iuribus dotalibus Iustinæ Loffredum iustè possidere. Et in summa ex istis, & vnoquoque ipsorum senten

tias

tias prædictas ipsius Regiæ Cameræ tanquam iustissimas confirmandas, & reclamanti perpetuum silentium imponendum fore arbitror, prout sit obtemptum fuit die 29. Aprelis 1599. 50 referente doctissimo viro, & Regiæ Cameræ Præside Io: Montoija de Cardona causæ Commissario per eandem Regiam Cameram secundum has allegationes confirmatæ fuerunt sententiæ olim latæ per eandem Regiam Cameram cum impositione perpetui silentij, penes Marcellum de Amato Actuarium.

Fabius de Falco.

Add. Ex aduerso in iure respondit Scipio Theodorus in allegat. 54. & 55. nunc meritissimus Regius Consiliarius, & Iudex Camill. Larata similiter pro parte aduersa allegauit in iure in cons. 5. Thoro.

ALLEGATIO VI.

Pro D. Margarita Catherina Ruffa Secundogenita Principis Scillarum, & Atri Ducissa.

SVMMARIVM.

1 *Minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt.*
2 *Binus actus iudicanti consuetudinem inducunt.*
3 *Consuetudo iudicãdi obseruanda erit.*
4 *Regis Ferdinandi primi decisio refertur, in contributionis materia.*
5 *Primogenitus in feudalibus, pro rata feudorum ad omnia debita contribuere tenetur.*
6 *Qui plus de hæreditate habet, plus soluere debet, & num. 34.*
7 *Duplex vinculum, magis ligat.*
8 *Pater pro filijs melius consilium capere iudicatur.*
9 *Testatur disponens legem producit.*
10 *Testator non prohibetur in feudo hæreditario successorem grauare vsque ad feudi valorem remota fraude.*
11 *Testator censetur seipsum conformen legis dispositioni reddere.*
12 *Coniecturæ cessant, vbi paterna voluntas concomitatur.*
13 *Argumentatio frustratoria reddinur, vbi voluntas concomitatur.*
14 *Voluntatis quæstio in claris non admittitur.*
15 *Hæredes, an, & quando ad onera hæreditaria, vnoxij iudicentur.*
16 *Testatoris verba contra legis posita, nihil operantur.*
17 *Verba testantium secundum communem loquendi modum intelliguntur.*
18 *Onera hæreditaria, an iudicentur venditiones introitum, & si diceretur in venditionibus vna cum rata dominij.*
19 *Dispositio, quamuis generalis non comprehendit casus specialiter prouisos.*
20 *Testator non præsumitur in continenti seipsum corrigere.*
21 *Feudum hæreditarium est de corpore hæreditatis, ità quod diuidi nequit ab eo, vnde ipsum venit, & si non dicatur in hæreditate.*
22 *Hæreditas vnicum reputatur corpus feudalia. & burgensatica continens.*
23 *Intellectus, l. si certarum §. Iulianus ff. de mil. test. refertur.*
24 *Patrimonium semper vnicum censetur esse, si in eo feudalia, & burgensatica adessent bona.*
25 *Portionis nomine equinocum iudicatur esse aliquando, tamen totum comprehendere videtur.*
26 *Feudum computandum, an sit in appretio bonorum.*
27 *Institutio cõditionalis ex futuro euẽtu dependet.*
28 *Consuetudo patris fam. est spectanda.*
29 *Indefinita oratio, quando vniuersali æquipollet.*
30 *Dictionis etiam vis, & natura.*
31 *Tex. in l. natura ff. de iure dot. & l. libertas §. fin. ff. de manum. test. ponderantur.*

32 Pra-

32 *Præsumptionem iuris contra se habens, durioribus probationibus grauari vtitur.*

33 *Contributio pro rata bonorum, an baeredum numero facienda sit.*

35 *Inducta in fauorem, non debetur in odium retorqueri.*

36 *Interpretatio illa semper facienda est, ne testator sibi contrarius esse inspiciatur.*

37 *Decisio præsentis quæstionis affertur.*

IN hac causa Donnæ Margaritæ Catherinæ Ruffæ, nunc Atri Ducissæ ventilatur quæstio satis superque notoria, si petita onerum cõtributio pro rata feudorum, & burgensaticorum legitimè procedat, sed postquam articulus iste contributionis in regulis diù obseruatis, & indistinctè sic secundum nos decisis versatur, in hoc tempus non teram, ea enim, quæ semper certam interpretationem habue-
1 runt, minimè sunt mutanda ad *text. in l. fi de interpretatione ff. de leg. cum similibus*, si per duas sententias secundum communem *DD.* scholam iudicandi consuetudo inducit, cum binus
2 actus ad id sufficiat, *Napod. in consuetud. in bonis in verfic. non habet authoritate, Glos. in l. 3. C. de Episcop. audient. Dec. in cap. at si clerici col. 15. extra de iudic.* quanto magis per mille ferè sententias in tali puncto ità prolatas, imò & quod plus est datò, quod alia fortè opinio esset verior, adhuc illa reiecta,
3 consuetudo iudicandi erit obseruanda, vt latè *Præses de Franch. decis. 238. num. 3.* in casu verò nostro vtrumque concurrit, & opinio vera, & consue-
4 tudo antiqua, incipiendo à Rege Ferdinando. Primò, qui pro contributione iudicauerat, vt refert *Capyc. in dec. 198. num. 3. Præses idem de Franch. decis. 1. num. 24. & decis. 159. num. 1. Regens Lanar. in conf. 80. num. 41. Regee Ponte in conf. 13. num. 25. Anna alleg. 96. qui vltra Capyc. allegat ad hoc Paul. de Castro, Loffred. Alexand. Alb. Brun. Frecc. Tiraquell. & Io. Lycier.*
5 vnanimiter concludentes primogenitum in feudalibus pro ratà feudorum omnia debita soluere debere, *& Camer. in cap. 1. an agnat. in 22. quæst. Molin. de primog. Hyspan. lib. 1. cap. 10 num. 10. Crauett. conf. 197. nu. 1. & 2. Rayn. conf. 17. num. 10. vol. 1.* id ipsum expressè firmat *Anton. de Alexand. in consuetud. si quis, vel si quis in addit. incip. ad intellectum tradens pluries*,
6 ità decisum fuisse, & quod ille qui plus de hæreditate habet, plus soluere debet, vt per *Alexand. conf. 31. num. 16. vol. 1.* & huiusmodi conclusio tot tantisque, & antiquis atque modernis fulcitur decisionibus atque authoritatibus, vt verè res sit satis perspicua, aliqua allegatione nõ indigens: sed quid plura quærimus, si prætensio secundogenitæ tam expressè testatoris voluntati innititur vt sic duplex vinculum
7 magis liget, *Authent. itaq; C. omnia de succeff.* Princeps optimo patet in indiui-
21 duo omnia onera ab hæreditate suarum filiarum deduci iussit, ergò expressè tàm primogenitam, quàm secundogenitam, in exolutione æris alieni in contributum venire voluit, de quo genitoris præcepto primogenita conqueri nequit, cum nemo melius pro
8 filijs quam pater capiat consilium, *l. nec in ea ff. de adult. cum concord.* cumque in re sua quilibet sit moderator, & arbiter, *vulg. l. in re mãdata C. mãd.* & dum disponit testator fit lex, §. *disponat in Auth. de nupt.* igitur duplici lege fundatur petita contributio, & lege communi, & lege ipsius testato-
10 ris, eoque magis ritè, & rectè viget contributio, quoniam quilibet testator suum in feudo hæreditario, successorem vsque ad feudi valorem remota fraude grauare potest, ità *Afflict. decis. 240. in 3. dubio, Loffred. conf. 46. nu. 16 Camer. in cap. Imperialem 1. col. lit. C. de probib. feud. alien. per Fed. & Franc. d. decis. 1. num. 34.* quò fit, vt iustissimè pater hæredem in feudalibus tali con-
11 tributionis onere grauauerit, seipsum conformem dispositioni legis reddendo, vt

Digitized by Google

do, vt per *Doct. in l. hæredes mei, §. cum ità ff. ad Trebellian, & Couar. Pract. quæst. cap. 38. num. 12.*

Ea verò, quæ aduersus tam claram legis, atque hominis dispositionem, obijciuntur in quibusdam, vt audiui coniecturis consistunt, sed cum decisiones pro secundogenita sint clarissimè, & paterna voluntas concomite-
12 tur, meritò in hoc coniecturæ cessare debent, *l. continuus §. cum ità ff. de*
13 *verb. oblig.* omnisque argumentatio frustratoria redditur, *Crauett. cons.*
14 294. nec voluntatis quæstio erit in hoc casu admittenda, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis ff. de leg. 3.* & proinde dum primo pars pro venditionibus annuorum introytuum contribuere, ab initio litis reluctabat prætextu, q bona illa designata de Principis patrimonio exiuerint, procul dubio hallucinantur, quia adhuc onera hæreditaria censentur, & propterea omnes
15 hæredes ad ea obnoxij remanent, vt latissimè semper ità iudicatum fuisse testatur, *Franch. d. decis. 159.* Insuper testator Sole clarius id explicauit, dū omnium onerum debitorum, atque legatorum deductionem præcepit, sic distinctè loquendo, si venditiones annuorum introytuum inter onera hæreditaria non connumerentur, sequeretur, quod verba illa testatoris nil
16 operarentur contra legis dispositionem, *l. si quando ff. de leg. 1.* quæ quidē
17 testatoris verba secundum vulgarem loquendi modum sunt intelligenda, *l. stipulatio ista, §. hæc quoque, vbi glos. & DD. ff. de verb. obligat. Paris. cons. 3. num. 52. vol. 3.* Cæterum annuorum introytuum venditiones communi-
18 ter, & generaliter onera nuncupantur, & vt talia dijudicantur, idcircò de ipsis testator intellexit, nec quicumque referret, si in aliquibus venditionum contractibus diceret, prout non est vna cum rata dominij, etenim si dominij rata traslata, esset vtique introytus dixtracti crescerent, atque decrescerent: sicuti rata dominij se habe-

ret, consequens est falsum, ergò & antecedens cum nonnisi emptos introytus, non autem ampliores, vel pauciores percipiat emptor, esto, quod res designata pro introytibus deficient, *Couar. post alios in tract. var. resolut. lib. 3. versic. 4. si contrarium.*

Secundò primogenita obijcit Principem testatorem familiæ suæ tantum prospicere voluisse matrimonium primogenitæ in eadem Ruffi nobilissima familia contrahi iubens, & si contributio hodie fieret familiæ prædictæ non prospiceretur, præsupponendo, quod secundogenita ducatos ferè sex centum mille consequeretur, & primogenita Principissa in familia nuptui tradita satis minori potiretur quātitate, sed fertilis profectò detegitur obiectus, quandoquidem testator familiæ circa matrimonium, non autem circa contributionem prospexit, quā
19 expresè fieri mandauit dispositio, siquidem quantumuis generalis non comprehendit casus specialiter prouisus, *l. fin. vbi glos. C. de silent. lib. 10. Felyn. in cap. ne Romana 3. col. & 9. col. extra de rescript. Iaf. in cons. 56. 2. col. 1. vol. & in cons. 105. versic. 2. principaliter vol. 1.* casus itaque ille contributionis erat specialiter à testatore prouisus, & idcircò omnis alia generalis prouisio ad ipsum non extenditur, alioquin sequeretur aliud ablur-
20 dum, quod testator Princeps in continenti scriptum correxisset, quod non præsumitur, *l. non ad ea ff. de cond. & demostrat.* legatumque contributionis frustratorium redderetur, contra iuris normam. Præterea tātum abest, quod secundogenita, ac reos duc. 600. mil. accenta etiā contributionem consequeretur, quod contentatur demptis omnibus oneribus pro duc. 150. mil. & ex huiusmodi oblatione partis aduersæ propositio figurata dignoscitur.

Tertiò, Principissa pro tertia sua parte bargensaticorum tantum, non autem pro feudalibus contribuere obtulit, & multipliciter mouetur ponderatu-

Digitized by Google

derando; primõ, quod testator mandauit onera deduci ab hæreditate filiarum, & quod in hæreditate non comprehendatur feudum, quod equidem satis à communi omnium *DD.* opi-
21 nione deuiat, feudum enim cum sit hæreditarium est de corpore hæreditatis, & ab ea illud diuidi non potest, venit etiam si non dicatur in ipsa hæreditate iuxta *glos. in l. item videndum §. nunc, vbi Bart. & reliqui ff. de pet. hæred.* & vnicum reputatur corpus,
22 continens vniuersa feudalia, ac burgensatica, quæ defunctus tempore mortis habuit *Frecc. lib. 3. in tit. de forma inuest. in cap. incip. sed postquam num. 9.* & melius id explicat *Ant. de Alexand. in d. Consuetud. si quis, vel si qua in additione præalleg. incip. ad intellectum, respondens ad text. in l. si*
23 *certarum, §. Iulianus ff. de milit. test. cum concord* quia militant quando patrimonia tempore contracti debiti essent diuisa, & idem *Marin. Frecc. lib. 4. de subfeud. in 13. diff. inter feuda ex pacto, & hæred.* ratiocinatur, quod qui tenet feudum hæreditarium, & habet etiam burgensatica, semper vnicum
24 patrimonium habuisse dicitur, licet diuersa sint bona; cæterum in hoc casu tempore debitorum, & legatorum vnicum, atque vnitum penes Principem erat patrimonium non aliter diuisum, & hoc tantum inspicitur, vt ab eodem patrimonio, licet post mortem diuiso cuncta onera deducantur secundum communem opinionem.

Rursus ex aduerso põderatur, quod Princeps loquutus est per hæc verba fieri deductionem pro portione hæreditaria, & quod in feudis in quibus iure Francorum viuitur non caditaliqua portio, ergò illa verba pro portione, hæreditaria ad bona burgensatica duisibilia, non autem ad feudalia restriuguntur, sed respondetur, quod portio non ad finem diuidendi feudũ, sed ad finem contribuendi pro feudo benè consideratur, & testator nequaquam per illa verba, nec nos feuda diuidere quærimus, sed quod primogenita pro illis iuxta legis dispositionem contribuat, eoque magis cum portionis nomen non sit vniuocum,
25 verum æquiuocum, & aliquando totum etiam comprehendat, *l. vxori in princ. vbi glos. & Bart. ff. de leg. 3. Socc. cons. 95. num. 26. vol. 4. Alex. l. 2. num. C. de hæred. inst. DD. in l. nomen §. portionis ff. de verb. signif.* adeò, quod pro tota, & integra sua feudali portione primogenita ad contributionem obnoxia conspicitur ex vi dictorum verborum, & ob id in appretio bonorum
26 ipsum feudum rectè computabatur, prout inquit *Frecc. lib. 3. de subfeud. in 13. diff. inter feuda ex pacto, & hæred.* quæ rursus corroborantur ex appretio feudorum de ordine Sacri Cõsilij facto, ad quid obsecro si feuda in contributum non veniebant fuerant appretiata, pro quibusdam feudis, etiã partem contribuere obtulisse ex eius comparitionibus clarè colligitur, tũc temporis quo matrimonium non erat subsequutum, & burgensatica non habebat primogenita, igitur per necesse pro feudis contribuere intellexerit, & nunc palinodiam canit.

Prætereà quando testator iussit deduci onera ab hæreditate p portione hæreditaria, per necesse pariter de feudalibus bonis intellexit, quia tunc in eis erat facta certa hæredis institutiõ in personam primogenitæ, & in
27 tertia parte allodiali erat incerta cõditionalis futuro euentu matrimonij institutio *arg. notatorum in l. Paulo Calimaco §. 1. ff. de leg. 3. Paul. de Cast. & alij in l. peto §. 1. ff. de leg. 1.*

Tertiò ex aduerso illa alia testamẽti verba perpenduntur, videlicet etiã pro feudalibus, quasi, quod disposuerit testator contributionem fieri debere pro burgensaticis, & etiam pro annuis introytibus feudalibus, sed nõ pro ipsis feudis, quæ quidem ponderatio ex pluribus diluitur, & potissimè quia nos testatoris in toto testamento semper fuis ipsa feuda bona feuda-

Digitized by Google

lia nuncupare, & ideò primogenitam inſtituit, inquit ſuper bonis feudalibus intelligendo de ipſis feudis, quando verò de corporibus feudorum intelligere noluit, aliter loquutus fuit introytus, & redditus feudales vocãdo, de quibus ſi in hac contributione, tantum intellexiſſet facile ſibi fuiſſet, iuxta morem illorum exprimere in exquirenda profectò teſtatoris volun-
28 luntate ante omnia conſuetudo patrisfam. eſt ſpectanda, *l. ſi ſeruus pluriũ §. fin. vbi Bart. Aret. & alij ff. de leg. 1. latè per Manticam lib. 3. coniect. vlt. volunt. tit. 9. num. 1.* ſed quia teſtator de omnibus cogitauit, meritò indefinitè teſtator dixit etiam ſuper feudalibus, omnia nempè, & corpora ipſa feudalia, & introytus feudales complectens ſic genericè, & indefinitè lo-
29 quendo, indefinita quippè talis oratio vniuerſali æquipollet, *Io: Andr. in cap. vt circa in verbo aliter de elect. in 6. Ciuiliſtæ in l. ſi pluribus ff. de leg. 2. Card. Mantica de coniect. vltim. volũt. lib. 3. tit. 4. num. 12.* quo fit, vt contributio pro cunctis feudis, ac burgenſaticis, necnon feudalibus emptionibus iuſtiſſimè poſtuletur, & huiuſmodi ſenſus nedum verus, veriſimilis; ſed etiã indubitabilis redditur, tum quia de iure pro omnibus eſt facienda contributio, & teſtator, prout ius intelligit diſponere dijudicatur, vt per *And. & alios in cap. 1. qui ſucc. ten. & d. §. cum ità*, tum quoque cũ vt dixi, indefinitè proceſſerit, tum etiam cum dictione etiam, & teſtator addiderit, dicendo quod onera ab hæreditate filiarum etiam ſuper feudalibus dedu-
30 cantur, dictio iſta etiam, implicat maiora, & diuerſa ab expreſſis, *ad text. in cap. tanta de ſimon. & l. etiam ſoluto matrim.* cumque teſtator generaliter loquutus ſit, generaliter, & pro omnibus erit intelligendum vulgatis iuribus, & demum cum emptiones introytum feudalium in perſona Principis nequaquam, ſed Baronis Sciliæ ſub confidentia affuiſſent, prout in facto oſtenditur, meritò nẽ dicta verba etiã ſuper feudalibus de vento ſeruirent ad ipſa feuda rectè applicantur, vt pro eis, & pro burgenſaticis fiat contributio; Vlterius ex abundanti conſidero, quod ſecundogenita circa petitam contributionem pro feudis, & allodijs ex præallegatione fundatam de iure habet intentionem, vt ab ea in toto, vel in tanto excludatur, non omnes coniecturæ prodeſſe poſſunt, enimuerò vt quis ab eo in quo ius commune ſibi fauet, remoueatur, tunc euidentiſſimè de contraria teſtatoris voluntа-
31 te conſtare debet, *ad tex. in l. nuptura ff. de iure dot.* ibi *niſi euidentiſſimè contrarium probetur, l. libertas §. fin. ff. de manum. teſt.* ibi *niſi aliud ſenſiſſe patre fam. manifeſtiſſimis rationibus probetur*, ea propter communiter tradunt
32 *DD.* quod qui iuris præſumptionem contra ſe habet, durioribus grauatur probationibus *Alb. Fulg. & Iaſ. nu. 15. in l. ſi extraneus ff. de condit. cauſa dat. l. fin. ff. quod metus cauſa*, quanto magis qui legis diſpoſitionem contra ſe, & iuris reſiſtentiam habet, prout Principiſſa habere dignoſcitur, cum pro omnibus ſecundum veram iuris regulam contribuere compellatur, quò
33 circa petita contributio inconcuſſa permanet pro rata bonorum facienda, non autem pro numero hæredum teſte, *Camer. in d. cap. 1. quæſt. 27. num. 158. an agnat. Mangrell. in addit. ad Bart. in l. 1. C. de hæred. portion. & Marin. Frecc. lib. 3. in 13. diff. inter feuda ex pacto, &c.* format quæſtionem ſi omnes filij in burgenſaticis ſucceſſerunt, & Primogenitus præcapit feudum debitaque vrgent in diſtributione, computabitur ipſum feudum, pro quo primogenitus contribuet in plus, quia cum plus conſequatur, plus one-
34 ratur, vt pro rata emolumenti, ſentiat ratam oneris, *per Reg. iur. & Capyc. in cit. deciſ. 198.* primogenitum nedum pro rata burgenſaticorum, ſed etiam pro rata feudalia, & ſic in plus, & non pro portionibus hæreditarijs ad contribu-

Digitized by Google

tributionem teneri expressè includit; & *Regens de Ponte idem assueuerat in præalleg. cons.* 13. *num.* 25.

Postremò nil refragatur Principem in casu, quo hæreditas secundogenitæ ab oneribus absorberetur disposuisse, quod ei duc. 60. mil. dotis nomine exoluerent, etiam quod remaneret aliquid, quod ascenderet ad dictos duc. 60. mil. quod dentur alij duc. 60. mil. nanque à longe testator plura intuebatur, ex quibus damnum secundogenitæ oriri poterat, & propter post humum, vel post humam nascituram, & propter grauissimas lites, & propter decoctas emptiones, ac propter ingentia legata, ac alia, voluit proinde tanquam prudens pater fam. beneficio dilectæ filiæ secundogenitæ prouidere, vt ad minus in illo casu tantum dictã haberet quantitatem, quæ quidem prouisio cum ad sui fauorem fuerit introducta; nullo pacto nunc in odium retorqueri debet, *l. q̃ fauore C. de leg.* cumque prouisio sit in illo casu, quod non successit, nil propterea ad casum contributionis operatur, tanto magis cum semper sit illa faciedda interpretatio ne testator sit sibi contrarius, & vt inter filias seruetur æquitas, & æqualitas, *Aym. cons.* 70. *nu.* 13. & 22. & 24. prout oppositum si contributio iuridica denegaretur, nunc *Tiraquell. de primog. c.* 4. quæ igitur æquitas, & æqualitas esset, vt penes primogenitam tam amplum esset patrimonium, penes verò secundogenitam respectu suæ nobilitatis modica dos, in quo & natura, & paterna beneuolentia repugnat, quo circa reiectis partis aduersæ coniecturis, nullatenus à clara legis dispositione veteribus, atque modernis definitionibus, & denique à paterna dispositione erit recedendũ, & consequenter petita contributio pro omnibus feudis, & burgensaticis procul dubio ad effectum deduceada, prout supplicatur, & tale iudicium fore speratur, quapropter iunctis aulis Sacri Regij Consilij, & vna cum Regia Camera Summariæ die 23. mẽsis Februarij 1600. existente relatore D. Francisco Bernando de Quiros Regio Consiliario fuit prolata sententia in fauorem præsentis secundogenitæ, contra primogenitam, vt scilicet ad cõtributionem onerum similiter pro feudalibus teneatur, penes Cioffum actorum magistrum Sacri Regij Consilij, & in hac causa inter cæteros fuit collega meus pèritissimus, ac integerrime vitę Iacobus Sallucius olim fisci patronus, & Præsidens R.C. qui similiter alia pro cliente subtiliter scripsit.

Fabius de Falco.

Add. Adde nouissimè Io: Baptistam Bilottam in suis conclus. feudal. conclus. 11. *vbi de hac meminit decisione num.* 3. *& alias consimiles adduxit nouissimè D. Reg. Fabius Capyc. Galeot. lib.* 2. *controuers. in controu.* 21. *num.* 29. *&* 32. *vltra alias per nos relatas in* 1 *par. nostri Compendij verbo onera* Thoro.

ALLEGATIO VII.

In materia tituli Marchionatus, cum D. Ioanna de Piccolominibus.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio inuestiturę veteris feudi, vt admittatur, quid probandum sit.*
2 *Dignitas personalis, an aliquid operetur in beneficium successorum.*
3 *Interpretatio dubia fit contra producentem.*
4 *Interpretatio quælibet contra actorem facienda est.*
5 *Refutatio non pura, aut simplex, sed pactionata cum reseruatione, an valida iudicanda sit.*
6 *Tempus contractus attendendum est in actu refutationis.*
7 *Refutatio ex defectu Regij assensus, an aliquid operetur.*
8 *Inuestituræ renouationem petens in feudo hæreditario, oportet se hęredem etiã probare, & hæreditatẽ adiuisse.*

Digitized by Google

9 *Dignitas personalis ad hæredes, an sit trasmissibilis.*

10 *Disponere, an quis possit de re venali exposita, in qua Iudex manus imposuit.*

PLuribus rationibus titulum Marchionatus Illiceti per Marchionis obitum extinctum fuisse arbitror, & proinde frustratoriam D. Ioannæ de Piccolominibus illius filiæ prætensionem omninò iudicari debere.

Primò, quia atrix quæ petijt titulũ nullo pacto titulum prædictum per priuilegium in rerum natura adfuisse probauit, & sic non entis nullæ sunt qualitates; quinimò si ad obtinendam
1 inuestituram confirmatoriam veteris feudi, requiritur quod primo constet de concessione ipsius feudi ad sciendum ipsius qualitatem, & naturam, vt ex mente *Frecc. lib. 2. in 3. Authorit. de subfeud. Reg. de Ponte in cons. 62. num.* 24. doctissimè firmat, quanto magis in casu isto non docto de titulo, super quo vẽtilatur quæstio: Plus dico; quod & si fortè dignitas præfata creata fuisset adhuc si personalis, & non realis
2 fuisset, nil sibi profuisset, cum duplex dignitas realis nempè, & personalis sit, vt explicat *Frecc. lib. 2. de subfeud. in rubr. quis dicatur comes num.* 53. & si personalis personam illius Marchionis non egreditur, & ità tenere debemus postquam de primeua concessione non constat, & si dubia probatio
3 est contra producentem interpretanda, *cap. in præsentia de Probat. cum similibus*, quanto magis vbi nulla affertur probatio, est quælibet facienda in-
4 terpretatio contra actorem, *ex reg. tex. in l. qui accusare, C. de edend.* iustissimè succumbet. Prætereà arguendo à sufficienti partium enumeratione, eo clarius repellitur actrix, aut enim inititur refutationi factæ per Marchionissam Illiceti, vt fol. 74. ater. in anno 1582. & illa vndique inualida cernitur, aut verò nouæ refutationi per Ducem Amalfiæ die 23. Aprelis 1587. fol. 6. & ista pariter nullius roboris, & momenti inspicitur, prout infra breuiter demostrabimus.

Quò ad primam Marchionissę refutationem in ea multifariam illegitimæ detegitur, vt in facto, & præsertim ex eiusdem lectura fol. 74. ater. dum ibi dicitur fieri, vt euitaretur quod Marchionatus, non extingueretur, & sic in præiudicium Regis, & aliorum titulatorum. Secundò legitur dicta refutatio cum onere soluendi debitum Marchionissæ fol. 75. ater. adeò, quod
5 non est pura, & simplex, sed pactionata, & cum reseruatione prædicta, & idcircò inualida, iuxta *not. per DD. in cap. 1. §. sed & res, per quos fiat inuest. in cap. 1. §. & si libellum de alien. feud. pater. Camer. in cap. Imperialem carta mihi* 234. 235. & 240. *in paruis*, & in totum corruit, tanquam peccans in forma à lege tradita, dum fit non eo modo, quo refutans habet, vel cum aliqua alteratione, & reseruatione per eundem *Camer. loco citato folio mihi* 232. *de prohib. feud. alien. per Feder. ex tradditis in §. profectò, & ibi Andreas num. 14. de lege Conrad.* Cæterũ Marchionissa non habebat hoc onus soluendi pretium Bartolocto super terra Illiceti ex defectu assensus, & proinde in refutatione hoc onus super dicto feudo imponere nequiuerat. Tertio promittitur in eadem refutatione consensus primogeniti, item consensus dicti Pompei secundogeniti, nec non filiorum ipsius dicti Pompei, qui præcedente decreto Sacri Consilij consentire, atque cedere debebãt ipsi dicto Ioanni omne ius super Terra, & titulo ptædicto, vt fol. 76. & nihilominus vtrumque deficit, nempè decretum Sacri Consilij, & consensus filiorum dicti Pompei, aderat enim hoc tempore de anno 1582. dicta Constantia filia ipsius dicti Pompei, quæ posteà obijt in anno 1585. vt fol. 28. &
6 sic attendendo tempus, quo fit actus refutationis, vt docent *Camer. in d. c. Imperialem carta mihi* 229. & ego vl-

tra

tra *Camer.* dum quod tempus contractus sit attendendum, addo *tex. in l. si filius fam. ff. de verbor. obligat. & est Gloss. magna in cap. dudum in verbo electionis tempore versiculo solutio extra de elect.* vnde consensus dictæ D. Constantiæ omninò requirebatur, & ex hac conclusione colligitur etiam defectus consensus eiusdem D. Pompei, qui dum consentijt d. Ioannæ non consentijt imediatè, & proximè succeſſuro existente, nanque filia soror prædicta non erat proximior. Quarto animaduerti debet refutationem Marchionissæ in capitulis matrimonialibus factam non fuisse seruata forma Regiæ pragmaticæ registratam in quinternionibus Regiæ Cameræ, & idcircò inualidã remansisse. Quinto, ex authoritate *Capyc. Isern. Affl. Camer. & aliorum fundat Anna in alleg.* 124. quod & si omnia prædicta cessarent, adhuc refutatio prædicta corrueret ex
7 defectu Regij assensus, qui nunquam in prædictis fuit obtemptus.

Vlterius pondero, quod si Terra prædicta non erat titulo decorata Marchionissa, dum posteà dictam Terram emit nõ ex ea dignitatẽ Marchionatus acquisiuit cum illa penes Marchiouen, remanserit dum vixit, adeò quod Marchionissa non quia emptrix, sed quia coniux erat Marchionis tali potiebatur titulo, & consequenter si per emptionem non fuit adempta titulum, quomodo per refutationem illum trasferre potuit, reluctante iuris regula, quod nemo dat, quod non habet.

Et dum Marchio in cuius persona fulgebat titulus, ipsum posteà refutauit, ex nunc pro tunc sequuta eius morte, & per duas horas ante nulliter egit, siquidem non est simplex, pura, & omnimoda refutatio, prout iura, & Regiæ pragmaticæ mandant, vt meritò nullius sit momenti.

Quò verò ad secundam refutationem Ducis Amalfiæ nonnullos notos defectus, & ex vnoquoque ipsorum vana redditur prætensio partis.

Primò, Dux non potuit titulum Marchionatus cedere, si ipse Marchioni non successit, caret enim inuestitu-
8 ra, ob quod petens renouationem inuestituræ in feudo hæreditario, inter cætera opus habet se hæredem probare, & hæreditatem adiuisse, *Loffred. in §. sed & res, per quos fiat inuest. Frec cia lib. 2. de subfeud. 3. author. num.* 10.

Amplius si dignitas est præluponenda personalis, donec contrarium probetur non fuisset rranſitoria ad prætensum hæredem Ducis, & si non fuit trasmissibilis ad hæredes, neque
9 cessibilis esse potuit, *ex reg. tex. in l. ex pluribus ff. de admin. tutor. cum similibus.*

Secundò, si Terra Illiceti erat ad instantiam creditorum in iudicio deducta, & exposita venalis, & Sacrum Cõsilium manus in illius venditione apposuerat, per quam regulam Dux de
10 ea disponere valuisset, si Rex cæpisset cuius loco minister est Sacrum Consilium, vt videtur sentire *Marin. Frec cia in limitationibus Const. in 6. limit. num.* 10. *in fine.*

Tertiò, refutatio prædicta fit D. Ioannæ absenti, acceptationem fit re integra.

Nec prodest consensus D. Pompei secundogeniti die 23. Iunij 1577. fol. 3. quando quidem ipse non consentijt nisi refutationi factæ per Ducem D. Ioannam, & si illa est inualida, vt supra fundatum est, consensus etiam iste non habet vbi fingat pedem; Vltra quod cosensus superueniens fortè in feudalibus non operaretur vulgatis iuribus.

Eoque magis, quia vt supra diximus D. Ioanna non erat proxima D. Pompeo cedenti, & cõsentienti stante illius filia, quo circa omni iure titulus perpenditur extinctus, & pars venit vndique repellanda, hæc currenti calamo scripsi, vt mandatis cuiusdam peritissimi morem gererem.

Fabius de Falco.

Digitized by Google

Add. Adde, quod de hac decisione memor fui in meo Compendio decis. Regni verb. vidua, & huic conuenit, quod discutit in simili Fontanell. de pact. dotal. claus. 7. Glos. 3. par. 4. num. 60. vbi discutit, an mulier, quæ cum primo viro vocabatur Don, possit nuncupari similiter cum secundo viro huiusmodi, & concludit negatiuè, nisi esset vir secūdus æqualis cum primo, vbi num. 63. & seq. agit etiam ad nostrum propositum, quid si erat Comitissa cum primo viro, & resoluit idem Thoro.

ALLEGATIO VIII.

Pro Portia Tomacella, cum Comite Roccæ Raynulæ.

SVMMARIVM.

1 *Agi nequit ex iure semel decisa.*
2 *Exceptio rei iudicatæ, vt competat tria requiruntur.*
3 *Exceptio rei iudicatæ quando modus, & finis variantur, non obstat.*
4 *Excipere, quando verè dicatur.*
5 *Sententia, vt ius vniuersale constituat, triæ requiruntur.*
6 *Legitimus contradictor, quis dicatur.*
7 *Sententia lata contra absentem, non facit ius, quò ad omnes, & num. 8.*
9 *Distinctio Doct. citatur in materia sententiæ, quando ius vniuersale cõstituat.*
10 *Sententia declaratoria qualitatis rei constituit ius vniuersale, sed particulare.*
11 *Casus, de quo agitur in hac allegatione non conumeratur inter exempla, quibus ius vniuersale constituetur.*
12 *Text. in l. loci §. fundus, ff. si seruit. vend. & l. supra, §. Cassius, ff. de aqua pluu. arcen. declarantur.*
13 *Innocent. doctrina pluri fariam enucleatur in cap. in nostra num. 9. de procurat. declarat. num. 14. & 15.*
16 *Cessante principali, cessant accessoria.*
17 *Exceptio rei iudicatæ in dubio opposita, non obstat.*
18 *Decisio Sacri Consilij, refertur.*

POrtia Tomacella Aloysiæ de Loffredo filia asserens Castrum Roccæ ad ipsam spectare, etiam vigore donationis factæ in anno 48. à Ioanne Tomacello descendentibus in infinitum, fol. 22. tum quia non seruatis sollemnitatibus à iure requisitis, tum quoque, quia per vim, & metum, ac cum enormissima lęsione sit distractum petijt venditionem eiusdem Castri ab eius matre Regenti Dauid factam annullari condemnariq; Comitem Roccæ ad illius relaxationem vna cum fructibus offerens offerenda, vt in processu paruo.

Comes in initio litis opponit respectu donationis exceptionem rei iudicatæ prætextu, quod cum Ecclesia Spiritus sancti fuerit iudicatum donationem prædictam esse nullam, vt fol. 94. in processu paruo, quod quæ sententia prędicta sic declaratã faciat ius vniuersale, quò ad omnes etiam non citatos, & quod ex iure semel decisio
1 agi nequeat ex traditis per *Doct. in l. ingenuum ff. de stat. hom. per Alex. & alios in l. sæpè, ff. de re iudic. cum similibus*; Sed rogo attendatur cum multipliciter obiectio diluatur, & ommittens requisita illa tria, *l. cum quæritur*
2 *& seq. ff. de exceptione rei iudic.* cessare in hoc themate, ex quo est res inter alios acta, & Comes in illo iudicio abfuit, vt ipsemet fatetur fol. 23. in processu paruo, adeò, quod deficit identitas personarum, & sicut sibi non nocebat, ità prodesse non debeat sententia illa, vt iuris dictamen suadet.

Sed esto, quod ex eodem fonte, & iure, alias decisio hodie ageretur, nihilominus, quia modus, & finis variatur,
3 nõ obstat exceptio rei iudicatæ, *Bar. & carter. in l. vendicantem ff. de euict. & in l. qui Romæ, §. duo fratres ff. de verbor. obligat. Bald. in l. fin autem, §. si quocunque in fine, ibi, & concludetria membra ff. de neg. gest. & latè Socin. in cons. 264. num. 15. & 16. vol. 2.* at hic variatur nunc modus, quoniã in primo iudicio disceptebatur per viam

Digitized by Google

viam separationis bonorum, nunc per viam renunciationis, rursus ibi excipiendo hic agendo, & sic variatur modus, & pondero Doct. axioma, quod
4 adhuc excipere dicatur ille qui agit, & reus reputatur quando se tuetur, siquidem in effectu, & naturaliter est reus, quamuis accidentaliter agat, vt eleganter explicat *Soccin. loco citato num. 16. per tex. in l. qui habet. ff. de tutel.* Variatur denique finis, etenim in primo iudicio ad finem retinendi bona, hic ad finem recuperandi agitur, & consequenter exceptio rei iudicatę non oritur.

5 Prætereà, vt ex aliqua sententia ius vniuersale producatur multa de iure requiruntur, & primò, vt cum legitimo contradictore sit prolata, & le-
6 gitimus contradictor ille dijudicatur, ad quem principaliter causa pertinet, non autem legatarius alijuè, qui in consequentiam ius trahunt, *Alex. d. l. sæpènum. 77. ex glos. iuncto tex. in l. cũ non iusto, ff. de collus. deteg. Couar. Practic. quæst cap. 13. num. 5.* Cæterum Ecclesia Spiritus sancti erat hæres legatarij, ergò non cum legitimo contradictore, maximè in feudis, super quibus legatarius sine assensu nullum habet ius, & sic nequaquam fuit legatarius contradictor. Secundò requiri-
8 tur, vt sententia non sit lata contra absentem, vel indefensum, tunc enim talis sententia non facit ius, quò ad omnes *Bart. & alij in d. l. ingenuum, Bald. ibi in 1. lect. in princ. & in l. 2. C. quib. res iud. non nocet Zasius in præalleg. l. sæpè num. 55. de re iud.* Sed sic est, quod ista actrix tunc pupilla suo Aduocato informato Prospero Triplex optimo causarum defensore caruit propter ingressum illius in sanctã Religionem Paulinorum, vt liquet in processu fol 932. meritò ex tali sentẽ-
8 tia ius vniuersale frustra prætenditur, ad quod allegatur communiter *in l. qui repudiantis §. cũ contra ff. de inoff. testam. Alexand. in d. l. sæpè num. 76.* Vlterius rogo attendatur pulchra-
9 *DD.* distinctio in huiusmodi materia, nam aut tractatur de sententia declaratoria qualitatis personæ, & tũc procedit regula, *l. ingenuum, ff. de stat. homin. cum concord.* aut de sententia declaratoria qualitatis rei, & tunc non
10 constituitur ius vniuersale, sed particulare tantum in illo iudicio, vt post *Bald. & Salyc. firmat Alexan. d. l. sæpè num. 65. versic. subdit Bald. in d. l. 2. & Iaſ. in add. ad l. sæpè nu. 74. in fine, & 75. Abb. in cap. quamuis num. 20. vers. quid autem extra de sent. & re iudic.* qui quæso legatur, In casu verò nostro non de statu personæ, verum de rei qualitate tantum peragitur, meritò non applicantur termini, *d. l. ingenuum*, & aliorum iurium ex aduerso adductorum, & idcircò inter exempla quibus ius vniuersale constituitur, nõ
11 conumeratur casus iste, ità *Panor in d. cap. quamuis num. 20. & Bal. in d. l. ingenuum in 1. lect. versic. extra noto;* Nec prædictis conclusionibus *text.* quos ex aduerso allegare audiui, nempè *text. in l. loci, §. si fundus ff. si seru. vend. & l. supra §. Cassius ff. de aqua-*
12 *pluu. arcend. cum simil.* quia procedũt in materia indiuidua puta seruitutis, & id genus, vt sententia lata in ea prosit, & noceat omnibus, quod secus est in casu nostro, *Salycet. in l. 2. in 8. oppos. C. quib. res iud. non noc. Alex. in d. l. sæpè num. 48.* modica, seù nulla defensio in dicta sententia patet ex assensu ibi producto, vbi est copia defectiua, & absque registratione nunc originalis, & integer cum omnibus sollemnitatibus producitur.

13 Doctrina verò *Innocent. & sequacium in cap. in nostram num. 9. de procur.* non mæretur allegari in hoc casu, dum inquit, quod sententia semper præiudicet victo respectu omnium, nam per necesse intelligi debet secundum præcedentes communes, & approbatas regulas, dummodo victus
14 fuerit præsens, & legitimè defensus, *Panor. in cap. penul. num. 20. in fine de sententia, & re iud. Bal. in l. 2. C. quibus*

res

res iudic. non noc. Couar. loco citato Pract.quæst.cap.13. num. 5. in medio. Cæterum Portia tempore sententiæ erat, vt dixi pupilla absens ab hac Ciuitate, & indefensa ob carentiam informati aduocati, meritò sententia illa sibi non præiudicialis fuit respectu omnium, Item *Innocent.* non loquitur quando tot, & tanta concurrunt, quæ superius dixi; Præterea *Innocent.* omninò intelligendus est quãdo essemus in sententia declaratoria status personæ, prout annuit *Felyn. in cap. quamuis num.10. de sent. & re iudic.* hic verò agitur de qualitate rei,
15 & non personæ, & ideò non obstat. Item si in consequentiam hæc sententia alijs in iudicio non existentibus prodesset, vtique principalirer litigãtes iuuare, prout notat *Bart. in l. post humus, §. si quis ex hijs num. 9. ff. de inoff. test.* Igitur dum principales litigantes liti, & causæ prædictæ renunciare per transactionem, proculdubio sententia tanquam nouata fuit subla-
16 ta, & cessante principali cessant accessoria, ac consequentia, *l. quod per manus ff. de iure codicill. cap. accessorium de reg. 1. iur. in 6.* & successiuè si principales sententia prædicta vti nequeunt ob intermediam transactionẽ prædictam, ità & cæteri, qui ius trahunt ex sententia in consequentiam.

Accedat insuper, quod decretum Sacri Consilij fol. 39. in processu paruo omnem tollit difficultatem, licet enim viam reclamationis claudat virtualiter, tamen alias aperuit vias, nẽpè principalis petitionis, & restitutionis in integrum, vt iam hodie Portia contra Comitem suos dixerit gressus, allegabat enim Comes in iudicio reclamationis reclamationem esse faciendam cum Ecclesia, quæ fuit in prima instantia, & non cum ipso Comite, qui in ea non fuit, & idcircò decreuit Sacrum Consilium non esse procedendum in hac causa per viam reclamationis tacitè annuendo, quod per viam principalis petitionis benè ageretur, prout nunc fit.

Et demum aut clarè exceptio non limitat, vt ex prælegatis satis patere arbitror, & habemus intentum, aut altionem requirit indaginem, & ad merita causæ venit reseruanda, aut tertio
16 sumus in dubio, & in hoc casu pronunciandum est exceptionem rei iudicatæ non obstare, ità *Decius cons. 445. versic. indubio, Marian. Soccin. in cons. 180. nu. 85. cum seq.* quod eo fortius erit obseruandum, cum agat mulier, quæ fuit pupilla, & nimis in omnibus læsa, tàm in sententia, quàm in venditione prædicta, & in hoc Sacro Consilio scimus quemlibet in eius iuribus libenter audiri, multo magis mulier hæc reiecta exceptione prædicta venit in suis iuribus audienda, & propterea stantibus allegatis ratio-
18 nibus per Sacrum Regium Cõsilium iunctis consiliarijs duarum aularum referente doctissimo viro Marco Antonio de Ponte Regio Consiliario die 20. mensis Ottobris 1598. fuit iudicatum exceptionem prædictam ad merita ipsius causæ reseruandam fore penes Secretarium. *Fabius de Falco.*

Add. Aduocatus contrarius pro Comite fuit peritissimus Fabius de Anna Consiliarius meritissimus, qui in contrariũ Consilium super hac causa edidit, 99. in 2. volum. cons. Sed multa ad hanc exceptionem rei iudicatæ collexerunt Reg. de Ponte cons. 8. num. 24. & cons. 137. cons. 43. vol. 2. Camill. de Medic. cons. 150. Paul. Stayb. cons. 80. num. 3. & aliæ decisiones afferuntur in meo Compendio verbo exceptio rei iudicatæ Thoro.

ALLEGATIO VIIII.

Pro Ioanne Benedicto Guernerio, cum Vniuersitate Veggiani.

SVMMARIVM.

1 *Collecta imponitur ciuibus in defectu solutionis per Ciuitatem faciendæ.*

2 *Nil*

Digitized by Google

2 *Nil refert, quod quid ex equipollentibus fiat.*
3 *Effectum, dum habemus nullam differentiam facimus.*
4 *Tex. in l. fin. §. fin. ff. mand. ponderatur.*
5 *Conditio adimpleri potest per aquipollens, quando effectus contemplatur.*
6 *Assensus verba, an possint impleri per aquipollens.*
7 *Circuitus inutilis, euitandus.*
8 *Defectus sollemnitatis effectualis, an actus deficientiã operatur ipso iure.*
9 *Decisiones S.C. citantur.*

FVit præstitus assensus, & interpositũ decretum super venditione annuorum 40. pro ducatis 500. per Vniuersitatem Terræ Vegiani in beneficium Ioannis Benedicti Guarnerij, sed quia loquitur in fine per hæc verba, dummodo decem ex ditioribus dictæ Ciuitatis se obligent insolidum sub pæna 25. vntiarum fisco applicanda de redimendo dictos introytus in beneficiũ Vniuersitatis infra annos sex, ideo dubitatur si postquam dicti decem Ciues non se obligauerunt, numquid decretum corruat ex non adimplemento prædictæ obligationis.

Sed aduertatur, nam ex pluribus tollitur difficultas, & primò quia assensus mandauit redimi dictos introytus, non dixit de cuius bonis, & pecunia, siquidem intelligitur de bonis ipsius vniuersitatis, & pro, vt ius intelligit, quandoquidem eatenus Ciues tenentur, quatenus Vniuersitas non
1 sit soluendo, tunc enim imponitur Collecta Ciuibus, vt per *glos. in l. 1. §. fin. super verbo proconsul. in fin. ff. quod cuiuscumque vniuersitatis nomine, & glos. in Constit. Regni dubitationem in princ. in verbo, sed si nulla.* quinimò si Ciues soluissent pro Vniuersitate non se ab ea repetere potuissent certè sic, quæ si nunc soluit prout ipsa tenetur creditori introytus prædicti redimuntur,
2 & satis fit decreto, quia nihil refert, quod ex equipollentibus fiat iuxta *not. in l. fin. ff. de donat.* quæ sub modo, vbi *Bald.* notat, quod non facimus differentiam, dummodo habeamus finalem intentionem, & effectum, hinc
3 *tex. in l. fin. in fi. ff. mand.* voluit non attendi verba, sed finem, & intentionem, *l. cum seruus ff. de verb. obligat.* & quando contemplatur effectus, etiam
4 conditio potest adimpleri per æquipollens, & non in forma specifica, *l. si mater, & Paul. de Castro C. de intit.* & in materia assensus Regij, quando sumus
5 certi de intentione adimplentur verba, assensus per æquipollentia, de quo per *Camer. post. And. in Repet. cap. Imperialem carta mihi 81. lit. B. in paruis de prohib. feud. alien. per Feder.*

Secundò ponderatur, quod duo præcipiuntur in decreto vnum est, q se obligent decem ex ditioribus Ciues, & in hoc non est præfixum tempus, secundum est, quod Ciues redimant infra sex annos, & ex hac ponderatione colligitur, quod non adest mora Ciuium, quia tempore obligationis sequendæ cogebantur redimere, & proindè omni tempore possent se obligare pro facienda redemptio-
7 ne prædicta, sed ad euitandum circuicum, nunc si fit solutio ab ipsa Vniuersitate euitatur iste inutilis, circuitus iuxta formam, *l. dominus testamenti, ff. de condit. indeb. cum similibus,* & sic quia solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio, & dum habemus affectum, non debemus curare de modo. Tertiò ista obligatio Ciuiũ requisita in decreto non est formalis,
8 sed sollemnitas effectualis, quia interuenire debet post decreti interpositionẽ, & post alium in esse deductum & cum sit effectualis ex ipsius defectu actus non corruit ipso iure, prout facit *glos. & Bart. in l. vniuersa, C. de præcib. Imper. offer. Angel. in cons. 30. Felin. in cap quoniam frequenter num. 10. vt lite conteſt.* Defectus enim sollemnitatis effectualis, vt ipso iure nullitatem inducat, oportet, vt sit vestita clausula annullatiua, & quod sit tempus præfixum, Cæterum dum decre-

tum

tum prædictum mandauit, quod ciues decem se obligent terminum non præfixit, neque vlterius progreditur annullando actum, quatenus dicta obligatio subsequuta non fuisset, & proindè remanet validum decretum, eique rectè satis fit, dum Vniuersitas nunc cogitur absoluendum id, quod vtiliter accepit ab ipso Io: Dominico emptore, tanto magis cum non sit iustũ, quod Vniuersitas prædicta cum aliena iactura locupletetur, quæ etiam circumspecto decreto prædicto obnoxia remãsit ad restitutionem accepti hæc currenti calamo scripsi, Cætera suppleat excelsa Consiliarij Io: Thomæ Vespuli, eiusque optima religio; quò quidem referente in aula D. Petri de
9 Vera ab Aragonia Regij Consiliarij, & S.C. decani fuit decisum secundum has allegationes, cum interuentu circumspecti Præsidis S. C. & iterũ dum posteà idem accideret articulus decidendus in causa Gregorij de Loffredo mei clientis cum Vniuersitate Amendolariæ, referente doctissimo viro D. Francisco Bernardo de Quiros Regio Consiliario in aula Io: Thomæ Salamãche Regij Consiliarij, idem pariter decisum fuit in Banca Terracciani nunc de Alexia.

Fabius de Falco.

Add. De hac eadem decisione memor fui in meo Compendio decis. Regni tom. 1. verbo assensus, ibique allegaui Doct. Michaelem Zappullum in pragm. 5. §. 13. num. 39. de administr. Vniuers. eandem met referente Thoro.

ALLEGATIO X.

Pro Scipione Loffredo cum Regio Fisco.

SVMMARIVM.

1 *Releuium non debetur ex contractu inito inter viuos.*
2 *Collecta loco fiscalium subrogata fuerunt ab Alphonso Rege.*
3 *Fiscalia in generali dispositione, non veniunt.*
3 *Corpus vnicum efficitur destinatione patris famil.*
5 *Verba ambigua ex obseruantia inde sequuta, interpretationem requirunt.*
6 *Animus declaratur ex bijs, quæ posteà fiunt.*
7 *Possessionis actus subsequutus, declarat possessionem præcedentem.*
8 *Possessio interpretatoria longi temporis præscriptione, non indiget.*
9 *Donare censetur aliquid tradendo, & donatarius id exigere promittendo.*
10 *Duplicati releuij pœnam non patitur feudatarius ex iusta causa impeditus & num. 13 & 26.*
11 *Tex. in cap. 1. quo tempore miles ponderatur.*
12 *Exempla non restringunt regulam.*
14 *Quælibet iusta causa etiam iniusta excusat à dolo, & pœna.*
15 *Error iuris non clarus bonam inducit fidem excusationem præstat, at in integrum restitutionem parat aduersus præscriptionem anni, & diei.*
16 *Offerens sponte re integra moram iustè, an purgari videatur.*
17 *Mora modici temporis non est in consideratione.*
18 *Mora modica non reputatur mora.*
19 *Mora modici temporis non est periculosa, nec attenditur.*
20 *Paria sunt aliquid fieri in tempore, vel parum posteà.*
21 *Rigor, & non æquitas attenditur de iure feudorum.*
22 *Vaxallus de iure causæ feudorum, an poterat moram purgare.*
23 *Clementiores legibus esse non debemus.*
24 *Capitula Regis Roberti ponderantur pro morę purgationis materia.*
25 *Mora quando purgari potest.*
27 *Decisio Regiæ Camerę Summariæ citatur.*

DIana de Loffredo contemplatione matrimonij Scipioni de Loffredo eius primogenito terram Nucariæ, & Cannæ

Cannæ cum omnibus eius iuribus integro statu donauit, & prout plenius, & melius ipsa possidebat publico desuper exhibito instrumento debita solemnitate vallato.

Cumque semper Diana terram cũ annuis ducatis biscentum de functionibus fiscalibus super eadem met terra possiderit, propterea donatarius filius à primo die vtrumque pacificè vigore dictæ donationis similiter possedit defuncta proinde matre, cum terræ, atque functionum acquisitio ex contractu, inter viuos, vt supra processerit, nemo est qui ignoret releuium nõ deberi, quandoquidem succedentes tantum, & non contrahentes ad illud obligentur secundum *And. in l. Regni post mortem*, & alibi hoc millies dixit *Puteus de Franch. in decis.* 121. *num.* 4.

Dubium tantumodo oritur respectu fiscalium, eo quia de eis specifica in donatione non fiat mentio, quo fit, vt cum de regalibus dignoscatur subrogatæ loco collectarum à Sereniss. mo Rege Alphonso, secundum *Affl. in c.* 1. §. *& plaustrorum col.* 4. *in fine, quæ sint regal feud. & in cap.* 1. *versic. infero de cler. qui inuenit. Liparul. in addit. ad And. in cap.* 1. §. *illud tamen versic. collectæ de controuers. feud.*

Videtur in generali dispositione, & donatione illas non conuenire iuxta notata in *Const. Regni ea quæ ad decus, & late Afflict. decis.* 122.

Scipio vltrò comparuit duo gradatim, ac conditionaliter prætendens vnum, quod quemadmodum pro terra ad releuij solutionem non cogitur, ità pro functionibus fiscalibus, alterũ verò est, quod & pro fiscalibus teneretur sponte illud persoluere offerens duplicati pœnam omni iure euitabit, vt infra patefit, pro quo considerare possem, quod dum donatrix vnitim hæc omnia tenuerit, ex vnico eodemque priuilegio confirmationem patris habuerit, quod proinde prædicti introytus Baroniæ vnire, ac incorporare voluerit, porrò destinatione patris famil. plura feuda efficiuntur vnum, *vulg. l. quod in rerum*, §. *si quis post ff. de leg.* 1. maximè quando ità coniunxit, ità quod sub vno vocabulo appellasset, *l. seù*, §. *tyrannæ, ff. de fundo instruct.* inde præsupposita vnione, sequeretur, quod facta vnius donatione in ea altera ipso iure esset comprehensa, at quando citra veri præiudicium incorporatio inducta non esset comprehensio ipsorum in donatione liquidò ostenditur, siquidem fuit elargita, prout plenius, & melius ipsa possidebat, quæ nedum terram, sed plenius introytus possidebat, quò circa sub istis verbis liquidò comprehenduntur; Rursus quando verba hæc forsan ambigua essent, ex obseruantia inde sequuta interpretationem receperunt, *l. minimè, l. si de recompensatione, ff. de leg. & cap. cum dilectus de consuet.* ex hijs enim, quæ posteà fiunt declaratur qualis fuerit animus in præcedentibus, *l. sed & Iulianus*, §. *proinde, ff. ad Maced. l. si seruus plurium*, §. *fin. ff. de leg.* 1. sunt notoria iura, de quibus latè *Rim. cons.* 101. Ceterum post Baroniæ refutationem semper Scipio, donatrice, sic annuente hos etiam tanquam donatos percepit introytus, idcircò eos in donatione inclusos iustè prætendimus, profectò donans illos comprehendere, & potuit, & voluit, de potestate dum immediatè successuro donauit, non cæspitatur etiam absque assensu de volũtate non ambigitur, tum per illa ampliss. ima verba donationis, prout plenius, & melius ipsa possidebat, tum quoque ex subsequuto actu possessionis, sequens enim possessio etiam dubia primitiua declarat secundum vulgarem consilium, *Bart.* 59. *commune Spoleti Roman. in cons.* 271. quæ quidẽ possessio interpretatiua est talis, quod longi temporis præscriptione non requirit, *Dec. cons.* 156. quo circa post genericam donationem vnitæ fiscales possidendo functiones, vidente, ac volente donante, procul dubio illi in generali

nerali donatione, ex donãtis mente comprehensi intelliguntur, quinimò fortius arguendo circumscripta donatione, eo ipso, quod manè introytus tradidit filio, ipsumque tandiù fun
9 ctiones exigere promisit, proculdubio donasse censetur, ex *reg. tex. in l. si seruus communis, ff. de donat. inter virum & vxorem, vbi glos. in verbo.*

Quibus sic actentis, quò ad Baroniam de releuio tractari nequit, ità defunctionibus fiscalibus ex contractu inter viuos, quatenus tamen pro introytibus, illud quod expresè inficiatur, deberetur Scipio ab initio sua sponte persoluere obtulit, quo casu de duplicato agi iure consentaneum non erit ex pluribus. & primò animaduer-
10 to, quod & si mors matris non fit infra annum, & diem denunciata, & petita in inuestitura id ex iusta causa processit, iamque ex præallegatis ad aliquod releuium rationabiliter astringi non posse contendit, & nihilomi-
11 nus *text. in cap. 1. quo tempore miles eum concord.* disponit per non petitionem innestituræ deberi pœnam, nisi iusta causa interuenerit, & si aliquæ iustæ causæ ibi enumerentur, non tamen aliæ excluduntur, ità *Aluarot. in d. cap. sancimus num. 4. quo tempore*
12 *miles* cum exmpla non restringunt regnlam iuxta *tex. in §. affinitatis inst. degrad. cum simil.* ideòque tradit generaliter *Frecc. lib. 2. de subfeud. in au-*
13 *thor. Baron. num. 7.* quæ quando probabilis adest causa, cessat pœna duplicati releuij, & vltra, quod in hoc themate, iusta probabilis adest causa, nihilominus, non ne *DD.* dicunt, quod
14 quælibet iniusta causa à dolo, & pœna excuset *Paul. de Castro cons. 192.*

Prætereà, aut ex prædictis ius Loffredi pro exclusione releuij est clarũ, & habemus intentum, aut dubium in eo, vel & tertio errauit, & tunc cum
15 sit error iuris non clarus, adhuc talis error bonam inducit fidem excusationem præstat, at in integrum restitutionem parat aduersus præscriptionem anni & diei, ità *Afflict. in d. cap. sancimus 4. col. authoritate Abb. Siculi in cap. cum dilectus de consuetud.*

Cæterum, vbi iusta causa prædicta litigandi non affuisset, adhuc sponte
16 offerens re integra moram iustè purgabit celeri satisfactione, sibi consule audens, quid quod contra *Ardiz. in summa feud. in tit. quib. mod. feud. amm. sub rubricella ex iusta cum excus. vaxal. Bal. in d. cap. 1. in princ. & Iacobin. in inuest. feud. in verbo qui quidẽ inuestiti versic. nunc est videndum, glo. in Const. in pecuniarijs col. 8.* quæ quidem doctrinæ multipliciter tolluntur.

Et primò, quia citatæ doctrinæ non
17 loquuntur in mora modici temporis, qualis ista fuisset, quæ non aliter est à lege considerabilis, *l. si in lege, §. colonus, ff. locat. cap. propter sterilitatem, & cap. potuit, vbi Canon. extra eod.* in
18 mora modici temporis non est periculum, *l. si debitori. ff. de iudic. & Alberic. in l. 1. C. de verb. signif.* tradit paruã moram non esse moram, & *Specul. in tit. de teste, §. 6. versic. datur,* quod non
19 periculosa mora modici temporis, nec attenditur modica mora, *glos. in d. Const. in pecuniarijs.*

20 Et paria sunt aliquid fieri in tempore, vel parum posteà, *glos. not. in l. Pomponius, §. rati, ff. de procurat.* quam singularem testatur *Imol. in l. ex consensu, §. eumque 6. col. ff. de appellat.*

Secundò, decisiones contrarię procederent de iure communi feudorum
21 in quibus rigor, & non æquitas attenditur, secundum *Camer. in cap. Imperialem,* & ideò dicebat *Iacobin. loco citato num. 37. in fine, & alij, quod in*
22 *l. feudorum non reperitur iure cautum vaxallum posse moram purgare, &*
23 *nos lege clementiores esse non debemus, §. oportet in authent. de iudic.* vnde de iure communi feudorum loquuntur, non autem de iure Regni, quo etiam attento in materia feudorum admittitur purgatio moræ, & ad hoc ponde-
24 ro plura Capitula Regis Roberti, de quibus latè per *Addentes in Practic. Iacob.*

Digitized by Google

Iacob. de Gell. de iure adohę num. 72. & per And. & Affl. in l. Regni si vaßallus loquuntur de istis Capitulis Roberti Regis dū ibi propter grauissimos Vassallorum defectus etiam si relcuiū nō fuerit solutū, & mora quinquennij cōmissa, mandauit Rex, quod si defectus emē dauerint, Vassalli feudalibus bonis non priuentur, quod aliud est emendare, nisi moram purgare, ergò non rigor sed æquitas viget in Regno.

Tertio eo facilius purgatio est admittenda, cum hodie Canonica ęquitas, in Regno sit amplexa, cæterum mora quandocumque etiam vbi Iuramentū dies, & pæna sit appositа purgari potest dummodo soluatur id, quod interest *cap. apud misericordiam 22. q. 1.* & sequitur *Paul. de Cast. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis maior C. de tranſaction.* vt doctissimè attestatur *Loffred. conſ. 41. nnm. 8. & Paris de Redintegrat. feud. cap. 93. num. 10. & per totum, & Carauit. ritu 173. num. 3.*

26 Quarto authoritate *Guliel. de Perno in not feud.* expressè tenuit *d. Frecc. lib. 2. de ſubfeud. in 3. auth. baron. num.* 7. quod sit non soluendum duplicatū releuium, vbi sponte venitur ad Curiam offerendo ea quæ ex mora debentur, seu si Curia præueniſſet, verum in casu de quo agitur Curia non præuenit mora non longissimi fuit temporis affuit probabilis causa, & spontè venit offerenda obtulit igitur

27 omni iure à pena d. Loffredus venit absoluendus prout fuit deinde absolutus per Regiam Cameram Summariæ in anno 1593. referente Petro Valcalcel tunc Regiæ Cameræ Præsidente, & inde in Supremo Consilio apud Cattolicam Maiestatem dignissimo Regente, penes Pecorarium.

Fabius de Falco.

Adde, quod donatarius non tenetur ſoluere releuium, nec laudemium ob donationem nouiſſime fundat Peritiſſimus Iuriſconſultus Andreas Capanus in ſuo fertili tract. de Iure Releuij p. 4. q. 10. num. 5. & iterum q. 34. num. 5. & 7. vbi deciſiones affert, & latius in quæſt. 37. Thoro.

ALLEGATIO. XI.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetud. Neapol. quartam autem de Iure quartæ ponderatur.*

2 *Vſusfructus antefati cum proprietate conſolidatur, non per viam nouæ acquiſitionis, ſed reuerſionis.*

3 *Conſolidatio ex natura rei, & cauſæ neceſſitate, ipſo iure efficitur eiuſdem qualitatis, & conditionis.*

4 *Dominium contractus reſoluti, qui non habet perpetuam, ſed ſuſpenſiuam cauſam reſuſcitat ſe tanquam à ſomno.*

5 *Res vendita cum pacto de retrouendendo quo caſu dominium transfertur ſi poſtea redit vigore patti efficitur eiuſdem qualitatis prout erat ante venditionem.*

6 *Conſuetudines Neapolitanæ ſunt pacta Ciuium.*

7 *Filij in antefato an ſuccedat vti filij, vel vti hæredes.*

8 *Hæredes ſuccedentes in aliqua hæreditate reſtitutioni ſubiecta hæredes dicuntur verè, nec hæreditas libera à fideicommiſſo erit.*

QVæritur ſi de hæreditate restitutioni subiecta mulieri soluatu antefatum eadem defuncta, dum antefatum reuertitur, an similiter fideicommisso erit suppositum;

1 Verba *Conſuetudinis incipiens. quartam autem in tit. de Iure quartæ* clarissimè ni fallor decidunt alterationē cum dicant, *qui vſufructus mulier ipſa mortua conſolidatur proprietati, &c.* ergo non per viam nouæ acquisitio-

2 nis antefatum hoc redit sed reuersionis, & idcirco pristinam eius natura fideicommissaria reuiuiscunt, tanto magis, quia proprietas antefati nunquam ab hæreditate defuncti absces-

Digitized by Google

fit, vt *Napodan. & cæteri addẽt. in d. Consuetud. & Præses de Franch. decis. 106. si remansit in hæreditate, & in ea aderat fideicommissum*, ergo ista proprietas antefati, fideicommisso subiecta semper fuit ad quam sub eodem iure, & qualitate reuertitur, & consolidatur vsusfructus facit *tex. in l. filio quem pater ff. de lib. & posth.*

Præterea pro hac opinione adduco optimam decis. *Glos. §. 30. tit. 1. de mat. feud. num. 176.* vbi ex pluribus
3 fundat, quod vbicumque fit consolidatio ex natura rei, & ex necessitate causæ antiquæ rei cui fit consolidatio, & ipso iure efficitur eiusdem qualitatis, & conditionis cum re cui consolidatur, & vnitur, Cæterum iste antefati vsufructus reuertitur ex natura rei, & ex causa antiqua, igitur antiquam retinet naruram fideicommissariam subdit *eadem Glos.* quod in hoc casu nõ fit aliter noua acquisitio, sed reuersio ad primitiuum statum *fol. mihi 413. àter.*

Amplius considero, quod dum antefatum, quoad vsumfructum exiuit de patrimonio, viri, proprietas, vt dixi in hereditate remansit, sed dato, quod non remansisset, & dominium suspensiuè translatum fuisset adhuc ad sua principia actractiua rediret, & ob id pulchrè *Bald. in l. vnica col. 10. vers. aduende hic C. quando non pet. partes*, tradit, quod resoluto contractu, qui non habet perpetuam, sed suspẽsiuam causam dominium prædicti resuscitat
4 se tanquam à somno, non tanquam à morte, & consequenter diiudicatur sicuti antea fuerat.

Sed in fortioribus terminis, quæstio videtur decisa, si facta rei venditione, cum pacto de retrouendendo, quo casu dominium ipsius rei, est realiter translatum, quòd secus est antefatum, cum non nisi translatio fiat stãtibus liberis, quoad vsumfructum, &
5 traslatio proprietatis dependet à futuro euentu deficientiæ liberorum si res ex vi præcedentis pacti postea rediret, vtique eiusdem qualitatis, pro vt erat ante venditionem censebitur, *Bart. in l. sequitur §. idem labeo ff. de vsucapion. Præses de Franch. decis. 64. per totum, & propriè num. 9.* ita in casu de quo agitur antefati vsufructus reuertitur vigore consuetudinis, quæ non est aliud nisi pacta ciuium, vt in-
6 quit *Napod. in consuetud. si aliquis habens de apert. non faciend. post num. 21 vers. item, quia iste consuet.* ergo exui pacti, & consequenter erit habenda vti per prius fuerat, & eiusdem qualitatis nempè vinculatæ, ac fideicommisso subiecta, & sic non desinit esse talis qualis ab initio fuit.

Nec est alicui momenti, quod in
7 antefato succedant filij vti hæredes, & notati quam filij reprobata *Afflict. in decis. 314.* opinione nam si succedunt in hæreditate vinculata, ita in hoc antefato similiter vinculo suppositа, si proprietas antefati nunquam abscessit ab hæreditate vinculata, ita & antefatum, nec valet consequentia filij in antefato vti hæredes, ergo erit liberum antefatum, etenim hæ-
8 redes, qui in aliqua hereditate restitutioni subiecta succedunt adhuc succedere dicuntur, & verè hæredes nũcupantur, & nihilominus hæreditas non proinde libera à fideicommisso erit *toto tit. & ibi scrib. ff. eod. & ad Trebellean.* hæc occurrunt cætera.

Fabius de Falco.

Add. Omnes Doctores communiter asserunt antefatum constitutum mulieri ea mortua spectare ad eius filios vti hæredes patris contra decisa per Afflict. decis. 314. hic enuntiata, vt refert D. Reg. de Ponte conf. 110. num. 3. vol. 2. & conf. 113. num. 4. D. Reg. Rouitus conf. 4. num. 8. tom. 2. Molfes. ad consuet. Neapol. p. 7. quæst. 14. & 92. num. 12. & 13. & p. 1. cap. 3. num. 19. & 21. D. Reg. Hector Capyc. Latro decis. 10. num. 7. Donat. Anton. de Marin. quotid. resolut. cap. 15. num. 7. quo circa pro resolutione supradictæ conclusionis

vide

Digitized by Google

vide Peregr. dde fideicommiss. artt. 42. num. 20. vbi in terminis articulum exarat si fideicommissaria res alienata fuerit fortè ex causa dotis, & recuperata reincidat in causam fideicommissi, & pro vtraque parte disputat, tamen sub distinctione ibi tradita reconciliat. Thoro.

ALLEGATIO. XII.

Pro Carolo Pappacoda, cum Octauio Pappacoda.

SVMMARIVM.

1 *Vita, & militia se habet ad instar paragij, & illi equiparatur.*
2 *Argumentum de vita, & militia ad alimenta non datur, sed bene ad paragium.*
3 *Vita, & militia est onus feudi sicut paragium.*
4 *Vita, & militia tantum habet quãtum per paragio dari solet.*
5 *Vita, & militia sicuti fratribus datur, ita & paragium sororibus.*
6 *Paragium datur loco portionis hereditariæ.*
7 *Vita, & militia datur fratribus loco portionis hereditariæ, & nu. 37.*
8 *Secundogenitus per primogenitum excluditur, à portione hereditatis.*
9 *Pater melius quam nemo profilia capit consilium.*
10 *Patri competes visu non videtur incompetens esse.*
11 *Amor nullus vincit paternum.*
12 *Vita, & militia, nec augeri, nec diminui debet aucto, vel diminuto feudo.*
13 *Emphiteota ali debet ab Ecclesia licet domus pro alimentis data casmate perijsset.*
14 *Seruitium pro feudo augeri, nec diminui, debet aucto, vel diminuto feudo.*
15 *Peti non debet, qui contrarium non fuisset postulaturus.*
16 *Donatarius si decesserit, & præmoritur donante superuiuente, an donatio corruat.*
17 *Veritas copulatiuè requirit, vt omnia adimplenda coniunctim adimpleantur.*
18 *Refutans tantum ad successionem refutatarij admittitur, & non alij.*
19 *Animus declaratur ex hijsque sequuntur.*
20 *Vitæ, & militia taxatio tempore mortis facienda erit.*
21 *Confessio procuratoris an, & quando domino præiudicet.*
22 *Confessio facta in vno iudicio, an in alio nocere possit.*
23 *Procurator generalis non mutat ea quæ à Domino spetialiter sunt prouisa.*
24 *Hæres an censeatur ille qui releuium defuncti feudatarij soluit.*
25 *Regressus à Iure non datur ad iura toties renuntiata.*
26 *Assensus non requiritur in renunciationibus, & remissionibus in augmẽtum feudi tendentibus.*
27 *Intellectus clausula præter quam in casu legitimæ successionis adducitur*
28 *Interpetratio dubii fit cõtra agentem.*
29 *Feudum nouum quid sit.*
30 *Vita, & militia non debetur ex feudo nouo.*
31 *Verba contractus accendenda sunt regulariter.*
32 *Lasso, seu pactum de retrouendendo nũ quam reddunt contractum simulatum, seu pignoratitium.*
33 *Dominium vere, & realiter emptor adipiscitur pendente pacto de retrouendendo.*
34 *L. Bebius Marcellus ff. pact. dotal. quando obstet.*
35 *Ius luendi ad feudum iudicatur vti feudum.*
36 *Agere, vt agatur expedit tutori.*
38 *Legitima iure hæreditario defertur & titulum institutionis requirit.*
39 *Hæreditas intra triennium reuocari an possit.*
40 *Probat hoc non esse, quod ab hoc contingit abesse.*
41 *Verisimile accendendum est.*
42 *Verisimili tudo pro lege habetur.*

Digitized by Google

43 *Taciturnitas longi temporis an in conſideratione habenda erit.*

44 *Tex. in l. vbi numerus ff. de teſt. limitatur.*

MAiorem vitam,& militiam præter à patre in refutatione taxatam in annuis ducatis centũ Octauio Pappacoda,nullatenus à Carolo Fratre deberi multis rationibus in prima inſtantia non allegatis, neque diſcuſſis clariſſimè(ni fallor demoſtrabo)Potiſſimè ex vi dictæ refutationis Regio Aſſenſu roboratæ, & per eundem Octauium multipliciter emologatæ, quandoquidem in anno 1565. Ferdinandus Pappacoda,ex nunc pro tũc, & è cõtra ſequuta morte, & per duas horas ante Scipioni primogenito eiuſque hæredibus,& ſucceſſoribus Ciuitatem Laquedoniæ cum certis oneribus refutauit,& præſertim cum onere ſoluendi ducatos 1500. in vna manu cuilibet ex ſecũdogenitis,ac alios annuos ducatos 100.pro vita,& militia ipſorum durante vita.

1 Huiuſmodi taxatio à Patre in contractu inter viuos facta,non video per quam regulam hodie controuerti valeat, ſiquidem vera conſpicitur concluſio quod vita, & militia ſe habet ad inſtar paragij,& illi æquiparat. *Andr.in conſtit.Comitibus,& in conſtitu. aliquibus Paris de Puteo in tract. de reintegr.feud.cap.40.nu.16.Fab.Ann. conſ.75.num.4.Petr.Greg. in tract. de vita,& milit.queſt.2.nu.2 & Loffred. in cap. 1. §. quid ergo de inueſt.de re*

2 *alien.fact.* tradit non poſſe de vita, & militia ad alimenta argui,cum in multis differant, ſed bene de vita, & militia ad paragium bene arguitur,cum à pari procedant *Reg. de Ponte in conſ. 79.num.5.& 7.Petr.Greg.vbi ſupra*

3 Sicuti enim vita,& militia eſt onus feudi ita,& dos de paragio, *Cannet.in extrauagan. volentes §.eſt etiam onus*

4 *nu.4.* & pro vita, & militia datur tantum quantum pro paragio dari ſolet, *Reg.de Ponte,vbi ſupra num.3.* quò ad hoc ſecundum eos ſecundogenitus veluti fœmina cenſetur quæmadmodũ ſororibus dos de paragio debetur, ita

5 & vita militia fratribus.*Cannet.vbi ſupra num.3.Fab.Ann.d.conſ.75.num1.* cui loco portionis hæreditariæ à qua

6 excluditur, paragium præſtatur, *vt in d.conſtit.aliquibus,* ſic pariter vita, &

7 militia datur ſecundogenito ratione portionis hæreditariæ, *Anna Senior in allegat. 23. num.5. Præſes de Franch. deciſ.61.num. Paris vbi ſupra cap.40. num.10.Fab.Anna conſ.4.num.18.& 28.& conſ.6.num.4.* à qua per primo-

8 genitum excluditur ſecundum *Andr. in d.conſtit.comitibus in princ.* modo ſic quando pater inter viuos filiæ dotem,ſeù paragium taxat tũc filię querela denegatur,nec ad ſupplementum agit,cui nemo pro filia, quam pater

9 melius conſilium capiat, *ad text.in l. nec in ea ff.de adult.* & quod patri fuit viſum competens alteri incompetens

10 videri non debet *arg.ſi furioſo puberi in fine ff.de curat.furioſ.* cum nullus

11 amor vincat paternum,*l.fin.C.de curat.furioſ.Alex.conſ.33.vol.4.* & alijs prætermiſſis *Grammat.deciſ.57.num. 36.& ſeq.* ita quoque erit affirmandum in taxatione vitæ, & militiæ ab eodem patre cõſtitutæ eò magis cum ſit à filio pluries ratificata,ab hac itaque paterna taxatione in vita non datur, poſtquam ad imparia non eſt iudicandum, ſic fructus feudi tempore mortis eſſent diminuti adhuc taxa paterna erat obſeruanda, ita quoque, & ſi aucti fuiſſet,prout non ſunt,& ſic

12 vita, & militia, nec diminui,nec augeri debet,aucto vel diminuto feudo, vt refert *Circũſpectus Præſes de Franch.deciſ.61.num.10.& 13.* & idem tradit *Reg.de Ponte conſ.79. num.23.* quemadmodum decidunt *Doct.in ſimili,& propriè in emphiteota,* & ponũt exemplum *Petr. Cyn.& Iaſ.in l.1.nu. 14. C. de .ure emphit.* in Eccleſia cui

13 fundus datus ab aliquo fuit,vt ipſum aleret, vt ſi fundus caſmate deinde petierit, Eccleſia etiam teneatur ad

ali-

Digitized by Google

alimenta, inde quoque dicimus, quod auctis, vel diminutis redditibus feudi
14 non per hoc augetur, vel diminuitur seruitium feudi secundum *Andr. & omnes in cap. si quis de manso de contro uers. inuest.* ita in hoc casu, si fructus Ciuitatis tempore paterni obitus ad nihilum redacti essent, non proinde taxa genitoris reuocata, & diminuita fuisset, ob quòd aduersarius hodie
15 petere non debet cuius contrarium non fuisset postulaturus *ad text. in l. pen. C. de solut.*

Nec obstant due secundogeniti oppositiones circa refutationē prædictā quarum vna est, quòd Scipio refutatarius Ferdinando refutanti sit præmortuus, & ob id refutationem, & donationem nullam inualidamque reddi, præsupponendo; quod eatenus sit firma, quatenus donatarius donanti
16 supervivat, & forte hæc partis prætensio sumit fomentum ex dictis per *Dec. in cons. 240. 535. & 659. cum similibus*, Cæterum si refutatio recte perpendatur facillimè tollitur obiectus, illa enim vero, ne dum Scipioni Primogenito cernitur facta, verum etiam ipsius hæredibus, & successoribus iuramento vallata, & Regio Assensu corroborata, quo casu deficiente persona refutatarij superest adhuc ipsius hæres pro quo idem donatarius fuit stipulatus, & contra *Dec.* est communis opinio, vt latissimè *Aymo. cons. 102. Anton. Gabriel in tract. communi. opin. in tit. de donat. conclus. 3. nu. 17. & seq.* vltra *Alciat. Couar. alios innumeros Doctores per Regentem de Ponte* nouissimè congestos *in cons. 19.* vbi elegantissimè prædicta omnia exornauit.

Altera verò difficultas est, quod ex vi pacti in eadem refutatione appositi præfata refutatio sit resoluta, dum ibi expressè fuit cautum, quod moriente Scipione sine hæredibus ex corpore sine legitima dispositione, & ab intestato succedant, omnes qui succedere possent, si dicta Ciuitas, & alia bona obuenta prædicto Scipioni fuissent ex legitima successione, & dicta donatio, & refutatio facta non esset, Cæterum Scipio absque hæredibus ex corpore obijt vigore prædicti pacti donatio est resoluta.

Dupliciter futilis redditur oppositio; tum quia pactum resolutiuum prædictum, vt pars baptizat tria copu
17 latiuè requirit, & sic omnia tria coniunctim erant prius adimplenda, vt pactum locum sibi vendicaret *ex regul. tex. in l. si hæredi plures ff. de condit. instit. l. si quis ita stipulatus fuerit decem ff. de verb. obligat. cum similibus*, primum requisitum est, quod Scipio absque legitima dispositione decedat, & tamen decessit cum legitima dispositione postquam existens emancipatus instituit dictum Carolum proximum, & immediatè successurum; secundum requisitum est, quod abintestato moriatur; & tamen ipsum non ab intestato, sed testatum obijsse videmus, licet sine liberis: quò fit vt ex dictis tribus duo deficiant, merito prætensa contractus resolutio deficere quoque debet, & consequenter refutatio taxationem vitæ, & militiæ continens vndique firma remansit, tum etiam diluitur oppositio quoniam esto citra veri præiudicium, quod omnia illa tria ad vnguem contingissent adhuc pactum prædictum (ni fallor) parti in hoc non opitularetur, illud enim dictat, quod moriente Scipione abintestato, &c. succedant omnes illi qui possent, ac si ex legitima successione Ciuitas Scipioni obuenisset non obstante refutatione; sed dicatur quæso si feudum hoc ex legitima successione, & sic ex paterna successione Scipioni delatum fuisset non ne ei postea dominus Carolus proximus, & immediatè successor, ex vi pacti prædicti Regio Assensu vallati successisset certè sic non obstante refutatione prædicta, quæ quo ad hoc caput successionis tantum non operatur, idcirco paulo ante in præcedentibus ver-

bis expresse cauit pater, quod penes refutatarium sit Ciuitas iure paterni, & antiqui feudi, non autem noui, natura quod ipsius feudi non sit mutata, vel per præsentem dispositionem innouata, & alterata, & dum postea subdit genitor pactum prædictum, quod in casu mortis Scipionis sine legitima dispositione, &c. manifestè voluit tantum in casu successionis prædictæ naturam refutationis modificare, quod
18 sit prædictò, natura profectò refutationis ordinariè est secundum vnam opinionem nonnullorum doctissimorum virorum, vt patet: refutans tantum succedat refutatario filio, & non frater, vt tenuit doctissimus *Reg. Villanus, & alij immemori Doct.* licet alij contrarium inuenerint, vt refert, *Anna in repet. cap. 1. num. 367. & 397. de vas. fall. decretal. lib. 6.* ad tollendam igitur hanc doctorum disputationem fuit pactum prædictum appositum, vt in illo casu tantum, feudum vti ex legitima successione, & non ex refutatione acquisitum teneatur, & quod in hoc casu tantum natura refutationis circa
19 successionis modum sit alterata, non autem in cæteris, Cætera enim adhuc subsistunt propter assensum, cumque in ea adsit taxatio prædicta vitæ, & militiæ, & acceptatio partis, merito illa manere omnino, seruanda, ad quæ magis corroboranda rogo, ea quæ deinde sunt subsequuta ponderari, ex hijs enim quæ sequuntur, animus qualis fuerit in præcedenti declaratur. *l. si vero §. ait prætor ff. de priu. credit. l. aut facta §. euentus, vbi Doct. ff. de pœnis cum concord.* quod quæ pactum prædictum si data opera adhoc appositū, vt in casu mortis filij refutatarij pater non succederet, & nō ad alium finem fuerint infrascripta.

Imprimis dum Ferdinandus Pater defuncto filio refutatario nunquam petierit inuestituram refutati feudi iuxta notata *in cap. 1. quo tempore milit.* item dum testamentum Scipionis expresse approbauit, in quo dictus Carolus tantum erat hæres. Insuper in summa ratio vera nobis patet se de medio tollere, & in reliquis refutationē (vt dixi) non alterare.

Licet quicquam motiuum prædicto obstet denuntiatio motus Ferdinandi Patris, & petitio inuestituræ quasi ex hoc Carolus sit effectus patris hæres, & feudum ab eo per successionem habuerit quò sit pro liquidatione ri-
20 tæ, & militiæ prædictæ secundum communes regulas temporis motus Ferdinandi patris, sic adhuc esset *Reg. de Ponte in decis. 79. num. 11. & Minadoi in repet. Cap. finali in fine 4. notab. num. 13.* omisso in primis petitionem prædictam quod fiscum tantum probibere, latius animaduertō confessionem prædictam dicto Ca-
21 rolo obesse non posse, non quia à præsenso procuratore fuit facta de eius mandato nil constat, quinimo & fortius per modum voluptariæ iurisdictionis, quō casum operatur per ea quæ *Doct.* firmāt *in l. certum §. sed ad ipsos ff. de confess.* & quod plus estimo iudicio, quæ in alio principali no-
22 cere non posset secundum *Specul. in tit. de confess. §. 1. & 3. num. 4. vers. 2.* amplius considero, & melius si Carolus prius hæreditatem paternam renuntiauerat in iudicio procurator, & si generalis quando propriè fuisset, contrarium actum genere de iure non potuisset, procurator enim gene-
23 ralis non mutat ea quæ à domino specialiter sunt prouisa ex regula *text. in l. si hominem ff. mand. cum concordant. Cardin. in clem. ne Romani de elect. in in 2. & 3. quæst.* ex quibus arbitror nullam vim esse faciendam in allegata procuratoris, confessione, actus, quæ solutionis releuij prædicti hæreditatem patris à Carolo aditam fuisse nullo pacto arguit, cum illæ citra ius, & nomen hæredis fieri potuerit, atque debuerit, ex vi clausulæ in Regio Assensu adiectæ, quod per mortem Fer-
24 dinandi refutantis Scipio refutatarius

rius, & sit eius hæres releuium solue-
re teneretur per ea quæ notant *Doct.*
in l. gerit ff. de acquir. hæred. Angel. in
prohærede §. Papinianus ff. eo: vnde si
Scipio soluisset non proinde hæres,
sed refutatarius patris remansisset, ita
pariter Carolus hæres Scipionis.

Præterea præfato actori secundo-
genito ineuitabiliter obstat exceptio
periurij renuntiationis omnium iurium
etiam ex causa legitimæ, vitæ, & mi-
litiæ in ampla forma, fundaturque ex-
ceptio ista ex publico Instrumẽto iam
producto, quò circa si expressè in dic-
to Instrumẽto taxam paternam cum
iuramento Octauius approbauit, & ra-
tificauit, & ab anno 81. vsque ad annũ
88. præsentis litis semper tacitè, & ex
presse omnia emologauit semper ac-
quieuit, nunquam fuit conquestus fra-
trem dictam taxatam vitam militiam,
& alia in refutatione contenta quoran
nis soluentem, quietando eique om-
25 nia iura cedendo, ac renunciando, vti
que nullo iure illi aditus nunc præbe-
ri debet, vt ad iura toties renuntiata
regressum habeat, quod à iure satis
prohibitum censetur *ad text. vulga-*
tum in l. quæritub §. si venditor ff. de
ædilit. edicto, & l. generaliter in fine
C. de non numer. pecun. & in l. si quis
ex conferibendo cum ibi notatis C. de
pactis Isern. in cap. 8. num. 1. col. 2. de
eo qui fin. fec. agn. nec huiusmodi re-
26 nuntiatio assensu aliquo indigebat,
postquam in augmentum feudi ten-
debat, similesque renuntiationes, &
remissiones assensu aliquo non indi-
gent *Afflict. decis. 232. & Camer. in*
cap. Imperialem in parua impressione
carta mihi 104. de probib. feud. alien.
per Feder. & licet in quietatione, &
cessione prædictis adsit clausula præ-
terquam in casu legitimæ successio-
27 nis *secundum iura, & Constit. Regni*,
illa enim proculdubio intelligitur, vt
eatenus ratificatio, & cessio non ope-
rentur quatenus feudum deuolueret-
ur ex legitima successione ad ipsum
Octauium cedentem, quia in tali casu
noluit sibi per cessionem præiudicare,
& iste casus non accidit, & hunc dictæ
clausulæ verum intellectum, & non
aliym esse puto eòque magis ita deci-
28 dendum cum contra eundem Octa-
uium, ita loquentem sit interpretan-
dum *l. veteribus ff. de pact. cum simi-*
libus.

Minus aduertatur præpositio par-
tis circa metum, & lesionem in præ-
allegatis cessionibus, & renunciatio-
nibus postquam vtramque vanum,
& è veritate alienum cum reuerentia
& de eis nil probauit, vt merito illa ba
ta cessio, ac quietatio prædicta persi-
stat. Præterea circumscripta pro nunc
reputatione prædicta citra veri præ-
iudicium modo secundum partis le-
cturam causam perscrutando conside-
ro, si refutatio prædicta est invalida,
prout para dicit, & contrarium supra
fundauimus, dominium Ciuitatis re-
futatæ nunquam à Ferdinando Patre
refutante abscessit, & ob id in anno
1565. idem Ferdinandus Ciuitatem
prædictam optimo iure pro duc. 16.
mill. D. Iuliæ Carafæ vendere potuit,
prout cum effectu ægit cum pacto tã-
tum de retrouendendo Regio Asser-
su interueniente, adeò quod dum po-
stea Scipio Ciuitatem præfatam in
eodem onere pacti probat à D. Julia
mit, proculdubio in sui persona feu-
29 dum hoc erat nouum, & non anti-
quum non ex successione antecesso-
rum, sed ex proprio contractu, ac titu-
lo oneroso acquisitum per ea quæ no-
tant, *Andr. & cæteri in cap. 1. §. bijs ve*
ro in fine de grad. succeff. in feu. Luc. de
Pen. in l. 1. col. 1. C. de condit. in pub.
short feudiste in cap. 1. de nat. succ. feud.
& in cap. 1. in verbo noua q. testes
sint neceff. ad prob. inueft. Alex. in conf.
30. verfic. sed præmiffis vol. 1. cumque
assumptum huiusmodi sit satis super-
que notum propria in eo vitetius tem
pus haut teram, si igitur in persona
Scipionis feudum erat nouum per ne-
cesse sequitur, quod pro eo nulla fra-
30 tri secundogenito, vita & militia de-
beba-

bebatur tradit *Andr. in d. constit. Comitibus, & Afflict. in cap. Imperialem §. præterea ducatus nu. 7. de probib. feud. alien. per Feder.* Nec dicat pars con-
31 tractum prædictum pignoratitium fuisse non autem emptionis, & venditionis nam in hoc repugnant verba contractus à quibus regulariter non est recedendum *l. non aliter ff. de leg. 3.* quicquid *Afflict. dixerit in decis. 40* enimuerò læsio, & pactum de retro-
32 uendendo nequaquam reddunt contractum simulatum, vel pignoratitiũ, *Cagnolin l. 2 num. 50. & seq. C. de pactis inter empt. & vendit. Tiraquel. de de retract. conuent. in præfat. num. 3. Auna allegat. 83. num. 1.* & pariter nil refert Ferdinandum Patrem Ciuita-
33 tem D. Iuliæ cum pacto de retrouendendo, & cum certis limitatis introitibus reuendidisse, nam interim D. Iuliæ dominium verè ac realiter licet reuocabiliter, adempta fuit, & adhoc fuerunt cumulata iura per *Præsid. de Franch. decis. 76. num. 4. & seq.* Nec est alicuius momenti, quod in emptione prædicta facta per Scipionem à D. Iulia adsit magna læsio, porrò si adest læsio prius secundum iuris tramites esset agendum remedio *l. 2. C. de rescind. vend.* & ni eo est formandus processus, & defensiones faciendæ interim hac via non est actum, & proinde
34 obstat *tex. in l. Bebius Marcellus ff. de pact. dotal.* vltra, quod ipsum d. Carolum pro læsione, agi non posset, quia ipse non possidet, & denique si forte in hæreditate Ferdinandi remansisset tantum pactum hoc est de retrouendendo, & ius luendi dictam Ciuitatem ius hoc non est penes Carolum cum non sit illius hæres, & consequenter pro eo non est molestandus, item etsi adesset prout abest, non est alicuius redditus pro quo esset præstanda vita
35 & militia, vlterius ius hoc luendi ad feudum iudicialiter vti de feudo, vt plenè per *Præsid. de Franch. in decis. 75.* & non nisi per primogenitũ exerceri posset, d. Carolus primogenitus nunquam tale pactum exercuit, nec exercere intendit, ego quæro, quod d. secundogeniti de iure in hoc casu prætendere possint, nil aliud nisi nouum formare processum contra primoge-
36 nitum, vt ageret ius luendi, & sic agere, vt agatur iuxta terminus *l. cum in plures §. messem ff. locat. Franch. decis. 41.* & tunc quando iudicium prædictum exaduerso intẽtaretur per Carolum demonstrabitur ius illud luẽdi extinctum esse, & sic omnia prætensa cessare donec igitur prædicta non perpenduntur quomodo aliquid secundogenitus prætendere potest certe nullo iure in ipsum Scipionis damnũ cui nouo feudo nullam fratri secundogenito vitam, & militiam dare compellitur, vt supra fundaui.

Vltimo aduerto Octauium tanquã hæredem Ferdinandi hoc agere iudicium, vt ex eius supplicatione liquet, & non cespitatur, quod dum prætendit paterne liquidationi contrauenire, & aliam consequi vitam, & militia, hoc nisi hæreditario titulo prætendere posset, nam vt supra fundauimus ex authoritate *Isern. in d. const. comitibus* veram esse conclusionem vitam, &
37 militiam esse loco partis hæreditariæ, & successiuè loco legitimæ esse *Minad. cons. 1. num. 31. Franch. decis. 20. num. 9. Fab. Ann. cons. 6. num. 3. & 28. & cons. 71. num. 12. Afflict. in cap. 1. num. 106. de natur. succes. feud.* quæ
38 verè iure hæreditario debetur, & titulum, *Institutionis* requirit S. *aliud quoque capitulum, in auth. vt cum de appell. cogn. Bart. & Angel. in l. quia pater at ff. ad Trebell. Emanuel Xuarez in Thesaur. recept. senten. versic. legitimam portionem num. 96.* & alibi idem *Isern. in constit. in aliquibus*, sæpius repetit portionem debitam esse legitimam iure naturæ, quæ non nisi titulo hæreditario deberetur, igitur per necesse opus erat probare se hæredem, sed sic est, quod Octauius paternam in Iudicio renunciauit hæreditatem contra tanquam hæres nullo pacto est

audien-

Digitized by Google

audiendus, & licet talem hæreditatis repudiationè Octauius ipse intra triẽnium reuocare potuisset ex reg. *text. in l. fin. C. de abst. & rep. hæred.* tamen id non egit, nisi nũc post septemnium se figurat hæredem, repudiationem, prædictam non reuocando, quod nulla lege sibi permictitur, & quamuis repudiationem falsam esse allegauerit, dato sibi termino per Sac. Consil. ad illam impugnandum, nil de falsitate, nec de suppositi persona docuit nihil, quod refert Octauium probasse, quod pluries iactabat se velle litigare, hoc non propria concludit, quod heres esse voleba, non enim probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse *l. non hoc, C. vnde legit. cũ simil.* Nec pariter alicuius momenti est originalem repudiationis scripturam nouissimè à Procuratore Magistro Actorum restitutam, quia veritas est, quod illa pęnès Io. Andream Riccardum aduocatum reperiebatur & per eum ipsi procuratorij consignata fuit, vt veritas negotij de quo nunc est cõtrouersia, inter fratres pateret, & sic ex qualitate personarum cessat omnis suspictio in summa inficiari nequit, quod scriptura, ista, & si sine pręsentatione inspiciatur *secundum morem, & stylum M. C.* iam probatum, nihilominus sit vera in se, ac forensis, & cũ diotet faciem Octauij erit omnino tenendum de eius ordine confectam fuisse ad quod probãdum infrascripta adducũtur inconfutabilia argumenta.

41 Primum est, quod est verisimilis talis repudiatio ex quo paterna hæreditas erat notoriæ damnosa, & innumeris implicita debitis, & id quod est verisimile debet attendi *Aret. consil. 9.*

42 & verisimilitudo est adeò potẽs, quod pro lege habetur *Old. consil. 13. Aym. cons. 61.*

43 Secundum est argumentum, quia Octauius ex quo renuntiauerat, proinde nunquam se hæredem mediante præambulo declarari fecit, prout cõmuniter fieri assolet, & semper ab anno 81. vsq; ad 88. siluit cui proinde dicere possumus cur tam diu tacuit, *l. si quis forte, ff. de pæn. & c. 1. de frig. & malefic.*

Tertium est argumentum stante renuntiatione hæreditatis ex carentia hæredis in regia fabriea omnibus legatarijs Ferdinandi penęs, & libram fuisse satisfactum, & nullum hæredem citatum, nam re vera nullus aderat, vt per sententiam Reuerendæ fabricæ liquet.

Quartum inrefragabile argumentum ex dispositione procuratoris de Ayello Domus de Pappacoda optimè sumitur, qui cum iuramento deposuit repudiationem prædictam de ordine, & voluntate dicti Octauij consripsisse, cuiquidem testi licet vnico, cum deponat de facto proprio sine cius interesse proculdubio standum erit, & cum præcedentibus adminiculis optimam, & plenam facit probationem,

44 ita limitatur tex. *in l. vbi numerus, ff. de test. vt per Paul. de Castr. eleganter in l. quicumque nu. 11. C. de ieru. fugit.* qui quæso legatur *Dec. cons. 650. n. 9.* accedente maximè probitate dicti testis cui omnis fides propterea erit adhibenda, si igitur Octauius repudiauit paternam hæreditatẽ, quomodo nunc tanquam hęres hanc vberiorem petit vitam, & militiam certè nullo iure sibi conceditur, & ideò merito ex præ allegatis, atq; ex alijs rationibus altiori stylo per doctissimos Iudicantes excogitandis, actor venit excludendus, quem paterno iudicio acquiescere decet, prout spatio tot annorum liberè acquieuit, & taliter sententia alias lata erit per idem Sac. Consil. reformãda, postquam reuera, vt in exordio dixi, nec allegata, nec discussa fuere, hęc tandem nouiter in causa vocatus currenti calamo scripsi, licet in Sac. Consilio iudicãtes ipsi in præcedenti causa fuerunt in pari voto, & postea Iudicium, hoc siluit per obitum octauij.

Fabius de Falco, I. C. Neap.

Add-

Digitized by Google

Add. An vita,& militia debeatur in casu refutationis pactionate nouissimè, ex Mastrill.dec.sicul.1.num.10. vers.& maximè Andr. Capanus I.C. Neap.& patritius ex Sedili Nidi in suo moderno tract.de vita,& militia,quæst.3.nu.9. dixtinguit quando esset refutatio simplex,aut non,& reseruatus fuerit vsus fructus,nam in primo casu debetur non tamen in secundo,& quod debetur vita militia etiam. In feudo refutato primogenito contemplatione matrimonij, Anna alleg.23.Io.Baptista Bilotta in concluss.feud.concl.14.nu.19.& quid si tali vita,& militiæ fuerit renunciatum per secundogenitum tunc si generaliter renuntiatio facta fuerit prodesset secus si spetialiter processerit optime probat Andr.Capan.d.tract.quæst.36.nu.10. 11.& 12. Thoro.

ALLEGATIO. XIII.

Pro D.Iulia Monaca Comitissa Misaneç.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum,& vxorem infra summam 500. solidorum, an sit valida,& nu.2.*
3 *Donatio ob causam collata censetur.*
4 *Causa fauorabilis in donatione adiecta inter virum, & vxorem arguit eius validitatem.*
5 *Donatio corruit causa in ipsa adiecta non subsequuta.*
6 Tex.in l.quod adipiscende,ff.de don. inter virum,& vxor.*ponderatio.*
7 Tex.in l.sed si mors,§.fin.& l. sequi, ff.eod.*ponderantur.*
8 *Mutuum à non Domino factum,an reconciliationem operatur.*
9 *Intellectus* in l.si mulier, §. in donationibus, ff. de donat.inter vir. & vxor.
10 *Rex consumpta mala fide extare censetur.*
11 Tex.in l.de his, C. de donat. inter vir.& vxor.*declaratur.*
12 *Donatio an scriptura indiget.*
13 *Donationes inter virum,& vxorem, an valide iudicentur, & si instrumenta extarent.*
14 *Decisio Sacri Regij Consilij citatur.*

ET si insignis collega pro Iulia Monaca elegantissimè,atq; doctissimè more solito scripserit, & adeo, vt nil supra,attamen, ne articulum non degustasse videatur pauca hęc subnectã.

Et ommisso primo, quod donatio rei veritate non adsit cum illa figuretur attamen esto citra veri præiudiciũ quod adesset vtiq; nulla fuisset, tanquam inter virum,& vxorem,siquidẽ prætensam donationem,scriptura,iuramento, & insinuatione carentem intueor, ex cuiusquidem insinuationis defectu potissimè in totum corruere arbitror, cum esset magni momenti,nempè mille modiorũ frumenti,& omnium aliarũ rerum satis longè summam 500.solidorum excedẽs, cumq; in tali donatione,duo reperiãtur defectus,& personæ,& rei proculdubio donatio ex post facto in aliquo confirmari nequit, & consequenter, nec infra summam 500. solidorum subsistinetur per tex. *in l. donationes la prima,vbi Salyc.post.nu.3.C.de donat. inter vir.& vxor.* quam opinionem, quod in totum sit inualida donatio, etiam donantis morte superueniente, & sic absq; vlla confirmationis spe tuetur *Io.Lap.in repet.cap.per vsuras, §.81.num.1. ex de donat. inter vir.& vxor.& Anton.Gabriel.commun.opin. lib.3.in tit.de donation.concl.1.nu.57.*

Sed quid plura si negotium,hoc secundum partis lecturam perscrutari, velimus adhuc obtinere debemus profectò in *artic.39.fol.357.* deduxit Comes Comitissam sibi elargitam ad finem,vt in necessitatibus militiæ tũc instantis,& in seruitio suæ Maiestatis Comes erogasset, vnde causa donationis secundum partem est militia, & ob id finalis est causa sine qua non valet tum quia propter illam donatio

præ-

Digitized by Google

prætenditur collata, ita *Cyn.& Salyc. post Petr.de Bellapert.in l.generaliter, C.de Episcop.& cler.*tum quoq; cum ad actus validitatem per quam necessaria fuisset, alioquin circumscripta præfata, causa alijs in casu nostro totaliter deficientibus donatio colorari,non valuisset tanquam prohibita inter coniuges, & eo magis finalis
4 causa est censenda cum rem cõtineat fauorabilem, vt Regiæ Maiestatæ inseruiretur, & vt Turce à Prouincia Hydruntina arcerẽtur ita *Cyn.Alber. & alij in d. l. generaliter Bart. Imol. Rom.& cæteri in l.2.§.vltimo, ff.de donat.*cum latissime congestis per *Tiraquell.in tract.cessante causa limit.1. nu.*38.& 41. quò fit,vt si donatio ob hanc causam emanauit,sequitur clara
5 iuris conclusio,quod causa prædicta non sequuta,nec formaliter adimpleta donatum repetitur *toto tit.ff.& C. de donat.ob caus.Alb.in d.l.generaliter col.* 2. *vers.sicut. circa hoc tamen*, & proinde text.*in l. quod adipiscende di-*
6 *gnitatis,ff.de donat.inter vir.& vxor.* disposuit eatenus valere donationem quatenus indignitate de pecunia donata fuerit impensum,& ad idem ten-
7 dunt tex.*in l.sed si mors,§. fin.& tex. in l.seq.ff.eod.*quibus iuribus cauetur donationem inter coniuges factam ad refectionem Domus in tantum valere in quantum refectio fuerit subsequuta, vnde cum ex rebus donatis nil indestinatam militiæ causam Comes erogauit, licet id bene articulaverit,nil tamen probauit, nemo enim ex eius testibus id testari ausus est postquam Comes rem sibi taliter donatam in ludis cõsumpsit vt latissimè per Iuliam fuit probatum,ideoq; causa prædicta non sequuta Comes ad accepti restitutionem obnoxius sine dubio remansit. Nec alicuius momenti est ex huiusmodi donatione Comitem locupletiorem non esse effectum ob rei donatæ cõsumptionem maximè in ludis,nam vltra alia respõsu D. Collegæ animaduerto id fortè procedere in donatione simplici inter coniuges,non autem in donatione ob causam qua cessante datur repetitio, siuè sit effectus locupletior,siuè non, Nec duplicem consumptionem considerare prætermictam, vna est quando bona fide,altera verò quando mala fide processit; Prima consumptio
8 sicuti mutui à non damno facti recõciliationem operatur *l.rogasti, §. fin. & l.si à fundo,vbi Doct. ff. si cert. pet.* ita consumptio bona fide concominate, quod erit dum simpliciter donantis voluntas concurrit,invalidam cõiugum donationem reconciliat,& ita
9 est intelligendus *tex.in l.si mulier, §. in donationibus,ff.de donat. inter vir. & vxor.*cum similibus hoc sentire videtur *gl.in l.sed,& si lege,§.si quis re sua in verbo accepit. vers. item ibi habet,ff.de pet.hared.*species cõsumptionis mala fide interueniente, prout est casus de quo hodie agitur, postquam contra donantis voluntatem non in militiam tunc contemplatam res donata per prætensum donatarium sit conuersa nequaquam reconciliationẽ seu confirmationem aliquam invalidæ donationis inducere potuit *Doct. in locis prælleg.*quinimo contra taliter male fide consumentem lex rem consumptam facit extare ex reg. *tex. in l.quod si dolo,ff.de rei vend.& l.qui restituere, §.si verò non potest, ff.eod. d.l.rogasti, §.si fugitiuus, versic. aut si dolo malo desinant, ff.si cert.pet.eum concordant.*

12 Nec obstat tex.*in l.de his, C.de donat.inter virum, & vxor.* per partem adductus qui loquitur *in §.& in rebus bona* fide comsumptis,vt supra fundatur,& insuper addo quod ista donatio tanquam excedens 500. solidas requirit scripturam ita *glos. in cap. 1.de cens.in 6.* & nihilominus hic nõ adest scriptura, sed duo testes vaxalli enmdicati,& repulsati,testes quibus non est credendum, quinimo duo si vbi
13 adsunt publica instrumenta donationis Saer.Consil.de donationibus istis

inter

inter coniuges modicam, aut nullam rationem habere consueuit per iura per *Gramat. allegata in decis.* 103 *n.* 2. quanto magis in casu nostro, quò circa prætensio partis donationem figurantis vndique corruit, & demum secundum prædicta per Sacrum Reg. Consilium iunctis Consiliariariorum duarum aularum referente doctissimo viro Vincentio de Franchis olim Regio Consiliario, nunc Sacri Regij Consilij Præside, & Vice Protonotario meritissimo, in fauorem dictę Iulię prolata fuit sententia donationem prædictam irritam, & inanem declarando.

Fabius de Falco.

Addo eundem D. Præs. de Franch. in decis. 594. sub num. 14. in fin. *vbi de hac decisione testatur, vt retuli in meo* compendio Verbo donatio, vol. 1.

ALLEGATO XIII.

Pro Marcello Pirrello cum Ioa. Dominico Sarnetano.

SVMMARIVM.

1 *Decretum requiritur in cessione rei pupillaris.*
2 *Actiones, & iura an inter immobilia reponantur, & successione absq; decreto cedi possunt si pupillorũ essent.*
3 *Vectigal, quod sit.*
4 *Iura imobilia censentur.*
5 *Contractus vnicus censetur, etsi duo essent dixtinctionem facti tamen coram eodem Iudice Notario, & testibus.*
6 *Tutor nequit se authorari in propio negotio.*
7 *Dixtinctio personarum in contractibus requiritur.*
8 *Inter an contrahere possit cum pupillo, palam, & bona fide.*
9 *Actus omnes nullus redditur ob defectum pupilli, vel consanguineorum aut contutorum præsentiæ.*
10 *Palam fieri intelligitur quando coram Iudice fit.*
11 *Parià sunt suie debere.*
12 *Ignorantia non cadit in factis illustrium, personarum.*
12 *Ignorantia cessat, vbi fama laborat.*
14 *Fideiussio non est præstanda, vbi specificè non permittitur.*
15 *Illiquidum quando dicatur.*
16 *Tutor, an & quando iura pupilli remittere, possit.*
17 *Præsumitur, quod quis de suo facit, quod potuerit facere de alieno.*
18 *Tutor tenetur ad interesse Pupilli, negotia negligenter faciendo.*
19 *Decretum Iudicis in alienatiune, bonorum pupillorum, an & quando requiratur.*
20 *Prouerbium vulgatum non lucratur cum non periclitatur refertur.*
21 *Tutor pecuniam pupillarem in emptionem pudiorum collocare tenetur vel vbi frequens redditum venditio non reperiretur ad partem lucri illa dare.*
22 *Contractus, vt liitus iudicetur res quæ datur ad lucrum, & damni periculam exponi debet.*
23 *Tutor non tenetur ad aliquid agendo id quod lex permittit.*
24 *Tutor tenetur eo negotio per pupillo vti quem pater consueuerat agere.*
25 *Tutor ad nihilum tenetur negotiando quæmadmodum pupilli pater negotia gerebat.*
26 *Tutor munera consueta dari à patre erogare non prohibetur.*
27 *Tutor tenetur facere, quod pater pupilli facere consueuerat.*
28 *Tutor societatem cobire non prohibetur quando adest spes lucri.*
29 *Societas leonina quæ nam sit.*
30 *Decisio Sac. Regij Consilij profertur.*

MArcellus Pirrellus cum ex paterno contractu iuris tappeti duas haberet caratas, & per Antonium Pirrellum eius tutorem ille præcipitanter fuissent Ioanni Dominico Sarnetano gratis cessæ, & in continenti

vna

Digitized by Google

vna ex eis ipsimet tutori retrocessa: Pretendit omnia nulliter, & in sui fraudem cum Reuer. processisse, & idcirco tutorem fore omni iure hodie condemnandum ad ducatos quingẽtum incirca quos ex geminatis istis caratis sunt cedens, & cessionarius, vt supra lucrati.

Prætẽsio ista quam sit iusta ex infra dicendis darè demostrabitur, quãdo
1 quidẽ caratæ nil aliud sint, nisi quoddam ius pupillo competens in affictu prædicto pro duabus portionibus, cęterum in cessione iurium requiri decretum tenet *Roman. cons. 386. nu. 4.* vbi, & quod plus est, tradit quod per cessionem, esto quod pupillus liberetur ab alicuius solutionis onere, adhuc Iudicis decretũ accedere debeat, & animaduerti, quod non defuerunt *Doct.* magnæ authoritatis affirmãtes,
2 licet aliqui contrarium etiam tenuerint, quod actiones, & iura sint reponenda inter bona immobilia, & ob id absq; decreto cedi non possint quos copiosè refert *Tiraquell. de Retract. lignag. §. primo glos. 7. num. 6.* sed si ad minus ius hoc tappeti dijudicare velimus ad instar iuris porterij, vel alte-
3 vectigalis, cũ omne id quod fisco penditur vectigal sit *l. 1. §. hic titulus, vbi gios. ff. de public. et vectigal. Boss. in tit.*
4 *de vectigal. in princ. nu. 4.* pariter hoc bonorum genus immobilium censendum erit est decisio *Bald. in cap. 1. §. sciendum, vbi Aluar. Affl. et cæteri feudistæ de feud. cogn.* quos congerit idẽ *Tirequell. loco cit. nu. 34.* & ex consequenti, si tanquam imobilia tenentur talia iura, tanto magis decreto iudicis in illorum cessione opus erat vulgatis iuribus. Sed rogo subscripta ponderẽ-
5 tur, & primo quia cessio, & retrocessio prædicte sunt coram eisdem notario, Iudice, & testibus in continenti, & in simul celebratæ, & sic vnicus reputatur contractus, *l. petens, C. de pact. l. lecta, ff. si cert. pet. cum simil.* quò fit, vt in hoc vnico contractu effectiuè tu-
6 tor det sibi ipsi, & recipiat à se ipso caratam, & in propio negotio authorauerit contra dispositionem tex. *in l. prima, ff. de author. tutor.* in contracti-
7 bus enim requiritur dixtintio personarum, *l. 2. ff. de stipul. ser.* latè *Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. 3. quæst. princip. nu. 7.* Nec dicatur li-
8 mitari regulam prædictam quãdo tutor palam, & bona fide contraxerit cũ pupillo *l. cum ipse, C. de contrab. empt. & l. non existimo, & ff. de administr. tutor. cum concord.* tum quia in istis cessionibus pupillus non aliter interuenit, sed solus tutor, tum quoq; cum tunc tutor bona fide dicatur contrahere, quando, vel consanguinei pupilli inter veniunt, vel quando alius cõ-
9 tutor interfuit alioquin omnis actus redditur nullus, ad quòd sufficit allegare *Ioseph. Ludou. in tom. 3. commun. opin. in tit. de author. & cons. præstan. in 4. col.* qui omnes ferè cumulat palã
10 autem quid fieri intelligitur quando fit coram Iudice dicit *Bald. cons. 101. lib. 3. eleganter Ripa in l. 1. §. fuit quæsitum nu. 9. in fine, ff. ad Trebell.* in casu nostro omnia prędicta deficiunt, igitur omnia corruunt.

Item iste tutor dum vtilia pupilli agere tenebatur, totum ægit oppositum, siquidem lucrosas pupilli caratas gratis alienauit, quòd ostenditur, nam aut actẽdimus tempus cessionis iuxtà decretum, Sacri Consilij, & tũc in hoc arrendamento aderat lucrum, vt apparet ex fide rationalis Regiæ Cameræ, aut tempus totiùs arrendamenti considerare velimus, & pariter maius lucrum fuit inuentum, aut tempus præteritum aliorum præcedentiũ arrendamentorum, & similiter reperitur lucrum, & nõ damnum ad quod lucrum anelauit tutor in perniciem pupilli, quòd pati non debet.

Nec obstat si tutor opponeret quod die 26. Iulij 1576. aderat aliquod damnum nam Sacrum Consiliũ scire voluit, si die 17. Iulij, & sic tempore cessionis aderat lucrum, prout non mediocre fuit reuera repertum, nec dicat

Digitized by Google

tempore cessionis ignorasse tale lucrum arrendamenti, ex morte Principis Stiliani peruentum eodem die cessionis, quia debebat diligenter hoc
11 perquirere, & parià sunt scire, vel scire debere ad tex. *in l. qui fundum*, §. *seruum*, *ff. pro empt. cum simul.* eoq; magis cum in factis illustrium personarũ
12 non cadat ignorantia, sicut fuit dictus Princeps, qui in Archiepiscopatu huius Ciuitatis obijt die 17. Iulij: *Abb. in c. tuam de ord. cognit.* & per multos dies ante; obitus publicè per ciuitatẽ circumferebatur Principẽ viuẽdi spe-
13 fuisse destitutum, & vbi fama laborat tanto vehementius cessat ignorantia *Soccin. in reg. ignorantia in prima fallentia*, iste bonus tutor videns Principem defunctum, statim alienauit, & cessionem concluſit, sciens ex morte Principis maximũ arrendamenti oriri lucrum, vnde nedum vtilia prætermisit, sed damnosa pupillo procurauit, & ob id tutor ad omne interesse obnoxius remansit.

Deniq; tripliciter lucrum hoc ex re pupilli peruentum tutor colorare conatur, primo allegando pupillum obligatum fuisse ad præstationem fideiussionis pro istis caratis, sed quia fideiussorem non reperiebat, ideo cessit, futilis est excusatio præfectò nulla
14 fuit promissa fideiussio, & vbi specificè non promictitur, non est prestanda fideiussio, *l.* 2. *C. de hæred. vel action. vend. Præses de Franch. decis.* 218. *& 369.*

Secundo se tuetur ex illa conclu-
15 sione, quod iura illiquida tutor citra decretum remittere potuit, sed aduertatur, enimuerò illiquidationem iuris, vel actionis intelligunt communiter *DD.* quando nõ aderat facilis probatio non affertur, tunc dicitur illiquidum, & in istis terminis datur facul-
16 tas tutori remictendi quia ex defectu probationis nil donare videtur *Bald. in l. pactum curatoris, C. de pact. ibiq; Alex. n.* 4. *Ias. ibidem nu.* 3 *in* 3. *faller.* Cæterum hæc iura pupilli erant indubitata pro duabus caratis, & probatione non indigebant, proinde cessat motiuum.

Tertio allegat Caratas tunc temporis periculosas pupillo fuisse, ex quo quodlibet arrendamentum fortuitis casibus subiacet, & periculosũ censetur potest enim afferre lucrum, & afferre damnum, ista ratio similiter nullius est momenti, & in primis ommitto validum esse argumentum de præterito, ad præsens; vnde si pro præterito in arrendamento lucrum affuit ergo, & in præsenti illud verisimiliter sperari debebat, rursus dijluitur, allegatio partis ex qualitate personarũ, nam si damnũ omnino iminebat, vtq; Sarnetanus fagax officialis Regię Cameræ pupilli caratam non procurasset habere, nec pater pupilli æquè expers in eadẽ Regia Camera has duas conduxisset caratas.

17 Vlterius iste tutor non est audiẽdus dum ipse caratam habere non timuit, & pro pupillo formidasse dicit ad tex. in *l. tutor*, §. *non est audiendus, vbi Bar. ff. de admin. tutor.* quod enim quis fecit de suo præsumitur, quod potuerit facere de alieno, & sic pupillo, & si er-
18 ga seipsum tutor fuit in hisce lucris acquirendis diligens, cur pro pupillo fuit negligens ideòq; citra difficultatem ad interesse pupillo tenetur *Roman. conſ.* 139. *nu.* 5. *verſ. eodem modo debet.*

19 Item vera *DD.* dixtinctio in præpositio non est tacenda, nam aut bona pupillaria sunt omnino damnosa pupillo, & tunc licita est omnis illorum dixtractio absq; alia sollemnitate, aut sunt bona periculosa, & tunc proculdubio decretum *Iudicis* interuenire debet ita eleganter explicat *Arius Pinellus in l.* 1. *nu.* 28. *C. de bonis mater. in* 3. *part.*

20 Sed ad quid tanta, si allegatum periculum de iure non sit curandum, neq; formidandum, cum & lucrum possit etiam euenire inde prodijt illud commune adagium non lucratur qui

non

Digitized by Google

non periclitatur,& ob id sub hoc velamine periculi tutori non licuit, caratas pupillares occupare, probo as-
21 sumptum, clara est conclusio, quod tutor pecuniam pupillarem, vel in emptionem prædiorum collocare tenetur, vel vbi frequens, ac prompta reddituum venditio non reperiretur illam dare cogitur alicui mercatori ad partem lucri iusti, & honesti, *ad tex. vbi not. in cap. per vestras ex de donat. inter virum, & vxor. Alex. & cæteri in l. diui Seuerus, ff. ad l. falcid Alex. in cons.* 108. *lib.* 1. *Roland. à valle cap.* 49. *nu.* 34. *lib.* 1. *Caualcan. in tract. de tut. & curat. num.* 113. *Rimin. cons.* 325. *nu.* 21. *lib.* 7. *Gram. decis.* 103. *num.* 22. & 23. cum alijs latissimè cõgestis per *Ioseph Ludou. in* 2. *part. in decis.* 67. *Roman. cons.* 28. *imprinc.* & licet in hoc
22 non deficiat periculum cum debeat dari ad partem lucri, & damni, vt licitus sit contractus ita eleganter declarat *Bald. in l.* 1. *nu.* 11. *in fin. C. pro socio*, tamen periculo non obstante inspicimus, iura præcipiẽtia, atq; per-
23 mictentia id tutori, quò fit, vt si postea aliquod emergat damnum tutori nil imputetur, quando id quod debuit ęgit ita latè firmat *Palat. Ruuin. in repet. d. c. per vestras* §. 7. *nu.* 3. facit pro hoc pulchra distinctio *Salyc. in auth. nouissimè, n.* 3. *C. de admin. tutor.* quos, & alios pulchrè recensęt *Couar. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 2. *in princ.* maximè si
24 tutor fuerit industriosus in eo negotio in quo consueuit pater pupilli negotiari, & vltima, quod in isto nulla requirebatur industria, tamen tutor in hoc genere negotiationis fuit satis pro se industriosus, dum pro carata sategit participare, ita periter pro pupillo esse debebat.

Et tanto magis militant prædicta cum huiusmodi negotiatio fuerit à patre pupilli incohata, ob quòd à tutore continuari debebat. Porro, vt
25 supra dixi tutor negotiãdo quemadmodum pater pupilli negotiari solebat, nil refert, quod ad sit periculum ità inquit not. *Glos.* quæ rogo legatur, *in* §. *quoniam in verbo mutauerit in Auth. vt hij qui oblig. se hab. prob.* hinc esset eorellariè in fertur, quod etsi tutor donare non possit, tamen munera
26 cõsueta dari à patre dare non prohibetur, *glos. in l. cum in plures*, §. *fin. ff. de admin. tut. Præses de Franch. decis.* 178. *nu.* 8. *vol.* 1. ergo cum fuerit negotiatio industrioſi patris, & semper lucrosa sub hoc quæsito colore, periculi non debebat tutor negotiationẽ hanc à pupillo auferre, & sibi appro-
27 piare, tutor siquidem tenetur facere, quod pater pupilli facere consueue- *ad text. in l. cum seruus in verbo nam quod ipse, ff. de cond. & demostr.* & ad clarius ostendendum, quod de periculo non sit curandum quando adest, & spes lucri pondero, quod tutor de
28 bonis pupilli societatem coire non prohibetur ad tex. vbi not. *in l. vt in conditionibus, versic. & ideò societate ff. pro socio Petr. de vbald. in tract. de duobus fratribus in* 3. *par. num.* 3. & 5. & nihilominus in qualibet societate adest periculum damni, & spes lucri,
29 idem dicitur societas leonina quando vnus vult habere lucrum, & quod alter habeat damnum *l. si non fuerit*, §. *Aristo, ff. pro socio*, quia de vtroq; vnus quisq; debet participare, si periculum esset in consideratione, vtiq, tutori, hoc à lege non fuisset permissum, quò circa si verũ amamus dicere legimur, quod prætextu prætensi periculi non debuit tutor cum pupilli iactura locupletari duc. 500. ex istis caratis, ideoq. omni iure iste tutor venit ad petitam condemnandus, prout fuit cum effectu condemnatus per sententiam
30 Sacri Consilij in fauorem pupilli referente doctissimo, & integerrimo viro D. Petro de vera ab Aragonia Regio Consiliario, & causæ Commissario cum interuentu circũspecti Præsidis Sacri Consilij, Pænes vaxallum actuarium.

Fabius de Falco aduocatus.

Digitized by Google

Add. de hac eadem deciſione, cum allegationibus memini ſupra parte noſtri cõpendij verbo ceſſio iurium. Thoro.

ALLEGATIO. XIV.

Pro Franciſco Antonio de Tomaſe, cum Michaeli Angelo Ianuario de Tomaſe.

SVMMARIVM.

1 *Verba non tamen generalia non comprehendunt omnia, ſed ſpetialia.*
2 *Dictio quorundam denotat partem.*
3 *Debita, & credita remanent contra interfratres mortuo patre.*
4 *Onera hæreditaria quemadmodum ad hæredes pertinent ita debita, & credita in diuiſione.*
5 *Onus hæreditarium reſpicit omnes hæredes pro ſua rata eſſet ſi teſtator nil dixiſſet.*
6 *Dictio quendam exceptionem denotat.*
7 *Accollans ſibi certa onera ſoluere tenetur licet pro alijs non.*
8 *Debita reſpiciunt perſonam illa facientem, onera vero concernunt res quarum cauſa imponuntur.*
9 *Onera, & debita pro rata diuidi debent.*
10 *Hypothecaria datur ſolum pro rata parte debiti licet heres poſſideat plura bona teſtatoris excedentia quantitatem rate partis debiti.*
11 *Onus tranſit cum domo.*
12 *Onus impoſitum ſuper hæreditate pertinet ad hæredes prorata.*
13 *Hæredes nequeunt inſolidum obligare, & ſi intelligitur hæres obligari, num. 14.*
15 *Diuiſio bonorum reuocari poteſt probato errore etiam ſi facta fuerit per procuratorem ad id conſtitutum num. 16.*
17 *Diuiſio erronea probato errore non nocet.*
18 *Error probatur probando rem aliter ſe habere.*
19 *Diuiſio ſimpliciter facta in qua quis potuit plus retinere, & per errorem plus tradidit veritate comperta regreſſum habet.*
20 *Diuiſio erronea reuocari debet, & ad æqualitatem reduci.*
21 *Diuiſio cum ſit quædam ratio inter partes compoſita debet ad certitudinem reduci.*
22 *Diuiſio eſt tranſactio quædam quæ ad in cogitata non trahitur exemplo oſtenditur, nu. 23.*
24 *Quilibet poteſt à contractu recedere errore probato.*
25 *Promiſſio erronea in inſtrumento diuiſionis reuocatur vti erronea.*
26 *Iuramentum habet conditionem tacitam quam habet actus ſuper quo interponitur.*
27 *Qui errat non conſentit.*
28 *Promiſſio erronea reuocatur etiam ſi fuiſſet promiſſum non poſſe contra diuiſionem venire.*
29 *Renunciari poteſt errori, tam in genere, quam in ſpetie.*
30 *Clauſula ſciens ſe ad prædicta non teneri promiſit an ſit neceſſaria, & an conſenſum expreſſum denotat.*
31 *Promictens non contrauenire an ſibi præiudicet ſi per errorem produceretur ad aliquem actum.*
32 *Verba illa ipſis fratribus bene cognita &c. qualiter intelligantur.*
33 *Diuiſio qualiter intelligatur facta.*
34 *Promiſſio ſeu conuentio partium referenda erit ad id quòd partes cogitare debent.*
35 *Clauſula ex certa ſcientia dato errore nil operatur.*
36 *Erranti ſuccurrendum erit, & qualiter.*
37 *Diuiſio reſcinditur ex leſione enormiſſima reſultante.*
38 *Diuiſio an ratificetur pro ſolutiones reddituum.*
39 *Scientia in genere non ſufficit in allegante ratificationem.*
40 *Ratificatio non preſumitur, nec inducitur niſi probata ſcientia actus, nec extenditur ad incogitata.*

41 *Scien-*

Digitized by Google

41 *Scientia debet esse certa, & distincta alias ratificatio non monet.*
42 *Solutio vnica non sufficit nisi per decem annos fuerit continuata.*
43 *Solutiones factæ per decennium concurrent si causa contractus non esset vera.*
44 *Solutum indebite repetitur.*

PRætensionem Francisci Antonij de Thomase aduersus Michaelem Angelum Ianuarium eius fratrem, iam excitatam in S.C. non ab re, sed cum maxima causæ cognitione esse refertur, adeò, quod si facti series intuatur, ex qua summum ius oritur, quod faueri noscitur; proculdubio in eius fauorem pronuntiandum fore arbitror: Ea propter, suppositа prius facti specie, elicitur præteritis annis quon. Iulium Cæsarem de Thomase V. I. D. vendidisse in pluribus vicibus annuos duc. 28. pro capitale duc. 400. quon. Carolo Bracciollino super certis annuis redditibus debitis à Fidelissima Ciuitate Neap. super eius Gabellis mediante publico instrumento. Et cũ ipsi fuissent in partem dotis Hieronymæ Bracciolinæ filiæ eiusd. Caroli per Portiam Buon'acquisto eius matrem, & tutricem, assignati, & cessi eidem Michaeli Angelo Ianuario viro eiusdem Hieronymæ, & vigore cessionis per Reg. Consil. D. Franciscum Sauiũ interpositum Decretum, vt dicti q. Iulij Cæsaris correspondere deberent eidem viro de summa prædicta, compertum fuit prędictos annuos duc. 28. cum capitale non aliter super domo donata eidem Francisco Antonio à dicto eius patre, & patruo, sed super Gabellis prædictis esse venditos, ob quod instituta lite in S. C. expostulauit pro portione dumtaxat hæreditaria teneri, & proindè ab altera medietate absolui, & condemnari eundem eius fratrem ad restitutionem indebitè solutum ex errore manifesto: quemadmodum ex actis clarè patefit.

Et licet ex parte ipsius Michaelis Angeli Ianuarij replicatum esset ex diuisione bono tum inter eos peracta apparere ipsum Franciscum Antoniũ suscepisse onus soluendi quedam legata, ac debita paterna, materna, & fraterna pro receptione certorum mobilium vltra eius portionem in recõpensationem pretij illorum. Nihilominus pro tuitione iurium ipsius Frãcisci Antonij dicebatur ex verbis eiusdem diuisionis celebratæ per intermediam personam sui Procuratoris ius sibi fouere. Verba enim diuisionis sunt hæc videlicet: *Ex causa quorundam onerum remansorum ad satisfaciendum per eum, quæ sunt quædam debita, & legata paterna, & materna ipsis fratribus bene cognita, ac etiam omnia legata facta per quodam Anellum de Thomase communem fratrem, &c.*

1 talia siquidem verba non sunt generaliter prolata, vt potuissent comprehendere omnia legata, & debita, ex *rec. tex. in l. 1. §. quod autem ff. de aleator. l. de pretio ff. de publ. in rem act.* Sed potius spetialia propter dictio-
2 nes adiectas. Primò, ob dictionem *quorundam*, quæ denotat partem, ad *tex. in l. 1. ff. de acquiren. rer. dom.* Se-
3 cundò, ex dictione *onerum*, eo quia iure certum est, quod dum debita, & credita remanent communia inter fratres mortuo patre, *Paris. conf. 85. num. 4. vol. 1.* in diuisione diuidenda
4 veniunt inter eos equaliter, quemadmodum onera hæreditaria que hæredibus pertinent, cum in eos transeant, *Socc. iun. conf. 74. num. 27. vol. 1. conf. 107. num. 26. vol. 3.* & ideò transeunt ad eos pro rata patrimonij, *Rebuff. conf. 197. nu. 7.* postquam onus hære-
5 ditarium omnes hæredes pro sua rata respicit etiam quod testator nil dixisset, *Socc. iun. conf. 54. nu. 20. vol. 4. &*
6 *conf. 71. num. 30. vol. 3.* Tertiò, ob dictionem illam, *quendam*, quæ exceptionem denotat, *ad tex. in l. quædam ff. de acquir. rer. dom. vbi Alber.*

Quo fit, vt accollans sibi certa one-
7 ra soluere tenetur, licet pro alijs non,

Digitized by Google

ex Bart. in cons.38. vol.1. num.2. Socc. sen. cons.74. col.3. Felin. in cap. postulasti de foro comp. Neuiz. cons. 66. nu. 24. Surd. cons.234. nu.18. vol.2. notat Muta dec.47. nu.6. & hoc ob spetialitatem verborum, & ideò debita quãuis respiciant 8 personam illa facientẽ, onera verò quia concernunt res quarum causa imponuntur, vt inquit *Paris cons.57. nu.5. vol.3. ex tex. in clem. 1. de cens. l. rescripto §. Imperatores ff. de publ.* cum alijs *apud Hieronym. de Laurent. dec.187. nu.10.* vtroque modo pro rata diuidi debent, & debita, 9 & onera, siue ob personalem actionẽ, *l. pro hæreditarijs, vbi DD. C. de hæred. action. l. illam C. de collat. in fin. l. filia nupta ff. famil. ercisc. Valasc. in prax. part. cap.7. nu.8.* siue ob realem, quia 10 hypothecaria datur solui pro rata parte debiti, licet hæres possideat plura bona testatoris excedentia quantitatem suæ ratæ partis debiti, ex *Castr. in l.1. C. communia deleg.* probat *Mãdell. in cons.236. nu.1. & seq.*

Et propterea non obstabit id quod ex aduerso ponderatur, nempè, quod dum vnicum erat debitum paternum dictorum duc. 400. videbatur inclusum in accollatione facta à Procuratore ipsius Francisci Antonij, & ob id per eum exoluendum, postquam si veritas facti consideretur, ex eo quod dum sub iusto errore vtriusque præsumebatur tale debitum fuisse contractum super domo donata, vt colligitur ex apoca receptionis redditus facta per ipsum Michaelem Angelum Ianuarium; nullatenus de eo mentio expressa facienda erat, quia dum erat 11 affixum in domo transibat, domus cum onere suo ad quemcumque vadit, *l. is cui opus ff. de nou. oper. nunc. l. 1. C. de dist. pign.* vt etiam explificat *Mandell. cons.153. nu.7.* sin autem sub altero corpore, vt fuit compertũ, 12 & tunc quia super corpore hereditario impositum patet, de iure comprobatum est ad hæredes pertinere pro rata, *ex text. in d.l. pro hereditarijs, Costa de port. rat. qu.45. num.19. & qu.23. nu.10. Præs. de Franch. dec.159.* & sic hæredes agunt, & conueniuntur, vt probat ipse *Cost. eod. tract. qu.* 13 *89. nu.1.* aliàs ex hoc absurdum magnum oriretur, si ad integrum debitum coheres persoluendum teneretur insolidum, quia contra ius tendetet dum hæredes dici nequeant insolidũ obligari, *l. pen. §. de illo ff. de cond. & demonstr.* in puncto *Oldr. cons.196. nu.2.* eundem sequitur *Costa. d.q.89. n.2.* vbi subdit quod heres non potest pro parte adirr insolidum; sicque dum ipsi Francisco Antonio pars hæreditatis fuerat in diuisione assignata non po- 14 tuit conueniri nisi pro parte sua, & sic intelligitur obligari non tamen insolidum, ad *tex. in l. cum vltra C. de non numer. pen.* vbi desumitur conclusio illa quod qui pattem accepit non tenetur insolidum, sed dumtaxat ad acceptum, & sic erint verba prænarrata spetialiter, non autem generaliter intelligenda ad euitandum absurdum.

Sed vlterius progrediendo, & rationes ipsius Francisci Antonij considerando, dato tamen, & non concesso citra tamen veritatis præiudicium, quod tale debitum magnum intelligeretur comprehensum, ad huc tamẽ ex duobus fundamentis releuari poterit, nempè prætextu erroris, ac enormissimæ læsionis.

Respectu erroris, quia debitum ipsum præsupponebatur contractum super domo donata, & realiter erat super alio corpore hereditario specificato, vt ex instrumento præsentato, ex quo per iuris dispositionem statutum est, 15 quod per diuisionem bonorum errore probato, non officit diuidenti, & succesiuè rescindi, & reuocari poterit diuisio, ad *tex. in l. post diuisionem C. de iur. & fact. ignor.* vbi *DD. l. maioribus C. communia vtriusque iud.* cum alijs apud *Brun. cons.82. num.20.* qui 16 loquitur specifice in Procuratore constituto ad faciendum diuisionem quæ postea fuit comperta erronea, & vltra

eos,

Digitized by Google

eòs *Soccin.iun.consˆ* 50. *num.*2. *vol.*4. *Mandell.consˆ.*748.*nu.*3. *& consˆ.*420. *nu.*4.*Borrell.consˆ.*31.*nu.*12.*Vegg.consˆ* 19. *nu.*14. sicque diuisio erronea, errore probato non nocet,*Socc.sen.consˆ.* 33.*nu.*5. *vol.*4. etiam maiori diuidenti,*Socc.iun.consˆ.*50.*nu.*27.*vol.*4. pro-
18 batur error,probando rem,aliter se habere,*Bar.in l.sed si me ff.de cond.indeb.Iasˆ.in l. admonendi nu.*33. *de iure iur.Rom.consˆ.*21.*Cancer.par.*3. *cap.*3. *nu.*130. *Ioseph Lud. decisˆ. Lucensˆ.* 26. *nu.*29. *Surd. consˆ.*202. *nu.*13.*vol.* 3. *Mandell.consˆ.*9.*nu.*49. *consˆ.*251.*nu.* 41.*consˆ.*265. *nu.* 21.*&* 32. *consˆ.*332. *nu.* 2. Adeò quod diuisio simpliciter
19 facta in qua quis plus potuit retinere, & per errorem plus alteri traditur veritate comperta regressum habet, *Soc.iun.consˆ.*89. *nu.*3.*vol.*3. & proin-
20 dè reuocari debet,*Gratian.discept.foren.cap.*324. *nu.*9. ac ad æqualitatem reduci,idem *in consˆ.*48.*nu.*43.*eod.vol.* postquam ipsa decisio cum sit quædã
21 ratio inter Partes composita, quæ ratio si esset malè composita debet ad certitudinem reduci, *Socc. iun. d. consˆ.*48.*nu.*43.*Bocta consˆ.*20. *nu.*24. iustum erit,vt ipsa diuisio inequaliter facta reformetur, & ad æqualitatem reducatur,& inter maiores, *Ioan.de Amic.consˆ.*33.*nu.*5. & ratio est illa,
22 quia talis diuisio est quædam transactio, quæ ad incognitata non trahitur,*Socc.iun.consˆ.*138. *nu.*118. *vol.*1. *Borrell.vbi supra nu.*18. & hoc tàm si error in persona consisteret,ad *tex.in l.cum putarem ff.fam.erciscˆ.*quàm in
23 re, vt exemplificando tradit *Cost. Sicul.in consˆ.*6. *num.*59. *in fin.*in eo qui diuisit propria bona,supponendo esse hæreditaria, cum non essent, allegat *Feliceum in tract.de societ.cap.*40.*nu.* 2. vbi concludit, in hoc nullum sibi intulisse prejudicium, ex eo, quia error non nocet, quia à quolibet con-
24 tracto, seù actu facto sub errore, & à credulitate,&c. potest quilibet ex cõtrahentibus recedere, *Mandel. consˆ.* 420.*nu.*4. & non mirum si promissio
25 erronea in instrumento diuisionis reuocetur tanquam erronea, *Mandel. consˆ.*420. *nu.*4. & semper venit talis diuisio retractari, idem *consˆ.*748.*n.*3.

In tantum hoc pro vero reputatur, quod nihil obstare videtur iuramentum,eo quod stante errore, iuramen-
26 tum nil operatur, quia iuramentum semper illam habet conditionem tacitam, quam habet actus super quo interponitur,*ex Ang.consˆ.* 315. firmat *Brun.vbi supra sub nu.*22. latè *Grass. de exceptio.in excep.*8.*nu.*7.quia careret consensu,*Borrel.ibid.sub. num.*11. *versˆ. quinimò*, & qui erant non con-
27 sentit, *l. sed hoc ff.de aqua plu. arcen. l.si per errorem ff. de iurisd. omn. iud. l.nihil consensui ff.de regul. iur.* cum alijs *apud Canc.var. resol.lib.*1. *cap.*1. *nu.*255.*& par.*2 *cap.*8. *num.*99. *Costa consˆ.*7.*nu.*58. *Galerat. de renun. cent.* 2.*renunt.*119. *num.*3. Immò etiam si
28 fuisset promissum non posse contra diuisionem venire, ex *Bald. Dec. Crauet.Castr.Corn.Ruyn. & ceteris* firmat *Borrell.d. consˆ.*31. *nu.*12. & fortius si errori fuisse renuntiatum, vt patet ex
29 instrumento diuisionis,nam & si tàm in genere,vel in spetie renuntiari possit errori, per ea quæ probat *Galerat. in d.tract.de renunt.*119 adhuc tamen
30 exigitur clausula illa, nempè *sciens se ad prædicta non teneri promisit &c.ex Bar. in l.*4.*§. fi. ff. si quis caut.& l.si rem dari ff.de verb.obl. Alex. consˆ.*42. *lib.*1.probat ibi *Galerat. nu.*6. aut similes clausulæ consensum expressum denotantes, *Mandell. consˆ.*745.*nu.*7. *Rolan.consˆ.*100.*nu.*134. *& seq.vol.*4. quæ non aliter in hac diuisione enun-
31 ciantur; sed simpliciter fuit promissum non contrauenire aliqua ratione, nec etiam doli mali, vis metus, erroris enormis,seù enormissimæ lesionis, &c.& hoc casu inquit *Ant. de Burg.* quem citat ibi *Grass.nu.*9. quod quando quis inducitur per errorem al aliquem actum,licet promittat non contrauenire,ob id sibi non præi
per *tex.in l.si.§.item quæsiuit dict.indeb.*

Digitized by Google

Et consequenter minimè obstare
32 poterunt verba illa apposita in diuisione, scilicet, *ipsi fratribus benè cogni-*
33 *ta, &c.* nam diuisio intelligitur facta iuxta decentiam, & conuenientiam,
34 quandam, vt res non consideratæ, de quibus non fuit facta mentio intelligantur assignatæ illi Parti cui conueniunt, *Soc. iun. conf. 76. nu. 5. vol. 2.* ita pariter promissio, seù conuentio Partium referenda erit ad id, quod Partes cogitare debent *ex Bald. Io. de Amic conf. 12. nu. 21.* Quapropter da-
35 dato errore clausula *ex certa scientia*, nil operatur, idem *Gratian. cap. 788. nu. 10. Menoch. de præsump. lib. 6. præ-*
36 *sump. 23. nu. 1.* adeò quod sicuti erranti in transactione, erit succurrendum etiam si in ea sit dictum inspectis cognitis verbis testamenti, seù quo asseruit se plenius informatum de tenore testamenti, *Soc. iun. conf. 98. nu. 10. vol. 2. ita in hac diuisione.*

Hæc quòad errorem; quantum verò ad læsionem pertinere videatur notoriè constat ipsum Franciscum Antonium quædam mobilia accepisse valoris ad summam duc. 120. in circa, & vltra medietatem illorum sibi debit ã onus assumpsisse soluendi quędam debita, & legata paterna, materna, & fraterna duc. 300. in circa, & nunc prætenditur aliud debitum duc. 200. exoluendorum, vndè data maxima læsione inter eos, ac inequalitate;
37 proculdubio læsio enormissima resultaret, & huius prætextu diuisio rescinditur, ita *Mand. conf. 420. num. 5.* & sic contra dispositionem iuris *in l. inter filios C. famil. ercisc.* vbi *Imperator* inquit inter filios, & filias bona intestatorum parentum pro viribus portionibus æquo iure diuidi oportere explorati iuris est, omni iure ad ęqualitatem diuisio erit reducenda, ad euitandam inæqualitatem ipsam.

Nec proindè obstabit, quod per so-
38 lutionem redditus factam ab ipso Frã cisco Antonio videatur ratificata diuisio, ex traditis per *Costam Sicul. cõs. 32. nu. 36.* post quam ratificasse non dicetur, id quod ignorauit, seù de quo plenam notitiam non habuit, immò
39 neque sufficit habuisse qualem qualem scientiam in genere, vt tradit *Cancer. var. resol. par. 2. cap. 6. nu. 103.* subdens, quod qui allegat ratificationem debet probare scientiam, & amplius ignorantia præsumitur quando factum proprium fuisse exemplificatum, non per se, sed vel per filium, vel procuratorem, vt *ex gl.* notat *Menoc. lib. 6. præsump. 23. nu. 42.* vt erat in casu nostro, & tantò magis ratificata nõ censetur per solutionem diuiso, quia id procederet quando fieret diuisio cum Parte aduersa, ita quod illud pactum implicitum haberet consensum vtriusque Partis, vt ibi *Cancer. notat nu. 102.* & decisum tradit; Ratificatio
40 enim non inducitur, nec præsumitur nisi probata scientia actus, nec extenditur ad ignorata, *Surd. conf. 28. num. 118. & conf. 104. nu. 36. vol. 1.* vbi *nu.* 38. eiusdem *conf. 104.* subdit, quod
41 scientia debet esse certa, & distincta, alias ratificanti non nocet; imò soluens vsuras non dicitur agnoscere
42 debitum, quod ipse non fecit, nisi soluisset per decem annos continuè ex certa causa, nec sufficit vnica solutio, ex *Mascard. concl. 482.* notat *Costa conf. 51. nu. 6.* subdens *nu. 7.* data solu-
43 tione decemnij, si causa contractus non esset vera, corruunt solutiones vti erroneæ, & possunt repeti, ex *Alb. conf. 222. nu. 38. Alex. conf. 113. vol. 1. vbi num. 3. ex Bal.* inquit dictas annuas solutiones debere fieri ex certa scientia soluentis, quæ non cadit in
44 hærede, & ob id solutum repetitum indebitè, omni iure erit restituendum *ex doctr. Dec. in l. cuius per errorem in fi ff. de regul. iur.* vbi concludit non aliter donationem factam esse ob indebitè solutum, si vsuras quis soluerit quæ sunt accessoriè ad sortem, quia videtur soluisse ne molestetur super debito principali, ad quod putabat se teneri.

Vndè

Digitized by Google

Vndè ex ijs notoria iustitia ipsius Franciſci Antonij conſpicitur ne teneatur ad ſoluendum integrum paternum debitum duc. 400. niſi pro medietate, & proindè iure optimo ad æqualitatem eſſe deducendam diuiſionem bonorum hæreditariorum, arbitror cum reſtitutione indebitè ſoluti, prout ſupplicatur, & ſperat ita per S.C. determinari. Cetera ſuppleat Religiò ipſorum Dominorum Iudicantium.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium* l. 2. C. de reſc. vend. *in diuiſione an procedat.*
2 *Diuiſiones facte inpugnantur prętextu erroris.*
3 *Iudex ex officio cogit aduerſarium non collata conferre etque manſerunt indiuiſa diuidere idem in occultatis nu. 4.*
5 *Iudex in Iudicio familie erciſcunde nihil debet indiuiſum relinquere.*
6 *Vtile per inutile non debet vitiari.*
7 Tex. 1. nu. 2. C. de hæred. act. *ponderatur.*
8 *Reſtitutio in Integrum aduerſus leſionem petita an militet.*
9 *Leſio enormiſſima attendi, an debeat reſpectu totius ſummæ vel portionis.*
10 *Diuiſio inequaliter facta, an debeat in melius reformari.*
11 *Iudicium familie erciſcunde quid operetur in diuiſione bonorum.*
12 *Diuiſio, & calculatio ſunt corelatiua.*
13 *Ratio tota reuideri non poteſt ſed parcella tantum & errore probato.*
14 *Diuiſio non retractatur ſi non equaliter facta fuerit ſed arbitrio Iudicis erit parti ſeſe ſatisfaciendum.*
15 *Valor hereditatis non attenditur ſed quarta cum quæritur quatenus hæres pro ſua virili teneatur.*
16 *Iudex procurare debet vt ad quo tam reducatur diuiſio ad hoc vt vnus quiſque hæredum debita pro rata agnoſcat.*
17 *Diuiſio facta ad equalitatem reducenda ne inter fratres odium oriatur, & equaliter ſeruatur, & ita deciſum.*

ALLEGATIO XV.

DVo iudicia intentauit Franciſcus Antonius de Tomaſe aduerſus Michaelem Ianuarium eius fratrem, vnum principaliter, aliud acceſſoriū, & in conſequentiam ad eundem finem tendentia, & primum iudicium principaliter inſtitutum in ſe continet paternum debitum duc. 400. redditium Carolo Bracciollino in ann. duc. 28. ex communi errore ipſorum fratrum, credentium eſſe benefactum ſuper quadam domo donata eidem Franciſco Antonio ab eius patre, & patruo, ita quod ipſe Franc. Ant. errore ductus ſoluerat d. duc. 28. eidem ſuo fratri, qui pariter errore ductus receperat; adeò quod poſt diuiſionem inter eos habitam, compertum fuit d. debitum fuiſſe benefactum per eorum patrem ſuper introitibus gabellæ huius ciuitatis, & proptērea inſtitit ipſe Franc. Ant. in S.C. non teneri ad ſolutionem totius debiti, ſed tantum ad medietatem illius pro portione hæreditaria, repetendo indebitè ſolutum, aliud verò iudicium ſecundariò, & in conſequentiam intentatum, refertur eſſe læſionis ſuæ partis, dum fuerat oppoſitum ab eius germano, iam quod aſſumpſerat ipſe Franc. Ant. in diuiſione, onus ſoluendi quædam debita paterna, materna, & fraterna, & aliud debitum in hæreditate non reperitur, ideò ad illud totaliter tenere videtur; Ea propter replicabat Franc. Ant. non aliter ad illud teneri totaliter, cum de eo cogitatum non fuerat, nec in diuiſione deductum, adeòquod ſi de eo mentio facta fuiſſet, non accepiſſet quædam mobilia parui valoris ad ſoluendum legata paterna, materna, & fraterna maioris valoris, & ſuperaddita medietate d. debiti duc. 400. remanſiſſet ſatis læſus in

ſua

Digitized by Google

ſua portione, hæc in Facto.

In hac facti ſerie ad dilucidationē articulorum conſpicitur, nullo alio remedio in diuiſione hæreditatis inæqualiter facta vti poſſe quam beneficio *l.2.C.de reſc.vend.* vel etiam con-
1 ditione *l.maioribus. C. commun. vtriuſq.iudicij*, vt ad æqualitatem reduci poſſit, & inæqualitas illa ceſſet, cuius fit mentio *in l.maioribus*, etiam ad læſionem vltra dimidiam attingat *in.d. l.2.* ex multis nouiſſimè probat *Berlich.dec.146.in prin.* & ob id reſpectu primi iudicij erroris prædicti debiti vltra deducta in prioribus allegationibus ſuper factis, in hoc conferunt tradita *per Valaſc.in ſua praxi partit. cap.39.* vbi in terminis noſtris reaſſumit omnes cauſas propter quas impugnari poſſunt partitiones, & inter cęteras *nu.58.* ad propoſitum huius prętenſionis, hæc verba formalia protu-
2 lit, v3. *Quinto etiam modo impugnari poſſunt partitiones iam factæ, & ſignatę, ſi collatio alicuius rei per errorem, vel deceptionem, omiſſa eſt*; tunc enim inquit *tex.in l.ſi ſoror, C.de collat.* of-
3 ficio iudicis compellendum eſſe aduerſarium non collata conferre, & quæ manſerunt indiuiſæ, diuidere ad idem *l.3.C.fam.erciſ.* ibi, *& quid à coherede ſublatum probatum fuerit, & l.1.* ibi, *ſi non omnem paternam hæreditatem ex conſenſu diuiſiſti, Cod.eod.* &
4 idem in occultatis, quæ etiam peti poſſunt conferri, vt *per Iaſ.in leg. ea demum, nu.7.C. de collat.* & generale eſt, vt in iudicio familiæ herciſcundæ
5 nihil debeat *Iudex* indiuiſum relinquere, *l.hæredes, §.ſi filius, ff.fam.erciſc.* ſed aduerte, quod per hoc non debent reſcindi diuiſiones iam factæ, quia iura præcitata à tale aliquid nō dicunt, nec debet audiri, qui propter res non diuiſas poſtulat annullari iam factas portiones, cùm vtile per inuti-
6 le non debet vitiari, & ita *tex. in d.l. ſi ſoror*, ſolum illud plus, quod apud hæredem reperitur, reſtitui iubet, & ſimiliter iura ſuperius allegata, hæc ille, quod idem erit ſeruandum in oneribus ad hæreditatem pertinenti-
7 bus, ad *tex.in l.2. C. de hæred.act.* ibi *pro hæreditarijs partibus hæredes onera hæreditaria agnoſcere, etiam in fiſci rationibus placuit, &c.vbi gloſ.* allegat alia iura concordantia, & fortius quotieſcunque onera ſuperuenerint, ſemper hæredes pro rata tenerentur.

Quantum verò ad aliud iudicium ſecundariò, & in conſequentiam pertinet, ſcilicet læſionis ad comprobationem iudicij erroris occurſi, circum ſcripta illa controuerſia *à Couar. & Gratian.* prolata, qui in ſimul cum alijs loquuntur in caſu reſtitutionis
8 in integrum petitæ aduerſus læſionē, de quo non eſt noſtrum tractare, ſed de eo dumtaxat remedio ſimpliciter intentato aduerſus portionem ipſius Franc. Ant. citra reſtitutionem in integrum, & circa hoc inter alia remedia cumulata per *Valaſc.* vbi ſup. *nu.17. & ſeq.* eſt iſtud, quo caſu quærit, ſi reſpectu totius ſummæ, vel portio-
9 nis, ſolum erit attendenda læſio, & retulit in hoc duas eſſe DD. opiniones, quarum vna fuit *Bart. cum alijs ibi relatis*, qui tenent, eſſe attendendam læſionem totius ſummæ in ſexta, alia fuit *Abb.* & aliorum ibi relatorum, *nu.19.* aſſerentium, læſionem eſſe conſiderandam reſpectu portionis in tertia, & hanc opinionem eſſe communem, benè verum, prout ipſe *Valaſc. ex Alex.* ſubnectit opinionem *Abb.* eandem eſſe cum opinione *Bart.* licet in verbis diſſentient; quia læſio, quæ in ſexta parte totius ſummæ ineſt, eſt læſio in tertia, reſpectu portionis alterius, quod aſſequitur *Barbat. in cap. cum cauſam num.12. de empt. & vend.* & vtcumque ſit diuiſio inæqua-
10 liter facta, beneficio *d.l.maioribus*, in melius reformetur, etiam ſi læſio non ſit vltra dimidiam, *ex Soccin.iun.conſ. 48.nu.40. & ſeq. Frid. Pruchm. conſ. 20.qu.2.nu.137.vol.2.* firmat ibidem *Berlich.* per *tex.* generalem *d.l.maioribus*, ex cuius tenore clarè conſtat, ibi

tan-

Digitized by Google

tantam læsionem vltra dimidiam non intreueniſſe, vt animaduertit *Pinel. in d. l. 2. p. 2. cap. 1. nu. 1. verſ. ex cuius legis tenore*, & rationem aſſignat ibidem *Berlicch. num. 5. ex Socc. Iun.* vbi ſupra *Tuſcus to. 2. verbo diuiſio, concl. 522. nu. 4.* quia diuiſio eſt quædam competatio, & ideo ſi eſt errata, vt quia non extat, vel minus extat, quam ſit datum, & diuiſum, meritò adæqualitatem reduci, & corrigi debet, prout ita deciſum teſtatur in illo Senatu, & poſtquam reperitur facta aſſignatio ipſi Franc. Anton. ſuæ portionis, cum onere ſoluendi quædam debita paterna, materna, & fraterna, quæ aſcendebãt ad valorem duc. 300. pro valore quorundam bonorum mobilium aſcendentium ad ſummam duc. 120. in circa ſuperaddita medietate, duc. 200. ex dicto debito, ſumma totalis aſcendit ad ſummam duc. 500. ſicque in ſua portione adiudicata prægrauari vndique comperitur, quamobrem conſtitutum videtur eſſe remedium relatum ab eodem *Valaſco in d. praxi*

11 *cap. 22. nu. 24.* dicente, vt ſi familiæ herciſcundę iudicium inter duos, pluresue vertatur, & plures res debent diuidi, tunc ſingulæ res, ſingulis hæredibus adiudicari debent, *l. hac adicta li, C. de ſecun. nupt. & l. ſi qua, C. fam. herciſc.* etſi in alterius perſona prægrauari videatur adiudicatio; quia illi res adiudicata plus valet; debet condemnari vt ſoluat coheredi in pecunia, id, quod pluris eſt, & ita iubet *tex. in §. ſi familiæ, ff. de offic. iud.* vbi adijcit eo quoque nomine coheredi quemquam ſuo condemnandum eſſe, quod ſolus fructus hæreditatis fundi perceperit, vel rem hæreditariam corruperit, vel conſumpſerit hæc ille.

12 Diuiſio namque, & calculatio, videntur correlatiuæ, & diſpoſitum in calculatione videtur habere locum in diuiſione, *Marq. de diuiſ. bon. lib. 1. cap. 11. nu. 7.* & ſubdit *nu. 11.* quod ratio eadem verſatur in diuiſione, quæ in calculatione ad exequendum, vnde

13 quemadmodum errore poſt approbatam rationem apparente, non debet tota ratio reuideri, ſed parcella dumtaxat, in qua error conſiſtit erit attendenda, vt probat *Eſcob de ratioc. cap. 41. ſub nu. 30.* ita in diuiſione idem

14 erit attendendum, quæ ſi non æqualiter facta ſit, non erit retractanda, ſed arbitrio Iudicis erit parti læſę ſatisfaciendum, iuxta communem DD. opinionem, de qua per *Gozad. conſ. 44. nu. 15. Ant. Gabr. poſt Bar. Bal. & cæteri in l. 1. C. com. diuid.* in ſuis communib. opin. *vol. 1. lib. 4. pag. 194. nu. 40. in fine*, quos probat ibid. *Marq. num. 28.* etenim hęreditatis valor non at-

15 tenditur, ſed quota, cùm quęritur, quatenus hæres pro ſua vitili teneatur, *Coſt. de port. rat. qu. 45. ſub nu. 15.* & propterea ſi diuiſo hæreditatis non fuerit facta per quotas, ſed per partes

16 ſingulares Iudex debet curare, vt ad quotam reducatur, ad hoc vt vnuſquiſque hæredum debita, pro rata agnoſcat, ex *Caſtr.* probat *Coſta eod. tract. qu. 195. nu. 4.* ſicque omni iure erit diuiſio facta ad æqualitatem re-

17 ducenda, nè inter fratres odium oriatur, & æqualitas inter eos ſaruetur, eò magis errore iam probato, & ita iudicatum refert ibi *Berlicc.* prout quoque ita iudicandum ſperatur hæc currenti calamo pro veritatis indagatione dixiſſe ſufficiat. Cœtera ſuppleant Religioſiſs. Iudicantes.

Io. Baptiſta de Thoro.
Carolus Brancatius.
Io. Franciſcus Vitalianus.
Petrus de Philippi.
Aloyſius Gamboa.
Io. Antonius Pariſius.
Balthaxar de Angelis.
Io. Baptiſta Sabbatini.
Tiberius Deamatus.
Io. Franciſcus Marotta.
Io. Baptiſta Filingerius.
Io. Baptiſta Conſalonus.
Iulius Cæſar Galuppus.
Io. Baptiſta Piſanellus.

Fran-

Digitized by Google

Franciscus Marcianus.
Marcantonius Cioffus.
Dicacus Moles.

SVMMARIVM.

1 *Monacus non in peiorem sed meliorem statum ingreditur.*
2 *Monacus dicitur seruus propter statum nam per talem seruitutem status augetur magis, quam minuatur.*
3 *Monacus non minuitur nec in maxima nec in media capitis diminutione neque in minimo quia retinet familiam, & succedit vt suus.*
4 *Monacus an mutet familiam, & quomodo.*
5 *Monacus ad maiorem statum ascendere dicitur.*
6 *Monacus pro mortuo habetur, qualiter intelligatur.*
7 *Monacus solemniter professus in Religione approbata fingitur mortuus.*
8 *Monaci dicũtur mortui quo ad matrimonia contrahenda, & qualiter respectu aliorum.*
9 *Doctoratus dignitas non improbatur religioso maxime in Theologia.*
10 *Naturalia in Monaco sunt immutabilia.*
11 *Monacus retinet nobilitatem.*
12 *Monacus agnationem aut cognationem non amittit.*
13 *Monaci succedũt parẽtibus, & an succedãt ab intestato vel ex testamẽto.*
14 *Monacus non tantum parentibus quãtum cognatis, & agnatis succedit.*
15 *Monacus comprehenditur in statuto vocante masculos exclusis feminis.*
16 *Monacus ratione suitatis iura retinet, & transmittit.*
17 *Legatum factum in beneficium monaci actinentis testatori debetur siue factum in beneficium familiæ, & similium.*
18 *Monacus nobilis non prohibetur nominationes impetrare ad episcopatum, & cardona latum ascendere.*
19 *Doctoratus est honor.*
20 *Doctorari possunt religiosi vt doceant & prædicent domino de licentia superioris.*
21 *Doctoratus est actus ecclesiasticus, & à persona Ecclesiastica percipitur, & auctorizatur.*
22 *Monacus potest esse doctor, & Monasterium tenetur facere expensas doctoratus.*
23 *Legatum factum si studuerit intelligitur si ad doctoratum peruenerit.*
24 *Pater tenetur ne dum ad expensas studes sed etiam doctoratus.*
25 *Testator legans ex persas studij considerauit effectum doctoratus.*
26 *Legatum factum cum doctorabitur vel pro expensis doctoratus si viuo testatore doctoratus est, vel aliunde expensas fecerit ad huc peti potest.*
25 *Legatum dicitur bonor.*
26 *Fauores ampliandi sunt odia restringi*
27 *Fauor in odium non erit retorquendum.*
28 *Legatum factum sanguine coniuncto latam interpretationem habet.*
29 *Legatum non perit per mutationem de artificio in artificium.*
30 *Monacus non debet esse deterioris conditionis quam alius.*
31 *Legatum magnum factum puellis maritandis, & paruum pro monacando, magnum debetur moniali.*
32 *Monaci regulares possunt habere bona in communi, & succedere, & acquirere possunt.*
33 *Monacus incapax est possidere propietatem.*
34 *Monacus si efficiatur vsufructuarius ad eum transfertur comoditas iuris vsus fructus.*
35 *Vsusfructus non finitur per ingressum religionis.*
36 *Monacut ratione alimentorum, & suis necessitatibus potest habere vsũfructum.*
37 *Monacus potest pro expensis studij percipere necessaria pro quibus potest obligare Monasterium.*
38 *Bona delata monaco capaci debent esse apud monasterium.*

AL-

Digitized by Google

ALLEGATIO XVI.

ANibal Cesarius Secretarius Sacri Regij Consilij Neapolitani, post institutionem hæredis vniuersalis, in suo testamento iussit extrui Montem in beneficium trium familiarum sibi sanguine coniunctarum, scilicet illorum de Cesareo, Puluerini, & de Mercato, & præsertim mandauit obseruari subscriptum legatum in beneficium Masculorum descendentium ex illis, per hæc verba videlicet. *Item vole esso Anibale, che delli frutti, et intrate sudette habbiano anco à' godere li figli masculi legitimi, e naturali à natiuitate procreati, e procreandi, dalli predetti nominati videlicet, compliti, che hauerà ciascheduno de loro anni sette di età, insino all'età di anni 14. finiti si pagherano ducati 36. l'anno per vno, mese per mese la rata, per attendere alle lettere humane, & altri esercitij, e virtù, e dopoi finiti li 14. anni, à quelli che studiaranno legge, ò vero theologia, ò vero filosophia, se li paghino il doppio, cioè ducati 72. l'anno per ciascheduno di essi, mese per mese, vt supra, purche attendino alli studij predetti di legge Ciuile, Canonica, ò filosophia, ò theologia, per altri anni sette, che seranno compiti anni 21. di età loro, tal che veneranno ad bauer hauuto in detti anni 14. per li effetti predetti ducati 756. per vno, nel fine della quale età d'anni 21. à ciascheduno d'essi, che con effetto se dottorerà in alcuno delli esercitij predetti. se li debbiano pagare per le spese necessarie del detto dottorato altri ducati 244. che in tutti saranno ducati milli, per ciascheduno di detti masculi, altramente non adimplendosi per loro le cose predette, chi mancherà non debbia godere della p̃detta dispositione &c.*

Cum autem Antonius Dominicus in seculo nominatus, & filius legitimus, & naturalis Francisci Cesarei vnus ex nominatis à testatore stetisset in possessione exigendi subuentionem dicti Montis operam nauando studijs prædictis, et inde bono zelo zelo ductus inseruiendi Deo ingressus sit Sacram Congregationem Canonicorum Regularium Lateranensium S. Augustini, vota solemnia solita emittendo professionem, peragendo, nomen, *D*omni Archangeli consequutus est; quapropter intendens inceptum opus studiosum ad finem deducere, hoc est, ad perfectum Doctoratus gradum in Theologia peruenire, instituit sibi legatum iam dictum sibi persolui à Gubernatoribus Montis prædicti, & quamuis ad ipsius exclusionem obiectum prætendatur nullatenus legatum prædictum ei deberi per mutationem status, cum de laico sit effectus monacus, & monacus sit mundo mortuus, à familia, agnatione, seu cognatione alienus, & amplius quoniã dictu legatũ pro subuentione relictum ad alimẽta restrictum, ea à Monasterio sibi debita nullatenus prætendi potuisse.

Nihilominus perscrutando rationes de iure probatas, ipsum à consecutione dicti legati neutiquam esse exclusũ, sed ei soluẽdũ vndiq; reddũtur rationes clarificatæ ex sequẽtibus.

Illud siquidem ante omnia principaliter intuendo axioma, circa status mutationem, non esse de iure improbatum, cum non in peiorem statum
2 monacus ingrediatur, sed verius in meliorem statum, ad quod inquit *Bart. in Auth. Si qua mulier nu. 5. C. de Sacrof. Eccl.* sed dicitur seruus propter statum, vt sic propter talem seruitutẽ status eius augeatur, magis, quam mi-
3 nuatur, *Auth. de monac. in princ. vbi subdit num. 6.* quod monacus non minuitur, nec in maxima, nec in media capitis diminutione, neque in minima, quia retinet familiam, & succedit vt suus *leg. Deo nobis* §. 1. *C. de Episc. & Cleric.* sequitur *Berthac. in verbo monacus*, & licet ibidem *Barth.* videatur aliter sentire dicendo, quod verè mutat familiam, adhuc ibidem *Salyc.*
4 *sub nu. 2.* ex pluribus probat, non mutare familiam, cum in melius status mutetur, sequitur *Io. Stephan. Duran.*

Digitized by Google

qu. Iuris 7. col. 3. & qu. 4. imò ad ma-
5 iorem ſtatum aſcendere cenſetur, ità *Reg. Valenz. in conſ. 135. nu. 29. vol. 2.* & per monacatū nō derogatur dignitati, ſed trāſit quis in dignitatē, *Luar. de Palatijs in tract. quod ſtant. maſc. &c. in princ. n. 96.* Ea propter nō officit ſi dicatur monacū pro mortuo ha-
6 beri, *Alber. in d. l. Deo nobis nu. 2.* vbi cæteri *Doct.* & perindè haberi, ac ſi nō eſſet, *Ramon. conſ. 95. n. 86.* poſtquā id ciuiliter erit intelligendū *Hond. conſ. 60. n. 15. vol. 2. Marc. Anton. var. reſ. lib. 5. reſol. 83. n. 19.* & nō naturaliter, & potius fictè, quàm verè, nam hæc eſt quædam fictio *Suarez in alleg. 20. n. 15.* quo circa monacus ſolemniter
7 profeſſus in religione à Sancta Sede approbata fingitur mortuus, licèt verè viuat, *Coſta de Retrot. c. 1. monit. 5. n. 3.* & dicūtur monaci mortui quòad
8 matrimonia contrahenda, & illud intelligitur quòad onera, nō quòad comoda, vt probat *Grillenſ. conſ. 1. n. 15.* & quòad acquirēdū Monaſterio, *Reg. Valenz. ibidē n. 121.* cum legati natura ſit afferre cōmodū, & vtilitatē, *Dec. conſ. 425. n. 2.* imò pro mortuo monacus habetur quòad actus laicorum, & ſeculares religioni contrarios, & monacis prohibitos, vt inquit *Alber. in d. l. Deo nobis n. 4. & in Auth. ingreſſi n. 23.* ſed doctoratus inſigna conſequi
9 non eſt improbatū, neq; religioni cōtraria, potiſſimū ad ſcientiam Sacræ Theologię deuenire, cū propiū ſit Religioſo. ū in ea profiteri, *Coſm. Guijm. in prag. ſanct. Rub. de Coll. verb. legere.*

Nec propterea familiā, ignationē, ſiuè cognationē verè monacus amittere videatur: cum hæc ſint ei natura
10 lia, quæ ſunt immutabilia ad *tex. in §. ſed naturalia inſt. de iure nat. gent. & ciuil.* quo fit, vt monacus nobilis pro-
11 feſſus retinet nobilitatē generis *Marta conſ. 141. n. 17.* nec ipſam ammictit *Reg. Valenz. d. conſ. 135. nu. 26.* neque familiā, ex qua nobilitate deducitur, *Marta ibid. n. 18.* & quotidiana experientia docet Monacos ipſos nomina propria mutari ob meliorem ſtatum religionis, & per ingreſſum illius dicitur naſci nouus homo *Laur. vbi ſupra nu. 109.* nō tñ cognomina, & ordinariè nūcupari talē de tali familia.

12 Et cōſequenter nec agnationē, aut cognationē amictere qa realiter monaci iura sāguinis retinent *Doct. in d. l. Deo nobis §. hoc cognitū Abb. in c. qa nos de teſta. Io. Steph. vbi ſup. Reg. Valēz. vbi ſup nu. 15. Marta ibid. nu. 19. Grillenz. eod. loc. n. 8.* qui *n. 12.* reſpondet eorū dicto aſſerentium, monacos non habere agnationem cū ipſi agnationem in cœlis, non in terra habere videantur §. 1. *Auth. quæ mod. opor. Epiſc.* ad hoc vt non exeant ad colloquendum cognatę, vel conſanguineę

13 Hinc inſpecto tali iure ſanguinis Monaci ſuccedunt parētibus, vt ibide *Grillenz.* proſequitur. *Marc. Ant. vbi ſup. n. 11.* & monacus, ſiue religioſus ſuccedit ab inteſtato, vel ex teſtamē-
14 to, perinde ac ſi nō eſſet ingreſſus religionē *Dec. cōſ. 671. n. 1.* & nō tātū parētibus, quantum cognatis, & agnatis ſuccedere dixit *Bart. in §. nulla nu. 3.*
15 *Auth. de ſanctiſs. Epiſc.* & cōprehenduntur in ſtatuto vocante maſculos excluſis fœminis *Pariſ. conſ. 47. n. 62. vol 3. Laur. de Palat. vbi ſupra n. 106.*

16 Et hoc rōne ſuitatis iura retinet, & tranſmictit *Add. ad Bar. in l. ſub conditione ff. de lib. & poſth. verbo conditione, Crauett. conſ. 152. nu. 2. Bald. in d. l. Deo nobis §. hoc etiam nu. 44. Suarez ad leges fori tit. de los pleytos nu. 26.*

17 Si. n. Monacus admictitur ad ſucceſſionē vniuerſalē, quāto magis ad cō ſecutionē legati admicti debeat, maximè quādo fuerit factū in beneficium actinētiū teſtatori iuxta *cōſ. Pariſ. 49. vol. 2.* ſiue in beneficiū cognatorū, & familiæ iuxta *cōſ. Paul. Caſt. 338. vol. 1.* qua de re legatū factū familiæ largiùs ſumi debere, q ēt ad agnatos extēdi ꝓbat *Curt. iun. conſ. 338. nu. 19. vol. 3.* potiſſimum ad proximiores teſtatoris porrigitur, & exinde alijs gradatim *Rol. conſ. 100. n. 8. vol. 1. Pariſ. conſ. 47. nu. 62. vol. 3. Dec. conſ. 402. nu. 14. & conſ. 11. n. 1.* præſertim ad conſecutionem

Digitized by Google

nẽ legati facti in beneficiũ agnatorũ testatoris pro subuẽtione si voluerint operã nauare studiis legum, vel medicinæ iuxta *consil. Hond. d. 57. vol. 2.*

His præhabitis pro fundamẽto dicẽdorũ ad particulare institutũ, de quo cõtentio exstat deueniẽdo; secũdariò animaduertendũ esse censui, esse apud DD. receptũ, Monachos non esse prohibitos ad dignitates ascendere, cũ ẽt Monacus nobilis non prohibeatur nominationes impetrare, *Rebuff. in tract. nominat. q. 17. nu. 31.* & sic ad Episcopalẽ dignitatẽ, vel Cardinalatũ ascẽdere, *c. quorundã de elect. in sextò, Gallus in tract. de except. tit. 3. except. 8. p. 2. n. 30.* & fortius ad dignitatẽ Doctoratus, & proculdubio dignitas est, *Dec. in c. ppositi n. 18. de prob. & cõs. 160. n. 2. Bal. in l. cõst. Cod. §. ideo n. 1. et Grat. cons. 106. n. 17. v. 1.* immò dignitas multũ considerabilis, *Reg. Valenzuol. cõs. 34. n. 60. subdens n. 61.* quod doctoratus est honor, ob quod Doctores dicũtur esse in dignitate positi, & dicuntur illustres, *Grillenz. cons. 121.*

Hinc optimè *Gugliel. de Bened. in c. Rayniunt. verb. & vxorẽ nomine Adelasia n. 213. de test.* hæc verba protulit, hinc est, q̃ Religiosi possunt doctorari, vt doceant, & prædicẽt domino, tamẽ hoc fiat de licẽtia sui Superioris secũdũ *Hostien. in sũma in tit. de Magist. § qualis debeat, & Panor. in c. de multa de præb.* quoniã talia Religioso conueniũt maximè Prælatis, qa doctoratus est actus Ecclesiasticus, & à psona ecclesiastica pcipitur, seu auctorizatur secundũ *gl. in clẽ. 1. de Magist.* quo fit, vt Monacus possit esse Doctor, & Monasterium teneatur facere expẽsas doctoratus, ex quo licẽtia sua est in studio, *Felyn. in c. cũ dilecta de rescript. n. 19. vers. amplia prędicta;* & ꝓpterea si fuerit factũ legatũ alicui, si studuerit in legibus, intelligeretur si ad Doctoratũ puenerit, *Dec. cõs. 177. in fine,* quẽ ꝓbant *Vezin. inter cõm. opin. lib. 6. t. de cond. insert. n. 60. Carau. in rit. 285. sub n. 13. & melius Las. cons. 149. n. 1. lib. 4. Mãtic. de tacit. et ambig. lib. 24. t. 44. n. 14.* ità q̃ pater nedũ ad expẽsas studij, sed ẽt ad expẽsas doctoratus tenetur, *Horat. Lucius in tract. de priu. scol. priuil. 16. vers. 11.* amplia, cũ aliis ꝑ me adductis *in 3. p. nostri cõp. ver. pater,* & ita decisũ ꝑ M. C. retuli, quibus cõueniunt examinata ꝑ *Hond. d. cons. 57. n. 16.* quãto magis quãdo expressim fuerit factũ legatũ nõ tantũ pro expensis in studiis, eo quia testator legãs expẽsas studii cõsiderauit effectũ doctoratus; vt inquit ibid. *Hond. n. 5. subdẽs n. 40.* sub tali legato expensarum pro subuentione subministrari debere expensas pro victu, donec in studiis permanebitur pro libris necessariis, ac etiam pro doctoratu, sed etiam quoties tàm pro expensis in studiis, quàm pro doctoratu relictum esset, quemadmodum percipitur ex præcitato testamento, & amplius stante tali legato expresso, si alicui fuerit relictum cum doctorabitur, vel pro expensis doctoratus, & viuo testatore doctoratus est, vel aliundè fecit expensas, adhuc peti possit legatum, ita *Raulus Castr. in l. Publius n. 3. ff. de cond. & demonst.* & ratio est, quia legatum dicitur honor, *Rol. cons. 89. nu. 7. vol. 3.* & legatarius dicitur honoratus, *Cart. iun. cons. 62. nu. 3.* vndè erit concedens fauores ampliari, *cap. odia de reg. iur. in 6.* nec proindè, quod in fauorem concessum est, in odium retorqueri, *l. quod fauorem de leg. postquàm in dubio legatum in fauorem legatarij factum videtur, Dec. cons. 601. nu. 8.* propterea erit intelligendum in fauorem ipsius legatarii, *Alb. in l. si seruus nu. 6. ff. de leg. 1.* eo maximè si factum fuerit sanguine coniuncto, quoniam tunc interpretationem latam reciperet, post *Menoc. in præs. lib. 4. præs. 106. nu. 11. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 11. nu. 23. & 24. Hond. vbi sup. nu. 10.*

Nec propterea quod iste legatarius sit Monachus effectus, legatum extinguitur, quia legatum non perit per mutationem de artificio in artificium

Alb. in rubr. ff. de leg. 3. nu. 21. Non enim monachus esse debet deterioris conditionis quam alius, *Rebuff. in conf. 14. nu. 21.* summa igitur ratio est, quę pro Religione facit, *l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fun.* si enim pro legato magno facto puellis maritandis, & paruo pro monachandis, communiter. DD. concludunt consimile magnum legatum monialibus præstandum esse, post *Curt. iun. cons. 297. n. 17. Reg. Tapia in auth. ingressi verb. ingressi c. 1. n. 12. Couar. var. resol. lib. 1. c. 19. nu. 9.* cum aliis per me adductis in summa *priuil. piarum causarum priuil. 242* prout fuit iam obseruatum per eosdem Gubernatores dicti Montis in beneficium Monialium de familijs suprædictis augmentando illis dotem vltra relictam à testatore, fortius erit tale legatum Monacis de ipsis familijs nominatis præstandum pro doctoratu cum ex hoc familiæ prædictæ conscant radijs dignitatum doctoratus ipsorum.

Postremò, respectu summæ remanentis duc. 800. ex quibus percipi mandatur vsusfructus, durante vita legatarij, si sine liberis decesserit, arbitror in hoc non esse immorandum: Cum iura sint clara, nedum respectu Monasterij prædicti, sed verius respectu ipsius Monaci. Quòad Monasterium, certum est Religionem Canonicorum Regularium viuere in communi, quod nedum ex fide Viceabbatis producta constat, sed pariter ex
31 dispositione iuris, etenim Monaci, & Canonici Regulares possunt habere bona in communi, & succedere ad *tex. in cap. non dicat 12. q. 1. Marta de succeff. leg. par. 3. qu. 13. art. 1. num. 18. Gallus de excep. in 8. excep. par. 2. n. 24.* asserentes esse capaces succes-
32 sionum, & tales Monacos, ac Canonicos Regulares in communi acquirere posse, *Port. Imol. conf. 23. nu. 30.*

Respectu verò ipsius monaci legatarij licèt sit incapax possidere pro-
33 prietatem *Zabarel. conf. 16. nu. 2.* non tamen vsumfructum *ex gl. in cap. insinuante qui clerici vel monac. vers. domo, vbi Innoc. cum aliis apud eund. Martam in d. summa par. 4. qu. 1. art. 4. nu. 16.* quare si Monacus efficiatur
34 vsufructuarius ad eum transfertur commoditas iuris ipsius vsusfructus *Cassan. in consuet. Burgund. tit. des confiscationes §. 1. in verf. de appartenient nu. 22.* nec vsufructum relictum finire per ingressum religionis, vt pro-
35 bando concludit *Io. Steph. Duran. qu. var. 11.* nimirum si Monaco permicti
36 possit, vt habeat aliquid proprium ratione vsusfructus pro alimentis, & suis necessitatibus. *Bart. in d. auth. ingressi Innoc. in d. cap. insinuante, Calder. in conf. 2. de regul. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 79. nu. 6. Intrigl. sing. 97.*
37 *nu. 123. par. 3.* & præsertim pro expensis in studijs faciendis, pro quibus poterit obligare Monasterium dum sunt necessaria ad sui substentationem ex *glos. & Arch. in d. cap. non dicatis. & Menoc. lib. 3. præsumpt. 68. nu. 5. 8. & 9.* probat *Intrigl. d. lib. 3. sing. 102. nu.* 46. sicque data capacitate vtriusque dum monacus sit capax, bona delata
38 debent esse apud monasterium capax in communi, *Bardellon. conf. 59. num. 19. vol. 1.*

Et quibus omnibus rectè concludendum arbitror in beneficium ipsius monaci forè pronuntiandum, & ita sum voti, salua meliori deliberatione. Neap. ex Aedibus nostris die 18. Septembris. 1640.

Ioannes Baptista de Thoro.
Carolus Brancatius.
Ioannes Baptista Filingerius.
Ioannes Baptista Pisanellus.
Iulius Cæsar Galuppus.
Aloysius Gamboa.
Ioannes Antonius Parisius.
Marcus Antonius Cioffus.
Didacus Moles.
Io Franciscus Vitalianus.

Io.

Digitized by Google

Io. Franciscus Marcianus.
Io. Baptista Sabbatini.

Et ita fuit executum per gubernatores Montis.

SVMMARIVM.

1 *Subuentio præsupponit indigentiam.*
2 *Legatum restringitur ad indigentiam, & quando.*
3 *Legatum factum pauperi superuenientibus diuitijs debetur.*
4 *Legatum præsumitur factum in beneficium illius in cuius vtilitatem sit.*
5 *Attendi debet quod principaliter fic nõ in quod in consequentiam venit.*
6 *Relictum in subsidium idem importat, quod pro necessitatibus.*
7 *Subuentio consistit in alimentis, & expensis studiorum, & librorum.*
8 *Alimenta sunt subsidia vitæ.*
9 *Alimentorum appellatione veniunt expense studiorum.*
10 *Actio acquiritur absenti sinè cessione ex stipulatione Notarij.*
11 *Actio censetur acquiri illis personis ad quas dirigitur effectus.*
12 *Alimenta, quę debentur iure actionis possunt peti ex præterito.*
13 *Causa finalis est vis omnium causarum.*
14 *Causa semper debet præcedere ex qua fit legatum.*
15 *Causa propria in legato est impulsiua.*
16 *Causa finalis est respiciens testatoris comodum non legatarij.*
17 *Doctoratus honor Monasterio profiguus est imo, & toti Ecclesie nu.* 18.
19 *Legatum factum pauperi, & coniuncto dicitur ad pias causas.*
20 *Legatum factum pro studijs dicitur pium maxime relictum pro studio Theologie.*
21 *legatum pro doctoratu dicitur pium.*
22 *Legatum factum studioso intelligitur si ad doctoratum peruenerit.*
23 *Testator legans expensas studij considerauit effectum doctoratus.*
24 *Legatum factum pauperi debetur etiã superuenientibus diuitijs, & ratione fulcitur.*
25 *Legatum factum pauperi debetur eo facto episcopo.*
26 *Monacus subijcitur potestati Abbatis sicut vxor viro.*
27 *Monacus tria profitetur castitatem paupertatem, & obedientiam.*
28 *Monacus si peculeum habuerit priuatur communione fratrum, & sepultura.*
29 *Resolutio casus profertur.*

ALLEGATIO. XVI.

AVdio nouum fuisse excitatum motiuum pro exclusione petitionis D. Archangeli Cesarij prætextu quod cum quon. Anibal Cesarius intenderet Montem erigere pro subuentione filiorum masculorum præsertim nascendorum ex familijs per eum nominatis, vt inter ceteri studere volentibus in scientijs legalibus Philosophie ab anno septimo vsque ad 14. dari deberent vnicuique ipsorum mẽsatim ann. duc. 36. & ab anno 14 ad 21. ad rationes duc. 72. pariterque tẽpore doctoratus in dictis scientijs dari mandasset subuentiones duc. 244. demum dictam eius voluntatem in vita sua stipulari iussit præuio instrumento per publicum notarium in beneficium ipsorum descendentium, & propterea cũ iam præfatus D. Archãgelus ingressus sit religionem Canonicorum regularium dum præteritam subuentionem aliunde habuisset, ideo excludi videbatur pariterque ab impensis doctoratus quas à Monasterio consequi deberet excluso monte prædicto, quasi cum ipsa subuentio præ-
1 supponat indigentiam *Honded. cons.* 57. *nu.* 13. *vol.* 2. postquam legatum restringitur ad indigentiam legatarij quando costaret testatorem legatu n relinquisse vt illius indigentie prouideret idem *Honded. cons.* 69. *num.* 23.
2 *vol.* 1. & sic ea cessante cessare videretur dispositio ipsa quemadmodum

Digitized by Google

legatum factum pauperi superuenientibus diuitijs pariter cessare non ambigitur, vt per *Tiraq. in tract. causa cessante par. 1. nu. 193.* præsupponendo ipsum institutorem considerasse nedum impotentias patrum sed etiam descendentium, vt ipsi subuenirentur à Monte in casibus prædictis, & non aliter, Nihilominus si recte intuantur iura ipsius D. Archangeli aliter erit affirmandum, & ante omnia eo præsuppositio talem dispositionem principaliter fuisse factam in beneficium ipsorum filiorum descendentium sicuti legatum præsumitur factum contẽplatione illius in cuius vtilitatem tẽdit, & reperitur factum *Borgogn. dec. 7. nu. 30. par. 3.* ita, & quælibet dispositio atque promissio quemadmodum hæc dispositio facta in beneficium studere, & doctorari volentium, & secundariò in beneficium eorum patrũ propterea erit attendendum quod principaliter fit, & non ea quæ in cõsequentiam veniunt *l. 1. ff. de Auct. tut. Lis qui ff. de lib. causa*, cum alijs apud *Barbos. in Opusc. Princip. iur. lit. C. nu. 49.*

Ex propria contemplata persona ipsius D. Archangeli filij vnius ex nominatis nullo iure excludi videtur à consecutione præterite subuentionis, & future impense doctoratus postquam sicuti relictum in subsidium idem importat, quod pro necessitatibus *Ang. cons. 393. vers. non obstat Bal. cons. 20. lib. 2. Petris de interpet. vlt. volunt. lib. 1. interp. 2. dub. 2. fol. 12. nu. 8.* ita, & talis subuentio consistere videtur in alimentorum consecutione, ac expensarum studiorum, & librorum, vt aduertit *Honded. d. cons. 57. in fine*, eo quia alimenta ipsa dantur in subsidium vite *Surd. de Aliment. tit. 8. priuil. 9. num. 2.* nimirum si ipsa vocentur subsidium vitæ siue substentatio præcipuè in augmento relictorum pro subsidio seù pro substitutione *Costa de Remed. subsid. prælud. 1. num. 14.* & ipsorum appellatione veniunt quoque expense studiorum ex multis probat *Valasc. de priuil. paupert. p. 1. qu. 4. nu. 56.*

Adhuc, tamen erit aduertendum quod pro consecutione ipsorum dum in contractu gesto per fundatorem facto in beneficium ipsorum ita expressum reperitur, & per consequens actio ipsis proculdubio acquisita videtur, etenim actio ex stipulatione Notarij vtilis acquiritur, etiam absenti sine cessione, & ante ratihabitionem *l. 1. §. exigere ff. de mag. cõuen.* cum alijs apud *Mantic. de tacit. & Ambig. conuent. lib. 14 tit. 26. num. 10. & seq. & num. 19.* sicque actio censetur acquiri illis personis ad quas diritgitur effectus quamuis non sint nominate expresse, etiam in contractibus *Mandel. cons. 276. nu. 7.*

Quadere præsuppositа tali actione competenti cuilibet ipsorum descendentium ex dictis familijs pro consecutione iam dicti subsidij etiam, quod illud aliunde habuerint, nullatenus arcentur subuentiones, & expensas ipsas petere dum iure actionis eis debeantur quemadmodum alimenta debita iure actionis peti possint pro tẽpore præterito *Surd. eo tract. tit. 9. qu. 3. num. 7. & 62. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 11. num. 34 Ant. Fab. lib. 4. tit. 7. defin. 20. Polid. Ripa obser. 305. & Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 5. p. 1. num. 110. & glos. 6. par. 3. num. 35.*

Eo fortius pro futura consecutione futuræ subuentionis, ac etiam expensis studiorum, & doctoratus consequendis quorum causa fauorabilis atque pia existimatur ex infradicendis, eò principaliter intuendo causam legati finalis, quæ est finis omnium causarum *Mantic. d. tract. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 14. num. 7.* & primo ratione sanguinis, quæ est causa finalis, vt ibi *Mant. nu. 17.* nam ad hoc vt locum habeat talis subuentio quemadmodum causa semper debet præcedere ex qua fit legatum *l. huiusmodi ff. quan-*

Digitized by Google

ff. quando dies leg. cod. Martius dec. 2. num. 15. causa enim, etsi impulsiua
15 fuerit inopinata, quæ in legato licet præsumatur impulsiua *Mant. vbi sup. ex Bald. in l. 2. S. creditum col. 2. ff. si cert. pet.* tamẽ quãdo non coheret legato procederet secus tamen quando cohereret, vt ibi in fine ex *Cast.* ibi, & quando recipit cõmodum, & honorem testatoris vel alicuius tertij esset finalis secus si commodum legatarij tantum *l. Titio centum ff. de cond. & dem. Bart. Cast. & Crau.* cum alijs ibi relatis *num. 14.* ad huc tamen cõmo-
16 dum resultare comperitur vtrique nedum respectu legantis dum ex hoc mandando studijs incumbere ad doctoratus gradũ peruenire potuisset ex quo honor ipsi resultare videtur vt
17 in terminis de monaco volenti doctorari comprobat *Lelius Mancin. controu. forens. dissert. 27. sub num. 6.* annuens hoc Monasterijs mire proficium esse ex *Nauar.* & alijs ibi relatis, & melius *Cosm. Guimier. in prag. Sanct. tit. de collat. vers. Regularibus nu. 5.* ibi nedum est vtilior propio Mo-
18 nasterio sed etiam toti ecclesiæ vniuersali *cap. cum ex eo de elect. in 6.*

Similiter ex parte ipsius doctorandi dum ex eo non tantum honorem percipit quantum dignitatem *Auiles in proem. cap. Præt. glos. 1. nu. 21.*

Vlterius prosequendo causam ipsam legati conspicitur esse piam tum ob causam consanguinitatis, nam le-
19 gatum factum pauperi, etiam coniuncto dicitur ad pias causas *Alex. cons. 158. nu. 8. lib. 5.*

20 Tum quoque ob causam studij rã legatum factum pro studijs similiter piũ iudicari debere asserit *Tiraq. in præfat. sui tract. de briuil. pie cause*
21 *vers. item* relictum cum studij *Honded. d. cons. 57. nu. 9.* & maxime relict pro studio Theologie, vt post *Tiraq. loco citato refert: Honded. ibidem num. 37. Menoc. de præsumpt. Marta in summa legali de succes. p. 4. qu. 18. art. 4. nu. 44. lib. 4. præsumpt. 115. Simon de Petris de interpetrat. vlt. vol. tit. de Vilaz. interpet. 3. dubio 1. num. 1. Barri de succes. tom. 1. lib. 1. tit. de testam. ad pias causas nu. 15.* vbi subdit maxime si pauperi relictum sit, & non solum si pro studijs, quam etiam pro
22 doctoratu, vt assequitur *Molfes. in 2. p. sua summe tit. de vltim. volunt. cap. 5. nu. 161.* postquam legatum factum
23 studioso intelligitur si doctor efficiatur *Hieron. de Laurent. in repet. l. si emancipati num. 292. C. de Collat.* sicque testator legans expensas studij considerauit effectũ doctoratus *Honded. d. cons. 57. num. 5. vol. 2.* in tantũ est verum quod si diuitie superueniss-
24 sent pauperi adhuc legatum consequitur ex ea causa, quæ respicit pietatem præsumitur finalis *Ludouis. decis. 544. nu. 6. ex Bart Innoc. & Rom. In l. 2. S. fin. ff. de donat. Salic. in l. generaliter la 2. vers. aut ad validitatem C. de Episc. & cler. Ruyn. cons. 137. nu. 10. lib. 3. Angel. cons. 124. num. 4. Tiraq. d. tract. cessant. causa limit. 1. nu. 41.* & sic legatum debetur cessante paupertate exemplo ostendit *Anna cons. 21.* de legato facto pauperi qui postea effectus fuit Episcopus, vt debeatur, &
25 decisum tradit per S. C. quem sectatur ibi *Molfes. nu. 159.* ac etiam *Episcopus Riccius dec. 174. num. 4. par. 3.* eo fortius si monacus effectus fuerit, vt in casu isto, nam si ad meliorem statum perueniat non tamen diues efficitur, quia sub potestate Abbatis subij-
26 citur, & plus subest Abbati quam vxor viro *glos. in cap. noluit 33. qu. 5.* adeoque diuitie Monasterij non sunt propie ipsius, taliter quod tam in seculo, quam in monasterio inopia ipsius durat, eo maxime cum in eo profitendo vota solita emictere solent monaci hoc est paupertatem obedientiam, & castitatem ita quod monaci sub præcepto peccati mortalis obli-
27 gantur ad tria scilicet castitatem, obedientiam, & paupertatem *Abb. in cap. Deus qui num. 3. de Vita, & Honest. Cler.* quod est etiam dispositum in

cons.

Digitized by Google

consil. Trident. sess. 25. cap. 1. & per dispositionem eiusdem *d. sess. 25. cap. 2.* ostenditur, Regulares bona possidere non posse taliter quod si monacus habuerit peculeum sine licentia Abbatis priuabitur fratrum communione,& sepultura idem *Abb. in cap. Monachi n.1. de statu monac.*

Quare ex hiis optimo iure concludendum videtur in fauorem ipsius D. Archangeli,vt ei tale legatum debeatur.

Et sic fuit executum per Gubernatores Montis prædicti della Cesaria.

Io.Baptista de Thoro.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus Iurium loquentium suspensum ab officio fructibus officij carere referuntur.*
2 *Authoritas Prætoris iustam præbet causam.*
3 *Bone fidei possessor perceptos fructus consumptos iustè lucratur,nec ad restitutionem tenetur.*
4 *Locuplex quando quis dicatur esse effectus,& quando non.*
5 *Locupletem quando effectum fuisse eum præsumatur ex salario tantum.*
6 *Regula multa iam facta tenent, declaratur multi fariam.*
7 *Facta iussu superioris non infrigi debent.*
8 *Salarium an consequi debeat officialis, ab officio suspensus cum superioris licentia.*
9 *Regis non est auferre semel concessa.*
10 *Princeps vnum calamum habet, ac vnam linguam, & vt polus in Cælo ac lapis angularis esse censetur.*
11 *Celestinus id quod demane concedebat,sero reuocabat.*
12 *Repetitio eius quod solutum est consultò non datur.*

ALLEGATIO XVII.

Pro Fabritio Villano V. I. D. olim Reg. Cameræ Summariæ Præsidente Cum Regio Fisco.

VLtra doctissimè scripta per V. I. D. Horatium Theodorum,qui omnia more solito eleganter exarauit, Considero prætensionem hanc Regij Fisci facili, ac viua ratione dilui, quandoquidem casus de quo agitur satis diuersus conspicitur,à casu in quo iura per fiscum forte adducta loquuntur, dum mandant suspensum, fructibus officij carere,

1 Primo quia loquntur dicta iura quando suspensio fuisset in pœnam factam,secundo quando instructo processu,cum causæ cognitione,pro vt latius collega meus fundauit.

Tertiò prædicta procedere ego addo quando res esset in fieri nempè qui suspensus,vellet salarium, tunc fortè illud posset denegari, at quando suspensus,illud percæpit, ac bona fide exegit, & consumpsit ne dum authore prætore cuius authoritas iustam
2 præbet causam *vulg. iur. in l. iustè possidet ff. de acquir. possess. Bal. in l. vnica C. ne quis in sua causa iudicet & in l. errore C. de testam.* sed quod plus est authore Rege domino non ita iubente tunc tria sunt iura quod bone fidei possessor perceptos fructus consumptos tamen iustè lucratur, & ad restitutionem aliquam non teneatur
3 secundum *Bart. post Glos. in l. ex diuerso de reiuendic. & per Felyn. & Couar. in tract. var. Resol. lib. 1. cap. 1.*

Nec dicat fiscus ex salario huiusmodi Fabritium effectum locupletiorem quam si illud non habuisset pro honore dignitatis,quam iam retinebat tam magnam domum officio condecentem alioque sumptus non erogasset sed illos restrinxisset,pro vt in termino dando latius ostendetur, nec
4 refert quod salarium in vsus suos cõuertit, quia non sequitur ergo est effectus locupletior, dum in vius suos,

ac

Digitized by Google

ac familiæ conuertit splendidius viuendo, sed *l. & ff. lege §. ff quis rescia ff. de pet. hered. Ang. cons. 160. & præcæteris Ias. in l. Nesennius §. fundus n.* 5 *4. ff. de rei vendic.*, vltraque in dubio præsumi non debeat ex illo esse locupletiorem effectum prout *Doct.* magnæ authoritatis, & in numero copioso tenuerunt contra *Gloss. in l. vtrum de pet. hered. ita Ang. cons. 160. in fine. Paul. de Castr. cons. 17. Curt. cons. 71. Carolus Ruyn. cons. 91. & omnissis. aliis. Iacob. Menoch. in tract. de Recuperan. possess. in 15. Remed. nu. 583. fol. 171.* dicit hanc esse opinionem Crebriorem sibique placere, quem, & alios congerit *Præses de Franch. decis. 31. d nu. 2. & seq.* quo fit vt post talem perceptionem, & consumptionem salarij nullatenus sit vltra vexandus 6 Fabritius cui opitulatur etiam *vulg. reg. l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. &c. factum vbi Dyn. de reg. Iur. in 6.* quod multa tenent facta, quæ facienda impedirentur, res enim 7 hodie non est in fieri, facta reperitur iussu Regis, ista exactio quod proinde infligi nequeat vt post *And. Assl. in rub. Const. Regn. de Defens. Impos. nu. 3. & Ias.* autem eum *in d. l. patre* infinita ad idem congerit exempla.

8 Insuper non ommictam quod quando officialis ab officio cum superioris licentia se absentauit quod interim debeat habere salarium *l. hac lege vbi Io. de Plat. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.* Cæterum ab officio Fabritius se absentauit iussu superioris per ipsum seruire nõ stetit ergo iusto salario carere non debet, Nec obstat quod culpa fuit absentationis, causa, enimuero si illa apud dominum non fuit considerabilis Nec pariter apud ministrum & si dominus fuit liberalis, scio quod minister non erit auarus, quinimo rogo circumspectissimos Iudices, ne permittant Regis mandatum irritum fieri, non enim esset propium Regiæ 9 Maiestatis auferre semel concessa est *text. in §. 1. in auth. de Referend. And. in* 10 *cap. dudum. 13. qui succes. ten.* habet enim vnum calamum Princeps, ac vnam linguam, & vti polus in Cœlo, ac lapis angularis esse censetur *Dec.* 11 *cons. 689. nu. 19.* Nec Celestino est similis qui demane concedebat de sero reuocabat dixit *Frecc. de præsent. inst. p. 8. qu. 3. nu. 74.* & proinde concessum salarium ex regia munificentia, & bona fide solutum, & consumptum nullatenus sit hodie repeten- 12 dum eo quia consulto, & ex certa scie tia datum quo casu cessat omnis repetitio *vulg. l. cuius per errorem ff. de reg. iur.* hæc occurrunt.

Fabius de Falco.

Additio quod non debeatur salarium officiali suspenso decisum tradit per. S. C. *Anna in repet. cap. 1. de V. arall. etat. num. 222.* eundem citat sequendo, & alios allegando *Capibl. in pragm. 5. de baron. nu. 90.* ac etiam *Reg. de Ponte dec. 24. nu. 23.* vbi ita etiam decisum fuisse refert in supremo Consilio Italiæ, & referente eodem sequitur *Mastr. de Magistrat. lib. 1. cap. num 93. & seq.* & ibi alia tradit ad ornatum huius materie, & *per nos inp. parte compendij ver. fructus officij* vbi *de Anna* mentio habetur, ac etiam de ipso *D. Reg. de Ponte*, multa alia ad ornatum ostendit *Camill. Borrell. in lib. 1. de Magist. edict. cap. 13. per totum* hinc aliqui distingunt si fuerit restitutus vel non ad officium, & si sua culpa, vel alterius vt ibi per *Capibl.* scio enim præfatum *D.* Præsidentem de quo agitur nunquam fuisse restitutum, sed morte præuentus lis non fuit sopita ad quorum comprobationẽ fateor pręteritis annis à quodam officiali fuisse interrogatũ quid in excommunicato si post absolutionem recuperat emolumenta & allegaui *And. in const. humanitate col. 2. vers. & hoc quidem* dicentem non recuperare prouentus perceptos pendente tali instantia pro-

proferenda, & ibi diffuse de bannito vbi plura. Thoro.

SVMMARIVM.

1 *Euictio si promissa non fuerit an debeatur & nu.2.*
3 *Scire quilibet præsumitur de eo quod est publica vox, & fama.*
4 *Vicinus præsumitur scire facta vicini.*
5 *Ius super Fundo indotem dato viro, censetur traslatum per vxorem.*
6 Tex. in l. ex hijs prædijs C. de euict. declaratur.
7 Tex. in l. qui tabernas, ff. de contrah. empt. explicatur.
8 *Ius quod quis habet, scienti vendere censetur.*
9 *Dos an sit Ius vniuersale.*
10 *Prætium succedit loco rei in vniuersalibus, & nu.11 & 13.*
12 *Receptio rei litigiosæ seu euincendæ, simpliciter, absque protestatione, an censeatur rem habuisse.*
14 *Litis periculum suscipiens, conqueri non debet.*
15 *Verisimile attendendum est.*
16 *Verisimilitudo pro lege habetur.*
17 *Paradogium seu nobilitas contrahitur ex infeudatione.*
18 *Decisio Sacri Consilij citatur.*
19 *Scriptura in quibus casibus requiratur?*
20 *Scripturæ, & testes tandem vim habent.*
21 *Argumentum à solito validum est in iure.*
22 *Coniuncti an admittantur in testes.*
23 *Multa tractantur? quæ non concludunt.*
24 *Creditur potius duobus testibus affirmantibus, quam mille negantibus.*
25 *Testis de auditu, & scientia deponere cogitur.*
26 *Remissio donationis in beneficium vxoris iure censetur inesse per taciturnitatem, & mortem viri de interesse dotis non solutæ, vel solutæ, & euictæ.*
27 *Decisio Sacri Regij Consilij producitur.*

ALLEGATIO XVIII.

Pro Iulia Monaca Comitissa Migianei.

ET si causa hæc dotalis Iuliæ Monacæ dotem allegationum non aliter exposcat stante ipsius claritate, ac qualitate Peritissimorum iudicantium cuncta callentium, attamen vt clienti satisfaciam infra annotare non retuli ipsamque dimicationem voluminosi Processus præstringendo, animaduerti Iuliam duo pro nunc principaliter petijsse.

Primum quod dos sibi restituatur stante dissolutione matrimonij propter obitum Comitis Migniani, sui olim viri; secundum quod antefatum duc. 8000. sibi soluatur; & dixtinctim procedentes respectu dotis, intentio *Iuliæ* bene fundatur ex capitulis matrimonialibus, Regio assensu vallatis, ac ex testium depositionibus per quæ liquet dotis consignatio, & promissio restitutionis in casu isto soluti matrimonij accedente insuper testamento eiusdem Comitis, qui legauit eidem *Iuliæ* eius dotes, & antefatum seruata forma cautelarum.

Et in hoc intueor partem exceptionem euictionis terræ Guagnani obijciendam, Præsupponendo principale corpus fuisse terram prædictam, cumque Constante matrimonio, illa per Ioannem Antonium Albritium præuia sententia Regiæ Camerę fuerit euicta, quod proinde euictio prædicta duo sibi præbeat; vnum & potissimum interesse ipsius quod secundum figmẽtũ ipsius esset duc. 18. mil. alterũ vero est, vt sicuti dos ob euictionem diminuta est, ita & antefatum sit diminuendum Et quamuis in capitulis euictio non sit promissa, adhuc illam sibi deberi ea ratione contendit, quandoquidem non à traditione, sed à promissione sumpsit exordium, ipsius dotis constitutio iuxta *vulg. tex. in l. 1. ubi*

vbi glos. magistr. & scribentes omnes C. de iure dot. de quo latissimè per *Gomes. tom. 2. cap. 2. in tit. de empt. & vendit. nu. 37. in fine.*

Et primo cum per innumeros testes fide dignissimos, ac omni exceptione maiores scientia Comitis ante matrimonium, & in ipso matrimonij tractatu fuerit plenissimè probata, sciebat enim Comes qualiter Casale Guagnani quod sibi dotis nomine tradebatur erat litigiosum, & per Albritium ab ipsa Iulia in Regia Camera relaxari prætendebatur ob quam quidem plenissimam scientiam prætermicto, quod cum euictio non sit specificè promissa non aliter debeat ad *tex. l. si à matre C. de iure dot. l. si fundum sciens Cod. de euict.* de quo abunde per *Dec. in cons. 411. circa finem, & Ias. in § fuerat. num. 34. Inst. de Actionibus.*

Comitisque scientia vltra quam plurimos testes illam optimò deponentes duplici adminiculo corroboratur, tùm quia lis præfata Albritij super relaxatione Guagnani, erat in tota Prouincia Hydrunti, vbi Comes degebat publica, & notoria, & diutissimo tempore ventilata, & nihilominus quilibet præsumitur scire id de quo est publica vox, & fama *Bart. in l. is potest 9. col. ff. de acquir. poss. not. Doct. in l. si tutor petitus C. de peric. tut. Alex. cons. 36. 2. col. vol. 1.* cum similibus, tum quoque cum terra prædicta Guagnani tunc litigiosa erat, & est sita propè terram Migianei, vt pars aduersa deduxit *in 13. articulo fol. 344. à ter.* ibique continuo Comes tunc incolebat; erat ergo vicinus, & tanquam vicinus eo vehementius præsumitur sciuisse facta vicini *vulg. c. quosdam ext. de præsumpt. cum concord.* quò fit vt de plena scientia litis habita per Comitem non sit cæspitandum.

Istoque assumpto ita præsupposito dico, quod Iulia simpliciter, ac inæstimatum dans Casale indotem, ius tantum quòd in eo habebat viro trastuliisse censetur, ex *reg. tex. in l. cum vendices, & in l. qui tabernas ff. de contrah. empt.* qui, etiam in dote procedit inquit *ibi Bald.* & in effectu ius retinendi Casale habebat donec sibi prætium primum restituebatur, hoc quidem ius, & prætium intelligitur doti datum, Nec obstabit *tex. in l. ex ijs prædijs Cod. de euict.* quoniam procedit qnando emptor qualitatem rei emptæ nesciuit, verum quandò de qualitate rei fuit certificatus pro vt est in casu nostro tunc benè militat *tex. in d. l. qui tabernas*, vt eleganter explicat ibi *Bald. in addition. vbi Cæteri Doct. & Fabian. de Monte in tract. de empt. in 6. qu. principali num. 34. vers. rursus videns*, scienti enim ius quod habet, quis tantum vende. re censetur *Bologn in cons. 2. Vrsil. in decis. Affl. 81. num. 5.* cumque Comes satis superque de qualitate litigiosa istius Terræ fuerit certus procul dubio ius tantum quod vxor in ea habebat in dotem recepisse Intelligitur, at in hoc iure, & prætio nulla postmodum contingit euictio igitur illa allegari non meretur, secundo considero, vel dotem esse ius vniuersale secundum *Bart. in Rub. ff. solut. mat.* pro quo multa congerit. *Negusant. in tract. de Pignor. 4. memb. 2. part. nu. 50. & seq.* sed in vniuersalibus prætium succedit loco rei *vulg. l. si rem, & prætium ff. de pet. hæred. & l. Imperator § fin. ff. de leg. 1.* vel quando non esset dos ius vniuersale esset tamen spetiale in dote, vt prætium succedat loco rei firmat *Glos. in l. si vt præponis C. de Reiuend.* ergo dum Comes simpliciter, & absque protestatione ab Albritio terram, euincente loco ipsius, recepit prætium ducatorum 11500. profectò rem ipsam dotalem virtualiter, & iuris ministerio habuisse dicetur *l. ita constante, & l. res, quæ ex dotali ff. de iure dot.* abundè probat *Io. Campeg. in tract. de Dote in 1. parte in 4. quæst. num. 4.*

Imò

Imò per viri acquieſcentiam in receptione dicti ſubrogati prætij, tacitè actum intelligitur inter coniuges, vt ipſum prætium vice rei dotalis ſuccedat maximè cum hoc ad mulieris cædat vtilitatem poſtquam ex hoc eccitat vxor, ne marito de euictione te-
13 neatur quod præalleg. iura principaliter conſideraverunt, adſtipulatur quoque *Bald. Nouell. in tract. de Dote par. 2. nu. 5.* cæterum in tali pretio dotali nulla (vt ſupra dixi) ſucceſſit euictio. Igitur articulus euictionis, fruſtra ex aduerſo diſputatur.

Tertiò, & fortius alia ratione ſumus in tuto, ſiquidem Comes vt matrimonium hoc cum d. Iulia perficere valuiſſet in ſpecie in illius tractatu, & concluſione contentus remanſit litis periculum ſubire, dictamque terram in dotem recipere ſuo riſico, & periculo pro comperto habens, quod ſaltim dictum prætium duc. 11500. ab Albritio exigiſſet quando propriè in lite ſuccumbuiſſet vt latiſſimè in nota facti eſt demoſtratum per innumeros teſtes, qui iam in Aula lecti fuerunt, ea propter de ſe ipſo Comes conquæ-
14 ratur cum in ſe litis periculum ſuſcepit ad *tex. vbi not. in l. ſi fideiuſſor §. 1. verſic. ſin autem ff. qui ſatisdare cogant. cum vulg.*

Et huiuſmodi probatio noſtra, nẽpè, quod Comes litis periculum ex certa ſcientia ſubijt, nedum vera, ſed ex infradicendis ſatis veriſimilis, red-
15 ditur, quod autem eſt veriſimile venit de iure attendendum *Aret. plenè conſ. 9.* Porrò veriſimilitudo eſt adeò
16 potens, quod pro lege habetur *Oldr. conſ. 13.* quæ & alia in præpoſito non minus eleganter, quàm copioſè congerit *Præſes de Franch. in deciſ. 153. num. 5.* enimuero inficiãs dotem Iuliæ etiam abſque Terra Prædicta computato dicto pretio per Comitem recepto adhuc remanſiſſe duc. 3500. quæ ſatis erat conuenientiſſima coniugum quoque actencta qualitate, Nam Iulia, pulchra, matrem de nobiliſſima familia Capyciorum habens, filia Baronis, Baroniſſa quoque ipſa
17 erat, quo caſu nobilis iam erat effecta, cum ex feudi quaternati infeudatione contrahitur paradogium, & nobilitas vt notat *And. de Iſern. in cap. 1. ſi de feud. fuer. cont. & in cap. 1. §. fin. de cap. qui cur. vend. Caſſan. in Catalogo Glor. Mund. 8. par. Conſid. & Frecc. lib. 2. de ſubfeud. qu. 12. num. 4. verſic. ſeptimo ſi loquimur de Comite,* ille erat pauper nimis ære alieno grauatus, & maximus luxor, Ideoque ducendo vxorem quoque nobilem pulchram, ac ditiſſimam cum dote duc. 35000. quis eſt qui neſciat matrimonium condecens, ac dotem fuiſſe abſque terra ſatis condignam, vt pleniſſimè in nota facti fuit oſtenſum, adeòque ex vi dictæ conuentionis, & pacti de euictione, non eſt aliter agẽdum, quandoquidem Comes eius riſico, & periculo acceperit.

Nec mirum eſſe debet, ſi tale pactum in capitulis matrimonialibus non fuerit deſcriptum, vbi alia pacta leguntur, etenim id proceſſit ex celeritate, ac velocitate cõcluſionis iſtius matrimonij, vt matrimonium, filij quod Cæſaris de Ianuario excluderetur, vt Pars met aduerſa in ſuis articulis fatetur, & eius teſtes depoſuerunt, vnde propter celeritatem actus omnia pacta, omneſque conuentiones non fuerunt ſcripta, plus ergo concluſum, ac dictum quam ſcriptũ, & eò fortius de hoc mirari non debemus, ſi quidem negotium hoc agebatur à tutoribus, qui vt Sacro Conſilio benè innotuit, nõ niſi propio Cõ modo, & non pupillę operam dabant, tunc ſummopere quietationes extorquentes, eorum adminiſtrationis ducat. 60. millia abſque redditione cõputorũ, quæ deinde referente Conſ. Vincentio de Franchis per Sacrum Conſilium fuerunt annullatę; nec tãdem tale pactum ſcripturã aliquam requirebat; non eſt enim de Caſibus per *Gloſſ.* enumeratis *in c. 1. de Cenſ. in*

6. cum

Digitized by Google

6. cum eadem uim habebant testes, & scripturæ ei hoc casu *ex vulg. reg. l. in exercendis, C. de fide instrum. cum simil.* quinimò cum in capitulis nulla sit mentio facta euictionis, arguere facilitèr possumus, inde hoc processisse, quia aderat pactum vt Terra risico Comitis esset alioquin si pactum non fuisset, vtique Comes expresse de euictione se cautelari fecis-
21 set, & non ita sicco pede pertransisset in re tam graui, generale solitum attendendo, à quo validum est argumentum *Isern. in c. 1. nu. 18. qui succes. ten.*

Nec pariter obstat prolixa probatio Partis, quod Comes ignorauit litem quam si sciuisset, non contraxisset, & quod tempore matrimonij nulla fuit facta mentio litis super terra Guagnani, quod testes partis aduersę deposuerunt inter quos est & Liuia Capicia mater actricis, quæ vltra quod nunc odio prosequitur dictam Iuliam, & habitat Domi Falci de Falconibus inimici capitalis Albritij, Nihilominus ex reg. *tex. in l. paren-*
23 *tes C. de test.* de qua per *Specul. in tit. de testibus* §. 1. *circa princip.* non admittitur pro teste etiam volens, nec pro, nec contra tanquam mater in causis filiorum, vlterius ex multis rationibus ista probatio partis repellitur, & alicuius considerationis esse nequit, & ob id iustissimè probatio Iuliæ prævalere debet vt in notamento fuit latè scriptum.

Primo Testes Iuliç sunt maiores numero, deponuntque verisimiliora. Item Testes partis sunt pro maiori parte ex grauissimis causis repulsati & testes nostri omnes approbati, insuper testes Iuliæ deponunt conclusionem negotij, scilicet cum hoc pacto, & conuentione concluſum fuisse matrimonium vt Comes suo risico, & periculo litis terra habeat, & testes
23 aduersarij deponunt de tractatu, non autè de conclusione, & propterea nõ obstant: enimuero multa tractantur, quæ non concluduntur *Bal. in l. cum allegas C. de vsuris & in l. multum C. si quis alteri vel sibi Dec. cons. 81. nu. 1. alijs omissis.*

Denique accedat, quod testes Iuliæ affirmatiuam testantur, dum ratio-cinantur Comitem conuentionem, & pactum inijsse, quod suo risico terrã accepisset, & de lite non curasset, & testes partis aduersæ deponunt negatiuam, dum in effectu dicunt de lite tempore matrimonij actum non fuisse, quò Casu magis duobus testibus nostris ita affirmantibus, quam mille Partis est ctedendum, iuxta *vulg. glos. in l. diem proferre* §. *si plures ff. de recept. arb. Doct. in l. heredes palam ff. de testam.* maximè quia negatiua ex aduerso caret, implicita affirmatiua, nec loco, & tempore coarctatur opus est enim vbi testis vult negatiuam coarctatam deponere vt actum, à sensu nõ autem sensum ad actũ remoueat, cum dicere debeat conuentionem prædictam tali die, ac tali loco, vbi ipse te-
25 stis semper interfuit factam non fuisse, quæ non tunc fieri potuisset, quin ipse testis vidisset, & audisset, & tamen nemo ex testibus aduersarij hoc deposuit ita docet *Bart. in d. l. heredes, palam nu. 7. in fine Bal. in l. 1. C. de bon. poss. secundum tab. Franc. Curt. in tract. de testibus in 27. conclus. nu. 31. Lanfranc. in Repet. c. quoniam contra in 3. col. ex. de Probat.* in quibus tanquam notissimis, tempus non terã

Sed quid plura si irrefragabiliter ex infrascriptis prolatio huiusmodi partis aduersè nedũ verisimiliter, sed omnino falsa cũ Reuer. reddatur, Pro quo animaduerto in primis quod cantat probatio ex aduerso, Comitẽ litẽ ignorasse ante matrimonium, quo consumato sciuisse, & valdè conquestũ fuisse de tutoribus, qui eũ in tali negotio tacendo litẽ deceperãt, si hoc esset verũ, ego quęro cur deinde Comes illinc ad annũ eisdẽ tutoribus quietationẽ ducatorũ 60. facit absque redditione aliqua Cõputorũ, vtique non quietas-

Digitized by Google

set; Porrò quietauit libenter, & mentionem de lite non fecit, quoniam exploratum pactum habebat, quod terram suo risico receperat.

Rursus & fortius post passam euictionem Comes in pluribus vicibus vendidit aliqua bona Iuliæ, de quibus eam cautelauit, quinimo eidem plures dedit fideiussores, si pactũ non fuisset verũ, sane vxorẽ non ita cautelasset, & illa bona cum prætensu interesse, euictionis tam magno cõpẽsasset, vel saltim cautelã ab vxore quæsiuisset.

Denique Comes super vixit post passam euictionem per multos annos, & sẽper siluit, quinimo in vltimis constitutus condidit testamentũ quod quidẽ testamentũ pars aduersa approbauit, cum se ipsam vigore dicti testamenti hęredem declarari fecerit mediante Decreto prœambuli Magnę Curiæ, vt fol. 246. adeò quod testamẽtum hoc, quod Comitis Pars hodie impugnare nequit, & in hoc sancto testamento Comes legauit dotes, & antefatũ d. Iuliæ, ac vsumfructũ eius bonorum, si probatio partis esset vera, Comes de euictione in testamẽto vtique mentionem aliquam fecisset, & vxori dotes, antefatum, & vsumfructum non legasset, quæ omnia probationem Iuliæ verissimam, & probationẽ Partis à veritate alienam cũ Reuerẽtia proculdubio reddunt, quò circa exprædictis omnis cessat difficultas, & sumus in satis superque claris.

Postremo exabundanti considero quod & si interesse euictionis Guagnani, aliquando fuisset debitum, prout ex allegatis omnino in debitum ostendi tamen hodie nullo iure deberetur, quod probatur, enimuero remis
26 sio præsentis interesse est inducta, postquam dum vixit Comes per totũ matrimonij tempus hoc interesse nunquam petijt, siluit, & postea obijt. Per quæ quidem duo scilicet per taciturnitatem, ac mortem viri lex de interesse dotis non solutæ, & demum euictæ donationem validam, quod remissionem induxit in vxoris superstitis beneficium iuxta *tex. in l. vir vsuras vbi not. Doct. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. cum quidam §. diuus ff. de vsuris Roman. Cons. 517. num. 16. Bal. de Præscript. 1. p. 3 par. principalis col. 11. versic. subdit Boer. decis. 196. nu. 4.* & licet in marito tacente per aliquot annos inter *Doct.* adsit disputatio si fit inducta remissio interesse nec ne, tamen in tacente viro, & postea defuncto non cadit ambiguitas prout fedare istius distinctionis contrarias, concordat opinio prædicta & alia cumulatissimè referendo *Senat. Pedemont. in decis. 135. nu. 19. & seq.* Cæterum in casu nostro disputatio non cadit, etenim non duo tantũ, fœdera concurrunt, silentium uiri, mors ipsius, & legatum dotis factum per eundem virum in testamento iam dicto per partem approbato, vt supra dixi: quapropter Interesse terræ euictæ nullo pacto deberi clarissimè liquet.

Quò vero ad petitum antefatum duc. 8000. probabilẽ non video difficultatem, fuit enim illud legitimè cõstitutum per publicũ ac sollemne instrumentũ, & factus est casus illius lucri factionis per obitum viri. Nec Euictio Guagnani diminutionem antefati operari potest pluribus de causis, & potissimè quia euictio prædicta nullius est momenti vt supra fuit latissimè fundatum.

Item quia antefatum hoc ducatorum 8000. non fuit constitutum contemplatione dotis, sed contemplatione matrimonij, vt in aula fuit demonstratum, & ita cantat Instrumentum, & proinde, si non contemplatione dotis, estò quod dos esset diminuta, non propterea antefatum diminui debet, nec refert, quod dictus Albritius minus antefatum constituit in secũdo matrimonio d. Iuliæ, qa est satis diuersa ratio, de primo mat. ad secundũ, & primo. n. d. Iulia erat virgo, in secũdo vidua, in primo dos explicita

in se-

secundo dos tota implicita, & litibus inuoluta, vt dicitur in eodem instrumento.

Præterea matrimonium est contractum more Magnatum vt legitur in Capitulis matrimonialibus, quo casu antefatum vt tertiaria dotis, & actenta, hac consuetudine, cum dos remansisset dempta terra Guagnani in duc. 3500. proculdubio antefatum esse debet duc. .. & nihilominus fuit Constitutum. duc. 8000. in quo non Comes, sed actrix læsa conspicitur.

Vltimo si idem Comes post passam euictionem in vltimis legauit ipsi Iuliæ dotes, & antefatum seruata forma cautelarum, & cautelę sunt pro duc. 8000. ergo sumus in claris, & idcirco sub colore euictionis Guagnani, ne dum antefatum hoc non est diminuendum, sed ad tertiariæ summam duc. 81. esset reducendum, tan-
27 dem Sacrum Consilium referente, tunc Regio Consiliario Vincentio de Franchis postea meritissimo Præside, Sacri Consilij donationem pro uera, & legitima non habuit, quia comes erat Prodigus, & nec expresse nec tacitè donare poterat, & licet pars prætendebat interesse duc. 19. pro interesse, & non soluere antefatum, tamen per idem Sacrum Consilium fuit condemnatus Comes ad integrũ antefatum, & dictam Iuliam ad duc. 500. tantum pro euictione, erat enim negotium inter matrem ditissimam, & filiam pauperrimã, vt negotiũ no ità clarũ Fabius de Falco Decretũ fuit tenoris sequentis v3. Decreto S. C. declaratum est habita ratione ab hinc inde prætensa d. spectab. Iuliam remansisse, & remanere creditricem d. spectabilis Comitis eius filij pro causa antefati prædicti in duc. 2123. vna cum interesse quantitatis prædictę liquidando vsque in præsentem diem in alijs ducatis 643. 3. 2. ita tamen vt in casu restitutionis antefati d. Iulia teneatur restituere integros ducatos 8000. hoc sunum sub die 10. Iunij 1550. pènes Burrellum.

Additio has allegationes inserui in meo *Compendio decis. Regni tom.* 1. *verbo dotis restitutio* licet ibi deficiat copia supradicti decreti. Thoro.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus* l. si quis postea ff. de lud. & l. cum quædam puella de iurisd. omniũ iud. l. 2. C. vt lit. pend. S. 1. in Auth. in med. lit. &c. *referuntur.*

2 *Temporis initium inspici debet.*

3 *Euentus posterior formatur ad primordium tituli.*

4 *Priuilegium lite pendente superueniens an reum à Foro eximat.*

5 *Conditio casualis vel mixta retro trahitur ad diem contractus vel concessionis quandocunq; si postea adimpletur, &* nu. 6.

6 Tex. in l. illud ff. ad l. aquil. *conciliatur*

7 *Gratia Principis latissimè interpretanda est.*

8 *Verisimile iudicatur quod quis Respondisset si ita interrogatus fuisset, & procedit etiã in materia assensus numer.* 10.

9 Tex. in l. tale pactum cum glos. ff. de pact. ponderatur.

11 *Instantia perempta omnia acta litis ordinatoria pereunt.*

12 *Exceptiones tum dilatoriæ, tum etiam declinatoriæ opponi possẽt perempta instantia dum de nouo causa inchoatur.*

13 *Decisiones Sacri Regij Consilij referuntur.*

ALLEGATIO XIX.

Pro Illustrissimo Magno Cancellario Regni, & Fabritio Villano V. I. D.

SPiritus Sancti gratia illuminet sensus, & corda nostra; Articulus remis-

Digitized by Google

sionis causæ Fabritij Villani ad almũ Collegium, ex temporum dixtinctione claram recipit decisionem. Tria profectò sunt tempora considerãda, primum tempus est priuilegij concessi à Regina Ioanna anno 1428. Secundum tempus est Doctoratus eiusdem Fabritij, & petitionis admicti ad Collegium. Tertium verò tempus est exequutionis priuilegij, & conditionis euentus, dum per obitum aliorum de Collegio in numero de quatuordecim priuilegiatis, fuit ipse aggregatus, & fiat pendente lite in sacro Consilio euenit His temporibus sic dixtinctis iura, quæ per partem allegantur procul dubio in casu nostro non militare iustè contemnam, siquidem *text. in l. si quis post mortem ff. de iudic. l. cum quædam puella ff. de Iurisdict. omn. Iud. l. ex C. vt lite pend. & vbi Doct. extra eod. & in §. 1. in authen. ne fil. nõ fier. fac formã cũ similibus* procedũt quando lite pendente, ac in fraudem ipsius litis priuilegium aliquod fuerit postulatum atque impetratum. Cæterum hac lite pendente à Fabritio nullum fuit à Rege priuilegium postulatum, & obtentum, quandoquidẽ illud fuerit antedictum ferè per seculum à Regina impetratum, si postea doctoratus, petitionisq; tempus attendere velimus pariter litem hanc spatio 40. annorum præcedit, quo quidem tempore de præsenti lite nil tractabatur, nec cogitabatur, & si denique de tertio agimus tempore nempè effectualis admissionis dicti Fabritij, quæ pendente lite successit, in hoc vtique casu veridicè affirmare, nequiuimus, priuilegium pendente ipsa lite ad postulationem superueniſſe, & sic omnes regulæ partis aduersæ cessabunt, postquam dum pendente lite dictus Fabritius, ex antecedenti causa priuilegij nanciscitur locum, in Collegio, erit sanè iudicandum de tali exequutione, & admissione habito respectu ad præfati priuilegij initium & ab eo tempore, sunt adhoc vulgata iura *l. qui id quod ibi* causam, & originem præualere placuit *ff. de donat. l. 3. C. ad Macedon.* hinc dicimus ad primordium tituli posterior formatur euentus *l. 1. Cod. de impon. lucrat. descript. lib. 10. l. in Famem ff. de publ. Iudic. cum alijs congestis per Glos. in cap. dudum de elect.* & consequenter alis exequutio, & admissio ab antiquis temporibus originem trahens, abilitis & non a tempore litis motæ venit consideranda, & si priuilegium interpendente superueniens citra factum hominis eximit reum à foro *l. non distinguemus §. item si quis ff. de recept. arb. ang. in l. si quis postea nu. 4. in fine ff. de iudic.* vbra non vllas *Gloss. Bart. ac alios Doctor. per Collegam imprimis allegationibus adductos, Author. Commun. opin. in tit. de Diuers. Rescript. num. 7. tit. 20. vol. 1.* quanto magis purificatio conditionis, vetusti priuilegij ex emergens reum à foro eximere debet; quæ quidem omnia corroborantur ex illa cõmuni *Doct.* conclusione quod conditio Casualis, vel mixta, quandocumque postea adimpletur ad diem contractus vel concessionis retrotrahitur, & tunc non attenditur tempus existentis conditionis, sed primeuæ concessionis *l. quibatneum §. 1. & l. potior §. 1. vbi scribent: ff. qui pot. in pign. habeant.*

Priuilegium hoc sub conditione Ciuibus Neapolitanis concessum inspicitur si fuerint ad Collegium introducti, quæ adimpleri nequit, nisi succedente morte aliorum de Collegio, & hoc à fortuna, & à casu depẽdet, & proinde erit conditio casualis à mera potestate hominis non depẽdens, & dato quod factũ hominis scilicet cõcurrere debeat, eo quia, collegiatus se doctorari procurauit, & admicti ad Collegium vetustis temporibus postulauit, hoc inquam nil aliud nisi mixturam hominis, & naturæ operatur, quò circa erit mixta conditio, quæ similiter sicuti Casualis retro-

Digitized by Google

trotrahitur cum potestatiua, sola cõditio retrotractionem non mereatur, vt per *Glos. Bart. Ang. Salyc. & alios in l. pen. ff. qui pot. in pign. hab.* per scribẽtes *in l. si is quod pro emptore ff de vsu capion.*

Nec verba priuilegij, vt pars fortè asserit in hoc repugnant, quod in causis ciuilibus, & criminalibus dum ipsi de Collegio conueniuntur Iudex cõpetens existat Cancellarius Regni, quasi tempus conuentionis, & litis motæ debeat esse de Collegio, ergo à contrario sensu si tunc temporis quis de Collegio non fuerit fori declinatoria non gaudebit; multipliciter dyluitur difficultas, Primo dico quod verba conueniunt, & consequenter, & dispositio conuenire debet, vulgatis ad hoc iuribus loquitur enim priuilegium dum conueniuntur ipsi de Collegio, ita verba habent tractum successiuum, & semper quod pars agit hanc causam collegiatum conuenire cẽsetur, & ex consequenti nunc quod conuenitur, nunc sibi, & dicto magno Cancellario competere dignoscitur fori declinatoria, actentis dictis verbis.

Secundo rogo ponderatur ratio prigilegij circa declinatoriam ipsam, fuit namque illa concessa, ne ipsi collegiati per diuersa Tribunalia lacerari, & vexari valeant, ista quidem ratio nedum in principio litis, sed in quacumque ipsius parte militat, & ob id militat quoque similis dispositio *l. illud ff. ad l. aquil.* vnde actenta hac ratione ne vagetur per aliud Tribunal omni iure causa est remictenda ad Collegium Iudicem Competentem,
7 eõque magis cum ista gratia Principis latissimè sit interpetranda contra concedentem *l. fin. ff. de Const. Princip. vbi Ias. & Doct. in cap. si gratiosè de Rescript. in 6. & Paul. Grillan. in Tract. de Relaxat. Carcer. in tit. de Indulgen. & benef. in 2. qu.*
8

Tertio si de hoc Regina interrogata fuisset, ne Collegiati ab Almo Collegio abstraherentur, verosimiliter respondisset, quod remicti debeat in quacumque parte Iudicij facit trita
9 regula, & ibi *Glos. in l. tale pactum* §. *fin. in glos. fin.* ibi item nota id esse de iure seruandum quod verisimile est, statutum fuisse si quæsitum fuisse *ff. de pactis*, & hoc in omni materia etiã rigorosa, & pœnali locum habet, & etiam in materia stricta assensus. *Marin. Frecc. lib. 2. de subfeud. in 2. quæst. latissimè per meritissimum Præsidem*
10 *de Franch. in decis. 91. & decis. 23.*

Vltimo considero potissimam (ni fallor) rationem, & aduerto quod instantia istius causæ est iam diu perempta, & consequenter omnia acta litis
11 ordinatoria perierunt vulg. *l. properandum C. de Iudic. vbi Doct.* actis, & processu peremptis, amplius lis non dicitur pendere, quò circa nũc, quod pars Fabritiũ cõuenire quærit, & iterum molestare reperit ipsum priuilegiatum antecedente priuilegio fori, & sumus in principio litis vbi optima ista cadit exceptio, quapropter tradunt *Doct.* quod post peremptionem instantiæ, dum de nouo causa inchoa-
12 tur omnes exceptiones possunt opponi dilatoriæ, ac declinatoriæ, ac si nullum vnquam iudicium fuisset intentatum *Ang. in cons. 289. Marant. in suo Specul. in 5. par. num. 61. & ibi quoque Foller.* & proinde omni iure coram suo competenti Iudice Fabritius ipsæ Villanus conueniendus erit nempè in Almo Collegio, vbi iuris periti, docti, vt notorium est non deficiunt vnicuique iustitiam ministrari, sed demum iunctis consiliarijs dua-
13 rum aularum contrarium fuit decisum referente D. Francisco Bernardo de Quiros Reg. Cõs. Hispano meritissimo, dum ipsa causa reperiretur in limine expeditionis fuit decretũ quod causa prædicta in Sacro Consilio determinanda remaneret, & iterum dum idem articulus decidendus reperiretur in causa Io. Thomæ Coppule V.I.D. Almi Collegij Neapolitani

Digitized by Google

in anno 1599. in aula D. Petri de Vera ab Aragonia Regij Consiliarij, & Decani Sacri Regij Consilij idem decisum fuit.

Fabius de Falco.

Additio hanc eandem decisionem posuit *Pres. de Franch. dec. 544.* de qua *in meo compendio par. 1. verbo priuilegium.* Thoro.

SVMMARIVM.

1 *Dolus ex præposito arguitur ob vehementem persuasionem.*
2 *Persuasio nimia loco compulsionis, & coactionis habetur.*
3 *Carceratus censetur qui nullatenus re valet.*
4 *Metus leuis, ac minor in muliere sufficit, quam in masculo.*
5 *Metus ex coniecturis probatur, & proinde leuis probatio sufficit.*
6 *Liberalis nemo existit in necessitatibus*
7 *Quantitas nimia non sic facile donatur.*
8 *Verba blanda iustum inducunt metum.*
9 *Matrimonia libera esse debentur.*
10 *Consensus paternus, an in nuptijs expetendus sit.*
11 *Turpiter agit, & accipit qui id quod gratis facere tenetur, pecuniam ex promissione extorquit.*
12 *Dolus arguitur ex bijs quæ sequuntur ob præteritum.*
13 *Credendum est magis testibus maioris numero, quam minoris.*
14 *Testibus duobus de metu deponentibus magis credendum si, quam mille de libera voluntate attestantibus.*
15 *Solutio metus causa facta ex interuallo, vel in continenti, an aliquid soluenti opituletur?*
16 Tex. in l. 2. C. de hiis, quæ vi, &c. *quo modo procedat.*
17 Tex. in d. l. 2. C. de hiis quę vi, &c. *limitatur.*
18 *Iuramenti causa opus erat prius soluere, & postea repetere.*
19 *Remedium absolutionis iuramenti, facile iudicatur:*
20 *Præsumptio quælibet etiam modica purgat omnem metum præcedentem.*
21 *Deriuatiua omnia redduntur infecta, primitiua nulla declarata.*
22 *Consensus cessat vbi est error.*
23 *Voluntas errantis nulla est.*
24 *Promissio, & solutio à pari procedunt.*
25 *Decisio Sacri Consilij adducitur.*
26 *Catonis dictum citat? patere legem quam tu ipse tuleris.*
27 *Donatio reuocatur ob superuenientiã filiorum.*
28 *Renuntiatio generalis etiam iurata an sufficiat, vt non rescindatur donatio.*
29 *Renuntiatio omni legum auxilio, an sufficiat ad rescindendam donationem.*
30 *Mulieris renuntiatio, an valeat etsi certioratam fuisse non appareat.*
31 *Dispositio* l. si vnquã C. de reuoc. donat. *an procedat, & si veri similiter de futuris filijs cogitatum fuisse videatur.*
32 *Dispositio* l. si vnquã C. de reuoc. don. *etiam locum habet si donans vnicum filiũ vel plures tẽpore donationis habuerit, & alij deinde oriuntur?*
33 *Dispositio* d. l. an vigeat in re particulari magni momenti.

ALLEGATIO XX.

Pro Iulia Monaca olim Comitissa Misane.

TRiplici ratione (alijs in facto descriptis non aliter prætermissis, corruit ista donatio duc. 4000. tum quia vi ac metu, tum quia ex turpi causa fuit extorta, & demum ob superuenientiam filiorum eo magis viribus carere debet; Dixi quod vi & metu, etenim compulsiuus ille ex multis abundè detegitur.

Primo ex nimia, & assidua Don Caroli

Digitized by Google

Caroli Beltrani,& vxoris persuasione
1 Dominæ Iuliæ facta, vt ita donaret, ex qua quidem vehementi persuasione dolus ex præposito arguitur *l.cum quis & ibi Doct. ff. de dolo glos. 2. in l. apud Celsum ff. de except. doli* Præfataque nimia persuasio, qua quis ad aliquid faciendum inducitur loco cõpulsionis, atque coactionis habetur
2 *Curt. Iun. in consil.141. num. 18. & Aimo.*qui rogo legatur *cons.192. nu. 12.vers.imo nimia persuasio.*

Secundo ex restrictione personæ, enimuerò Don Carolus in Castro Migianei dictam Iuliam adeò restrictam detinuit, neminem ei alloqui sinens, & ob id inde nullatenus, exire valens
3 tanquam carcerata censebatur *Bart. Ang. & alij in l. qui in carcerem ff. quod metus causa Afflict. decis. 149. & Couar.in 2.part.Relect.cap.3.num.* 19.quò fit vt non immerito, si disposuerit *d.l.qui in carcerem,*quod quidquid ob hanc causam gestum est, nul-
4 lius momenti est, & indubitati iuris est,in muliere leuiorem, ac minorem sufficere metum quam in masculo *Inocet. Abb. & reliqui in c. cum dilectis ext. quod metus causa Det. in l.in omnibus causis nu.3.ff.de reg.Iur.*metumque ex coniecturis posse probari non cæspitatur, eò quia clam inferri
5 solet, quælibet proinde leuis sufficit probatio latissimè *Alciat. in tract. de Præsumpt. reg.3. Præsumpt. 7.* imò & quod plus est mætus etiam per suspiria probatur teste *Alex. in cons. 99. vol.3.*

Tertio ex copiosissimis probationibus de minis, compulsione, ac terribilitate D. Caroli in donationis ex torquutione per optimè liquet.

Quartò ex qualitate donantis, & donatariæ, & quantitate rei donatæ, & demum ex qualitate eiusdem D. Caroli latè colligitur, profectò donans est timida,ac tenax mulier, tunc in extrema necessitate constituta: Comes enim primus vir omnia eius bona dotalia in ludo dissipauerat: si tunc illa fame quoque laborabat,quo modo credendum tam notabilem summam duc. 4000. elargiri liberè
6 voluisse,cum in necessitatibus nemo liberalis existat iuxta *not. in l. rem legatam ff.de adim. leg.cum simil.* consimilis quantitas non sic de facili do-
7 natur *glos. in l. cum quid in verbo per cauta vers. sed quid si non appareat ff. si cert. pet.* Donataria verò licet erat soror, non tamen dilecta, sed potius èxosa, & nunquam verus amor, vel merita præcesserant, eo magis cum d. Laura non mediocrem habuerit dotem scilicet duc. 8000. adeò quod tunc illa ditior erat,Postremò, prædictus *D.* Carolus nedum superbus, ac terribilis, verum magæ Curiæ Vicariæ contumax, ac bannitus tunc fuisse legitur,quod sanè contumacis nomẽ mulieribus formidinem non modicã infert, & si alioquin blanda maritorũ
8 verba iustum inducunt metum secundum *Hyppol. sing.645.* quanto magis verba iracunda, & minę terribilium personarum,qualis erat dictus D. Carolus, ex quibus satis liquet de meticulosa donatione.

Dixi quoque ex turpi causa emanasse,porro D.Carolus prædictus matrimonia dominæ Iuliæ multifariam semper impediuit, & vt D.Iulia nubere voluisset, taliter largiri fuit coacta, & tamen matrimonia libera esse
9 debere nulli ambiguũ est *vulg.c.gemma ext. desponsal.Doct.in l.titia ff. de verb. obligat.* & adeò sunt libera, vt nec de necessitate, licet secus de honestate sit paternus consensus, expe-
10 tendus *cap. sufficiat 27.qu.2. cap.hoc sanctum & ibi glos. 22.qu. 3. cum simil.* Quò circa dum nequaquam D. Carolus impedire, verum id gratis permittere teneretur, extorquendo promissionem, & pecuniam, vt id fa-
11 ceret quod gratis facere, debuerat, turpiter egit, & accepit vulgata sunt iura ad *tex.in l.4.§.si tibi, & ibi glos. & in l.fin.ff.de condit. ob turpem causam glos.in cap.qui cum iure vbi Anan*

de

Digitized by Google

de furt. & exornat *Couarr. in cap. peccatum in* §. 2. *par.* 2. *de reg. Iur. in* 6. *Nauar. in cap.* 17. *carta mihi* 337. *at. num.* 34. *& seq. vltra Capyc. decis.* 95. *num.* 2.

Causa verò donationis quæ ista fuerit, in facto clarissimè demostratur & ineuitabiliter ex subsequuto euentu ostenditur, sequuta enim promissione, donationis illico matrimonium cum Albritio fuit concluſum, quod antea à D. Carolo impediebatur, & ex hijs quæ sequuntur arguitur dolus in
12 præteritum *l. si ventri* §. *eorum vbi not. ff. de priuil. credit. & l. aut facta* §. *euentus ff. de pen. Aym. conſ.* 49. *nu.* 9. quamobrem donatio tam ex ui, & metu quam ex turpitudine præfata inualida vndique conspicitur.

Pars pro confirmatione donationis duo in summa opponit, nam ceteris eius coniecturis, & considerationibus fuit in nota facti sufficienter responsum.

Primum est quod metus, & turpitudo non adsit, cum per testes ex multis liberam donnæ Iuliæ voluntatem in donando probasse prætendat.

Secundum est quod etsi metus, & turpitudo in initio adfuissent ex sequentibus spontaneis solutionibus, siue promissionibus purgentur, quæ quidem omnia facillimè diluuntur.

13 Quò ad primum testes nostri de metu sunt maiores numero, quibus propterea magis credendum *vulg. Glos. in l. diem proferre* §. *si plures ff. de recept. arbit.* vltra quod testes partis sunt ex grauissimis causis repulsati, dico insuper magis duobus nostris testibus de metu quam mille de libera
14 voluntate credi debere *Innocet. in c. super hoc col.* 1. *de Renunt. Bal. in sollemni Consil. Schismatis post rub.* 1. *C. si quis alium test. prohib. & Ias. in l. interpositas nu.* 5. *C. de transact.*

Quò verò ad secundam oppositionem plura considero, & vt alias dixi, prima solutio duc. 1000. fuit facta in eodem Migianei Castro, vbi metus fuit illatus, & vbi eadem causa metus durabat, quò fit, vt solutio etiam ex interuallo non opituletur, multo magis cum in casu nostro ferè incon-
15 tinenti sit subsequuta *Dec. cumulat omnes in conſ.* 498. *nu.* 16. *& in conſ.* 690. *nu.* 11. *&* 12. *& Gramat. in conſ.* 37. *nu.* 9. *& in conſ.* 40. alia verò solutio duc. 200. non loquitur pro hac causa donationis.

Præterea, & fortius cõsidero quod & si eo interuallo, & ex post facto domina Iulia nedum partem, verum integram quantitatem ducatorum 4000. soluisset, ad huc sibi non præiudicasset quin nunc repetere posset
16 *reg.* enim *tex. in l.* 2. *C. dẽ bijs quæ vi.* procedit quando actus meticulosus est simplex, tunc purgatur metus per actum spontaneum sequentem, secus quando actus meticulosus est Iuratus, tunc enimuero prius vigore iuramenti est soluendum, & postmodum repetendum, Vnde licet domina Iulia donauerit æque tamen principaliter iurauerat, & tũ vigore istius iuramẽti, tum quoque vigore guarentigiati cõtractus ad obseruantiam donationis se astrictam cernebat, cæterum nunquam quis præambulam promissionẽ approbare intelligitur, quando per prius iurauerat, & in isto casu, etiam quod postea soluisset, non dicitur pur
17 gatum vitium præcedens, ità pulchrè regula *d. l.* 2. communiter limitatur, profectò virtute iuramenti, vt dixi opus erat prius soluere, & postea re-
18 petere, ita *Gloss. magistra in d. leg.* 2. *vers. quid si iurauit?* quam *Glos.* amplectuntur communiter *Cyn. Io. Fab. Ang. & reliqui in d. l.* 2. & latissimè fundat *Hippol. de Marsil. in sing.* 89. qui rogo legatur & pariter sollemne *Conſ. Aret.* 14. *nu.* 17. *& Aym. in Conſ.* 6. *nu.* 84. & militat quoque ista limitatio, estò quod facile fuisset re-
19 medium ab ipso Iuramento petendi absolutionem, ità eleganter post *And* tradit *Abb. in cap. ad audientiam nu.* 3. *vers. sed mihi ext. de his quæ vi met.*

causa

Digitized by Google

causa fuit, nec omittam quo ad tollendam præsumptionem, quod spontanea purget metum præcedentem, omnis modica sufficit præsumptio *Abb. in d. cap. ad audientiam ante fin. Iaſ. in l. ſi ob turpem nu. 8. verſ. vltra ſcribentes ff. de condit. ob turpem cauſa*, quò circa stante dicto iuramento omnis solutio omnisque actus fortè sequens purgationem non aliter operatur, transactio autem inter Ill. Marchionem Albritium, & D. Iuliam inita, vbi promisit d. Albritius soluere ducatos 4000. tum ex præallegatis, tum ex alijs D. Laurę non opitulatur.

21 Et primo si infecta ex præallegatis redditur primitiua donatio tanquam cuncta inde deriuatiua, & sic transactio, quò ad hoc caput promissionis, iux. a *not. per Bald. in l. fin. in fine C. de verb. ſignif. & in Auth. quas actiones C. ae ſacroſ. Eccleſ.* secundo transactio præfata quo ad hoc est euidenter erronea, cum promittatur ducati 4000. & stante tunc solutione ducatorum 1000. secundum partem, non remanebant nisi ducati 3000. & vbi est error ibi cessat consensus *l. ſi pendente*

22 *rem ff. de Iuriſd. omn. Iud.* & erantis voluntas nulla est *l. cum teſtamentum*

23 *C. de Iur. & facti ignor.* cum similibus & ex consequenti mulieri errantis succurri fas est *vulg. Iur.* Tertio ista secunda promissio operari non potest pluspquam si esset realis solutio, cum promissio, & solutio à pari procedant

24 *vulg. l. fin. C. ad l. Falc.* si esset facta integra solutio, adhuc parti non prodesset, vt supra fundatum est, ergo nec ista promissio erronea.

Sed quid pluribus res satis collocatur in tuto ex quo alias per Sacrum Consilium ad postulationem eiusdem Caroli contra D. Liuiam Capyciam fuit sollēniter decisa, quęquidem D. Liuia cum Comitis, & D. Iulię coniugium impediuerit vt matrimonio deinde consentiret; donationem voluit, & de donatione non vnum, sed duo diuersis temporibus Instrumenta, in quorum vltimo ipsemet D. Carolus tanquam fideiussor interceſſit, & nihilominus cum ex turpi causa prima donatio processisset, & si secundm de eadem re fuisset factum Instrumentum, attamen Sacrum Consilium referen-

25 te quondā Consiliario Iacobo Anello de Boctis prædictum Carolum ad obseruantiam donationis nequaquam teneri dijudicauit, minus refragatur si pars dicat in illo processu d. Liuiam promisisse non molestare ipsum D. Carolum, vt in 14. & 15. articulis, nam illi non probantur, & Decretum prędictum obsolutorium processit ex causa simili, turpitudine in hoc processu probata si igitur ad instantiam partis fuit ita decisum, miror quomodo hodie contrarium prætendat, cum ei obstet legale præceptum

26 patere legem, quam tu ipse tuleris ad *tex. in l. nuper in fine Cod. de nat. lib. Iſern. in cap. 1. §. donare in addition. in 4. col. qualiter olim pot. feud. alien.* ex quibus omnis ni fallor tollitur ambiguitas.

Nec taceam donationem prætensam esse de fructibus, qui nequaquam D. Carolo viro pro oneribus matrimonij sufficerunt, vt eo minus ille subsistat vltimo prærensa donatio ob superuenientiam quatuor filiorum

27 iustissimè reuocata, ex dispositione *l. ſi vnquam C. de reuoc. donat.* cui nulla specialis fuit facta renuntiatio, quod inde processit quia Curriculo,

28 ac clandestinè fuit facta, & nihilominus renunciatio generalis quantumuis iurata non sufficit, vt latissimè *Tiraquell. in repet. d l. in præfat.* nec etiā renuntiatio, omni legum auxilio quid quid facit *Rip. in eadem l in quæſt. 52. Ruyn conſ. 60. vol. 3.* alijs omissis, quinimo estò citra veri præiudicium, quod expresè mulier donans illi renunciasset, nec vtique sibi præiudicasset: cum antea de tali beneficio certiorata non appareat, vt communiter omnes tenent, vt congerit *Ant. Gabriel. in tit. de Donat. lib. 3. Concluſ. 2.*

num.

Digitized by Google

num. 67. & dato quod donatio esset in cõtractu matrimonij facta ita quod
31 de futuris filijs vero similiter cogitari potuit, equè dispositio *d. l. procedit* prout *Ripa loco præalleg. quæst. 22.* doctissime fundat, & *Iul. Clar. lib. 4. sent. §. donatio quæst. 22. versic. ex qua quidem ratione in fine* minus obstaret tempore donationis, donatricem vnicum filium habuisse, siquidem cum
32 alij quatuor postea sint orti pariter viget illa dispositio, ita vltra *Ang. in d. l. si vnquam Bald. sentire videtur in l. 1. nu. 3. in fine versic. sed quid si tempore C. de Inoff. donat. Old. in cons. 173. Incip. quidam habens vnicum filium* hoc idem firmare colligitur, & quamuis *Tiraq. in verbo filios non habens nu. 11. in fine* id totam arbitrio Iudicis relinquat *Ripa tamen loco citato in 6. quæst.* qui rogo legetur tradit, quod
33 etsi donans filium non exosum, habeat, tunc in totum reuocetur donatio, & denique minus hæsitandum, quin dispositio præfata etiam in re particulari magni momenti locum habeat ita *Alber. & Bal. in d. l. si vnquam quamuis Tiraquel. ibi in verbo omnia vel partem aliquam nu. 28.* similiter Iudicis relinquat arbitrio, latissimè *Menoch. de Arbit. Iudic. lib. 2. Cent. 2. cap. 133. vltra Iul. Clar. in præalleg. quæst. 22. versic. quarto infertur in fine,* de communi attestantem, vt dispositio prædicta procedat etiam in donatione rei particularis magni momenti, veluti est ista docatorum 4000. vndique igitur pars aduersa malum ius in donatione præfata fouere clarissimè cernitur.

Fabius de Falco.

Additio ad ornatum istius materiæ S. donationis meticulosè facte, si valeat vel nõ cõferũt nouissime cõgesta per *D. Anton. Cabreros Auendanuin tract. de metu lib. 2. cap. 3. per totũ* confert et altera decisio S. C. donationis facte per supra dictam Comitissam eius viro, & reuocata fuit donatio ex alijs consimilibus causis relatis *in Allegationibus eiusdem Aduocati impressio in prima parte nostri compendij verbo donatio facta ab vxore.* Thor.

SVMMARIVM.

1 *Subingressio an, & quando militet in succedendo, & nu. 3. & seq.*
2 *Intellectus* Glos. l. cum ita S. in fideicommisso ff. de leg. 2. uersicul. proximus *conciliatur, & nu. 7.*
4 *Proximi in gradu censentur vocati ad successionem in fideicommissa hominis.*
5 *Testator semper eum dispositione iuris se confirmare videtur.*
6 *Sub ingressio sicuti à iure admittitur ita pariter à testatore censetur admissa.*
8 *Proximus quis dicatur.*
9 *Proximo proximior esse non potest eum nec ipsum antecedat.*
10 *Proximus superlatiuum est proximior vero comperatiuum.*
11 *Sub ingressio an admittatur quando proximiores inuitantur ad successionem.*
12 *Proximus, & Proximior in fideicommisso inter se an differant.*
13 *Sub ingressio an locum habeat quando testator proximiores vocando, gradus prærogatiuam seruauit.*
14 *Exceptio de non iure agenti sè subingressio, & sufficit in actis constare alios adesse quibus competat successio.*

ALLEGATIO XXI.

Pro Ludouico Capicio Galeota, Cum Prospero Palmerio.

INter cæteros huius causæ, articulos aduersus Prosperum Palmerium ventilatur quæstiõ subingressionis, cuius vigore filij quõdã Alexãdri fratris eiusdem Prosperi, tanquam subingre-

Digitized by Google

ingrèdientes paternum locum, simul, ac semel, in fideicommisso, à quondã Cæsare Palmerio relicto, vti nepotes cum patruo, succedere deberent in medietate iuris antiqui, de quo secundum Consuetudinem Neapolitanam, disponere testator, & fideicommittere potuit, quatenus tamen fideicommissum, ab eodemmet Prospero in contractu diuisionis, remissum non esset, pro vt satis remissum, Collega meus, latè, et doctè explicauit, articulum hunc sub ingressionis, mihi examinandum relinquens, vt labor inter nos diuideretur, & proinde Breuiter duo ostendam.

Vnum quod in dispositione hominis, & sic in fideicommisso vigeat sub ingressio, Alterum quòd verba illa in tali fideicommisso apposita, vt proximior in gradu succedat, nequaquam subingressionem excludant quò ad primum vulgaris atque communis Doctorum resolutio se habet, quòd aut tractatur de succedendo ascendentibus, vel patruo, pro vt in hoc casu, & tunc militat sub ingressio, aut de succedendo alijs transuersalibus remotioribus, & tunc non procedit Re-
2 presentatio, est *tex.* iuncta *Gloss. in l. cum ita* §. *in fideicommisso ff. de leg.* 2. vbi *in versic. proximus*, hoc decidit, & quamuis *glos.* dicat quandoque tamen, illud verbum quandoque non importat, vt *Gloss.* dicere voluerit, quod quandoque, ideſt extra istos terminos fideicommissi, locum habeat sub ingressio, v3. quando ex-dispositione legis tantum succederetur, sed intellectus *Gloss.* fuit, dum dixit quandoque, &c. licet enim regulariter in hac materia fideicommissi, sit vocatus proximus, tamen quandoque admittitur ille, qui est in vlteriori gra-
3 du positus, si talis sit, in quo de iure procedat subingressio, hoc idem sentire videtur *Paul. de Cast. in l fin. C. de verb. signif. in fine in verbo gradatim, & ibi Corn.* concludendo, quod etiam in fideicommisso hominis intelligun-

tur vocati, pro vt de iure ad successionem inuitarentur, quo quidem casu etiam per subingressionem inuitantur,
5 vt in *auth. cessante C. de legit. hered. cũ conterd.* Ratio verò istius conclusionis in promptu se offert, testator enim semper cum dispositione Iuris se cõformare videtur, vt notat *Bart.* & post eum *Alex. in l. heredes mei* §. *cum ita ff. ad Trebell. & idem Bart. in l. vxore* §. *agri ff. de leg.* 3. *& l. vt iusiurandum* §. *si liberi ff. de oper. libert.* & sicuti le-
6 gis dispositio admittit subingressionẽ, ita pariter testator illam voluisse censetur, hanc vtique opinionem tanquam magis veram atque communem, tenuerunt *Imol. Paul. de Cast. in d.* §. *in fideicommisso, & ibi Angel. & Iacob. Butrig.* & ibi etiam in hoc non dissentiunt *Bart. & reliqui* nam dum *Gloss.* non impugnant, ipsam approbare videntur, vt eleganter probat *Tiraquell. de iure primogen. quæst.* 40. *num.* 191. & magis explicitè fundant *Socc. cons.* 252. *Alex. cons.* 88 *vol.* 1. *& in cons.* 6. *col. pen. versic. non obstat id quod vol.* 3. vbi asserit, *Bal.* fuisse sibi contrarium, & propterea de eo non esse curandum, *Aret. cons.* 163. *& Gozad. cons.* 4. vbi communem asserit opinionem, ibique fundat *Dec. cum sequacibus* aliquando contrarium, asserentem malè loquutum, *& Gloss. Paris. in addit. in cons.* 1. *Decij in versic. non est*
7 *vera*, ipsum grauiter obiurgat, subdens quod idem *Dec. glos. prædictam* etiam in collateralibus intra filios fratruum, in materia fideicommissi approbauit *in cons.* 208 *Ruyn. cons.* 12. *vol.* 1. *Corn. cons.* 24. *col. fin.* 2. *par.* hanc quoque communem sententiam sectatur *Aym. cons.* 66. & ipsemet *Dec.* qui in *cons.* 1. opinionem tuebatur contrariam, contra *Glos. in d.* §. *in fideicommisso*; seipsum declarat *in cons.* 117. *Curt. Iun. in cons.* 58. *in princ. Duran. de arte testan. tit.* 5. *cap.* 27. *nu.* 1. *versic. sed contrariam opinionem veriorem esse arbitror, Cephal. cons.* 16. *num.* 32. copiosè *Tiraquell. de iure primog.*

d. qu.

Digitized by Google

d.qu.40.num.191.& seq.Franc. Marzar.in Epitom. de fideicommiss.2. par. qu.18. vbi pluries ita iudicatum fuisse fatetur etiam *in Rota Florentina*, & eleganter multa alia, pro hac communi opinione, recenset *Molin.lib.3. de Hispan. Primog.cap.7.nu.20.vers. qua in re*, & nouissime hanc eandem opinionem, tanquam communem, abundè defendit *Mangrell. in addit. ad Bart.in d. l.cum ita §.in fideicommisso* ad contraria respondens, & ne paginas, *Doctorum*, cumulo impleam addo demum *Anton. Gabriel. commun.opin.lib.4.in tit. de fideicommiss. concluf. 3.* innumeros ferè alios scribentes, recenset, hanc magis communem esse opinionem communi ore attestantes, à qua proinde in iudicando recedere temerarium esset.

Circa secundum, præsuppositio in huiusmodi fideicommissi controuersia, primo assumpto, nempè subingressionem habere locum, dico nullo pacto per verba illa, quòd proximiores in gradu succedant, subingressionem tolli, quę quidem Conclusio, ratione, & authoritate fundatur, Ratio euidentissima est, quia si quando vocat proximi, subingressio suum vendicat locum, vt supra ex communi sententia demostratur, multo magis proferuntur, hæc, & similia verba videlicet vt proximior, vel magis proximus,
8 quandoquidem proximus est ille, quẽ nemo antecedit *l. proximi ff.de verb. signif.* & proximus est, cui nullus est medius *l.cum quidam ff.de acquir.hered.* & proximo proximior esse nõ po-
9 test, cum nemo ipsum antecedat, vt dixi *l.2.§.hæreditas §. legitima ff.de suis, & legit: hæred.l.1.§. proximus ff. vnde cognat.* & proximus est superlatiuum proximior vero Comperatiuum vt explicat
10 *Napodan. noster in Consuetud.si quis vel si qua in glos. in verbo in gradu proximior*, comperatiuum verò maioris efficaciæ quã superlatiuum esse nequit, & idcirco, quemadmodum subingressio non excluditur, vbi proximi vocantur, sic pariter quando proximiores Sed ne in individuo desit authoritas quidquid senserint *Couarr. Pract. quæst. cap.38.nu.3.Paris.cons.30. & 40. vol. 2. & alij* communis tamen opinio est
11 cõtra eos, postquã cõmuniter firmant *Doct.* in specie subingressionem quando proximiores inuitarentur satis superque militare, *Bal. in cons. 488. lib.3. Alex.cons.137.lib.1. Ias.cons. 159.col.pen.lib.4.Corn.cons.24. in fine lib.2.& Ludou. Molin.* omnino legendus satis eleganter *lib. 3. de Hispan. Primog.cap.8.num.11. verfic. imo, nec etiam, & nu.12.* qui expressè tradit, communem, ac veram hanc esse sententiam in præsenti themate; hæc verba proximior, & proximus nil dicta-
12 re, imo idipsum sit dicere in fideicommissio succedat proximus in gradu, vel proximior, & ad id allegat inter alios *Tiraquell. de Retract. lignag. §. 11. glos.1. nu.1.* & hanc eandem sententiam sectatur, & multis alijs decisionibus, copiosè comprobat, *Menoch.in cons.357. nu.27.lib.4.* alibi idẽ *Menoch.* qui rogo legatur, idipsum tenet *in lib. 4. Præsumpt. in 95. Præsumpt.nu.21.carta mihi 178.vol.2.* aduertens insuper quæstionem hanc, quando testator in fideicõmisso, pro-
13 ximiores in gradu vocauit, satis distare ab illa quæstione, quando vocauit proximos, salua gradus prærogatiua, vt passim *locis præallegatis Doct.* asserunt, enim verò in casu nostro, nõ aliter testator prærogatiuam gradus seruari mandauit, & ob id de vna ad aliam quæstionem futilis est argumẽtatio, dum in propria particulares afferuntur decisiones, nec quicquam refert, quòd dum Antonia allegat adesse filios Alexandri, qui ex vi istius subingressionis, etiam cum Prospero patruo succedunt, ius tertij allegare videtur, quoniam Antonia est rea cõuenta, quæ rectè actori opponere potest, quò ad te, liberas edes habeo, *l. loci corpus §. competit ff.si seru. vend.*

& in

in specie, quod hæc non sit exceptio de iure tertij, sed de non iure agentis, & sufficiat in actis constare alios adesse, quibus competat successio, latè, & doctè probat *Thesaur. decis. Senat. Pedemont. 4. in pen. & finali col.*

Ex his de claro, apertoque iure fundatum arbitror, quòd in fideicommisso, etiam si proximiores in gradu sint vocati, militat subingressio, cuius vigore, patruus Prosper solus succedere prohibetur, postquam cum ipso, etiã nepotes, ex vi paternæ representationis, admictuntur, pro vt sic Sacrum Consilium Iudicaturum spero.

Fabius de Falco.

Materiam istam subingressionis, tam de iure communi, quam Consuetudinario attingit *Consil. Scipio Theodorus allegat. 1.* agens potissimum de patruo succedente filio iure fratris, vbi plura deducuntur, ac de eadem materia subingressionis tam de iure cõmuni, quã consuetudinario permictente proximiores admicti prosequitur *D. Regens Rouit. cons. 23. & in cons. 50. & 51. & 52.* in quibus præsertim agitur de nepotibus, & pro nepotibus succedere volentibus in fideicommisso, etiam per viam subingressionis, & ibidem decisiones referuntur nouissime *D. Reg. Capic. Latro consul. 61. tom. 1.* eandem materiam exarat inspecto vtroque iure communi, ac consuetudinario respectu nepotum subingredere volentium cum proximioribus. Reliqua vero pertinentia ad eandẽ materiã subingressionis refert *Molf. in consuet. Neap. p. 4. qu. 63. per totam. Thoro*

SVMMARIVM.

1 *Feuda Castri membra ab eo diuidi, & dismembrari nequeunt.*
2 *Dominij probationem omni iure cogitur actor præponere.*
3 *Natio prouocat & deterret.*
4 *Rex ignorare præsumitur factum subditorum ob multitudinem negotiorum.*
5 *Qualitates omnes, quæ Principem retrahunt ad gratiam faciendam sunt exprimendæ.*
6 *Assensus subreptitius an, & quando cognoscatur.*
7 *Veritas præcedentium ex sequentibus, & prægnãtibus actibus cognoscitur.*
8 *Assensus post mortem fauore dotis, an expediri possit.*
9 *Feudum in aliqua baronia situatum, an censentur esse de baronia.*
10 *Aliud est esse de pertinentijs, & aliud in pertinentijs.*
11 *Aliud est esse in dioecesi, & aliud esse de dioecesi.*
12 *Loca castro vicina, non tamen de eius pertinentijs esse iudicantur.*
13 Reg. tex. in l. quid in rerum ff. de leg. 1. refertur.
14 *Vnio actuum facti dicitur.*
15 *Vnionem rerum actum facti requirere non dubitatur.*
16 *Possessio sola vnita, an aliquid operetur, & quid si esset diuisa nu.* 17.
18 *Feudalia præsumuntur barone tantũ possidente, non autẽ tertio possidente.*
19 *Nemo probibetur pluribus exceptionibus seipsum tueri.*
20 *Quid quidẽ intra fines feudi de feudo esse cẽsetur, quo modo procedat, et n.* 21
22 Tex. in l. loci §. competit ff. si seru. vend. ponderatur.
23 *Reg. quẽ de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio refertur.*
24 *Qui omne dicit nil excludit.*
25 *Debiti appellatione omnia debita pura & conditionalia comprehenduntur, & nu.* 29.
26 *Verba aliquid operari debent.*
27 *Vox minima in contractu sine operatione esse debet.*
28 *Natura vniuersalis orationis quæ nam sit.*

Digitized by Google

ALLEGATIO. XXII.

Pro Ludouico, & Io. Baptista Capece Galeotis, cum Heredibus, quondam Fabij Iesualdi.

HEctor Galeota in anno 1556. quōdā Aloysij, ac Hippolitæ Galeotæ filius super Baronia Serpici, quæ eius parentum fuerat, & à Fabio Iesualdo possidebatur, vitam, & militiam, sibi tanquam secundogenito competētē, petijt, Fabius verò possessor eundem Hæctorem ad sibi relaxandum subscripta territoria v3. nemus Cerriti plani, nemus Carbonarij, ferreriam, atque viridarium præfato Hæctori à iam dicta Hippolita matrē distracta, tanquam malè alienata, vt ipse figurabat in præiudicium suæ Baroniæ, cōdemnari postulauit, & denique mediante sententia S.R.C. in anno 1562. possessor Baroniæ, ad vitæ, & militiæ præstationem fuit condemnatus, & è conuerso Hæctor ad relaxationem bonorum petitorum, excepta Ferraria, vna cum fructibus, similiter condemnatus extitit; à qua quidem sententia respectu prædictæ relaxationis fuit pro parte Hæctoris ad idem Sacrum Consilium reclamatum, & desuper compilato processu, de cuius expeditione agitur, & vt arbitror iustissima fuit reclamatio, ēt ex nouiter deductis, pro quo dilucidādo, sequentes pondero rationes. Fabius nāq; Iesualdus in hac olim obtēta reiuēdicatione actor, suāq; putat fundasse, intētionem ex capitulis matrimonialibus in ann. 1436. initis, in quibus Franciscus Galeota pater Hippolitā filiā Aloysio Galeota nuptui tradens, Castrū prædictū Serpici cū eius iuribus, atq; pertinentijs dotis ratione dedit, voluitq; q dict' Aloysius & filij ex dicto matrimonio procreādi Castrū prædictū post Hippolitæ obitū haberēt, & hoc mediā te prætenso Regis Federici assensu.

1 Ex istis inquam Capitulis duo pars colligit, vnum, quod Hippolita nunquam Castri prædicti fuit domina; sed Aloysius tantùm, & cōsequenter feuda ibi existentia Hæctori filio mater alienare nullo pacto valuit; Alterum quòd cum feuda iam dicta, membra eiusdē Castri Serpici fuissent, ab eo diuidere, seu dismembrare nequiuit ex *vulg. reg. tex. in c. Imperialem §. præterea ducatus, vbi Isern. & cæteri de prohib. feud. alien. per Feder.* nil assensu regio in anno 39. supradictis alienationibus in beneficium Hæctori expedito, & *Prag. Nouem Capitum* opitulāte, tùm ex defectu potestatis Vicere-gis stante dicta *Prag.* in anno 31. ædita, tùm quoque ex defectu voluntatis, dū nihil de dismembratione in memoriali assensus fuerit expressus, cæterū si verū amamus, cōtrariū firmiter asse uerare cōpellimur, & successiuè sētētiam prædictā, tāquā in his fundatā, maximè ex nouiter deductis omninò fore retractandā, q luce clarius (ni fallor) infrascriptis rōnibus demōstratur

2 Et primo nō video per quā regulam Iesualdus in hac actione reinūendicationis obtinēre potuit; quādoquidem ad dominij probationē in sui, & authoris psonā omni iure cogebatur *ad tex. in l. in rem actio ff. de reiuendic. cū cōcord.* At Baroniæ prædictæ vniuersale dominiū nūquā Aloysiū habuisse pars ostendit, quinimo dominij Carentia p nos in prōptu euidēter detegitur, post quā vigore dictorū Capitulorū triplici ratione Aloysius feudorū dominium nō fuit ademptus; sed illud semper penes Hippolitam vnigenitam Francisci Baronis remansit, & absque dominio, frustra aduersarius ægit.

Primo, cū Aloysius fuerit filius Rei ex infecto sanguine descendens, & successiuè, feudorū incapax pænitus erat, liquet hoc ex sentētia, & declaratione Regis Federici nouiter inuenta, atque producta, vnde esto, quod in capitulis matrimonialibus, Aloysius Galeota Regis assēsum obtinuisset, dum in eo nulla de rebellione fuit facta mentio, proculdubio assensus redditur subreptitius, & inualidus. Natio enim inquit *tex.* prouocat, atque deterret *in l. quod si nolit §. mancipiū. ff. de ædilit.*

edicto

Digitized by Google

edicto, & in l. quisquis C. ad l. Iul. maiest. vt eleganter explicat *Isern. in prælleg. c. Imperialem in 3. col.* quicquid dixerit *Frecc. lib. 2. de subfeud. quæst. 23.* quod Rex nationem, & eaque sibi incumbunt priusquam assentiat perquirere debet, namque ipsius opinio ex pluribus non aduersatur in præsenti themate, & potissimè quia Rex dum assensit sibi præcauit ex clausulis ordinarijs assensus, quòad expressa tantum assentienda, & inter expressa nil de rebellione explicatur igitur assensus nil operatur, & aliam addendo clausulam, quatenus partes ritè, & rectè processerint, alienare autem 4 feuda descendenti ex rebellibus est omnino prohibitum, & factū hoc subditorum ob multitudinem negotiorum Rex ignorare præsumitur, vt *in cap. 1. de Const. in 6.* vtique si rebellionem sciuisset, verisimiliter non consentijsset, Præterea *Frecc.* obstant omnes iuris regule mandantes, quod semper qualitates, quæ Principem retrahunt ad gratiam faciendam sunt 5 exprimende, vt *per Doct.* & præcipue *Fely. in cap. super. literis, & in cap. postulasti de Rescript. Couar. latè in lib. 1. Var. resol. cap. 20. post nu. 5.* alijs omissis, & si qualitas ista rebellionis exposita fuisset citra ambiguitatem Regem retraxissent, merito assensus redditur subreptitius, Secunda verò ratio est quondam assensus prædictus vltra, quod est subreptitius ab ipsis Capitulis difformis cernitur, porro Capitula de filijs loquuntur assensus verò de hæredibus, & successoribus, Capitula feudum ex pacto & prouidentia non hæreditarium formabant, assensus autem hæreditarium constituebant, & ob id vtrumque corruit vt per *Frecc. lib. 2. de subfeud. 34. quæst. per totum*, & citra assensum, Aloysius prædictus nullum ius super feudo acquisiuit, & proinde non mirū est, sidū Franciscus pater postea obijt non obstantibus dictis Capitulis, Hippolitam in feudalibus reliquit hæredem, inde ēt sequitur, quod dū Aloysius prædictus moritur eandē Hippolitā pariter dictorū feudorū dominā declarauit in eius testamento, hinc quoq; emanauit, quod idē Aloysius bene agnoscēs dominiū Castri non acquisiuisse semper dū vixit, quod Hippolita coniux vti domina Castrū possideret, permisit & denique ob mortē dictæ Hippolitæ tanquā vtilis dominæ Baroniæ per Ioannē Aloysiū nepotē fuit Regiæ Curiæ solutū releuiū, ex quibus quidem 7 tot sequentibus, arq; prægnantibus actibus, eo magis veritas precedentiū declaratur iuxta notata *in l. si ventri §. eorū ff. de priu. credit. l. aut facta §. euentus ff. de pen.* & ꝙ Hippolita reuera, & non Aloysius Baroniæ remansit domina, modo ex huiusmodi assūpto duo corrolaria oriuntur, vnū quod si Aloysius dominio caruit, ita, & Fabius successor caruit, & sine dominio, reiuēdicare nequiuit, alterū est ꝙ cū Hippolita semper fuerit domina vti talis ritè, & rectè filio bona prædicta alienare potuit maximè cū assensu regio omni sollemnitate vallato de quo quidem assensu inferuis agam.

Tertiā, addo rationē pro inualiditate assensus sup capitulis matrimonialibus, siquidē fuit post Frāciſci dotātis mortē præstitus, vt ex dicta *Inuestitura* colligitur, & quamuis post mortē fauore dotis assensus expeditio nō pro- 8 hibeatur *ex reg. l. si ego §. si res alicui ff. de iure dot. Isern. in d. c. Imperialē*, tamen hoc spetiale fuit in fauorē mulieris tantū introductū, cū sit mere psonale priuilegiū vt *per Frecc. lib. 2. de subfeud. in limit. n. 22.* & proinde huiusmodi priuilegiū spetiale ad mulieris odiū nō erit porrigendū, quod satis esset si assensus si assensus valuisset quia eius virtute successione Baroniæ tanquā primo, & vnigenita Hippolita, priuata fuisset.

Prēterea principaliter cōsidero dato & nō cōcesso, quod Aloysius vir Hippolite Castri, & Casaliū vigore dictorū Capitulorū dominiū in vniuersum consequitū, fuisset non ob id tamē feudorū de quibus agitur in pertinentijs

Digitized by Google

Sancti Stephani sitorum, particulare aliquod acquisiuit dominiũ quando-
9 quidẽ licet feudũ in aliquo territorio & in pertinentijs alicuius Baroniæ sit situatũ, nõ proinde sequitur, quod de ipsa Baronia censeri debet, cũ non interueniat vnũ feudũ in alio superato feudo, feudales terras habere vt tradit *Affl. dec. 267. n. 6. & 7.* & ante ipsũ *And. in c. 1 in addit. qualiter vaxall. iurare debet fidelit. Frecc. in 5. author. Baron. post n. 7. Regens, & Marchio de Ponte* sollẽniter more solito *in cons. 51. n. 10.* nec quicquã refert territoria prædicta esse in pertinentijs prædicti Casalis, cum aliud sit esse de-
10 pertinentijs, & aliud in pertinentijs, vt notat insignis *Gloss. in Clement. vnica in princ. de priuil.* vbi *Zabbarell. vers. simili n. 4.* quod aliud sit esse in dioceſi, & aliud esse de dioceſi; quò circa probari ex aduerso debuisset, quod prẽfata territoria sunt membra, atque ipsius Castri partes integrales alioquin, & si loca sint Castro vicina non tamen de eius pertinẽtijs dijudicantur *Alex. cons. 43. col. pen. vol. 1. Capyc. in Inuest. feud. in rub. feudorum Clasulæ in ver. Castris, & Iacobin. super feud. in verbo de Castro*, & ratio prædictæ conclusionis affertur, quia nil corporale Baroniæ siue feudo attributum reperitur, nisi id tantum quod à Principe vel statuto erit assi-
13 gnatum, in quo procedit regula *tex. in l. quid in rerum ff. de leg. 1.* secundum latius notata per *Isern. & alios in cap. 1. §. similiter potest in 2. addition. de Capit. qui cur. vend.* quapropter ei qui membrorum vnionem atque incorporationem in ipso feudo allegat probare tenetur, alioquin succumbit, cum vnio dicat actũ facti po-
14 sitiui *ad tex. in l. si quando C. de bon. vacant. lib. 10. vbi Bart. & reliqui*, eleganter *Ripa in libro Respons. de leg. & Consuetudin. c. 1. in antiqua impressione*, ea propter notabiliter, *Gloss.* inquit vnionẽ rerũ actũ facti requirere *in l. prædia §. fi. in vers. cõprehendisse ff. de fũdo Instr.* nec sola vnita possessio aliquid operaretur *ex l. Caius, et Seius §. Titius ff. de l. 2.* & sicuti diuisa possessio sic vnica cõcludẽter vnionẽ cor-
16 porũ non probat, cũ gratia comodioris vsus, & perceptionis fructũ esse po-
17 tuerit, vt ibi notat *Paul. de Cast. & Alex. in cons. 169. vol. 3. col. 5. Gloss. tit. 1. §. 23. n. 42.* & nouissimè *Mierez. in tract. de Maiorat. par. 1. q. 10. n. 42.* Q vnio, & rerũ incorporatio, non aliter præsumi debeat, in casu verò isto nullus actus perquẽ ista corpora, mẽbra, & partes vnite, & in corporẽ baroniæ prędictę arguantur affertut, quinimo eiusdẽ separationis actus adducitur, & ex pluribus colligitur, suadetur .n. inprimis separatio quoniã Hippolita Galeota benè rerũ donatarũ qualitatẽ sciens vbi vnionẽ adesse agnouit illã dixit, & propterea in cõcessione Ferrariæ, tantũ illã mẽbrũ atq; partẽ Castri esse asseruit, alia verò nemora cũ mẽbra diuisa fuissent, dũ illa donauit non aliter id exprimere ausa fuit; sed tantumodo, esse in pertinentijs Castri asseruit.

Rursus sæperatio corroboratur, si quidẽ Io. Aloysius Galeota author Fabij Iesualdi nemora põdicta esse, vnita mẽbra Castri, verificare sũmopere nixus fuit, & nihilominus cũ id à veritate alienũ fuisset eũ Reuerentia, nemo ex eius testibus id deposuit vt notatur, & 1. & 2. articulo illius, & ex testibus delup examinatis, & deniq; ex cędulario similiter diuino ostẽditur cũ Castrũ Serpici à casali S. Stephani vbi sita reperiũtur ista feudũ bona sepera tim fuerit descriptũ, & idcirco nullo pacto dici potest Aloysiũ, casalis S. Stephani, ac bonorũ de qbus agitur domi niũ habuisse, ex quo sũt bona à Castro Serpici separata, & separatorũ diuersa & separata est natura, & ex hoc p necesse ẽt sequitur p alienationẽ istorũ corporũ nullã diuisionẽ siuè feudi dismẽbrationẽ inductã fuisse, & consequenter assensus sup dictis alienationibus impetrarus satis superq; validus psistit, & defectus potestatis, & volũtatis in hoc casu allegari nõ meretur.

Nec

Digitized by Google

Nec dicatur, quòd quidquid est intra finem feudi præsumitur de ipso feudo ita *Bal. in l. ius Italiæ ff. de iudic. Curt. Iun. cons.* 140. *par.* 2. quandoquidem loquendo nunc secundum partis lecturam, Baro Serpici tantum erat Aloysius, & nunquam bona ista
18 Aloysium possedisse probauit, cæterum Baronie possidente tantum feudalia præsumuntur, non autem tertio possidente per *tex. in cap.* 1. *§. quidam tamen vbi And. col.* 1. *de controuers. inter masc. & femin. de benefic.* & nouissimè *addentes in decis. Affl.* 267. *nu.* 1. & hæredes Hæctoris, qui in hoc Iudicio per Fabium intentatum rei conuenti erant proculdubio pluribus etiã
19 diuersis exceptionibus seipsos tueri non prohibentur *c. nullus pluribus de reg. iur. in 6. l. nemo ff. de except. cum similibus* vltra, quod illa prouisio,
20 quod quidquid est intra fines feudi intælligitur de ipso feudo procedat quòad iurisdictionem, tantum vt deducitur *ex Innocent. in cap. ad sedem de Restitut. spoliat. Specul. in tit. de feud. §. quoniam versic.* 14. imo non omne, quod est intra fines faudi præ-
21 sumitur, feudale, & dato, quod præsumetur non sufficeret, nisi probaretur latissimè, tradit decisum per Sacrum Consilium *Affl. in decis.* 267. per totum, quæ omnia deficiunt in casu isto, Amplius, & quod plus est, si hemora ista atque uiridarium membra, ac partes Casalis Sancti Stephani fuissent, quod expresè negatur ad huc Aloysius author Fabij dominium nõ fuit adeptus, ex quo Aloysius per Capitula matrimonialia non nisi Castrum Serpici dotis nomine traditum fuerat, non autem hoc casale Sancti Stephani vbi bona prædicta sita inspiciunt, quod liquet ex relatione Commissarij, & ex supplicatione partis, & assumptum hoc fundatur! tam ex capitulis prædictis in quibus nulla fit de isto casali mentio, tum quoque ex scriptura transactionis nouiter exhibita, ex qua satis liquet Domitium Galeotam, & non Franciscum Casale Sancti Stephani possedisse, & quando Domitius obijt Hippolita Galeota eius immediata succeditrix ex fideli sãguine, descendens, & non dictus Aloysius post patris rebellionem ortus Domitio prædicto successit, succedereque potuit atque debuit, & consequenter Hippolita vera domina casalis prædicti, ac bonorum, vt supra alienatorum iustè Hectori suo filio alienare potuit, quò circa cum, vt supra fundatum sit dominio vniuersali atque particulari bonorum in Iudicio deductorum pars aduersa caruisset, illud per necesse penes Hippolitam Francisci Galeoti antiqui Baronis primogenitam omnino remansit, & successiuè rectè, vt dixi mediante regio assensu alienauit, & iustissimè heredibus dicti quondam Hæctoris nunc sunt præfata bona vna cum fructibus restituenda, vt decet, nec eis obijci potest, quod assensus non prosit tanquam post pragmaticam anni 32. obtemptus per quam quidem *Pragm.* nedum feudorum diuisiones, sed assensuum desuper præstationes sunt prohibite super enim vero abundè fundatum arbitror nullam ex istis alienationibus in beneficium Hæctoris factis feudorum dismembrationem induxisse, cum per prius corpora ipsa vnita, & Castri Serpici membra nullo pacto fuerit ex aduerso demostratum ob, quod cuncta legitimè processerunt, & dictorum bonorum dõnatio validissima vndique conspicitur.

Vlterius ex abbundanti considero quod Iesualdo obstitit, atque obstat defectus iuris agendi pro recuperatione dictorum bonorum, postquam & si baroniam emerit, non tamen ius reintegradi fuit sibi translatum, & venditum fuit, quapropter reiuendicare atque reintegrare bona prædicta nullatenus sibi permittebatur iuxta notorias in similibus Sacri Consilij decisiones, adeò rectè ei opponitur de *tex. in l. fin. C. de reiuend.* quod non

Digitized by Google

sit curandum de iure possessoris, nisi constet de iure actoris, & Hector tunc possessor bene seipsum tuebatur, licet exabundanti, vt dixi ex *reg. tex. in l. loci* §. *competit. ff. si seru. vend. cum similibus*, quod quò ad Fabium actorē
22 liberas edes habebat, vt vtar verbis tex. & demum in fauorem hæredum, quoniam Hæctoris alia adducitur potissima ratio, & est, quod in transactione inter Io. Aloysium Galeota authorem Fabij Iesualdi, & patruos inita de anno 1541. expressè fuit cautum, quod Hippolita, alias alienationes præter illas Hæctoris non fecisset Io. Aloysius in se onus soluendi omnia debita Hippolitæ assumens, vnde Io. Aloysius successor post mortem Hippolitæ has alienationes ratificauit cum assensu regio, quò circa inter veniente hoc nouo hæredis consensu, & nouo assensu proculdubio, eo fortius conualidatur donatio ab Hippolita Hæctori facta, extraditis per *Ifern. Camer. & alios in d. l. Imperialem*, Rursus si Hippolita in Capitalis matrimonialibus, quondam Hæctoris de anno 1532. promisit curare, & facere, ita quod faciendo, suum posse non excusetur, quod Io. Aloysius eius nepos & successor dum fuerit ann. 15. & 18. ratificasset alienationes intradictas in beneficium Hæctoris, sequitur ex hoc per necesse alterum de duobus, vel Io. Aloysius ratificauit alienationes per transactionem de anno 1541. cum patruis promictendo, quod alias non fecit Aloysia præter istas Hæctoris, & habemus intentum, vt supra comprobaui, vel non ratificauit, & Hippolita remansit obligata ad interesse, & ad tantundem dupliciter primo quia non adimplendo promissa tenet ad interesse, *vulg. iuribus* secundo quia Hippolita bonorum alienatorum, euictionem promisit, vt patet ex capitalis prædictis post sententiam repertis, nam ante sententiam non apparebat nisi promissio euictionis respectu ferrariæ, & proinde Hæctor ipsius respectu fuit absolutus, quod si promissionem euictionis aliarum rerum demonstrasset, vtique pariter respectu ipsarum fuisset absolutus ad euitandum circuitum, & cum in omnibus eadem militaret ratio, ergo eadem iuris dispositio, dum igitur Hippolita inspicitur exprænarratis debitrix ipsius Hæctorij, Io. Aloysius assumpsit onus soluendi omnia, & quæcumque debita Hyppolite, & obligauit cum eius bona, & feuda cum Regio assensu, sequitur propterea, quod tam Io. Aloysius quam Fabius illius successor in baronia per emptionem, si bona ista euincerent ad euit-
23 tionem, tenerentur, & sic ex *reg.* quē de euictione tenet actio, eundē agentem repellit exceptio *l. vendicantem ff. de euiction.* excluditur, nec obstat *allegatio* 145. *Vincent. de Anna.* in hac propia causa, quod in promissione soluendi debita Hippolite facta per Io. Aloysium non comprehendatur hoc debito euictionis tanquam conditionale per iura per ipsum allegata, incitata *alleg.* 145. *per totum*, siquidem clara datur resolutio, iura prædicta militare in simplici promissione æris alieni, non autem in vniuersali promissione de qua ipse nil considerauit, vt in casu nostro vbi omnia, & quæcumque debita promictuntur, & quod omne dicit nil ex-
24 cludit *l. Iulianus ff. de leg.* 3. *cap.* 2. *de obseruat. Ierun. cum similibus* sub istis verbis proculdubio omne debitum, & parum & conditionale compre-
25 henditur vt post *Alex. Iaf. in l. si stipulatus* §. *cum stipulamur ff. de verb. obligat.* & per necesse hoc conditionale debitum comprehensum censetur, quando aliud æs alienum tunc Hippolitæ non aderat, vt verba ali-
26 quid operentur iuxta *l. si quando ff. de leg.* 1. cum nec minima vox in contractu sine operatione esse debeat se-
27 cundum tradita per *Bal. in rub. C. de contrab. empt.* natura etenim vniuersalis orationis efficit, vt cuncta sint com-

Digitized by Google

28 comprehensa, & etiam illa, quæ alias non continebantur, vt latè *Philip. Dec. in l. omnia C. si cert. pet. Bart. in l. generali §. vxori ff. de vsufruct. leg. Aym. cons. 190. vol. 2. num. 4.* quinimò
29 appellatione debiti quando aliud non reperitur etiam naturale tantum venit *l. quibus diebus §. dominus seruo vbi quoque Bart. ff. de cond. & demonst.* quo fit vt sequuta post modum bonorum donatorum euictione citra ambiguitatem, Io. Aloysius Hectori eiusque hæredibus vigore suæ promissionis ad æstimationem vna cum omnibus damnis obnoxius cunctaque eius feuda cum assensu obligata remanserunt tantundem, & ad æstimationem bonorum in iudicio deductorum, quæ euinci indebitè prætendebantur, quò circa ex omni capite Iustitiæ hæredum reclamantium longè lateque liquet vt in exordio dixi, superest vt peritissimi iudicantes, vt assolent, cætera suppleãt, ac reformanda iusto libramine reforment.

Fabius de Falco.

SVMMARIVM.

1 *Pater in legitima in dote, & vita, & militia debitor censetur.*
2 *Vita, & militia legitime aquiparatur nu. 13.*
3 *Legatum omne etiam simpliciter factum à patre in legitimam, & indebitum necessarium computandum erit.*
4 *Filius omne quod iure relictum à patre in legitimam imputari debet.*
5 *Compensatio de specie ad quantitatem an milites limitatur nu. 6.*
7 *Compensatio an, & quando locum sibi vendicet.*
8 *Testator vero similiter ita respondisse censetur? si ita interrogatus fuisset.*
9 *Renuntiatio specifica requiritur respectu legitimæ, quod limita.*
10 *Dispositio §. & generaliter exhorbitans iudicatur à Doctor.*
11 *Alere, qui tenet? sufficit, quod illi prebendam aut prælaturam procuret.*
12 *Decisio Affli 134. plurimis rationibus infirmatur nu. 18.*
14 *Pater ad legitimam tenetur.*
15 *Pater filio legitimam, etiam titulo honorabili institutionis relinquere potest.*
16 *Legatum patrono à liberto facto animo compensandi censetur? cum quarta ei debita.*
17 *Vir vxori legans simpliciter censetur? animo compensandi, cum quarta eius bonis debita.*
19 *Illatio ex diuersis non est facienda.*
20 *Cedula sine die, & consule, etiam inter liberos nil operatur.*
21 *Dies formaliter, & specifice apponi, debet.*
22 *Interpetratio semper contra producentem facienda est.*
23 *Voluntas testatoris est vsque ad mortem ambulatoria.*
24 *Mutatio voluntatis dignoscitur, vbi actus contrarius aduersus voluntatem expressam geritur.*
25 *Taciturnitas longi temporis semper nocet.*
26 *Scriptura seu voluntas testatoris ambigua declaratur ex inde gestis.*
27 Tex. in cap. in generali si de feud. fuer. controuers. pluribus rationibus ponderatur.
28 *Feuda an veniant appellatione suorum bonorum & nu. 29. & 31.*
30 *Dictio amplius est Vniuersalis.*
32 *Titulus institutionis, an compensationem admittat, & quomodo procedat num. 33.*
34 *Heres particularis dato coherede vniuersali legatarius iudicatur.*
25 *Bona dicuntur deducto, ære alieno.*
36 *Compensatio an locum habeat ob solutionem debiti legalis.*
37 *Bonorum appellatione à testatore prolata ipsius hæreditas comprehenditur.*
38 *Testator recedere non censetur à compensatione, quæ à iure conceditur.*

39 Di-

Digitized by Google

39 *Distinctio patrimonij vana reditur quando simul omnia per testatorem vniuntur.*

40 *Testator de feudi nil disponere potest absque assensu.*

41 *Exceptio præsupponit regulam in contrarium.*

42 *Testator vbi excipere voluit penè exprimere sciuit, vbi verò noluit tacuit.*

43 *Decisio collateralis Consilij refertur pro huius dubij enucleatione.*

ALLEGATIO XXIII.

Pro Illustrissimo Marco Antonio Columna Magno Comestabulo, Cum Illustrissimo Cardinali Ascanio Columna.

IN hac causa vitæ, & Militiæ à Cardinali Ascanio Columna petitæ plura dixi considerandæ: ex quibus talis prætensio inanis redditur Porrò ex testamento fel. mem. Marci Antonij Columnæ Senioris Magni huius Regni Comestabuli clarè liquet, Cardinali prædicto Castrum Marini, Castrum Arcis Papæ, ac Palatium Romæ existens à Patre legata fuisse præcisis istis appositis verbis. Et nolo, quod de bonis meis amplius petere possit.

Et licet vulgata regula dicat secundo genito pro feudalibus vitam, & Militiam deberi, nihilominus ex mente, & ex dictis verbis testatoris illam cum pingui, ac amplo legato prædicto compensatam fuisse rectè objecimus; Indubitata profectò est *Doctorum* conclusio in debito necessario omne legatum simpliciter factum compensatiuum, vel imputatiuũ diiudicari debere; Debitumque illud esse necessarium, quod non ab ipso debitore, verum ex Iuris dispositione originem trahit, vt in legitima, in dote, in alimentis, & id genus, ad quæ trahenda Genitor iuris censura, siue velit, siue nolit, compellitur ita *Doct. omnes in l. creditorem ff. de leg. 2. Ias. in auth. Præterea nu. 14. & 19. C. vnde vir, & vxor, Alex. in l. huiusmodi ff. de leg. 1. l. Titia §. qui in vita ff. de leg. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. nu. 15. Aym. in respon. pro genero Corn. cons. 292. nu. 5. lib. 2. Socc. Iun. cons. 130. nu. 2. lib. 2. Ronchegall. in l. 1. nu. 22. ff. de duob. Reis Menoch. de arbi. Iudic. 2. centur. 2. cas. 182. num. 52. & 53. Sebast. Medic. in tract. de compensat. part. 1. qu. 31. nu. 11.* Cæterum vita, & Militia legitimæ æquiparatur, ita *Andr. de Isern. in Constit. Comitibus Camer.* latissimè *in cap. Imperialem §. Præterea Ducatus lit. L. & Mid. de prohib. feud. alien. per Feder. Tiraq. de iure primogenit. qu. 78. nu. 8. Guitel. de Perno in cons. 11. nu. 11. Paris de Puteo de reinteg. feud. rubric. 176. Capyc. decis. vlt. Loffred. in cap. 1. §. quid ergo, in ver. vel dando col. 2. de inuest. de re alien. fact. Circumspe. Præses de Franc. decis. 20. nu. 7. & seq. & decis. 71. nu. 3.* Et denique idipsum expressè tenet *Regens de Ponte in cons. solem 79. nu. 11.* & rogo 3 legatur. Ex quibus meritò sequitur, quod omne legatum, etiã simpliciter, à Patre factum in legitimam, & in debitum hoc necessarium imputabitur, *ad tex. in l. Quoniam nouella C. de inoffic. testam. DD. in d. auth. Præterea, Bart. & Doct. omnes in l. si cum dotem §. si pater nu. 3. ff. sol. matr.* Et si legatum tam magni momenti computabitur, prout testator, attenta eius mente, ac verbis, voluisse comprehenditur, satis vltra Vitæ Militiæ, ac legitimæ metam excedens comperietur, quandoquidem terræ legatæ sunt appretiatæ in ducatis 400. mil. & plus & vix Cardinali pro eius legitima competebant duc. 124. mil. & sic vltra debitam legitimam Cardinalis fere alios duc. 300. mil. ac Palatium, & alia percepit, quæ necessariò vitam, & militiam iudicio testatoris compensauerunt, patet ex appretio cum Don Philippo Colonna gesto, & à

prę-

Digitized by Google

prædicto Cardinali approbato in transactione facta cum eodem D. Philippo, hoc inquam factum nequit inficiari, enimuero in processu satis liquet, exploratique iuris est, omne quod filius iure relicti à genitore consequitur, in suam legitimam imputari, vt per *Pichum, & alios in repet. l. in quartam nu. 6. ff. ad leg. falcid.* & consequenter in vita, & militia arguendo de vna ad aliam, quo circa, vel ex regula imputationis, vt supra vel etiam ex regula compensationis Cardinalis iustè excluditur, & licet de specie ad ad quantitatem non militet compensatio *vulg. l. fin. Cod. de compens.* hoc communiter limitatur in compensatione illa, quæ ex præsumpta mente testatoris oritur, immo & *Alex. in d. § si pater Dec. in d. auth. Præterea nu.* 10. & si testator legatarium legato contentum esse iusserit, sibi animo compensandi legasse censetur. *Bald. in cons. 84. lib. 2. Castrens. cons. 266. nu. 3. vol. 1. Capra cons. 29. nu. 5. Alex. in l. si compensandi C. de hæred. instit. Ruin. cons. 166. nu. 18. lib. 3. Affli. decis. 44. nu. 29. Alciat. in respon. 524. nu. 7.* cum alijs latissimè congestis à *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 110. nu. 31. & 32.* multo magis id in casu nostro erit asseuerandum, cum Testator, qui amplius Cardinalis Ascanius petere nequeat, expressè iusserit. Ergo suo tantum legato contentus esse voluit, & consequenter animo compensandi, quæ quidem compensatio etiam cum debito voluntario, & quod plus est dato, quod expressè non exprimatur si coniecturę concurrant bene admittitur atque probatur *Abb. cons. 81. col. 2. lib. 2. Corn. cons. 115. nu. 2. lib. 4.*

Præterea si vltra tam amplum Cardinalis legatum, hæc vita & militia deberetur, quod expressè negatur, accedente maximo hæreditatis ære alieno, hæreditas penès pupillum Regni Magnum Comestabulum exhausta ferè remaneret. Quo fit, vt eo vehementius compensatio sibi locum vendicet. *Afflict. in præalleg. decis. 44. nu. 21. & 25. Menoch. loco loco citato nu. 43.* & dum testator prudens Pater familias primo genitum nimis in solutione æris alieni grauauerat, in hoc releuauit, vt ad vitam, & militiam nō teneretur, & quod cæteri filij nil amplius ab eo petant. Istæ enim clausulæ semper in fauorem Primogeniti nimis grauati à testatore consultò appositæ fuere, hoc sanè ex testamento liquet, ac satis verisimile reddjtur, & si testator de hoc expressè interrogatus fuisset, verosimiliter ita respondisset, ad *tex. in l. tale pactum §. fin. vbi glos. & Doct. ff. de pact. cum concord.* quæ in omni materia procedit vt ibi communiter scribb. tradunt.

Vlterius Cardinalis tam magni momenti acceptauit legatum absque aliqua protestatione bona iam dicta ita legata pacificè diù possidendo, vt in sua fatetur dispositione sic præcepto Patris annuendo, quòd amplius petere non possit. Et quamuis respectu legitimæ specialis requiratur Renunciatio, vt illi præiudicetur, & legatum etiam cum dicta clausula, quod nil amplius petatur, filium minimè excludit: quo minus supplementum ipsius legitimæ consequantur, vt *Doct. in l. si quando §. & generaliter C. de inoffic. testam. per Deci. in cons. 346. nu. 2.* Attamen vita, & Militia in hoc à legetima differt cùm illa, à iure naturæ *l. cum ratio ff. de bon. damnat.* & ista ex iure *Constit. Regni Comitibus* debeatur ideoque dum simpliciter Cardinalis recepit legatum pro prætenso supplemento procul dubio sibi præiudicauit, ad quod est solemnis *decis. Curt. in cons. 159* Quapropter in *d. §. & generaliter* Tradit *Philip. Deci.* quod dispositio *d. §.* est à communibus regulis exorbitans, & ad casum, de quo loquitur restringenda. Et sic in casu legitimæ tantum propriè non autem in casu vitæ, & militiæ quæ in aliquibus, & non in hoc legitimæ adęquatur.

Insu-

Digitized by Google

Insuper ex causa Patris Cardinalis Ascanius Abbatiam Sanctæ Sophiæ redditus ann. ducator. 5000. habuit, vt ipsemet fatetur fol. 79. super 11. articulo, & post ipsius obitum Cardinalitiam dignitatem in Ecclesia Dei fuit consequutus, & non esset ponere os in, cœlum si diceret hoc etiam ob Genitoris meritum subsequutum fuisse, quemadmodum ob fauorem Patris similiter Cappellam Sanctæ Mariæ Magdalenę redditus annuorum aureorum 700. habuit, vt ipse tanquam principalis deposuit d. fol. 79. hæc inquam, omnia eo facilius quemlibet trahunt ad firmiter credendum, Patrē omninò hanc vitę, & militię præstationem compensare voluisse, illa cōmuni *Doct.* supposita conclusione,

11 quod qui aliquem alere tenetur sufficit, quod illi prælaturam siue prębendam procuret, vel ipsum in aliqua domo Dei recipi faciat, *Bald. in l. 1. §. scimus C. de latin. libert. tollen.* qui in *auth. donatione C. de secund. nupt.* plus dixit, quod cum contemplatione alicuius aliquid detur, ipse dare videtur, cuius contemplatione fuit elargitū, *arg. l. si plures, §. in arrogato ff. de vulg. & pupill.* Quę omnia refert, & sectatur *Paris. de reintegr. feud. cap. 41. nu. 2. & seq.* Optimus itaque pater, qualis fuit iste Illustris testator, tot sequitur *Mastrill. in Addit. ad Pet. Gregor. in Tract. de Vita, & Militia qu. 4. lit. A.* Castra, Palatium, Abbatiam, satis superque, & legitimam, atque vitam & militiam Cardinali Ascanio debitā excedere cernens, non mirum, quod amplius de eius bonis petere non potuisset, expressè mandauit. Genitor enim filio maximè Presbytero non nisi ad legitimam videtur obnoxius, Dato quod Iure communi Romanorum, vel Longobardorum viueretur. namque totum id, quod legitimam excedit ad libitum Pater disponere potest, & sicuti de reliquo eum priuare valebat, ita iustissimè de illo pluri Vitam, & Militiam compensare ex prędictis voluisse clarissimè dignoscitur. Quę verò aduersus prędictas Cōclusiones ex aduerso adducuntur sūt, videlicet.

12 Primo *decis. Affli. 138. nu. 4.* quem simpliciter sequitur *T. iraq. de iure primogen. cap. 75 nu. 3.* vbi format casum quando Pater reliquit vnum Castrū secundo genito, quod tale Castrum non animo compensandi cum Vita & Militia debita super alijs Castris legatum censeatur.

Aduertatur quæso enimuerò *decisio prædicta* non meretur allegari in casu de quo nunc agitur, & vltra quod latissimè impugnatur *ab Addentibus in eadem decisione* non aliud adducit *Affli.* quam quod pater non sit in vita, debito ipsius Vitæ, & Militiæ, sed primogenitus post mortem ipsius Quę ratio si recte ponderetur nullius redditur momenti. Porrò si supra latè ostendimus Vitam, & Militiam legiti-

13 mæ assimilari, vt etiam per *Bal. in cons. 121. præsuppposito col. 2. lib. 4.* Pa-

14 tremque teneri (alias eius testamentum esset nullum *l. inter cætera ff. de lib. & posth. & §. aliud quoque capitulum in auth. vt cum de appellat. cogn.*, ac filio legitimam etiam titulo honorabili institutionis relinquendum, *Panorm. in cap. Rainutius post glos. in ver. legitimam de testam. Ias. in l. filiū quem habentem col. 4. ver. Immo plus quocumque C. famil. herciscund. Bart. & Ang. in l. quia poterat ff. ad Trebellia. & in l. gerit. ff. de acquir. hæred.* Ergo ex necessitate iuris parens ad filios relinquendum hanc legitimam, siue Vitam, & Militiam compellitur, & talis obligatio præsentia habet originem in vita ipsius Patris. Exequutio verò post mortem differtur, & in primogenitum transfunditur, qui ipsam deindè præstans suum atque paternum soluit debitum, & quemadmodum legitima, quæ licet non in vita Patris, sed post mortem per hæredem soluitur, adhuc vt æs alienum Patris necessarium consideratur, vt multi *Do-*

ctores

Digitized by Google

Florcs à Tiraq. relati communiter affirmant *in l. si vnquam in vers. susceperit liberos nu.* 114. *C. de reuoc. donat.* & ob id omne legatum Patris, etiam simplex, in legitimâ ipso iure imputetur, vt supra latè fundatum arbitror, Ita pariter in vita, & Militia diffiniri debet, quæ licet à primogenito præstetur, est tamen de bonis Patris, vt verba *Constit. Comitibus* sonant, debita prodiens ex debito necessario, cùm loco legitimæ fuerit subrogata, & huiusmodi concluſio, quam plurimis corroboratur similibus; Libertus enim dum viuit nil diuiti Patrono de suis bonis exoluere tenetur, sed post mor-
16 tem Quartam eius hæres præstabit, & nihilominus libertus simpliciter Patrono legans animo compensandi cum dicta quarta citra ambiguitatem legasse censetur, & in illam imputatur legatum *l. etiam §. si debita ff. de bon. libert. l. fine §. 1. ff. de iure patron.* Idemque tradunt communiter DD. in marito, qui legis dispositione vxori inopi quartam suorum bonorum
17 præstare tenetur, quod si aliquid simpliciter leget animo compensandi legasse præsumetur *Auth. Præterea Cod. vnde vir. & vxor*, *Bald. cons. 58. col. 3. lib. 2.* Ita in casu nostro vt si pater, dū viuit secundogenito vitam, & militiā assignare non compellatur, cùm illam primogenitus post mortem Patris soluet: attamen omne legatum etiam simplex recte compensabit hoc debitum necessarium Patris ex dispositione iuris descendens. Quibus quidem rationibus fundamentum *Afflict. in d. decis. 138.* eiusque opinio pænitùs eradicatur.

18 Insuper decisio *Afflict.* quatenus subsistere posset (quod expressè negamus) procederet in casu suo, non autem in casu nostro, satis ab illo diuerso, in casu enim *Afflict.* nullæ coniecturæ compensationis aderant, nec tot clausulæ *omni modo meliori*, & quod *amplius petere non possit*, nec constabat legatum illius feudi esse notabile, prout est istud Cardinalis, & idcircò ex illa non est facienda aliqua
19 illatio, *Vulg. l. Papinianus exuli ff. de minor. cum concordan.* Item illa non est Sacri Consilij decisio, sed relatio tantum, & non per viam sententiæ, & si non exemplis, sed iuribus tantum sit iudicandum, ad *tex. in l. nemo C. de sent. & interloquut. omn. iudic. eum simil.* & demùm *Afflict. in præfata deci.* nil de imputatione, sed de compensatione tantum loquitur, & sic ex omni capite decisio *Afflict.* non aduersatur.

Secundo Pars innititur cuidam cartulæ, siue cedulæ testatoris productæ fol. 34. in qua hæc verba leguntur *Il stato del Regno con quanto s'haueſſe ad acquistar al primogenito; l'altri dui habbiano le vite militie, caso però che di ragione li toccano, &c.* ex quibus quidem verbis, nedùm expressa non colligitur voluntas testatoris, quod simpliciter detur Vita, & Militia, sed contraria; Enimuerò ex *præalleg.* iam demonstratum fuit ex vi prædictæ imputationis, siue compensationis vitam, & militiam non deberi, ergo cessat cædula conditionalis, *quatenus de iure deberetur*, ita loquens, cumque clara non sit voluntas, sed dubia ad iuris dispositionem remissiua, non video, per quam regulam ista dubia scriptura claram testamenti dispositionem possit declarare, in qua clarissimè disponitur, quòd nil amplius petatur.

Insuper de cartula prædicta non curandum, quia testator in eius testamento expressè præcipit, quod non constito aliter de alia sua vltima voluntate in forma valida, testamentum tantummodo obseruetur. Ergo omnes cedulæ, ac cartulæ priuatę sunt per eundem Testatorem reuocatæ, dū dicta cedula est sine die, & consule,
20 etiam inter liberos nil operatur. *Bald. in auth. quod siue nu. 4. Cod. de testam. Natta in repet. d. auth. num. 3. & seq.*
21 & quod dies formaliter, & specificè appo-

Digitized by Google

apponi debeat firmat, *Clar lib. 3. sent. §. testamentum quæst. 14. vers. sed nunquid.*

Rursus cartula præfata est ante testamentum, & per ipsum, vt dixi, reuocata; Nec dicat Aduersarius cedulam esse confectam post testamentum. hoc enim figuratur, & ei qui hoc allegat onus probandi incumbebat, & nil probauit, tanto magis quoniam semper est facienda interpretatio contra producentem scripturam, & sic contra
22 Cardinalem, qui illam sine die. & cõsule produxit, & in ea se fundat, ita *doct. in l. veteribus ff. de pactis in cap. in præsentia, de probat. Alex. cons. 102. nu. 5. vol. 5.* Itaque veridicè asseuerandum puto, nempè testatorem à cartula prædicta recessisse, per subsequens eius testamentum d. fol. 66. pristinam
23 namque mutauit voluntatem, quæ est vsque ad mortem ambulatoria *leg. cùm hic status §. ait oratio ff. de donat. inter vir. & vxor.* quod liquido appareret, cùm in multis contrarium cedulæ prędictæ dispoſuerit. mutatio siquidem voluntatis fit, vbi aliquis actus contrarius aduersus illã expressam voluntatem geritur, ex hoc enim receditur, à primæua voluntate, ita *Dec. in l pacta nouissima nu. 10. Cod. de pactis Crauett. in tract. de antiquit. temp. in 1. partic. 1. par. principali num. 61. & in 4. partic. 4. part. principalis numer. 115.*

Sed quid plura? Idem Cardinalis in cuius manibus Pater in hyspaniarum Regione obijt, bene illius voluntatem perpendens, vitam, & militiam hanc in legato comprehendisse, nimirum si spatio annorum 12. Vt supra dixi, si-
25 luit, taciturnitas tàm longa hoc efficaciter arguit, *arg. l. si quis forte, de pœnis cap. 2. de frigid. & malef.* ò mittens, quod lis ista Cardinalis (vt fama fertur) aliò tendit, quàm vt hanc vitam, & militiam adipiscatur, cum vt ditissimus illa non indigeat, & demùm addo argumentum à sufficienti partiũ enumeratione, aut ex prædictis clarè liquet cedulam non obstare, & habemus intentum, aut sumus in dubia scriptura, & tunc sunt obseruanda ea, quæ deinde sunt spatio 12. annorum subsequuta, quibus nunquam fuit a Cardinali petita Vita, & Militia; quandoquidem optimè exploratum habebat illam aliunde solutam atque compensatam fuisse, hæc inquam omnia efficaciter ambiguam scripturam, & voluntatem Patris familias, quando ita esset, declarant, ita *Berous cons. 152 num. 6. lib. 1. Ioseph Ludou. in tit. de consuet. conclus. 1. vers. incitata n. 134. vol. 3. commu. opin. pag. mihi 527. Tex.* verò in quo tandem pars pedem fige-
27 re videtur *in cap. in generali si de feud. fuer. controu.* dum inquit legatũ secundo geniti loqui, quòd de bonis burgensaticis non feudalibus ex regula illa, quod in generali prędicta loquutione non veniunt feuda, *d. cap. in generali.* Rogo aduertant Iudicantes ad plura, vt absoluant,

Et primo dum testator mandauit, quod de bonis suis amplius non postulet, ita loquendo comprehendit
28 proculdubio feuda, appellatione enim suorum bonorum venit feudum: deducitur ex *glo. in cap. 1. vers. suorum bonorum in princip. per quem fiat inuestit.* quam sequuntur *Bald. Martin. Lauden. & Cardin. Alexand.*

Secundo omnes *Doctores* in hac materia taliter distinguunt, quod aut sumus in dispositione generali. Primo enim casu procedit dispositio *cap. in generali.* Secundo verò casu non cespitatur venire feuda *Minad. in repet. Const. in aliquibus num. 35. Frecc. lib. 2. de subfeud. in 3. quæst. num. 4. & 6. Aymo. cons. 256. num. 6. Corn. cons. 321. num. 9. vol. 4. Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 13. num. 5. & 9. Afflict. in constit. Comes, & Baro nu. 9.* Quod autem sit ista, de qua agitur Oratio vni-
30 uersalis, liquet ex dictione illa (amplius) quæ est vniuersalis, ad *tex. in leg. nomen* ibi, hoc amplius dari sibi vniuersa eius nominis obligationem

lega-

Digitized by Google

legatã, *ff. de leg. 3. l. fin. ff. de reb. dub.* & ex cõsequenti in vniuersali oratione comprehenduntur feudalia.

30 In hoc testamento Pater de omnibus bonis tàm burgensaticis, quàm feudalibus disposuit dum primogenitum vniuersalem hæredem instituit, Cùmque de hæreditare agatur, etiã si non exprimatur comprehenduntur feuda, *glos. in l. idem videndum. §. nunc*

31 *videamus in vers. sive iura. ff. de petit. hæredit. Andr. in cap. 1. de controuers. int. Vassal. & Episcop. & in c. 1. §. huius autem generis, ex quibus caus. feud. amittit.* At hic & Cardinalis in Castris ac cæteris alijs bonis fuit à Patre institutus hæres. Vnde cùm de hæreditate agatur, in qua feudum cùm sit de hæreditate, optimè considerãtur licèt expresè de eo nulla fiat mẽtio, meritò disponendo testator, quia

32 amplius de bonis suis non petat, de omnibus intellexit, tàm feudalibus quàm burgensaticis. Nec opponatur quia titulus institutionis non admittit compensationem, iuxta not. *per Doct. in fin. l. fin. C. comunia vtriusque Iud.* & Cardinalis in istis Castris, & bonis fit hæres institutus, tùm quia hoc precederet, quando fuisset cum extraneo institutus, secùs cum primogenito fratre vniuersali instituto hærede, ita *Phanuc. in comment. de lucro*

33 *dotis in glos. 8. nu. 62. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 109. nu. 19. circa medium*, Tùm quoque cùm hæres

34 particularis dato cohærede vniuersali vt in casu isto haberetur, vti legatarius, ità *omnes in l. Quoties C. de hæred. instit. cum simil.* & dum ex aduerso iterùm allegetur illa conclusio, *DD.* quòd quoties compensatio legati cum debito legali admittenda foret, eadem cessaret, si testator in legando

35 hac esset vsus forma, nempè lego centum de bonis meis, quæ tunc compensandi animus remoueatur, cùm bona, deducto ære alieno dicãtur. *l. subsignatum §. bona, ff. de verb. signif.* soluto debito legali soluendum itidem ex

36 cæteris bonis legatum esset, & compensationi locus non præberetur. *Bal. in l. si cum dote, §. si Pater in fin. & ibi Alexand. num. 7. vers. Prædictis adde. ff. solut. matr. Hippol. sing. 162. cum alijs.* Respondetur, q opinio prædicta non est tuta, neque recepta, & ab ea recedunt, *Cuma. & Areti. in d. §. si pater, & Deci. in d. auth. Præterea num.*

37 *13. omninò videtur* illa quidẽ ratione mouetur, cum appellatione bonorum à testatore prolata ipsius hæreditas comprehendatur *l. Mulier. §. fin. cum seq. ff. ad Trebell. l. Nunquid. & l. cogi cod. tit. not. Bart. in l. 3 ff. de bon. possess.* hæreditas, enimuerò etiam æs alienum continet *arg.* ex his verbis non

38 aliter Testator à Compensatione quę à iure conceditur, recedere censetur, ità solẽniter hanc tuetur opinionem *Couar. in c. offitij num. 7. de testam. in 1. p.* subdens qui proinde sententia *Bart. in l. & Iurisiurãndi. §. si liberti. ff. de oper. libert.* periclitatur authoritate quoque *Io. Crot. in l. si Constãte & lect. col. 7 ff. sol. matr. & Io. Campeg. de dote pur. 1. quæstione. 33.* & pariter vana

39 redditur distinctio patrimonij considerata per partẽ ex *reg. tex. in l. si ex facto. ff. de hæred. instit.* quoniã testator patrimonia vniuit, dum primo genitum in omnibus eius bonis vniuersalem hæredem instituit.

Vltima autem partis ponderatio de verbis in fine testamenti descriptis, dum testator feuda dispositioni Iuris reliquit, vt sic vita Militia à lege Regni debita excluſa non censeatur inutilis, omninò redditur profectò verba illa sunt expressa in capitulo maioratus tantum. voluit enim pater omnia

40 bona maioratui submittere prętet feuda, excipit ergò feuda quò ad hoc, quia absque assensu Regio nil desuper disponere poterat ad *tex. in c. 1. de succes. feud.* ibi nulla manente, vel valente, quinimò retorqueo argumentum, si in hoc casu testator excipit feuda, & legi remisit. sequitur, quod in alijs casi-

41 bus excipere noluit, cùm exceptio

præsupponit regulam in contrarium l. 1. §. *sed excipiuntur*. ff. *de feriis cum concordan.* & vbi testator excipere voluit, benè exprimere sciuit, vbi verò noluit, tacuit, ad notata *in l. vnica. §. fin autem ad deficientis in fin. C. de cadur. toll.* & ob id nullo pacto ista verba in hoc capitulo diuerso, & separato, sunt trahenda ad præcedentia separata, & præcisa capitula. Quo circa cunctis (vt arbitror) sublatis difficultatibus exclusio Cardinalis ex *præallegatis Iuribus*, rationibus, atque auctoritatibus satis superque liquet.

42

Cætera verò pro pupillo infante (quem pro tenui viribi tueor) optima iudicantium Religio suppleredignetur.

43 Die 11. Iulij 1600. referēte Consiliario de Curtis facta relatione in Collaterali Consilio iunctis aulis coram Excellentissimo Prorege Comite de Lemos fuit prolata sentētia in fauorē Cometabilis, qui fuit absolutus Deo gratias. Aduerte quòd secundo genitus potest absque assensu vitam, & militiam renuntiare, & cedere primogenito *vt per Gamer. in c. imperialem de prohib. feud. al. per Feder. & per Vinc. d. An. in repet. const. Regni cōstit. diuæ memoriæ.*

Additio. In eadem causa in Iure respondit *Paul. Stayhan. cons. 2.* vbi alia responsa ad idem edita tunc per *Reg. Consil. Fabium Ann. cons. 120. vol. 2. & Iacobbum Menochium in cons. sequenti* 121. de qua decisione memini. *In meo Compendio Decis. Regni tom. 1. Verbo Vita, & militia*, vbi plura allegaui quibus addo *Episcopum Iserniæ in Tract. de Eccles. seù practica ab. Eccles. quæst. 65. nouissimè Reg. Consil. benemeritum* Scipionē. *Theodoro* Alleg. 25. & 26. & *Io. Bapt. Bilocta in suis Conclus. feudal. Conclus.* 14. *nu.* 20. cōferūt adducti per *And. Capanum 9. C. benemeritum in tract. de Vita, & militia quæst.* 14. *in fine* Thoro.

SVMMARIVM

1 *Vita, & Militia an sit loco portionis, vel hereditatis n.* 1. & 3.
2 *Legitima per statutum in totum tolli non potest, sed benè minui.*
4 *Legitima debetur filio Iure naturæ.*
5 *Portio legitima dicitur etiam in sacra pagina.*
6 *Vita, & Militia legitimæ loco subrogata fuit.*
7 *Vita, & Militia sapit naturam legitimæ, cum eius loco subrogata cernitur.*
8 *Compensatio, siuè imputatio in legitimo fit, ità etiam in Vita, & Militia.*
9 *Argumentum de Alimentis ad vitam, & militiam, quando admittatur.*
10 *Feudum an sit legitima primogeniti.*
11 *Dispositio testatoris pro lege reputatur.*
12 *Clausula* quod nil amplius petere potest, *quid operetur.*
13 *Feudatarius, si vult potest duos habere heredes, vnum in feudalibus, alterum in allodialibus.*
14 *Feuda etiam titulata comprehenduntur in vniuersali Oratione.*
15 *Qui omne dicit, nil excludit.*
16 *Hereditas est successio in vniuersum Ius, non autem ad Ius testatoris restrictum in vno loco.*
17 *Feuda deferuntur legis prouidentia, ac Iure successorio, & quando.*
18 *Successor in feudo hereditario tenetur esse heres, vt ad singula debita teneatur*
19 *Qualitas hereditaria in feudo hereditario substantialis, & non accidentalis inest.*
20 *Feuda omnia in Regno hereditaria esse præsumuntur.*
21 *Bald. in c. 1. de success. feud. declaratur.*
22 *Feuda an veniant appellatione bonorum*
23 *Vita, & Militia liquidatur tempore Mortis de fructibus hæreditatis.*

24 Com-

Digitized by Google

24 *Compensatio de specie ad quantitatem, quando admittatur.*
25 *Verba*, quod solus non petatur, *quid operentur.*
26 *Testator in dubio præsumitur minus grauasse hæredem, quam potuisse.*
27 *Opinio Scipionis Buccini pluribus rationibus inualidatur.*

Decisio Regij Collateralis Consilij profertur.

ALLEGATIO. XXIV.

Pro Illustr. Marco Antonio Columna Magno Comestabulo cum Illustr. Cardinali Ascanio Columna.

ACtio pro Vita, & Militia à Cardinali Columna intentata ab vnaquaque ex oppositis exceptionibus, multò magis ab omnibus simul iunctis euidentissimè (ni fallor) excluditur prout in alijs Iurium Allegationibus latè comprobaui.

Aduersus exceptiones audiui nuper pro parte Actoris aliquas replicationes afferri, quæ si rectè perpendantur, nullius reddunturmomenti.

Aliàs enim Vitam, & Militiam legitimæ æquiparari, & legatum simpliciter factum vel legitimam compensare, vel in illam omninò imputari abùdè fundaui, & in articulo hoc communem Ciuilistarum, atque feudistarum opinionem ostendi, & dùm *Andr. in Constit. Comitibus & Minad. cons.*
1 *1. num. 67.* tradunt Vitam, & Militiam esse loco portionis feudi, à qua secundo genitus excluditur à Primo genito, per necesse *Iser.* id loco legitimæ intellexit. Ius enim Francorum, & tenor communis Inuestituræ feudorum in Regno receptus repellit secundo genitum ab omni, & qualiter rata successionis feudi, in hoc ius Longobardorum corrigendo, cuius vigore omnes filij æqualiter admittebantur, *Et Constit. prædi. Comitibus* dum prouidit secundogenitis de Vita, & Militia, noluit occurrere quoad partem debitam de Iure Longobardorum. Illud enim tanquam Ius positiuum per aliud Ius positiuum Francorum, seù per legem Inuestituræ tolli potuit, voluit tantum occurrere quoad partem illis debitam de Iure naturæ, id-
2 est quoad legitimam, quæ in totum per statutum tolli non potest, sed benè minui *Bart. in l. Titio §. fin. ff. de condit. & demonstr. cum cæteris*, de quibus *per Affitt. in d. constit. col. 3. vers. sed benè* Vndè dùm *Iser.* inquit
3 esse loco portionis hæreditariæ vltra, quod per Transennam hoc dicit, idē *Andr. in repet. constit. Comitibus*, vbi latius articulum discurrit *in princ. 1. col.* hæc verba tradit, excluditur à successione minor Iure Francorum loco partis sibi debitæ, à qua excluditur, quia dantur sibi alimenta, & militia, sicut paragium dotis sororis excluſæ, *vt in Constit. In aliquibus*, & sic firmat *Andr.* Vitam, & militiam, & paragium deberi Fratri minori, & Sororiexcluſæ loco partis sibi debitæ, &
4 quæ erit, obsecro, ista portio sibi debita? non alia, nisi illa, quæ ex necessitate Iuris naturæ filio debetur, vt est legitima §. 2. *in auth. de trient. & semiss.*
5 Indè *in Euangelio Lucæ* traditur *Da mihi portionem, quæ me contingit*, intelligendo de legitima secundum *Ias. in Auth. nouissima num. 7. C. de inoffic. testam.* quo circa si *Andr. in Constit Comitibus* dicit, vitam, & Militiam loco partis debitæ deberi minori, atque sorori, & respectu paragij remittit se ad *Constit. In aliquibus* & in illa sæpius repetit declarando paragium, & portionem debitam esse legitimam Iure naturæ, quæ titulo hereditario
6 Institutionis debetur, per necesse oportet fateri *Andr. in d. Constit. comitibus* decidisse Vitam, & Militiam esse loco partis debitæ, idest legitimæ, & ità in alijs Allegationibus omnes ferè Regni Sapientes maximæ authoritatis *Andream* intellexisse demostraui, & in hoc nulla cadit disputatio, & verissimum patet hoc primum assumptum,

Digitized by Google

quod vita,& Militia secundum comu-
7 nem *DD.* sentẽtiam est loco legitimæ in fẽudalibus, & subrogata in eius locum,& meritò illius naturam sapit *ex reg.tex.in l.si eum* §.*qui iniuriarum ff. si quis caut. Faly.in c. cum accessissent de Const.* etiam si in aliquo discreparet ab eo,in cuius locũ subrogatur.Enimuerò in alijs suam naturam rectè suscepit *Paul.de Cast.cons.*37.*vol.*1. *Ias. in d.l. si eum* §.*qui iniuriarum Philip. Dec.cons.*50. *nu.* 2. *Gomes. in* §. *fuerat de actio.* & idcircò natura legitimæ circa compensationem atque imputa-
8 tionem vitæ Militiæ clarissimè tribuitur,vt quem ad modum in legitima fit compensatio,& imputatio,ità & in vita,militia & non cespitatur in forcioribus terminis imputationem in fẽudis habere locum, & ob id ipsum feudum hæreditarium imputari filio in legitimam *Bald. & Salyc. in l. omnimoda* §. *imputari C. de inoffic. testam. Alex. in l. si patrem ff. and Trebell. Iacob. in sua. inuest. in vers. & cum pactis quod de ipso feudo num.* 17. *Loffr. in cons.* 1. *num.* 180. Vndè aperto iure exceptiones de compensatione,& imputatione vrgent aduersus Cardinalis actionem, & ex his de iure firmatis, omnia partis argumenta nuper (vt dixi) intellecta di-
9 luuntur,& præsertim illud quod vita, & militia sit loco alimentorum, & sicuti in alimentis non admittitur compensatio ,ita in vita, & militia, namque tale argumentum communiter reprobatur; quandoquidem de vita militia ad alimenta arguere non licet nisi quoad extinctionem vtriusque, non autem quoad reliqua, ita sollemniter. *Loffr. c.* 1. *in* §. *quid ergo col.* 2. *de inuest. de vno alio Circumsp. Presid. de Franch. decis.*16. *n.* 7. & 9. Et quamuis dicant aliqui *DD.* totum fẽudum esse legitimam primo geniti, & in legitima primo geniti non posse aliam legitimam secundo geniti considerari. Attamen benè sciunt peritissimi Iudices propositionem hanc nullo pacto procedere, ideoque *Marin. Frecc. in lib.* 3. *de sub-*

10 *feu.n.*3. *in* 19. *differ.* qui rogo legatur, inquit, quod Imperiti credunt fœudum esse legitimam primogeniti, explicando, quod intelligi debeat esse legitimam successionem primogeniti in ipso fœudo, & consequenter primogenitum successorem ad omnia, ad quæ defunctus tenebatur obnoxium remanere, alioquin nullum grauamen si esset legitima tantum primogeniti sustineret *vulg. Iurib.* consequens est falsum,ergò& antecedens,vt copiosè *Frecc. loco citato* demonstrat. Nec refert,quod Vita,& Militia In aliquibus differat à legitima, quia illa in fructibus, & ista in corporibus, illa transmissibilis ad heredes, & ista cum vita extinguibilis. Namque in cæteris alijs vita, & militia naturam legitimæ assumpsit.*vt supra* comprobaui. Sufficit quod in puncto compensationis, & imputationis veridica, atque specifica dissimilitudo non reperiatur, Eòque magis militant exceptiones Magni Connestabuli, cùm expressè Testator hanc vitam, & militiam per illa verba ademerit, videlicet. Et nolo quod amplius de bonis meis Ascanius pe-
11 tere possit, hanc vtique ademptionem prudens Testator iustissimè iussit, dum maiora, & prætiosiora eidem Cardinali contulerat. Hæc inquam dispositio lex est, §. *disponat in Auth. de nupt.* omninò fœdalia comprehendens, dum dicitur, quod nil amplius
12 petatur,alioquin tot,tantaque præcisa verba Testatoris seruirent de vento contra *tex. in l. si quando ff. de leg.* 1. *in si Papa de priuileg. in* 6. *cum simil.* & in alio verificari non possent, nisi in huiusmodi Vita, & Militia in hoc Regno debita, Modò pretendere dictam prohibitionem erga Cardinalem ac vniuersalẽ Institutionem in personam primogeniti, & totum Marci Antonij Columnæ fel. mem. testamentum fœdalia huius Regni non respicere,sed illa ad bona status Ecclesiastici esse restricta satis futile, ac con-
13 tra veras *DD.* regulas esse arbitror,

Namque

Namque fœudatarius potest si vult duos habere heredes, Vnum in fœudalibus, & alium in allodialibus *Bal. in Auth. cessante C. de leg. hered.* sicuti dicitur in milite *l. si certarum* §. 1. *ff. de milit. testam. glos. in l. si miles vnum ff. eod. tit.* Nihilominus hęc, & similia locum sibi vendicant, quando Testator miles pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere, & duos heredes habere voluit, non autem quando in omnibus testatus fuit, prout clarissimè in hoc casu egit, & vnicum vniuersalem heredem, ideoque ab eo fit institutio heredis in omnibus bonis Ecclesiastici Status, & deinde subnectit. hæc alia vniuersalia verba, & similiter in omnibus, & quibuscunque alijs bonis &c. Vniuersalem heredem in-
14 stituo primogenitum quæ, quidè vniuersalia verba proculdubio etiam titulata fœuda comprehendunt *Minad. in Consil. In aliquibus n.* 37. vbi plusies ita, quicquid *Affl. decis.* 265. *n.* 15. dixerit iudicatum fuisse testatur, In vniuersali porrò dispositione omnia
15 veniunt, & qui omne dicit, nihil excludit *vulg. l. Iulianus ff. de leg.* 3. Adeoque huiusmodi Institutio tanquam vniuersalis omnia bona, ac Testatoris patrimonia amplectitur citrà ambiguitatem.

16 Item hic tractatur de hereditate, quæ est successio ad vniuersum ius, nõ autem ad ius Testatoris restrictum in vno loco *vulg. l. hereditas ff. de reg. Iur. cum simil.* & in petitione hereditatis veniunt omnia fœuda hereditaria *iuxtà glos. in l. item videndum* §. *fin. ff. de peti. hered. Andr. in d. c.* 1. *an Agn. & in c.* 1. *qui succes. ten. & in c.* 1. *de alien. faud. pate.* Itaque omnia in isto
17 testamento sunt comprehensa. Nec dicatur, fœuda non Iudicio Testatoris, sed legis prouidentia, ac Iure successorio deferri secundum *Bal. in c.* 1. *de succes. faud.* hoc siquidem simpliciter affirmare essent veros terminos fœudales, confundere, enimuerò distinguunt *DD.* quod aut agitur de fœudo ex pacto, & prouidentia non hereditario & istud ex prouidentia legis defertur, aut verò de fœudo hereditario, & hoc cum sit hereditarium, dependet etiam à Iudicio Testatoris secundum *Camer. in cap. Imperialem de prohibit. faud. alien. per Feder.* ob quod Testator etiam vsque ad fœudi valorem successorem grauare posset, alioquin nulla eius dispositio teneret contra ea, quæ notat idem *Afflic. de-*
18 *cis.* 119. *num.* 5. & in tali fœudo hereditario oportet successorem esse heredem, qui proindè ad omnia onera hereditaria etiam vltra vires hereditarias non confecto Inuentario teneretur *Andr. in c.* 1. *an agnatus in Princ. Presid. Circumsp. de franch. decis.* 1. *Regens, & Marchio de Ponte cons.* 52. *nu.* 42. *& seq.* & confecto Inuentario vsq; ad fœudi valorem *Alex. cons.* 18. 2. *vol. Capyc. in repet. d. c. Imperialem col.* 117. *Guglielm. Pern. in* 1. *not. faud. num.* 66. *Loffred. c.* 1. §. *preterea Ducatus* 4. *col.*
19 *c.* 1. *de prohi. feu. alien. per Feder.* Qualitas enim hereditaria in ipso fœudo hereditario non accidentaliter inest, sed substanti aliter, vt tradit *Camer. in* §. *preterea Ducatus fol.* 96. *à lit. B per plures col.* & in Regno isto cuncta fœuda hereditaria & huius generis esse
20 prosumuntur illa à capite regulando ex *cap. Regni incip. Considerãtes Frecc. lib.* 3. *de sub feu. fol. mihi* 390. *num.* 14. *vers. teneamus, & Napod. in consuet. & si Testator in glo. sup. ver. disponere*
21 *in ver. preterea hodie,* & ideo communiter fuit recepta, & intellecta opinio *Bal. in d. c.* 1. *de succ. faud.* in fœudo ex pacto non autem in hereditario ita *Frecc. lib.* 3. 20. *diff. & Regens Lanar. cons.* 80. *num.* 25. Quo circa cum Testator tam amplam, ac vniuersalem Institutionem. & talia expresserit verba. quod nihil amplius de eius bonis petat. Cardinalis proculdubio potuit,
22 atque voluit de fœudis huius Regni, & vita, & militia intelligere, & in specie, quod appelatione bonorum quando de vita, & militia tractatur fœuda-

Digitized by Google

lia comprehendantur, firmat *Afflict. in d. Constit. Comitibus nu. 2.* sic limitando *tex. in cap. in generali*, vltra alias limitationes, quas in primis Allegationibus adduxi.

Cumque alias latissimè, & per me ad doctissimum collegam vitam, & militiam occasione patris à primogenito præstari, oculosque retrohabere fuerit ostensum; meritò non obstat, quod ex aduerso nunc prætenditur, clausulam præfatam, quod non de bonis suis amplius petatur, interpretari de bonis Testatoris, & non hæredis, & hoc non esse debitum testatoris, sed filij primogeniti, & sic omnia alia obiecta tolluntur & hoc etiam primũ dici debitum puto satis, superque demonstratum, vt alias dixi, ad quæ me remitto, & relege quæso. Non negamus vitam, & militiam ex fructibus præstari, sed quod fructus cum sint incerti non recipiant compensationem,
23 hoc expressè inficiatur quando quidem liquidatur vita militia habito respectu ad fructus feudi tempore mortis tantùm, & non ad singulos annos, & sic fructus sunt certi, quamuis illi postea crescant, vel decrescant, hoc non attenditur, ità habemus *ex decis. Sac. Cons. per Franch in decis. 71.* & ob id cessat motiuum partis de incertis fructibus.

24 Iàm dicta igitur compensatio satis iuridicè militat, etsi de specie ad quãtitatem illa non fiat, hoc procedit in dubio, secus quando coniecturæ vr-
25 gent, & maximè vbi fuissent expressa dicta verba, quod plus non petatur, ità sollemniter *Aym. in cons. 131. nu. 17. Ruin. in cons. 64. num. 7. volum. 2. Phanu. de lucro dotis glos. 9. num. 68.* & ex partium voluntate omnia compensabilia redduntur, voluntas porrò Patris in compensando ex partibus satis apparet, voluntas Cardinalis nimis relucet ex acceptatione, sicq; claritati legati, & ex silentio tot annorum. Igitur nil vltra quærendum.

Nec denique est facienda vis in affectione patris, ergò Cardinalem, & quod sumus in Principe, cuius liberalitas freno iacere non deberet. *Marian. Socin. cons. 79. vol. 3.* Nàm *Socc.* loquitur in Regibus, aliaùè in casu isto, vbi tot & tanta considerata concurrant, procedere nequeunt, eo
26 fortius, quia in dubio reliquor præsumitur minùs grauasse hæredem, quam potuisse, *l. si seruum. S. quod Margarita, ff. de legat. cum concurrit.* & quamuis in *cap. primogenij*, excipiendo testator, non tantum in alijs excipere voluit, vbi voluit, bene exprimere scivit, & vbi exprimere noluit, nihil dixit, *ad tex. in l. vnica, §. sin autem, C. de caduc. toll.* vltrà quod transplantare verba de vno capitulo separato ad aliud non licet, & si liceret, hoc esset in dubio, non in claris, prout in casu isto, dùm nil amplius peti iuxta de omnibus intelligendo, quæ quidem clausula exclusiua, etiam respectu Feudatarium operatur in Regno, vbi Paragij petere valuissent, nisi per clausulam prohibitæ fuissent, quo fit, vt clausulæ prædictæ ex proposito, & misteriosè appositæ inspiciantur. Neque coniectura sumi potest, dum secundogenitum grauauit Testator ad contributionem onerum huius Regni, quod semiliter ipsum à bonis Regni non excluserit, hoc sanè locum sibi fortè vendicaret, quando nil secundogenito esset relictum. Quid obsecro repugnat, quod de bonis tam amplis in statu Eccl. si sic legatis secundogenitus soluat aliqua huius Regni debita, certè nihil *ad decis.* autem *Afflict. 138. & Sequac.* plura in alijs Allegationibus dantur responsa, non repeto.

27 Ad authoritatẽ verò *Scipionis Boccini in Consuet. Et si testator in tit. de success. ex testam.* de qua (vt audio) nimis pars gloriatur. Rogo aduertatur, quod de eo nil curandum. Erat enim teste doctissimo nostro. *Præs. de Frãch. decis. 389. num. 22.* Iste Scipio valdè dubius, & sæpè eodem instanti ab vna opinione discedebat, & alteri adhærebat.

bat. Vltrà quod *in finalibus verbis lit. F. idem Buccin.* volens respondere ad *auth. Præterea, C. vnde vir, & uxor.* quæ vehementer suæ opinioni aduersabatur, videtur à priori sententia statim more suo solito recedere. Inquit enim, posset dici, quod illa *Auth.* procedat in hærede obligato ad illam Quartam. Subdit posteà hæres, & defunctus, est vna persona, & sic quodam modo defunctus erat ex lege debitor. Nimirum si sit compensatio hęc scripsit illæ, quæ summoperè nobis opitulantur, profectò ad legitimam, & vitam, & militiam legis dispositione obligatur hæres ex præcedenti causa defuncti patris, & cum sit vna, eademque persona cum defuncto, multò magis in hoc Thema re liberabit compensatio, prout ipse scriptum reliquit, non aduertens, quod volens sui dicti assignare rationem destruit dictum, & nostram magis fundat opinionem. Vndè vel de *Buccino* sibi contrario non est habenda ratio, vel adeone eius ratione, non aduersatur, vel ad minus de imputatione non loquitur, istisque rationibus sic attentis satis vltra debitum Cardinalis fuit consequutus, vt in facti nota demonstratur.

Et tandem non obstat fideicommissum Pontificis Martini, quia de equerbum nullum in processu, nec pariter aduersatur maioratus institutus à Testatore in portione vnius cuiusq; filij, cuius vigore bona tàm magni momenti fideicommisso Paterno subiacere videātur, vt sic de eis ad libitum idem Cardinalis disponere non possit multipliciter diluuitur ista oppositio, Et.

Primo, quia libuit præfato Cardinali cum dicto onere iam dicta bona simpliciter absque protestatione accipere, sibi imputet.

Accedat secundo, Quoniam tale fideicommissum est reciprocum, & in eo non cadit læsio *Vulgatis Iuribus.*

Addo, & tertio, quod si nunc, post lapsum decimum quartum annorum, displicet Cardinali prædicta bona tàm magni momenti sub tali onere habere pro rata suæ legitimæ, quæ ab omni onere debet esse libera, super hoc suos dirigere gressus debet. Etenim etiam in hoc Sacrum Consilium iustitiæ complemētum formato prius processu ministrabit. Sufficit nobis, quod hucusq; hac via non est actum, ideòque obstat Actori *Regula textus in l. Bubbius Marcellus, ff. de pact. dotalcum simil.*

Et postremò quis negare poterit, quod dempta legitima Cardinalis duc. 124. mil. à bonis sibi legatis, adhuc remanent, iuxtà appretia in actis deducta, alij duc. 400. mil. in circa, quorum fructus satis longe excedunt prætensam vitam, & militiam, dato, quod ipsorum proprietas esset vinculata respectu istorum fructuum non consideratur vinculum, & idcircò optimè, atque abundantissimè dicta vita, & militia remanet compensata, atque soluta, etiam iudicio Testatoris, dùm iussit, quod nil amplius petatur, quæ quidem verba tàm geminata seruirent de vento, vita, & militia prætensa vix ann. duc. mille fuisset, vt iàm fuit ostensum.

Et existis vehementius appositæ exceptiones comprobantur, & cunctæ partis replicationes tolluntur.

Fuit tandem secundum has allegationes, & præcedentes decisum in Sacro Regio Collaterali Consilio, & coram Illust. D. Ferdinando Ruiz de Castro Lemensium Comite, Sarrariæ Marchioni, ac Prorege huius Regni, Decisio Regij Consilij Collateralis profertur in fauorem dicti Magni Cometabilis, referente Scipione de Curtis V. I. D. & Regio Consiliario causæ prædictæ Commissario.

Fabius de Falco.

Additio. Conferunt addita supra in præcedenti *Allegatione* huic altercationi. Thoro.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interposita si per biennium nil actum fuerit in causa, neque prorogata fatalia remanet deserta, & in rem iudicatam transacta, & sic decisum.*

2 *Declaratio desertionis appellationis non erit necessaria stante eius desertione, & causa remissa ad partes, & impedimenta remoueri, & ita decisum.*

3 *Requisita omnia si interueniant in sententia amplius non dubitandum de ea.*

4 *Fides, & attestationes Notariorum, & causidicorum benè probant de stilo in ordinarijs, licet sint extra iudiciales.*

5 *Citatio facta cum clausula, & deinde in antea cum continuatione protrahitur ad duas, & tres alias sequentes dies.*

6 *Circumductio non pendet à voluntate partium, sed Iudicis.*

7 *Emphiteosis Ecclesiastica finita generatione ad Ecclesiam reuertitur, nec transit ad extraneum.*

8 *Heredum appellatione veniunt solum heredes sanguinis, & sic decisum.*

9 *Clausula ad habendum qualiter intelligatur, & nu. 28.*

10 *Emphiteosis quando de sui natura non est transitoria ad extraneos non tribuit facultatem alienandi in eos.*

11 *Clausula ad habendum, extendi non potest ad concessionem si non fuerint solemnia adhibita.*

12 *Clausula ad habendum, tribuit solum facultatem alienandi inter illos de linea comprehensos in inuestitura.*

13 *Prohibitio alienationis maturo consilio apposita plus attendi debet, quam clausulæ generales per Notarios apponi solitas, & sic decisum.*

14 *Prohibitio repugnat naturæ clausula ad habendum, quæ vbi nil aliud resistit, tribuit facultatem alienandi.*

15 *Prohibitio alienationis cum vna sola negatiua est aptissima, secus quando cum duobus negatiuis, & sic decisum.*

16 *Clausulæ generales inuestituræ aptæ comprehendere extraneos restringuntur, ad heredes sanguinis.*

17 *Clausula in perpetuum in concessione apposita perpetuat concessionem, quæ non transit ad extraneos.*

18 *Clausula ad habendũ regulatur, & intelligitur secundũ subiectã materiã, in qua apponitur, & apposita in concessione ex pacto non facit illam hereditariam.*

19 *Pactum habetur, ac si fuisset appositum in inuestitura rei si adsit explicata prohibitio, nè bona deueniant ad manus mortuas, nam resistit acquisitioni.*

20 *Confraternitas mera secularis quando dicatur, & quid decisum.*

21 *Vniuersitas Ecclesiastica, & laicalis ad opus instituta nunquam moriuntur.*

22 *Emphiteosis Ecclesiastica concessa pro se, & heredibus non transit ad extraneos, neque ad filias feminas, num. 23.*

24 *Alienatio bonorum Ecclesiæ absque consensu Capituli, & licentia Papæ non valet.*

25 *Emphiteota potest imponere seruitutem in suo Dominio directo durante tempore.*

26 *Ingrediens Monasterium habetur vt mortuus.*

27 *Professus Religionem Fratrum Minorum si efficitur Episcopus non recuperat bona alijs quæsita.*

ALLEGATIO XXV.

Agitur de emphiteosi rei Ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus in perpetuum cum clausula ad habendum, &c. si finita linea ad extraneos transeat.

MOnasterium Cassinense D. Directus bonorum, de quibus agitur, concessit in emphiteusim cum pacto

Digitized by Google

pacto de renouando de 29. in 29. annis iuxtà formam antiquarum concessionum nonnulla bona, sita in territorio Traiectæ Flaminio Vellono, tàm proprio nomine stipulanti, quàm vice, & nomine Fabritij fratris, ac pro eius hæredibus, & successoribus, pacto adiecto, quod bona præfata, nec aliam ipsorum partem posset vendere, nec alienare sine licentia, & assensu præfati Monasterij.

Defuncto prius Flaminio, obiit etiã Fabritius frater scriptis sibi hæredibus Fratribus Ordinis Sancti Francisci de Obseruantia, & quatenus essent incapaces Ecclesia Sanctissimi Sacramenti dictæ Terræ, quæ ob incapacitatem prædictorum Fratrum anno 1629. hæreditatem Fabritij adiit, & possessionem dictorum bonorum emphyteoticorum apprehendit, sed hab ta de his notitia anno 1631. Monasterium Cassinense in Curia Episcopali Caietæ iudicium deuolutionis intentauit præcipuè ob mortem Flaminij, & Fabritij sine liberis, & quia bona deuenerunt in manus mortuas, & anno 1643. emanauit sententia pro deuolutione ad fauorem Monasterij cum condemnatione alterius partis ad restitutionem fructuum indebitè perceptorum, summario Monasterij nu. 2. & 3.

Appellatum Agentes pro Ecclesia à præfata sententia ad Aud. Cam. & transportatis actis prioris instantiæ, ac sententia in iudicatum transacta, ob causæ non prosecutionem intra biennium, idem moderatus fuit inhibitionem vigore supradictæ appellationis concessam, à cuius moderatione cum fuerit iterum appellatum pro parte Ecclesiæ, Signatura mihi scripsit cum solita clausula constito, ideò dubitaui, an constet de rejudicata, quæ veniat exequenda, vel potius de causis restitutionis in integrum, & affirmatiuè, quoad primam partem, negatiuè verò quoad secundam DD. respõderunt, cum enim appellatio fuerit interposita die prima Aprilis 1643. & toto sequenti biennio nihil actum in causa, nec prorogata fatalia, remanserit deserta, & sententia in rem iudicatam transiuit perinde, ac si nunquam ab ea fuisset appellatum. *Auth. ei, qui, C. de tempor. appellat. cap. cum sit. Romana extrà de appell. Clem. si appellationem eod. tit. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 5. nu. 3. Scacc. de Appell. quæst. 15. art. 8. num. 119. cum seqq. Rot. in recent. decis. 476. num. 1. & decis. 548. num. 2. part. 8. in Tranen. Vinanis 26. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Otthobono in Aquilana Iurispatronatus 4. Iunij proximè præterriti coram R. P. D. meo Corrado, & non obstat, quod fuerit ab ea appellatum.*

Non obstante, quod super desertione causæ nulla emanauit expressa declaratio, cum sufficiat deserta appellatione causam ad partes remitti, & impedimenta remoueri. *ad text. in l. si contra maiorem, C. de appell. Card. Alex. in cap. ex ratione num. 44. vers. in contrarium est communis relat. per Scacc. ubi supra lib. 3. cap. 2. quæst. 11. num. 154. & 155. & dictum fuit in Pampilonen. decimarum 19. Iunij 1628. coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Verospio.*

De validitate sententiæ dubitari non potest cum omnia requisita concurrant, *vulg. decis. Caputaquen. 260. par. 2.* nec obesse potest, quod citatio ad sententiam fuerit exequta die 13. Martij reproducta die 16. sententia verò lata non fuerit, nisi die 23. quia cum in Curia Episcopali Caietæ tribus tantùm diebus singulis hebdomadis fiat audientia, exceptis diebus Veneris mensis Martij, vt ex fidelibus, & attestationibus Notariorum, & Caudidicorum illarum partium, quæ licet extraiudiciales benè probant stylum in ordinarijs. *Rota in recent. decis. 393. num. 2. part. 1. & decis. 101. num. 11. vers. & cum iste stylus part. 3. cum alijs per bon. mem. Buratt. decis. 124. num. 8. vbi Addens littera B. decis. 148. num. 8. & decis. 690. num. 16.* & cum de

qua

qua agitur non fuerit restricta ad primam diem, sed concepta fuit cum clausula, & *deinde anteà cum continuatione*, die autem 23. fuerit tertia dies iudicata, vt ex calculo sententia dicitur lata in termino habili, quia citatio cum simili clausula protrahitur
5 ad duas, & tres alias sequentes dies iuridicas, *Cas. de Graff. decis. 9. num. 6. de sentent. & re iudic. Rot. in recent. decis. 307. num. 9. par. 1. & coram bon. mem. Burati. decis. 27. num. 3. & in Toletana hereditatis 6. Iunij 1618. coram bon. mem. Andreæ.*

Prout etiam nihil refert subsequuta iurium productio, dum neutra pars citata fuit, nec Iudex interloquutus
6 pro eorum admissione, circunductio enim non pendet à voluntate partis, sed Iudicis. *Grat. discept. forens. cap. 438 num. 11. in fin. vers. vbi etiam, quod ad effectum, Rot. in recent. decis. 277. num. 2. in fin. vers. nec facit par. 1. & decis. 69. num. 5. part. 6. coram sanct. mem. Greg. decis. 457. num. 7. Adden. ad eumdem decis. 140. num. 16. versic. sed ad istum effectum, & coram bon. mem. Burati. d. decis. 720. nu. 2.*

7 Iustitia verò est euidens, quia emphiteusis Ecclesiastica finita generatione ad Ecclesiam reuertitur, nec transit ad extraneos, *§. emphyteusim, Auth. de non alien. Mantic. de taci. lib. 14. tit. 19. nu. 6. Cald. de nominat. emphyt. lib. 2. quæst. 33. à num. 23. versic. in emphyteusi vero cum seqq. Rot. in recent. decis. 381. num. 2. par. 5. & decis. 217. num. 9. part. 6.* Quamuis concessa fuerit pro hæredibus, & successoribus cum in hac materia illorum appellatione veniant soli hæredes sanguinis, & sic descendentes ab ipsis in-
8 uestitis, vt docuerunt *Imol. in l. quod dicitur, ff. de verb. obligat. Cassi. in l. etiam nu. 4. ff. solut. matrim. Bald. cons. 114. num. 2. vers. sed istud lib. 5. Alex. cons. 83. num. 1. & 2. lib. 7. Roland. cons. 96. & seqq lib. 1. Rimin. sen. cons. 437. num. 2. Rimin. iun. cons. 165. num. 18. lib. 4. Soccin. iun. consil. 71. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 171. num. 1. & 2. Ru. in cons. 23. num. 34. lib. 5. Honded. cons. 92. num. 19. & seqq. lib. 1. Berou. cons. 102. num. 14. lib. 1. Cephal. cons. 400. num. 56. & 57. Gabr. cons. 84. num. 51. lib. 2. Mantic. vbi supra lib. 22. tit. 19. num. 20. cum seqq. Clar. pluries referens in §. emphyteusis quæst. 28. sub nu. 6. §. tertius est casus, vers. fundamentum autem, Gratian. discept. forens. cap. 351. num. 17. & firmauit Rot. coram Card. Seraphin. decis. 868. num. 1. & 2. latius in decis. 211. num. 3. & 4. cum seqq. par. 6. recent. & in Nouarien. bonorum 13. Ianuary 1642. coram bon. mem. Merlino, §. peccat. demum, & primam Iulij 1644. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, §. primo, quia Alexand. 6.*

Non obstat clausula *ad habendum* apposita in parte dispositiua cum hæc intelligitur iuxtà naturam contractus
9 emphyteotici, vt dixit *Rot. coram Cardin. Seraphin. decis. 794. num. 8. & coram bon. mem. Coccino inter eius impress. decis. 75. num. 10.* nec illam immutat, sed restrictionem recipit ad limites ipsius contractus, cui apponitur vt pluries dixit *Rot. & signanter in recent. decis. 50. num. 12. & 13. par. 5. decis. 74. num. 8. 9. 10. & 21. & decis. 211. num. 12. par. 6.* & ideò quando,
10 prout hic emphyteusis de sui natura non est transitoria ad extraneos non tribuit facultatem alienandi in extraneos in præiudicium vocatorum nè in vna eademque inuestitura inducatur manifesta contrarietas, & repugnantia, vt ex his rationibus consulendo tradunt *Bald. cons. 465. num. 5. lib. 5. Dec. cons. num. 6. Simon de Pret. cons. 20. num. 11. lib. 11. Bub. cons. 110. num. 5. vers. & sic, Menoch. cons. 61. num. 20. Bardellen. cons. 4. num. 2. & 3. Giouagnon. cons. 44. num. 107. & 108. lib. 2. & pluries firmauit Rot. coram Card. Seraphin. decis. 1209. num. 12. coram Card. Caualer. decis. 293. num. 4. coram bon. mem. Coccin. d. decis. 75. n. 9.*

coram

Digitized by Google

coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 112. num. 20. in recent. decis. 294. in fin. par. 2. decis. 265. num. 5. part. 4. decis. 60. num. 12. & decis. 86. num. 15. part. 5. & articulo maturè discusso, d. decis. 74. num. 6. cum seqq. vsque in fine, & d. decis. 211. num. 7. cum seqq. part. 6. & alijs relatis in decis. 415. num. 20. & 21 par. 8.

Quod sine difficultate recipiendum est in casu nostro, quo solemnia non fuerant adhibita, sine quibus hæc clau
11 sula non potest extendere concessionem, vt aduertit Dec. in cap. in præsentia num. 33. alias 153. versic. sic ergò conclusio de probat. Aldobrand. cons. 42. num. 31 Covar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 5. dicta decis. 74. num. 14. & 15. par. 6 & quod plus adsit expressa prohibitio alienationis, quæ infringit, & eneruat vim præcedentis clausulæ ad habendum, adeò vt tribuere solùm
12 possit facultatem alienandi inter illos de linea comprehensos in inuestitura secus in extraneos, Dec. cons. 171. sub num. 3, Grat. discept. for. cap. 344. num. 11. quos sequuta fuit Rot. in recent. decis. 294. num. 8. par. 2. & dicta decis. 74. num 13. 14. & 15. & dicta decis. 211. num. 8. cum seqq. part. 3. vbi respondetur omnibus contrarijs, & subditur plus attendi debere prohibitionem alienationis maturo consilio ap-
12 positam, quam huiusmodi clausulas generales, vt plurimum per Notarios apponi solitas, & in Cæsenaten. emphyteusi 4. Decembris 1635. coram bon. memor. Merlino in recent. decis. 881. nu. 17. par. 8. Prohibitio enim repugnat naturæ clausulæ ad habendum, quæ vbi nihil aliud resistit facultatem alienandi, Dec. d. cons. 171. dicto numer. 3. versic. 9 & vltim. Curt. iun. cons. 130. num. 6. versic. præterea, & secundo Corbul. de priuil. emphyt. ob alien. limit. 3. num. 2. & 3. Cacher. decis. 164. sub nu. 4. cum alijs allegat. in supradictis decisionibus.

Proquorum comprobatione ponderarent Domini prohibitionem esse arctissimam cum vna sola negatiua,
15 ibi *taliter tamen pacto, quod bona præfata, nec aliquam partem possit vendere, vel alienare sine licentia, & assensu præfati Monasterij*, quicquid enim sit quando concipitur cum duabus negatiuis, puta non possit alienari, nisi cum consensu, quas in affirmatiuam resolui, & importari positiuam licentiam, alienandi, dixit Rot. in Sarsinaten. feudi 22.
16 Iunij, & 18. Decembris 1645. coram Reuerendiss. Domino meo Decano. Quãdo prout hic vna solum adest negatiua, ibi *non possit*, prohibitio remanet absoluta, & præceptum negatiuum importat, quod clausulæ generales inuestituræ, alias aptæ comprehendere extraneos restringantur ad hæredes sanguinis, vt in fortioribus terminis tradit Afflict. in cap. 1. §. feudum ea lege, nu. 35. versic. videlicet quando contractus si de feudo fuerit controu. inter D. & agnat. Bosi. de bonor. public sub num. 35. Dec. dicto consil. 171. versic. 4. & vltimo, Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 36. num. 5. versic. vbi idem, Cald. de emphyt. lib. 2. quæst. 10. num. 16. versic. cæterum, ego Cæsar Manent. decis. 2. nu. 38 cum. quib. seqq.

Hinc etiam nihil facit clausula *in perpetuum*, quia, vbi prout hic apponitur in concessione de sui natura non
17 transitoria ad extraneos perpetuat concessionem inter personas comprehensas, illam tamen non extendit ad extraneos non vocatos, vt probat text. in d. §. emphyteusim versic. licentia. Auth. de non alien. Roland cons. 96. nu. 7. 8 & 19. lib. 1. Alexand. consil. 9. sub num. 9. in fin. versic. sed solum dicunt lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 27. tit. 10. num. 21. Cald. vbi supra dicto lib. 2. nu. 23 num. 19. cum seqq. & alijs relatis Rot. in recent. decis. 381. num. 4 par. 3. & sæpiùs d. dec. 211. nu 7. par. 6. tritum
18 enim est clausulam huiusmodi *in perpetuum* regulari, & intelligi iuxta subiectam materiam, in qua apponitur gloss. in l. & in perpetuum, ff. de procurat. Alex. in l. 2. nu. 2. ff. solut. matrim.

Car-

Digitized by Google

Cardin. Seraphin. decis. 874. nu. 5. Rot. decis. num. 18. par. 7. recent. & in Bonon. census 21. Febr. 1642. coram R. P. Domino meo Consiliario, & ideò apposita in concessione ex pacto non facit illam hæreditariam, vt de magis communi testatur *Dec. in cap. in præsentia num. 53. verſic. ſic ergò concluſio de probat. Roland. conſ. 96. num. 6. & 18. & 19. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 19. nu. 27.*

Sed vlterius dixerunt Domini rem esse extrà difficultatem, & deuolutionem esse inuitabilem, ex quo bona fuerunt relicta Ecclesiæ, in quam vti manus mortuas bona Ecclesiastica deuenire non possunt *adnotat. in cap. 1. de alienat. feud. & ibi Afflict. in princip. nu. 4. & 5. gloss. in cap. potuit verb. prohibeatur, & ibi Abb. num. 10. & Imol. num. 25. extra locat. Bursat. conſil. 199. num. 42. verſic. 3. Rot. coram ſanctiſ. mem. Greg. deciſ. 420. nu. 11. in fine, & dictum fuit in Neapolitana laudemij 14. Decembris 1640. coram bon. mem. Coccino*, nec minus per viã institutionis, *Rot. d. dec. 211. num. 20. par. 6. recent.*

Immò cum in antiquis inuestituris iuxta quarum formam facta fuit hæc, de qua agitur, adsit explicata prohibi-
19 tio, nè bona deueniant ad bonas manus mortuas, & vigore istius relationis pactum habeatur perindè, ac si etiam in ista fuisset appositum, vt in istis terminis dixit *Rot. d. deciſ. 211. num. 1. & 6. par. 6.* non potuerunt bona in Ecclesiasticam transferri, nec minus pro assequenda æstimatione, quia pactum huiusmodi resistit acquisitioni, *Aldobrand. conſ. 40. num. 9. lib. 1. Bursat. conſ. 299. num. 48. verſic. 3. Doctores lib. 2. Jan. mem. Gregor. dec. 529. num. 10. & latiùs dicta deciſ. 211. nu. 31. par. 6. recent.*

Quod autem Confraternitas Eccle siæ Terræ Traietti sit meræ laicalis, nec iustificatur cum instituta sit ad
20 pium opus venerationis Sanctissimi Sacramenti, habeatque Ecclesiam, aliaque Ecclesiastica signa per ea, quę dixit *Rot. in Romana bonorum 19. Ianuarij 1643. coram R. P. Domino meo Ghisilerio, & in Romana Saluiani, seù attentatorum 29. Maij eiusdem anni coram Reuerendiſs. D. meo Preſide Vallisoletano*, nec releuat cum ad hunc effectum idem sit Vniuersitas Ecclesiastica, & laicalis, quæ nunquam mo-
21 ritur, vt declarat *Petr. Peceh. de Amonizat. bonorum cap. 2. per tot. in tract. magnis tom. 11. par. 1. fol. 316. Cald. de renouat. emphyteuſ. lib. 1. queſt. 19. Corbul. de cauſ. propriet. ob alienat. irrequiſit. Domin. facil. ampliat. 12. num. 6. Ancharan. conſil. vlt. ſub num. 3. verſic. propter hoc videtur*, & latè firmauit *Rot. coram Martin. Andr. deciſ. 6. num. 2. & 3.*

Et ità vtraque, &c.

In facto, fuerunt cõsiderata per me Mutium Gazella minimum inter iuris V. D. & iudicantes infrascripta videlicet. In prima instantia interuenerunt D. Adrianus de Liberio Assessor. D. Siluinianus Rogatus, & Mutius Gazella V. I. D. adiuncti.

22 Primo, quod emphyteusis Ecclesiastica concessa per se, & hæredibus non transit ad hæredes extraneos, *§. emphyteuſim in Auth. de non alienandis rebus Eccleſiaſt. & Clar. in d. §. queſt. 28. num. 6. verſic. quidquid tamen diſputando dici poſſet.*

23 Secundo, quod nõ solum nõ transit ad hęredes extraneos, sed neq; nõ transit ad filias fœminas, licet concessa pro se, hæredibus, & successoribus in perpetuum, *Dec. conſil. 171. num. 3.*

24 Tertio, quòd alienatio bonorum Ecclesiæ absq; consensu capituli, & licentia Papæ non valet, *cap. hoc conſultiſſimo de rebus Eccleſiæ non alienandis in 6.*

25 Quarto, quod possit emphyteuta imponere seruitutem, inscio Domino directo, durante tempore, prout *Afflict. deciſ. 380.* scilicet pro illo numero *annorum, vt Franch. deciſ. 235.*

26 Quinto, Fuit consideratum non obsta-

Digitized by Google

obstare tandem prædicta, nam ingrediẽs Monasterium habetur tamquam mortuus, & habet locum statutum de dote lucranda, *l. Deo nobis, C. de Episcopis, & Clericis.*

27 Sesto, & vltimo fuit consideratum, quod professus Religionem Fratruum Minorum si efficeretur Episcopus non recuperat bona alijs quæsita, *Bar. in tract. minor. lib. 4. dist. 1. num. 9. Clausula ad habendum intelligitur de Iure Specul. in tit. de euictionibus*, & sic ob lineam finitam, &c. Et sic decisum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus dicitur gestus, qui formã verborum ostendit, & partes nominum, quando nominatio non repugnat substantiæ, num. 2.*

3 *Concessio, an dicatur si concessio fuerit facta pro modica quantitate.*

4 *Contractus emphyteoticus, locatio, & liuellarius sunt synonima.*

5 *Contractus emphyteoticus non habet certam formam, sed ex pactis informatur.*

6 *Materia informis recipit formam a pactis.*

7 *Contractus emphyteoticus pendet ab inuestitura, & ad tempus, vel perpètuus.*

8 *Bona Ecclesiæ potest dari in perpetuum.*

9 *Clausula in perpetuum quid operatur in concessione emphyteusis Ecclesiæ operatur, vt sit alienabilis concessio in quascunq; personas extraneas, 10.*

11 *Emphyteusis perpetua potest alienari, & Dominus tenetur consentire, & in testamento relinqui num. 12.*

13 *Emphyteusis perpetua sub pacto ad renouandum, si non sequitur renouatio reddit ad Dominum.*

14 *Perpetuitas in emphyteusi operatur, vt nunquam reuertatur ad Dominum si pacta seruentur.*

15 *Auctoritas Sacri Consilij summa est.*

16 *Decisio Sacri Consilij refertur facta in hac causa.*

17 *Sententia S. C. debet pro lege seruari.*

18 *Sententia deuolutionis raro executioni demandatur ob Canonem non solutum, & datur purgatio moræ.*

19 *Sacrum Consilium solet facere præcepta solutionis Canonis, antequam proferat sententias deuolutionis.*

20 *Iudex debet inclinare in sententiam, per quam deuolutio euitatur.*

21 *Emphyteusis perpetua cum pacto renouandi, si non fiat renouatio non erit locus deuolutioni, & sic decisum.*

22 *Pactum, quod bona alienari non possint in Ecclesiam, an deuolutionem operatur, & an sit de eo lucrandum, num. 23.*

23 *Emphyteusis, an ad manus mortuas ducta ex Consuetudine percipitur, vt ea ipsam retineat, & inhabilem illã introducat.*

24 *Ecclesia habet annum ad vendendum rem emphyteoticam alteri quando ipsa non posset per se retinere, & decisum refertur, num. 26.*

25 *Emphyteusis perpetua irreuocabiliter acquiritur Ecclesiæ cum onere debito Domino directo.*

26 *Renouatio concessionis emphyteusis solemniter fieri obseruari debet.*

27 *Clausula ad habendum, quid operetur.*

28 *Extrema deuolutionis quænam sint.*

29 *Dominium plenè probari debet, vbi agitur de deuolutione.*

30 *Res aliena vendi potest.*

31 *Dominium ex renouatione concessionis, an probetur decisiones afferuntur.*

32 *Dominium ex alia inuestitura, an probetur, an ex adminiculis, & quando de manutentione agitur nu. 33.*

34 *Identitas probatur per veras demostrationes saltim duas.*

35 *Identitas non constat si non fuerit probatum de confinibus.*

36 *Probatio confinium cõuenire debet expressis in inuestitura.*

37 *Identitas loci cum vno confine probatur.*

38 *Identitas qualiter probetur, quando agitur de deuolutione decisio affertur.*

Digitized by Google

39 *Ex diuersis non fit illatio.*
40 *Identitas non probatur ex diuersitate nominis.*
41 *Clausula in perpetuũ, cuius sit natura.*

ALLEGATIO. XXVI.

Pro Iustitia Cappellæ Sanctissimi Sacramenti Terræ Traiecti aduersus prætensionem Sacri Monasterij Cassinensis, primo videndum est quis contractus iudicandus sit, de quo agitur.

CIrca quod dico, quod siuè sit contractus emphyteoticus, siuè locationis, vtroque modo perpetuus est. Potest esse emphyteoticus, quia partes sic illum nominant in inuestituris renouationibus, seù potius recogni-
1 tionibus, & talis contractus dicitur gestus, quem forma verborum ostendit, & partes nominant in inuestituris *Regens Galiota controuersiarum lib. 2. controu. 48. sub num. 2.* & hoc quoties denominatio non repugnat substan-
2 tiæ contractus. *Palm. cons. 82. nu. 18. Add. ad Burrat. in decis. 640. num. 25. tom. 2. & testatur pract. Papinien. de forma libelli, quo agitur ad ficti, præstat Glos. 1. in princip. & ibi Add. Grauett. consil. 20. num. 1. & seqq.*

3 Potest esse etiam locatio, ex quo non fuit facta pro modica pensione, sed correspondente fructibus ad decimandum, *Thesaur. decis. 20. num. 5. Anchor. quæst. familiar. par. 3. quæst. 28 num. 4. Clarus §. emphyteus. quæst. 1. versic. & aduerte*, quod procedit etiã si sit dictum, vt sit emphyteusis, *Ruin. in consil. 107. in fine lib. 4.* Igitur transitoria ad extraneos hæredes; *Cæphal. consil. 9. num. 12. Viu. decis. 496. nu. 2. par. 3. Grat. consil. 128. num. 8. lib. 2. Rota consil. 96. num. 24. & seqq. lib. 1. Ruin. consil. 161. num. 22. & 25. lib. 1.*

4 Vndè infertur, quod siuè sit contractus emphiteoticus siuè locatio, siuè liuellarius, quæ omnia synonima sunt, *Thesaur. for. Ecclesiast. part. 4. cap. 1. num. 46. Ciarlin. controuer. cap. 17. num. 125.* vtroque modo perpetua est, vt in dictis renouationibus legitur.

Secundo principio obseruandum est, quod contractus emphyteoticus
5 non habet certam formam, sed ex pactis inuestituræ adiectis informatur *Turniol. consil. 81. num. 49.* & veluti
6 materia in formis recipit formam à pactis, *Rota in recollect. à Farin. in decis. 52. num. 2. in posth. tom. 2.* nec habet propriam naturam, sed illam recipit à tenore inuestituræ, *Giouag. consil. 44. num. 21. & 22. vol. 2.* tota igitur
7 substantia emphyteusis pendet ab inuestitura, *Rot. in recollect. à Farin. in decis. 669. num. 3. tom. 2. part. 1.* & aut est nominationis, & ad tempus, aut perpetua *Valasc. in prax. part. cap. 13. num. 97. & 135.* Hæc Casinen. emphyteusis est perpetua cum renouatione.

Primo, facienda de viginti nouem annis in viginti nouem cum pactis in renouationibus adiectis, vt in illis legere est, & bona Ecclesiæ posse dari in emphyteusim perpetuam non du-
8 bitatur, ità testatur *Rot. apud Rubeum in decis. 314. num. 11. & 12.*

Et ex hoc infertur, quod cum sit perpetua, est transitoria, & ad extraneos hæredes sine spe reuolutionis ad Ecclesiam, hoc enim operatur clau-
9 sula *in perpetuum*, vt talis emphyteusis nunquam reuertatur ad Ecclesiam, *Gionag. dicto consil. 44. num. 98. tom. 2. Rot. in recollect. à Farinac. in decis. 286. num. 4. in posth. tom. 2. & in decis. 294. num. 6. par. 2. tom. 1.* Opera-
10 tur etiam talis clausula *in perpetuum*, vt sit alienabilis talis emphyteusis in quascunque personas extraneas; *pract. Papin. de form. libelli, quo agitur ad ficti, præstat Glos. verbo recusauerit num. 5. Card. Tusc. pract. conclus. litera E. conclus. 103. num. 18. Cyriac. controuers. 146. num. 10. lib. 1.* aliàs non esset perpetua, *Abb. in consil. 74. nu. 3. lib. 1. Bald. consil. 362. lib. 4. Rodan. de rebus Ecclesiæ non alienandis, §. similiter; num.*

Digitized by Google

num. 4. quibus addo *Card. Caual. in decis.* 393. *num.* 3. & ideò bona in em-
11 phyteusim perpetuam concessa possunt alienari, & Dominus directus tenetur consentire, *Card. Seraph. in decis.* 1290. *sub num.* 6.

12 Et ex his infertur, quod cum sit perpetua, & transitoria ad extraneos hæredes, potest etiam in testamento relinqui; *Rot. apud Farin. in decis.* 286. *in posth. tom.* 1. *& in decis.* 642. *num.* 9. *&* 10. *par.* 1. *tom.* 2.

Infertur etiam, quod emphyteusis quando est perpetua, licet concedatur
13 cum pacto de renouando de viginti nouem annis in viginti nouem, si postea non sequatur renouatio, non propterea deuoluitur ad Ecclesiam, quia in hoc casu renouatio censetur adiecta ad faciliorem probationem directi dominij, non autem pro substantia contractus, *Corbol. de caus. priuat. ob finit. temp. num.* 17. *Rota apud Farin. in decis.* 405. *num.* 4. *in posth. tom.* 1. *& in decis.* 438. *num.* 3. *tom.* 1. *part.* 1. & est transitoria etiam ad Ecclesias, *Add. ad Ludouis. Greg. XV. in decis.* 529. *num.* 21.

Et ex his fatēdum est Sacrum Cassinense Monasterium nullo pacto posse prætendere deuolutionem cum Cappella Sanctissimi Sacramenti se offerēte renouare, decimarumq; redditum continuare, vt continuauit, & ad præsens continuat, ac iura Dominicalia soluere, perpetuitas enim in hoc contractu operatur, vt nunquam em-
14 phyteusis reuertatur ad Dominum si pacta seruentur; *Card. Caual. in alleg. decis.* 293. *num.* 3. vbi ità in Rota decisum fuisse testatur in vna *Bonon. emphyt. coram Penia* 16. *Iunij* 1597.

15 Nimirum si Sacrum Consilium Neap. cuius authoritas etiã insignes Iuris Corypheos deterret, vt dicit *Theodor. Consiliar. in alleg. & Dec. in cons.* Dum olim Reuerendissimus Abbas dicti Sacri Monasterij, ac illius per Illustres, & RR. PP. instetissent, tum ob decimam non solutam, tùm ob non factam renouationem in suis temporibus iuuandi formam dictæ emphyteusis declarari bona esse deuoluta, & dicto Sacro Monasterio ex his causis fore relaxanda, & directo dominio consolidari noluit super deuolutione iudicare; sed tantum sub die 2. Aprilis 1547. condemnauit possessores ad decimandum, & successiuè postmodum instante dicto Sacro Monasterio sub die 14. Iulij 1548. illos condemnauit ad faciendam renouationem tantum. Sciebant enim illi circumspecti, per Illustres, & peritissimi Senatores, quod vti perpetua emphyteusis non erat subiecta deuolutioni, sed tantum emphyteutæ poterant compelli ad obseruantiam pactorũ iuxta supradicta allegata, quod vti tanti Senatus sententiam debet pro lege seruari cum faciat legem,
17 *l. fin. C. de legib. Afflict. in decis.* 383. *num.* 7. *Marant. cons.* 25. *numer.* 11. *Reg. Rouit. cons.* 78. *num.* 1. *&* 2. *tom.* 1. optimus est *text. in l. filius familias emancipatus*, ibi sic inueni Senatum censuisse, &c. *ff. ad l. Corn. de fals.* adeò quod de huiusmodi sentētia amplius tractare nefas est. *Consiliar. Merlin. controuersiar. cap.* 88. *num.* 2. tanto magis, quia de raro deuenitur ad sententiam deuolutionis, & caducitatis; semper enim admittitur purgatio mo-
18 ræ ante sententiam declarationis, etiam si per mille annos emphyteuta non solueret Canonem; *Corbol. de iure emphyt. de causa priuat. ob non solutum Canonem limit.* 41. *numer.* 20. *Amic. de iur. emphyt. quæst.* 29. *num.* 1. & sic si emphyteuta steterit per mille annos, vt diximus, & non solueret Canonem, quando postea pulsatur in iudicio pro deuolutione, & caducitate potest quandocunque moram purgare ante sententiam, ità testatur perbelle; *Card. Tusc. pract. conclus. lit. E. conclus.* 192. *num.* 172. *& seq.* Hinc Sacrum Consilium in dies anteq uam
19 veniat ad sententiam caducitatis, & deuolutionis solet facere plura præ-

Digitized by Google

cepta parti, vt adimpleat etiam in ipsa sententia; *Petr. ad Gramat. in decis. 49. num. 11.* & ipse textor in mea *allegat. typis tradita in calce tom. 2. qq. forens. Nouar. mei dilectissimi*, quæ est duodecima in ordine, in qua scripsi pro illis de Couellone aduersus D. Scipionem Sartore Curatum Sancti Petri Casæ Nouæ Ciuitatis Caleni, qui ex pluribus prætendebat deuolutionem, & obtinuit, & nouissimè fatetur. *Hodier. amicus noster ad Surd. in decis. 29. nu. 8.* etiam post sententiam *Barb de fructib. cap. 13. num. 16. & 17.* & Iudex semper debet inclinare in sententiam, per quam caducitas, & deuolutio euitetur *Monac. in decis. Florent. 36. nu. 2. & seqq Episcop. Ricc. Dominus meus*
20 *obseruantissimus in decis. 142. nu. 10. part. 2.* & ità seruari ob pacta non seruata in emphyt. refert *Nouar. quæst. forens. lib. 2. q. 89.*

21 Et quod quando emphyteusis est perpetua, licet cum pacto de renouando de vigintinouem annis in viginti nouem, si non fiat renouatio seruata forma pacti non sit locus deuolutioni nouissimè fuisse decisũ in *Rot.* testatur *Dur. in decis. 402. tom. 2. in Asculana emphyt. die 27. Iunij 1633.* de cuius ratione sub *num. 7.* sequitur *Giouag.* nouissimè *in cons. 44. num. 91. & seqq.* & idem fuisse decisum *in Rot. in recollect. à Rub. in decis. 381. nu. 14. tom. 1.* coram Consil. Decano in vna Bonon. emphyteusi 24. Maij 1630. fertur, idẽ sequitur *Episcop. Ricc. in decis. 131. nu. 3. part. 3.*

Sed audio ex aduerso per Sacrum Monasterium, quod poni ex pacto nè bona illa possint alienari in Ecclesiam, quomodo igitur euitari poterit deuolutio?

Secundo, Ad hoc dico, quod potest intelligi quando alienarentur aliquo
22 titulo particulari, non autem titulo vniuersali, & hæreditario, ità declarat *Barbat. in allegat. cap. 13. num. 30. ex Bart. Ang. & cæteris repetentib.* in loco per ipsum allegato; *Bon. quæst. 70. num. 5.* sed ego dico, quod huiusmodi pactum in emphyteusi perpetua est contra illius naturam, & substantiam, cum vt diximus possit transire ad quascunque personas extraneas, etiam ad Ecclesiam sine spe deuolutionis, ideò de hoc pacto non lucrandi iuxtà tra-
23 dita per *Thesaur. de for. Ecclesiast. p. 4. cap. 1. num. 58. & seqq.* nullum enim Sacrum Monasterium Cassinen. damnum sensit, nec pati potest ex huiusmodi translatione in Cappellam Sanctissimi Sacramenti, cum in hac perpetua emphiteusi non sit locus deuolutioni iuxta superius relata; sufficit enim pro iuribus dicti Sacri Monasterij, vt fiat renouatio de viginti nouem annis in viginti nouem, cum solutione vnius vnciæ ad instar beneficij, quod quando vnitur alicui capitulo, & Collegio, quia illud non potest amplius vacare, & Camera Apostolica perdit sua Iura, soluitur Sedi Apostolicæ in singulis 5. annis quindenniũ, de quo *Azor. moral. institut. lib. 7. cap. 14. Massabrum in prax. hab. conc. præl. 12.* & saltim quando hæc non militarent, quæ omninò militari fateor ex rationibus, & authoritatibus supra relatis, nonnè DD. passim vbique locorum testantur, quod quando emphyteusis Ecclesiastica deuenit in manus mortuas de generali consuetudine
24 præceptum sit, vt infra annum manus mortua, vt est Ecclesia, illam retineat, & mox alium habilem in emphyteusi introducat, ità *Antesignan. Specul. de locat. quæst. 117. Ias. in l. fin. num. 91. C. de Iur. Emphyt. Clarus in §. emphyt. quæst. 33.* & ità generaliter seruari tellatur, *Lader. in consil. 141.* vbi id admittit etiam stante pacto nè possit in Ecclesiam transferri. Imò sicut alias diximus trãsit in Ecclesiam, vt perpetua; *Grat. quæst. for. cap. 533. num. 38. tom. 3.* vbi allegat *decis. Rot. coram Lancell.* in vna Mediolanensi bonorum 16. Februarij 1601. & in *num. 39.* subiungit, quod Ecclesia semper habet annum ad vendendum, al-

teri

Digitized by Google

24 teri quando ipsa non posset per se retinere; & ità de Consuetudine seruari testatur; & ideò sub *numer. 34. & seqq.* deuolutionem cessare concludit;
25 imò, quod emphyteusis est perpetua, vt in casu nostro irreuocabiliter acquiritur Ecclesiæ cum onere debito directo Domino, *idem Steph. Grat. d. tom. 3. cap. 481. num. 61. & seqq.* & tunc sufficit solui quindennium, vt supra diximus de beneficio, testatur *Episcopus Ricc. in praxi for. Ecclesiast. par. 1. resol. 6. num. 23.*

Tertio, Et q quoties emphyteusis Ecclesiastica peruenerit in manus mortuas, vt est Ecclesia, saltim cogatur
26 illam vendere personæ habili, nè Ecclesia priuetur iuribus suis, decisum testatur *Rot. in recollectis à Farinac. in decis. 603. tom. 2. par. 1.* in Romana domorum die 21. Maij 1614. coram Reuerendo Patre Domino Martino. *Andr. addit. ad Buratt. in decis. 601. tom. 2.* vbi ità decisum esse testatur in Romana domunculorum 2. Martij 1622. in quo casu Ecclesiæ deberi Laudemium, testatur *Fontanell. in decis. 281.* & hoc procedit etiam stante pacto, vt non possit fieri alienatio in Ecclesiam, *Add. ad Buratt. in decis. 477.*

Quarto, Sed adhuc ipse sentio dictũ Sacrum Monasterium Cassinense dictam emphyteusim renouare debere ad beneficium dictæ Cappellæ, ex eo quia alias renouauit ad beneficium Cappellæ Sanctissimæ Trinitatis de iure patronatus familiæ Terræ Traiecti, cuius erat Rector D. Petrus Ciconardo Ciuitatis Caietæ, vt legere est in processu fol. 68. & alias etiam aliam emphyteusim, similiter idem Sacrum Monasterium renouauit ad fauorem Hospitalis Sanctissimæ Annunciationis Ciuitatis Caietæ, vt videre est in fol. 58. & tamen negari nõ potest, quin loca ista sint manus mortuæ: Nec itaque obseruantia debet monere, & cogere dictum Sacrum Monasterium ad faciendam præsentem reuocationem dictæ Cappellæ Sanctissimi Sacramenti, de qua ad præsens disceptatur, quæ obseruantia quantum operetur in hac emphyteotica materia, refert *Rota in recollect. à Farinac. decis. 26. num. 5. & in decis. 687. num. 3. in posth. tom. 1.* vti optima cuiuscunque dispositionis Interpres. *Buratt. in decis. 379. num. 3. & in decis. 647. num. 10. & seqq. tom. 2.*

Quinto, Vrgẽt etiam ad fauorem dictæ Cappellæ *Clausulæ ad habendũ,*
27 *&c.* quæ faciunt transire emphyteusim etiam ad extraneos, ità vt bona comprehendantur in fideicommisso, *Rota in recollect. à Farinacio in decis. 152. part. 2. tom. 1. & in decis. 438. nu. 2. par. 1. tom. 1.* faciuntq; illam perpetuam, *Steph. Grat. tom. 1. discept. forens. cap. 43. num. 38. facit Marta de clauſ. par. 1. clauſ. 5.*

Sed dato; & non tamen concesso, quod prædicta non militarent, prout militari negare non potest, & Sacrum Monasterium Cassinense prætenderet omninò deuolutioni esse locum videndum est, an probauerit extrema necessaria, vt obtinere possit.

Sexto, Extrema autem deuolutionis emphyteusis sunt dominium iden-
28 titas rerum, & finis, *Rot. apud Rub. in decis. 359. num. 5. tom. 1. Buratt. decis. 602. num. 1. tom. 2. Card. Caual. decis. 655.* Videamus modo, & processum totum percurramus, an dictum Sactũ Monasterium probauerit dominium rerum identitatem, & emphyteusim esse finitam.

Circa dominium quando agitur de deuolutione est verè, & plenè proban-
29 dũ. *Mart. Andr. in decis. Rot. 63. nu. 1. Steph. Grat. discept forens. lib. 3. cap. 535 num. 43. & seqq. Rot. in recollect. à Farinac. in decis. 93. num. 2. tom. 1. in posth.*

Ex quo *DD.* fatentur non probari dominium ex locatione, concessione, nec ex instrumento emptionis ad effectum deuolutionis, quia etiam res aliena vendi potest, *l. rem alienam ff.*

Digitized by Google

de contrahenda empt. & vendit. ità Caual. in decis. 399. num. 4. nec proba-
31 tur ex renouatione concessionis, etiã si concurrerent confessiones, solutiones, & Catastrum, *recollect. à Farinac. in decis. 651. num. 3. & 4. in postb. tom. 1.* vbi ità decisum refert in vna Vrbinate bonorum die 11. Martij 1615. coram Domino Pirouano, & sequitur *Add. ad Buratt. in decis. 602. num. 14. tom. 2.* & decisum fuisse pariter in *Rot.* in vna Romana deuolutionis vineæ 13. Nouembris 1602. non constare de dominio ad effectum deuolutionis ex recognitione solutionis laudemij, & Canonis, testatur *Card. Seraph. in decis. 1453.* Nec sola inuestitura probatur dominium. *Rot. in decis. 591 par. 4. in nouissim.* licèt secus decidendum
32 quando concurrerent plura adminicula iuxtà tradita per *Rot. in recollect. à Farinac. in decis. 325. & 420. in postb. tom. 1. per Buratt. in decis. 602.* & ibi *Add. tom. 2. & Caual. in decis. 655. nu. 3. & 4.* quæ in casu nostro absunt, adest enim vna sola recognitio de anno 1596. vt in processu fol. 5. cæteræ renouationes antiquiores non loquuntur de istis territorijs, vt videre, & legere est, quod ex lectura illarum probatur iuxta tradita per *Mar. Ant. variar. resolut. lib. 3. resolut. 1. nu. 45. Thomat. in decis. 88. num. 17. Scayn. decis. 12. num. 3. & 4.* & quod ex adminiculis Sacri Monasterij illud pro-
33 batum sufficienter prætenderet, quod negatur, licèt aliter dicendum esset, quando ageretur de manutentione tantum; *Card. Caual. decis. 267.*

Videamus modo, an sit probata identitas, quæ probari debet necessa-
34 rio per veras demostrationes, & duos saltim confines iuxtà tradita *in l. si in rem, ff. de rei vendicat. 1. forma censualis, ff. de censibus, & DD. in l. demonstratio falsa, ff. de condit. & demostrat.* & quod identitas rerum emphyteoticarum ad finem deuolutionis sit plenè probanda per testes deponentes de loco rerum sitarum cum duobus saltim confinibus testatur *Caual. in allegat. decis. 655. sub num. 1. versic. quod autem, &c. Buratt. in decis. 130. num. 4. & seqq. tom. 1.* vbi subnectit *num. 8.* demostrationes debere esse speciales, & non sufficere generica, quæ alijs etiam territorijs conuenire pos-
35 sent. Hinc fuit in Rota decisum non constare de identitate, quia non fuerat probatum de confinibus, vt legitur *in recollect. à Farinac. in decis. 295 tom. 1. 25. Februarij 1611. coram Domino Vbaldo.* Maximè quando agitur contra tertium, vt in casu nostro, & confines, qui articulantur, & proban-
36 tur debent conuenire expressis in inuestitura, *Rot. apud Rub. in decis. 359. num. 44.* saltim per duos confines idem *Rub. in decis. 17. num. 3. tom. 1.* sufficeret tamen si probaretur identi-
37 tas loci cum vno confine, vt ibidem *num. 14.* & quod identitas sit plenè, & concludenter probanda, quando agitur de deuolutione testatur *Bu-*
38 *ratt. in decis. 393. num. 10.* vbi per *Rot.* ità fuisse decisum in vna Romana domus Sancti Petri 6. Nouembris 1615. coram eodem Domino *Buratt.* Rotæ Auditore, quæ decisio reperitur impressa in primo tomo eiusdem *Buratt. in decis. 132.* quod sequitur *Andriolus controuers. 6. num. 4. & 5.* vbi dicit, quod demostrationes, & confines, quæ alijs rebus conuenire possunt, nõ dicitur probata identitas. Vnde vt in processu legere est de identitate rerũ à dicto Sacro Monasterio vti deuolutarum prætensarum nullo pacto constat; solum per dictum Sacrum Monasterium articulantur bona 44. modiorum *detto allo Pontone*, absque confinibus, imò locus (*lo Pontone*) est diuersus ab illo, qui enunciatur in renouationibus, in quibus vocatur (Corona)
39 Ergò non conueniunt, & ex diuersis non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minorib.*

Nec in processu reperitur articula-
ta, nec probata identitas rerum enun-
40 ciatarũ in renouatione *delli Velloni*,

quod

quod probatur per renouationem, & articulata per dictum Sacrum Monasterium iuxtà tradita *per Rot. Macerat. in decis.* 28. *num.* 13. *& seqq. Tomasi Rota in recollect. à Farinac. in decis.* 429. *num. in posth. tom.* 1. Itaque ex diuersitate nominis Pontone, & Corona probatur diuersitas rei iuxtà tradita *in l. si idem, C. de Codicill.* & in proprijs terminis identitatis pro bandæ testatur *Greg XV. in decis.* 578. *num.* 10. *Palm. conf.* 81. *nu.* 7.

Finis emphyteusis cum non sit ad tempus, sed perpetua non datur, cum vt supra diximus, transeat ad quoscũque personas, etiam extraneas sine spe reuolutionis ad Ecclesiam quando pacta seruantur, prout illa obseruare Cappella Sanctissimi Sacramenti se obtulit, illius enim *Clausulæ in perpe-*
41 *tuum* natura est, vt sine temporis prę finitione accipiatur; *Put. decis.* 115. *num.* 3. *& 8. part.* 1. *Menoch. conf.* 95. *num.* 4. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 33. & accipitur ipso semper, & omni tempore; *Gened. canon.* 99. *singul.* 78.

Hæc longiori calamo, & meliori ordine scripsissem si nimia consulentis festinantia, & temporis angustia me breuiori vti non compulissent, manumque non subtraxissent. sat sit amico in paucis ocijs consuluisse, paratus multo pluribus supplere si tempora largiantur.

Franciscus Seuerinus.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio emphyteusis fit per non solutionem Canonis.*
2 *Emphyteota ipso iure priuatur ob non solutionem Canonis elapso biennio.*
3 *Caducitas non habet locum, nisi Dominus voluerit.*
4 *Deuolutio contra filios locum habet, non contra hæredes.*
5 *Dominus directus non tenetur declarare caducitatem, nisi ipso sciente.*
6 *Scienς, & tacens non remittere videtur.*
7 *Scientia non præsumi, sed ignorantia in caducitate emphyteosis.*
8 *Excommunicatus dicitur ipso iure, ipsoque facto*
9 *Caducitas non habet opus declarationis, nam ipso iure sit etiam contra successores.*
10 *Caducitas potest quandocunque declarari per hæredes contra hæredes.*
11 *Declaratio caducitatis quando fieri debet.*
12 *Emphyteusis Ecclesiæ facta pro se, & successoribus non transit ad hæredes.*
13 *Emphyteosis Ecclesiæ, cuius sit natura.*
15 *Res emphyteosis alienari non potest sine assensu.*
16 *Concessio in emphyteosis de annis* 29. *ad* 29. *an sit perpetua, vel temporalis.*
17 *Ecclesia, an teneatur renouare rem concessam in emphyteosim elapsis annis* 29. *eo magis stante pacto resoluitur.*
18 *Emphyteota ipso iure priuatur re concessa ob periurium.*
19 *Facta non præsumuntur, nisi probẽtur.*
20 *Alleganti incumbit onus probandi.*
21 *Vsus, & obseruantia populi, per quot annos probatur.*
22 *In claris non est opus coniecturis.*
23 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
24 *Res potest concedi in emphyteusim in Ecclesiam, quæ illam potest retinere.*
25 *Responsio ad decisionem Sacri Consilij factam in beneficium actoris.*
26 *Res Ecclesiæ quando non transeunt ad extraneos non veniunt in hæredis institutione.*
27 *Alienatio rei in manus mortuas non conceditur.*
28 *Ecclesia non potest rem emphyteoticam acquirere quouis titulo, etiam si esset consuetudo, & ratio affertur.*
29 *Consuetudo tollit prohibitionem legis, non hominibus.*
30 *Ecclesia, vel hæres instituta antequam capiat informationem debet obtinere assensum Domini directi.*
31 *Emphyteuta debet soluere laudemium.*
32 *Possessio, seù dominium non censetur*

tran-

Digitized by Google

translatum, non censetur absque traditione.

33 *Hæres acquirit possessionem ipso iure in bonis hæreditarijs.*

ALLEGATIO XXVII.

IN causa emphyteotica vertente in Reuendissima Curia Episcopali Caietana inter Sacrum Monasterium Cassinensem ex vna, & Procuratore Ven. Cappellæ Sanctissimi Sacramenti de Traiecto ex altera, satis luculentibus in nostris iuridicis allegationibus probauimus, bona emphyteotica in actis deducta ex pluribus capitibus fuisse deuoluta dicto Sacro Monasterio directo illorum Domino, & deindè resolutis pluribus motiuis excitatis pro parte dictorum procuratorum, nouiter insurrexerunt infrascripta dubia, quorum nulla est habenda ratio ex infrascriptis iuribus, rationibus, & authoritatibus.

Diximus primo bona fuisse deuoluta Sacro Monasterio ob Canonem
1 non solutum, seù decimam per plures annos non solutam per Flaminium, & Fabritiù Vellone, principales emphyteutas ad *text. in cap. potuit extra locat. & in Auth. qui rem de Sacrosanct. Eccles.* cum verissima sit iuris conclusio, quod emphyteusis Ecclesiastica
2 ipso iure finita intelligitur, si emphyteuta per biennium Canonem non soluit, taliter quod ipso iure est priuatus iure suo, *D. Cardin. Mant. de tacit. & ambig conuent. tit. de iur. mphyt. lib. 22. tit. 27. num. 1.* Hæc tamen conclusio ex aduerso in dubium reuocatur, ex eo quod dicta caducitas non habet locum, nisi Dominus voluerit, & caducitatem declaranerit, per *text. in l.*
3 *2. C. de iur. emphyt.* prout etiam non inducitur caducitas re alienata irrequisito Domino, nisi Dominus declarauerit, hi namque duo casus quoad hunc effectum æquiparantur, *d. cap. potuit, & d. l. 2. Mant. eod. lib. 22. tit. 28. num. 8.* & Sacrum Monasterium, siuè eius Procurator viuentibus prædictis Vellonis nunquam declarauit velle dicta bona esse deuoluta, cum dicta declaratio fieri debebat, ipsis emphyteusis viuentibus, à solutione Canonis cessantibus, non autem contra
4 eorum hæredem doctrina eiusdem *Mantic. eod. lib. tit. 27. num. 34.*

Sed hæc difficultas facili negotio soluitur, etenim Dominus directus nõ
5 tenetur declarare caducitatem, nisi ipso sciente caducitatem incursam, *Missing. obseruat. 97. centur. 3. Caualc. decis. 14. d. contract. num. 18. & seqq. Reuert. decis. 37. num. 17. Monac. decis. flor. 70. num. 5. Honded. cons. 51. num. 29. lib. 2. Ant. Gabr. comm. concl. de malef. tit. 35. num. 16.* Nam sciens, & tacens videtur caducitatem remittere,
6 *Ias. in l. omnimodo, C. de inoff. testam.* & in dubio non præsumitur scientia *Ruin. cons. 37. in fin.* imò præsumitur ignorantia, *l. verius, ff. de probat.* &
7 vtiq; quando non constat de scientia, etiam per successorem declarari potest *Senat. Pedem. decis. 29. numer. 13. Hond. d. cons. 51. num. 39. & cons. 55. num. 91. lib. 2.* Addo quod in casu nostro nulla erat facienda declaratio, cum in concessionis instantia adsit pactum, etiam iuramento vallatum, nempè quod si dicti Velloni non reddiderint integram decimam omnium fructuum, possent priuari tenuta bonorum, & vtile dominium sit consolidatum cum directo, quod idem importat, quod clausula *ipso iure, ipsoque facto*, ad instar excommunicationis Canonis; dum enim Sacri Canones dicunt sit excommunicatus, in-
8 telligitur ipso iure, ipsoque facto excommunicatus, *Abb. in cap. sæpè de crimin. falsi*, & vtique quando adest pactum caducitatis non est necessaria declaratio directi dominij, quia tũc ipso iure, & ipso facto est inducta caducitas, & à successore, & contra suc-
9 cessorem declarari potest. *Mant. eod. lib. 22. tit. 28. num. 13. Gabr. comm. concluſ. de iur. emphyt. concluſ. 3. num. 1.*

Hond.

Digitized by Google

Hond.d.conf.51.num.26. & seqq. Iulius Clar. lib. recept. §. emphyt. quæst. 13. Dominus Ludouis. deinde Summus Pont. Greg. XV. in sua decis. Rotæ 529. in fin. immò dicta caducitas potest
10 pendente lite, & quandocumque declarari per hęredem contra hęredem, *Bart. in l. licet, §. quod autem,* vbi etiam *Alex. in addit. ff. quod quisq; iur. Burs. conf. 252. num. 4. Berous conf. 98. nu. 38. lib. 1. & Io: Petr. Surd. in decis. 39. num. 12.* & quando est facienda declaratio, potest etiam tacitè fieri, ità vt sufficiat petitio bonorum deuoluto-
11 rum, nam videtur tacitè facta declaratio caducitatis, tanquam præambulum necessarium, *Mant. eod. tit. 27. & Gratian. disceptatio. forens. cap. 36. num. 12.*

Diximus insuper bona prædicta fuisse deuoluta Sacro Monasterio ob lineam prædictorum Flaminij, & Fa-
12 brinj finitam. Nam vera est etiam iuris conclusio communiter recepta, quod emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se, & hæredibus, & successoribus, non transit ad hæredes extraneos, *text. in §. emphyteusim, Auth. de non alien. reb. Eccles. Alex. conf. 23. lib. 1. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 17. Viuius in sylua comm. opin. opin. 258. Corn. conf. 78. lib. 2. Hond. conf. 31. nu. 15. & seqq. lib. 1. Clar. d. §. emphyteusis quæst. 18. versic. tertius est casus, Tobias Nonius consil. 2. num. 30.* dicens ità de Consuetudine seruari, *Mantic.*
12 *eod. lib. 12. tit. 19. num. 12.* ea ratione communiter recepta, quod emphyteusis Ecclesiastica sui natura non est perpetua, & ad hęredes sanguinis, non autem ad hæredes extraneos transit, quia tunc esset directi dominij alienatio, prout per plures Rotas fuisse decisum testatur. *Afflict. in decis. 100. Franc. Marc. decis. 103. Boer. decis. 177 Surd. decis. 11. num. 8. & decis. 93. Gratian. decis. March. 56. Mang. decis. Lucens. 12.*

Contra tamen hanc verissimam sententiam, ex aduerso prætenditur hanc concessionem esse hæreditariam, & ad extraneos hæredes transitoriam, tùm ex illa clausula *ad habendum,* in instru-
14 mento posita, ob aliam doctrinam. *Mant. lib. eod. tit. 19. num. 25.* tùm ex prætensa Consuetudine, quod prædicta bona fuissent solita concedi, vt ad extraneos hæredes transirent, *ex eod. Mant. d. tit. 19. num. 33.* Verumtamen obiectiones prædictæ facilè soluuntur. Nam dicta clausula *ad habendum, &c.* est intelligenda secundum naturam emphyteosis Ecclesiæ, quæ sui natura ad hæredes extraneos non transit vt supra, adeò quod si esset data facultas alienandi rem emphyteoticam expressè intelligeretur data facultas præuio assensu directi dominij, quia res emphyteotica, seù natura non potest alienare sine assensu directi dominij, *Dom. Præsid. de Franch.*
15 *dec. 4. in fin.* & aliàs sequeretur correctio, & contrarietas in dicta concessione, quia res emphyteotica Ecclesiastica, quæ sui natura est inalienabilis sine assensu Domini, ad extraneos hæredes non transit, quod eò magis procedit in casu nostro, cum in dicto concessionis instrumento dicta clausula *ad habendum, &c.* appareat restricta, & modificata per alias clausulas reseruatiuas, & pacta reseruata ibidem apposita, dum expressim dicitur saluis, & integrè reseruatis dicto Sacro Monasterio infrascriptis pactis, & subsequuntur inter cætera, pactum de benè colendo territorium concessum, pactum de renouando concessionem singulis 29. annis solutis duc. sex. pro renouatione iuxtà formam antiquarum concessionum, pactum expressum, caducitatis dictæ concessionis resoluriuam ob decimam non solutam, & pactum de non alienando sine assensu Sacri Monasterij soluto debito laudemio, quæ quidem clausula reseruatiua, & pacta reseruata sine dubio repugnant concessioni emphyteoticæ perpetuæ, & omninò hæreditariæ, & conueniunt tantùm concessioni familiaris

ex

Digitized by Google

ex pacto,& prouidentia,quæ ad hæredes ſanguinis ſolummodò tranſmittitur,ità *Cacheran.Oza ſc.in deciſ.Pedem.* 164. per totum videndus. Addo,quod dicta conceſſio non ſolum eſt perpe-
16 tua,& hæreditaria ad extraneos hæredes tranſitoria, ſed eſt merè temporanea, expreſſim facta ad 29. annos tantum, cum pacto renouandi in perpetuum, adeò quod finitis 29. annis ante obitum dictorum fratrum de Velloni, nõ obtenta per eos aliqua renouatione fuit finita dicta conceſſio, ad *tex. in l. 2. C. de donat. quæ ſub modo Mant.eod.lib.22. tit.5. num.8. & tit. 23.num.13.* ità, & taliter, quod vtile dominium, quod erat pænes dictos emphyteutas per inueſtituram prædictam,finitis 29.annis ipſo iure fuit extinctum,& conſolidatum cum directo dominio Monaſterij, *l.lex vectigal.ff. de pignor.* quinimò hoc in caſu Sacrũ
17 Monaſterium non tenebatur renouare vigore pacti ad renouandum, alias fuiſſet conceſſio perpetua,quæ eſt alienatio in Eccleſia prohibita, §.*nos igitur vincto,*§.*emphyteuſim,Auth.de non alienand. Mant. d.tit.23. num.10. & ſeqq.* quicquid eſſet,ſi eſſet facta conceſſio in perpetuum, cum ſollemnitatibus à iure requiſitis, cum pacto de renouando ſingulis 29. annis, tunc enim diceretur vna locatio in perpetuum, & renouatio non operaretur nouam cõceſſionem, quia fieret ſolum in beneficium,& pro cautela Eccleſiç, nè pereat memoria contractus rei Eccleſiæ,*arg.cap.longinquitate, & cap. ſæpè 12.q.2.idem Mant.eod.tit.23.nu. 12.& Mang. dec.flor.145. numer.18.* Accedat, quod dicta conceſſio fuit finita in vita ipſorum de Velloni,etiam ante lapſum 29. annorum ob pactum reſolutiuum iuramento vallatum, de ſoluendo decimam omnium fructuũ, quod minimè obſeruauerunt, *l.2.C.de iur.emphyt. Mant.d.lib.22.tit.26.nu.* 1.immò quando adeſt iuramentum,
18 etiam ſine aliquo pacto reſolutiuo, emphyteuta qui non ſoluit Canonem propter periurium, priuatur iure ſuo, & omni commodo contractus,& emphyteuſis finitur etiam non expectato biennio, *Mant.ibid.nu.3. & 4.*

Quò verò ad obiectum de conſuetudine ex alia doctrina eiuſdẽ *Mant.*
18 *eod.lib.22.tit.19.num.33.* Reſpondetur,quod conſuetudo eſt quid facti,& facta non præſumuntur, niſi probentur, *ad text.in l.in bello,§ facti,ff.de capt.& poſtli. reuer.* & plenè probari debet, & ea alleganti incumbit onus probandi. *Maſcard.de probat. concluſ.* 423. *num.*1.2.3. *& 26.* immò debet
20 eſſe rationabilis, & ad illam probandam plura requiruntur, nempè vſus & obſeruantia populi omninò inducendi conſuetudinem, frequentiam actuum per annos quadraginta, quan-
21 do eſt contractus Canonicum, vt in caſu,*Ioſeph.Lud.dec.peruſ.62.num.29. & ſeqq.Maſc. concl.*424. & ex eadem doctrina *Mant.* in qua ſe fundat pars aduerſa, debet plenè conſtare de conſuetudine Eccleſiæ, quod res ſua ſit ſolita in emphyteuſim concedi, vt ad extraneos hæredes tranſeat, & dicit amplius quod probari debet talem fuiſſe conſuetudinem tempore contractus,cum itaque in caſu noſtro vlla ſit probata conſuetudo cum ſuis requiſitis,non eſt facienda aliqua vis in oppoſitione prædicta,eò magis quia ex inſtrumento conceſſionis clarè appareat de exceſſione temporanea, & non tranſitoria ad extraneos hæredes ex ſupra allegatis,vndè non eſt recurrendum ad coniecturas, & præſumptiones de conſuetudine, cum in cla-
22 ris non ſit opus coniecturis vulgata, *l.continuus,* §.*cum ità,ff.de verb. obligationib.*

Nec obſtat ſi dicatur prædictos Vellones habuiſſe cauſam detentionis dictorum bonorum ab extraneis,& non ab eorum aſcendentibus, nam poteſt eſſe quod eorum Authores vendidiſſent dicta bona illis Vellonis cum aſſenſu Monaſterij,vel de facto,& nulliter ſine aſſenſu alienaſſent inſcio Monaſte-

Digitized by Google

nasterio. Vndè non sequitur ex hoc consuetudo, quod dicta bona fuissent solita concedi per Monasterium pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, taliter, quod ad extraneos
23 hæredes transirent, non enim probat hoc esse, quod ob hoc contingit abesse *vulg. l. non hoc. C. vndè cogn. & l. neque natales.*

Minus obstant concessiones facta, & renouata Sanctissimæ Annuntiatæ, & Sanctissimæ Trinitati, & alijs Ecclesijs, quia dictæ concessiones non sunt nouæ concessiones, sed renouationes antiquarum concessionum eiusdem Ecclesijs factarum; quoniam nulli dubium, quod res potest in emphyteosim concedi Ecclesiæ, tàm ab Ecclesia, quàm à priuato, *ad text. in l. 1. & ibi DD. C. de sacrosanct. Eccles. Rouin. in cons.* 100. & si emphyteuta priuatus alienat rem emphyteoticam in Ecclesiam, vel aliam personam
24 prohibitam, & manum mortuam, Ecclesia tamen potest retinere rem emphyteoticam Domino directo volenti, *Menoch. consil.* 216. *num.* 43. *Surd. consil.* 521. *num.* 10. *Dominus Ludouic. Summ. Pont. in dec.* 529. *in fin.*

Nequaquam obstant, quod sententiæ Sacri Consilij sint contra possessores, & detemptores, & non contra hæredes sanguinis, quia Sacrum Monasterium iuditium intentauit contra
25 possessores, & detemptores bonorum recusantes soluere decimam, & renouationes petere, & vtique dicti possessores, & deremptores poterant esse hæredes de vendentes, à concessionarijs inuestitis de bonis prædictis, vel de facto, & nulliter acquisiuerunt bona prædicta inscio Monasterio, & sine eius consensu, præsertim illis temporibus quando Sacrum Monasterium fuit in posse Commendatarium, qui per alios abministrabant bona Monasterij, & Sacrum Monasterium tentauit litem contra possessores, & detemptores pro solutione decimarum, & pro renouatione, & Sacrum Consilium illos condemnauit ad soluendum decimas, & ad renouandum seruata forma antiquarum concessionũ, ex quibus fuit prohibita alienatio ex pacto in Ecclesias, vndè ex hac subtilitati nulla potest argui consuetudo de transeundo ad hæredes extraneos.

Nec obstat, quod dicitur de possessione capta per Reuerendum Patrem Fratrem Ioannem de Valle Regia, quod ex dicta possessione euanuerunt antiquæ concessiones cum pacto de non alienando in Ecclesias, quasi quod Monasterium per dictam possessionem fuisset effectus nouus Dominus, & nouum acquisiuisset dominium dictorum bonorum, ità vt nouæ concessiones non sint modo aliquo referendæ ad antiquas concessiones extinctas, quia hæc obiectio est valdè læuis, & insulta, cum per dictam possessionem captam, non fuerunt incipiata bona Monasterio, & si fuissent incorporata, non potuissent amplius concedi, & alienari, nisi tamquam solita concedi, in quo casu erant concedendæ dictæ solitæ antiquæ concessiones, prout fuerunt concessa dictis de Vellonis ad 29. annos ad renouandum singulis 29. annis iuxtà antiquas concessiones, ità vt dicta concessio est relatiua ad prædictas antiquas concessiones, in quibus expressè est prohibita alienatio in Ecclesijs, & per sententias Sacri Consilij fuerunt condemnati possessores, & detemptores ad renouandum seruata forma antiquarum concessionum, ità quod nec Sacrum Consilium, nec Monasterium habuerunt animum extinguendi antiquas concessiones, vltra quod Monasterium non poterat alterare dictas antiquas concessiones in damnum, & præiudicium Monasterij, & Sacri Cõsilij condemnauit detemptores ad renouandum seruata forma dictarum antiquarum concessionum, vt eius sententia esset conformis, dispositioni iuris.

Cum itaque concessio facta Flaminio,

Digitized by Google

nio,& Fabritio Velloni non sit transitoria ad hæredes extraneos, & bona prædicta sint deuoluta Sacro Monasterio ob Canonem non solutum, ob finitam locationem, & renouationem non petitam, & ob lineam extinctam, non poterat Cappella prædicta tamquam hæres instituta à Fabritio acquirere bona prædicta emphyteotica, nõ obstante motiuo partis aduersæ,quod Ecclesia non est prohibita acquirere bona emphyteotica per institutionem hæredis, & si esset prohibita non per hoc dicantur bona caducata, cum dicta caducitas non reperiatur expressa in iure,nec declarata per *DD.* Namiuris veritas est, quod bona emphyteotica Ecclesiastica,quæ ex vera communi, & recepta sententia non transeunt ad hæredes extraneos non includuntur in hæredis institutione, etiam si instantia expresè facta esset
26 de bonis emphyteoticis, quia testator non præsumitur, neque potest disponere de bonis alienis, ac de iuribus Domini directi,ità *Surd.in terminis in decis.* 11. *per totum, & in decis.* 93. *nu.* 21. affirmans quod emphyteusis Ecclesiastica per viam successionis, & per institutionem hæredis non potest transire ad hæredes extraneos, & testatur ità fuisse decisum per *Rot. Rom. in decis.* 154.*in* 1.*par.decisionum editarum per Zenonium anno* 1595. & magis in terminis terminantibus ità fuit decisum per *eadem Rotam per Dominum Ludouicum Summ. Pont. in decis.* 529.in qua fuit decisum Collegium Sanctæ Mariæ Conceptionis non potuisse succedere per institutionem hæredis in bonis emphyteoticis Capituli Cæsar Augustani, rogo videatur.

Sed dato, & non concesso, quod emphyteusis Ecclesiastica concessa,
27 vt supra transiret ad hæredes extraneos,non poterant dicta bona, etiam expresè per institutionem hæredis, alio titulo alienari in dictam Cappellam tamquam manum mortuam, in præiuditium laudemiorum,& aliorum Iurium Dominicalium directi Domini, *cap.* 1. *de alienand. feud. glos. in d. cap. potuit. de locat. in verbo prohibentur,Rodoan.de reb. Eccl. non alienand. quæst.*79.*cap.*9.*num.*27.*Clar.in* §.*emphyteusis quæst.*15. *versic. arbitror tamen,& quæst.*22.*versic. personæ, Corb. de caus. priuat. ob alienand. ampl.* 12. quod eò magis vrget,quando res emphyteotica non solum de iure,sed etiã ex pacto, vt in casu nostro est prohibita alienari in Ecclesiam, *Butr. cons.* 23.*num.*3. *&* 5. *Sim. de Pratis consil.* 54.*num.*4.*Sylvest. Altobr.consil* 40.*nu.* 9. ità vt quando concurrit prohibitio hominis ex pacto cum prohibitione legis,Ecclesia non potest rem emphyteoticam acquirere, nec per institu-
28 tionem hæredis,nec per donationem, nec alio titulo, etiam à iure permisso, §.*sanctissimas*, *Auth. de alien. & emphyt. Imol.in l filiusfamilias,*§.*diui*, & ibi etiam *Alexand. ff. de leg. cap. nec cons.*349 *post num.*3.*Natt.consil.*481. *nu.* 17. etiam si esset consuetudo concedens Ecclesiæ facultatem retinendi per annum, & vendendo subrogandi alium emphyteutam habilem,propter vim pacti, quod resistit facultati relinquendi Ecclesiæ, idem *Altobrand. d. consil.* 40. *num.* 7. *versic. non obstat*, *Burs.consil.*199.*sub num.*48. etenim consuetudo tollet prohibitionem legis,non autem prohibitionem homi-
29 nis,*Dec.consil.*108. *num.*8. *Corb.de caus.priuat.ob alien.lim.*32. *num.*2.*& seqq.& Dominus Ludoui. in alleg. dec.* 529. *num.*10. *& seqq. & Doctrina Speculatoris,in tit.de locato,*§ *nunc aliqua quæst.*117.*& decis. Domini Præs. de Franch.* 659. non habent locum quando res emphyteotica est prohibita alienarum ex pacto, sed locum habent quando emphyteuta potest donare, vel obligare, & in casu licito alienari sine assensu præuio Domini directi, quia tunc alienando in Ecclesiam, nè directus Dominus fraudetur debitis laudemijs, & alijs luribus Domini-

Digitized by Google

minicalibus, Ecclesia siuè Vniuersitas donataria, siuè emptiarum, vel hæres instituta expressè in bonis emphyteoticis potest, & debet infra annum vendere rem emphyteoticam personę priuatæ habili, extrà manum mortuã: quinimò quando res emphyteotica non esset prohibita alienari ex pacto, & donaretur, vel per institutionem hæredis daretur Ecclesiæ donataria, vel hæres instituta in casu licito, ante-
30 quam possessionem, obtinere debet assensum Domini directi, aliàs esset locus caducitatis, & res caderet in commissum, *Bald. in l. fin. num. 6. C. de iur. emphyt.* ibique *Salyc. num. 5. in fin. Imol. in d. cap. potuit. de locat. num. 12. versic. sed aduerte, Ruin. cons. 143. nu.* 10. *lib. 1. & Clar. in d. S. emphyteusim quæst. 15. versic. arbitror tamen*, sicuti etiam sub eadem pœna caducitatis te-
31 netur soluere laudemium, *Guid. Papæ quæst. 46. num. 1. & Clar. in d. quæst. 15. versic. præterea.* Nec substagatur dictæ Cappellæ, quod Fabritius testator non tradiderit possessionem dictorum bonorum ipsi Cappellæ, & sic nõ fuit actum positiuum in contentum Domini directi, nam & si emphyteuta vendens, vel donans, vel aliter alienans titulo singularum rem emphyteoticam sine assensu directi Domini, non cadat à iure suo, si non tradiderit possessionem, & rem emptoris, &c. quia non censetur translata possessio, neque dominium in emptorem absq;
32 traditione, *ad text. in l. traditionibus C. de pactis*, attamen si alienatur res per institutionem hæredis de iure valido sine aliqua traditione transfertur possessio, & dominiũ in hæredem, & ex aditione hæreditatis, & apprehensione bonorum hæreditariorum, ipso iure hæres acquirit possessionem,
33 & dominium rerum hæreditariarum, *Berous consil. 22. & cons. 62. num. 5. lib. 3.* & potest inteneare remedium, *l. fin. C. de edicto diu. Andr. toll.* & alia possessoria idem *Bero. cons. 1. num. 87. lib. 1.* Verùm quia in casu nostro hæredis institutio facta per dictum Fabritium ad fauorem dictæ Cappellæ, quoad bona prædicta emphyteotica fuit inualida *per superallegata* Cappella prædicta, eiusque Procuratores sine titulo aliquo saltim legatim, & mala fide possiderunt, & detinuerunt, & detinent bona prædicta cum perceptione fructuum, sine solutione decimarum, nullaque obtenta inuestitura debito soluto laudemio, prout (*supposita institutione valida, quod negatur*) tenebantur soluere, & obtinere, tanquam meri occupatores, & vsurpatores bonorum Sacri Monasterij Cassinensis, ex causis, & rationibus prædictis, & qualibet ipsarum sufficienter condemnari debent ad relaxandum bona prædicta deuoluta Sacro Monasterio, vna cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt à die indebitæ prætensionis damnis expensis, & interesse, vt sperari potest à peritissimo, & Religiosissimo Domino Iudice, qui suppleat ea, quæ desunt. Laus Deo, & eius Matri sanctissimæ Mariæ semper Virgini. Amen.

Io: Dominicus Pelusius V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica ad extraneos hæredes non transit, & decisum refertur.*

2 *Emphyteusis Ecclesiastica ad aliam Ecclesiam non transit.*

3 *Ecclesiastica dicitur manus mortua, ideò non est capax emphyteusis, & ratio affertur num. 4.*

5 *Alienatio non potest fieri in personam potentem.*

6 *Emphyteuta cessans per biennium soluere Canonem incidit in commissum.*

7 *Bona Ecclesia deuoluta debent consolidari cum directo dominio.*

8 *Bona deuoluta ad Ecclesiam non eget sententia.*

9 *Dominus directus habet ex instrumento intentionem fundatam.*

Digitized by Google

10 *Renuncio eio personæ facta facit relationem personalem.*
11 *Emphyteusis concessa personæ, ea extincta finitur.*
12 *Emphyteusis Ecclesiastica ad heredes sanguinis in investitura contentos transfertur.*
13 *Extincta cẽsetur emphyteusis extincta persona, & dominium rei redit ad Dominum directum.*
14 *Alienatio prohibita alicui, non potest in alium transferri, num. 20. & 21.*
15 *Alienatio dicitur heredis institutio.*
16 *Bona emphyteotica Ecclesiæ non veniunt in institutione generali heredis.*
17 *Testator præsumitur relinquere ius, quod habet.*
18 *Pactum censetur expressum in concessione facta in alia concessione primeua, si in secunda non fuerit expressum censetur implicitum.*
19 *Concessio censetur emanata cum eisdẽ conditionibus.*
22 *Contractus legem accipiunt ex conuentione.*
23 *Emphyteusis concessa ad 29. annos finitur elapso anno 29.*
24 *Pacta de renouando emphyteusim, intelligitur si pacta seruentur.*
25 *Verbum* recipit, *qualiter intelligatur.*
26 *Emphyteusis finitur si non fuerit renouata.*
27 *Dominium rei emphyteoticæ, elapso tempore concessionis finitur, & consolidatur cum directo.*
28 *Remedium l. si quis conductionis quãdo procedit.*
29 *Consuetudo suffragatur solum pro vno eo anno, quoties Ecclesia possit acquirere si adsint vendẽdi, & subrogandi facultates.*
30 *Consuetudo alienandi locum non habet stante pacto contrario.*
31 *Clausula,* ad habendum, *qualiter intelligatur.*
32 *Text. in* S. *emphyteusis Auth. de reb. Eccles. non alienand. ponderatur.*

ALLEGATIO XXVIII.

Præmissa narratione facti in hac causa deuolutionis, &c. ad hæc tria puncta principalia restringimus totam quæstionem.

Primo, Concessio facta à Sacro Monasterio Cassinensi ad emphyteusim ad 29. annos de his bonis D. Flaminio, & Fabritio de Vellone.

Secundo, Tempus emphyteoticus iam finitum, & expiratum, etiam emphyteutæ finiti, & extincti cum tota eorum linea, & successione.

Tertio, Alienatio facta per illos de Vellone *inrequisito* Domino directo, contra pactum expressum, & contra omne ius, in Ecclesiam quę est manus mortua prohibita in iure, & in facto.

Et totum hoc probatur per factum iuris, nam Fabritio Vellone Cappellam hæredem instituenti obstabat legis dispositio, cum emphyteusis Ecclesiastica ad heredes extraneos transire non possit, clarus est *Text. in* S. *emphyt. in Authent. de reb. Eccles. non alienand. Glos. & DD. in dict.* ff. *solut. matrim.* quos sequuntur *Clarus*, & de magis comuni opinione testatur *in* S. *emphyt. quæst. 28. verbo quæquidem, &c.* Idem *Riccius* de frequenti opinione testatur *in Collectanea* 2148. & ibi alias, & plures Decisiones referunt hoc idem decidentes, nouissimè *Greg. Ludouisius XV. dec.* 529. quæ decisio in casu nostro est puntùalis, & omninò videnda. 1

Obstabat etiam non solum pactum expressum, & individuũ de non alienando in aliam Ecclesiam, sed etiam ei obstabat, quia de sua natura emphyteusis Ecclesiastica est, vt ad aliam Ecclesiam non transeat, ità *Afflict. dec.* 286. ibi (excepta Ecclesia) quæ decisio videatur, Præsor. 2

Quod omne ex eo patet, quia Ecclesia dicitur manus mortua, & ideò non est capax emphyteusis, ità *Surd. in decis.* 11. & 93. ex rationibus ibi allatis, 3

Digitized by Google

latis, & *Clarus in dicto* §. *emphyteusis quæst.* 33.

Cum deterior efficeretur conditio Domini directi, & hæc proprietas ei
4 redderetur inutilis, cum semper careret spe consolidationis vtilis dominij cum suo directo, & esset priuatus alijs suis iuribus arguendo, *ex* §. *vsusfructus, versic. neq; tamen instit. de vsufr.*

Obstabat etiam illi, quia de iure non licet alienare in personam po-
5 tentem, *Bald. in auth. quas actiones num.* 13. *versic. tertio modo, C. de sacrosc. Eccles. Ruin. cons.* 143. *num.* 10. *versic. secundo etiam lib.* 1. *Clar. in* §. *emphyt. quæst.* 15. *versic. arbitror tamen, Greg. XV.* proximè allegatus. *Rota dec.* 368. *num.* 1. *post med. & Dec.* 603. 1. *part. recent. & alij Doctores.*

Obstabat etiam Fabritio, nè hæc bona emphyteotica in Ecclesiam
6 alienaret sicut caducitas ab eo commissa, nimirum quia viuens vltra biennium à solutione Canonis cessauerat, & sic ipso facto inciderat in commissum, *l.* 2. *C. de iur. emphyt. Cap. potuit de locato*, & vtrobique communiter Doctores.

Nec mora Canonis non soluti iam purgari potest, quia in concessione Sacrum Monasterium declarauit locum caducitati si cessauerint à solutione decimæ, & sic ipso facto emphyteutæ sunt priuati iure suo, & Sacrum Monasterium, cum primum hoc ei
7 innotuit, instetit bona hæc tamquam Monasterio deuoluta cõsolidari cum suo directo dominio, ità *Clarus in d.* §. *quæst.* 8.

Qua declaratione facta, prædicta bona ipso iure, & absque alia iudicis sententia dicuntur caducata, & ad Sacrum Monasterium deuoluta, vt de
4 communi opinione, à qua non est recedendum, tenebatur *Clarus in dicto loco quæst.* 9.

Nec fratres de Vellone iuuantur, si ipsos soluisse simpliciter asserunt, quia per legitima documenta, & cui, & quando solutionem Canonis fecerunt, docere debent, Nam Sacrum
9 Monasterium intentionem fundatam pro se habet ex instrumento concessionis, & obligationis de soluendo, ità *Clarus vbi supra quæst.* 10.

Obstabat etiam Fabio Vellone Cappellam hæredem instituenti de bonis his emphyteusi, non solum legis dispositio, vt ex præallegatis, sed etiam factum hominis, quod ex pluribus probatur.

Primo, Quia hæc concessio emphyteotica facta per Sacrum Monasterium illis de Vellone fuit solum concessio personalis, quod totum clarè apparet ex verbis dispositiuis dicti contractus, vbi solum asseritur, quod Sacrum Monasterium concedebat D. Flaminio, & Fabritio Vellone hæc bona in emphyteusim, nec vlla de filijs, seu hæredibus mentio facta fuit, & sic tantum concessio personalis dicitur.

Quia nominatio personæ solum cũ tali formula contrahendi facit tantum
10 relationem personalissimam, *l. qui liberis,* §. *hæc verba, ff. de vulg. & Pupill. substit.* singulariter *Bald. consil.* 304. *Alex. cons.* 140. *vol.* 6. *Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.* 14.

Ex quo sequitur si hæc concessio facta fratribus de Vellone, dicitur tantum personalis, dum illi de Vellone vixerint in eorum tantum persona durauit, quibus iam mortuis, & sine
11 vllo hæredis sanguine relicto, Prædicta emphyteusis in persona eorum dicitur finita, *l. Mela,* §. *finali, ff. de aliment. & cibar. legat. ad idem l. Pecoris, ff. de seruit. rust. prad.* & proindè Cappella ex persona sua hæc bona emphyteotica possidere non potest, *ex regula text. in l. Vectig. ff. de Pignorib.* videlicet resoluto iure datoris resoluitur etiam ius acceptoris.

Et licet Cappella pro se possit excipere, quod fratres de Vellone pro eorum hæredibus etiam hæc bona acceperint, *ex l. si pactum, ff. de probat.* vbi quis semper pro se, & hæredibus stipulare videtur, tamen est aduerten-

Digitized by Google

dum in casu nostro, quod agimus de emphyteusis Ecclesiastica, quæ singulariter accepta ad hæredes tantum
12 sanguinis, qui sunt in inuestitura vocati, & vsque ad tertiam tantum generationem porrigi solet, vt de communi opinione scribit *Gozzadinus consil.* 75. quem refert *Clarus vbi supra q.* 28. *& DD.*

Proindè extincta linea prędictorum de Vellone, dicitur etiam extincta emphyteusis, nec in alium iterum reuiuisci potest, adest *tex. in l. si Arcam cum ibi notatis, ff. de solut.* & sic dicitur ad Dominum directum reuersa,
13 *sic Rota decis.* 290. *num.* 9. *&* 10. Ità vt de hoc amplius quærendum non sit, cum nec Cappella sit capax huius emphyteusis, nec vllo Iure potest ea sibi acquirere.

Secundo, Obstabat Fabritio Vellone pactum expressum, & iuratum de non alienando prædicta bona in requisito Sacro Monasterio, vigore cu-
14 ius pacti dicti Fabritij bona hæc in Cappellam alienare non poterat, *ex l fin. C. de rebus alienis non alien.* vbi communiter *DD.*

Et in iure satis versatum est, quod hæredis institutio dicitur etiam alienatio, adest *text. in l. si quis priore*, §.
15 *certum, C. de secundis nuptijs, ad idem l. peto*, § *fratre*, vbi etiam *Bart. ff. de legat.* 2. eò magis, quod in generali hæredis institutione non veniunt bo-
16 na emphyteotica Ecclesiæ, vt copiosè dixerit, & alios refert *Surd. decis.* 11. *num.* 8. *& in decis.* 93. *num.* 20. quibus in locis rationem affert, *idem Surdus* non paruipendendam, quia testator semper præsumitur relinque-
17 re ius, quod habet in re; *ex l. ferui electione*, § *fin. ff. de legat.* 1. etiam si tale ius morte esset periturum, & adducit etiam *Bart. in l. si vxor patrui, C de legat.* & hæc doctrina in casu nostro est puntualis.

Tertiò, Obstabat etiam Fabritio Vellone Cappellam hæredem instituentē de bonis prædictis emphyteusis pactum in indiuiduo factum, videlicet ne bona hæc in aliam Ecclesiam alienaret.

Et licet speciale hoc pactum in vltima concessione sibi facta non sit expressum, aduertendum tamen præcor, quod fuit pactum implicitum, quod videre licet, dum Sacrum Monasterium in hac vltima concessione se retulit
18 ad antiquas concessiones, in quibus expresse est prohibitum, nè talia bona in aliam Ecclesiam alienarent, & quod Sacrum Monasterium sic se referre potuisse magistraliter, docet *Bar. in l. si tà scripsero, ff. de condit. &* de-
19 *monstrat.* & sic hæc vltima concessio dicitur emanata cum eisdem conditionibus, & qualitatibus antiquarum concessionum, *ex l. Axe toto cum concord. ff. de hæred. instit.*

Ex quo etiam sequitur, quod Fabritius bona hæc in Cappellam alie-
20 nare nequiuerat tanquam personam prohibitam, *ex l.* 3 §. *cum autem, C. de iur. emphyt. Glosa notabilis in l. si ita quis*, §. *ea lege, ff. de verbioblig. Clarus vbi supra quæst.* 15. *versic. arbitror tamen.*

Ex quibus omnibus pro Sacro Monasterio adductis euidenter infertur,
21 quod hæc bona emphyteotica adeo ipsis personis de Vellone cohærebant, quod ad quemuis alium extraneum transferri non poterant; arguendo ex *l. vsus aquæ, ff. de vsu, & habitatione*, quia contractus legem ex conuen-
22 tione accipiunt, *l.* 1. § *si conuenerint, ff. de test.* & actus agentium præter eorum intentionem non operatur, *vulgata l. non omnis, ff si certum petatur.*

Facit etiam pro Sacro Monasterio cum vltima concessio facta illis de Vellone fuit temporalis, & ad 29. an-
23 nos tantum, quibus finitis, finita etiam dicitur emphyteusis, & ità cōmuniter *DD.* & licèt sit appositum pactum de renouando singulis 29. annis in perpetuum, hoc debet intelligi si pacta seruentur, & emphyteusis

non

Digitized by Google

24 non cadat in commissum, *vt in l. cum dubitatur, §. fin autem, C. de iur. emphyt.*

Et hoc etiam intelligitur, quatenus duret vita eorum, qui sunt in inuestitura vocati, & emphyteusis, quia verbum *in perpetuum* cadit super renouatione facienda singulis 29. annis, non autem super concessione
25 facta ad tempus 29. annorum, & hoc verbum recipit interpretationē iuxta subiectam materiam, & quandoq; intelligitur durante vita, vt per *l. 1. ff. pro soc. cap. transmissa de eo qui cognouit consang. vxoris suæ. Glos. in l. in perpetuum, ff. de procur. Butr. consil. 49. circa finem. Ruin. consil. 143. nu. 6. Alex. consil. 86. num. 2. lib. 1.* vbi quod procedit quando, vt in casu nostro concessio facta est personæ, & in terminis emphyteusis Ecclesiasticę, quæ importat vsque ad tertiam generationem, vt ex *Auth. de non alienand. §. emphyt.* & ex alijs *DD.* quæ in proposito defuit, & quatenus obstarent ob alienationem factam in personam prohibitam, prædicta bona sunt deuoluta Sacro Monasterio Cassinensi.

Facit etiam pro Sacro Monasterio Cassinensi præsente obitum ipsorum de Vellone finitis iam 29. annis nullam aliā obtinuerunt renouationē
26 & per hoc finita etiam dicitur emphyteotica concessio, adest *text. in l. 2. C. de donat. quæ sub modo Dominus Mantica lib. 22. tit. 5. num. 8. & tit. 23. num. 13.* ità & taliter quod vtile
27 dominium, quod habebant emphyteutæ per inuestituram prædictam, finitis 29. annis, ipso iure fuit extinctum, & consolidatum cum directo, *l. vectigalis, ff. de pignorib.*

Sed ad excludendam Consuetudinem, quia introductum est, quod Ecclesia possit acquirere non ad finem retinendi, sed vendendi, & subrogandi personam potentem; ea etenim non videtur in proposito attendenda.

Primo, Quia dicta consuetudo procedit solum quando in concessione hoc actum sit, vt emphyteusis possit transire ad hæredes extraneos, & sic quando emphyteuta habet aliquod ius proprium in dicta emphyteusis, & eò magis non est attendenda in casu nostro, quia hæc emphyteusis fuit sti-
28 pulata pro se, & fratre, & sic ob lineā finitam expirauit, & reuersa est ad Dominum directum, & in hoc casu agitur *ex l. si quis conductionis, C. locat. Bald. consil. 177. num. 4. lib. 3. Dec. cons. 28. numer. 3. Rota decis. 290. num. 9. & 10.*

Secundo, Etiam si esset stipulata pro se, & hæredibus, & in ea emphy-
29 teuta aliquod ius haberet, adhuc talis consuetudo suffragatur solum pro vnico anno, & non vltra, vide *Gregor. XV. in præallegata decis. 529. num. 10 & in alijs*, vnde illo elapso non habet amplius locum, quia non egreditur casum, in quo seruatur iuxta *Vulg. Cons. Oldrad. 273. num. 3. in fine, & Dominum Ludouisium in dec. 162. nu. 1. & 2. & Cardin. Caualc. decis. 637. num. 3.*

Tertio, Quia dicta Consuetudo nō habet locum quando vt in casu nostro vltra dispositionē iuris concurrit pa-
30 ctum supra relatum. *Burs att. cons. 48. versic. 3. lib. 2. Dominus Ludouisius in decis. sæpius allegata 529. numer. 10.* Cōsuetudo .n. licet tollat legis prohibitionem, non tamen eneruat vires pacti, *Dec. cons. 208. num. 7. 1. parte Corbul. de caus. priuat. & alij DD.*

Minus obstat illa clausula *ad habendum, &c.* quia debet intelligi
31 de iure, & restricta ad tempus durantis locationis, *Seraph. decis. 744. nu. 8. & decis. 1290. num. 12. Dec. cons. 170. alias 171. num. 3. versic. 4. Rota in pluribus decisionibus coram Cardin. Sac. in Imolens. bonorum 6. Nouembris 1617. & alias.*

Facit etiam, quod vltra id, quod esset intelligenda hæc clausula, vt ex supradictis, est etiam intelligenda, quod non se ostendit, vt possit transire ad personas prohibitas, & poten-

Digitized by Google

tes, vt ex supra firmatis, & etiam est aduertendum, quod clausula prædicta apposita in parte exequutiua, non ampliat, neque alterat dispositionem principalem, & non facit emphyteusis transire, in quoscunque extraneos. *Menoch. cons. 604. num. 46. Rota in Fulginaten. 20. Iunij 1652. coram Cardin. Vtaldo, & alias.*

Ex quibus concludendum puto, partes Domini Iudicantis nunc esse debent prævia sententia decernere bona prædicta tanquam caducata, & deuoluta Sacro Monasterio Cassinensi Illa cum suo directo dominio esse consolidanda, si secus, quod supponitur, ageretur contra expressum. *text. in d. §. emphyt. quæ est text. in l.*
32 *& Clarus Repetendum*, Appellat, & simul ageretur contra communem omnium Doctorum opinionem, & Punctuales Decisiones, tàm Cæsareas, quàm Pontificias, quæ ad fauorem dicti Sacri Monasterij sunt allegata, aduertendo Dominum Iudicem, in iudicando non esse tutum in conscientia si recedat à communi Doctorum opinione, alia præcor supplean-tur per Dominum Iudicem.

Hieronymus Mont' Aquila V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus Ecclesiæ Colleggiatæ, an possit solus remittere caducitatẽ per Canonis receptionem.*

2 *Procurator Generalis constitutus ad exigendum, non potest cum speciali mandato Domini directi Canonem exigere ab emphyteuta incurso, nec Domino remissa caducitas per receptionem.*

3 *Emphyteusis concessa ad 29. annos cum pacto renouationis qualiter intelligitur.*

4 *Verbum* perpetuum *quando intelligatur.*

5 *Emphyteusis Ecclesiæ, intelligitur concessa vsq; ad quartam generationem.*

ALLEGATIO XXIX.

AFfertur per partẽ aduersam, quod locatores, seù Affittatores aliorũ bonorum, quæ sunt in terra Traiecti, & ad Sacrum Monasterium spectant Canonem, seù decimam exegerunt, etiam ab his bonis caducatis quando videtur remissa caducitas per *Dominum directum.*

Ad quod respondetur, ad remittendam caducitatem per Canonis receptionem requiritur, aut quod ipse Dominus sciens caducitatem Canonem receperit per se, vel per Procuratorem cum speciali eius mandato ad illum exigendum, & requiritur etiam, quod post exactionem hoc ratum habuerit, quod omne totum in casu nostro non probatur.

Primo, Nunquam apparet, quod Dominus directus hunc Canonem exegerit.

Secundo, Notum apparet speciale eius mandatum, Procuratori ad illum exigendum.

Tertio, Affectum, seù locatio facta D. Alexandro Bocchino, & aliis locatoribus loquitur in generali de bonis in dicta Terra ad Sacrum Monasterũ spectantibus, nulla speciali facta mentione de bonis caducis.

Quarto, Conductores, seù locatores hunc Canonem exigentes hoc fecerunt Domino directo nihil sciente, nec in eo consentiente, quæ ignorantia est vera, & vt talis præsumitur cum scientia non probatur.

Locatores excesserunt fines mandati, cum hoc non intelligatur in generali locatione illis facta.

Sexto, Dominus Abbas Sacri Monasterij nũc primum de hoc notitiam habuit, quod non solum illud non ratificauit, verum per speciale mandatum Procurationis suo Procuratori substituto factum declarando suam voluntatem, annullauit, cessauit, & reiecit omnia, & singula acta facta per dictos locatores, tanquam facta

ipso,

Digitized by Google

ipso, & suo Monasterio insciente, & in damnum, & præiudicium dicti Sacri Monasterij, quæ omnia cassa, & nulla sunt declarata per dictum substitutum Procuratorem.

Quod totum ex iuris dispositione, & Doctorum sentẽtia probatur; nam manifesti iuris est, quod Prælatus Ec-
1 clesiæ Collegiatæ, seù conuentualis non potest solus remittere caducitatem per Canonis receptionem. Ità communiter Doctores tenent cum *Glosa comuniter recepta in cap. potuit in verbo expell. Alexand. cons. 5. num. 18. lib. 5. Imol. in d. cap. potuit nu. 34. circa finem*, quod ità tenent communiter *DD.* quem refert *Alexand. cons. 105. num. 15. lib. 3. & Cepolla consilio ciuili 46. post num. 3. & Dec. cons. 329. num. 3.* & hanc esse communem opinionem, testatur *Iaf. in d. l. 2. nu. 130, Ruin. cons. 70. post num. 14. lib. 5.*

Manifesti etiam iuris est, quod Procurator Generalis constitutus ad exi-
2 gendum non potest absque speciali mandato Domini directi Canonem exigere ab emphyteuta incurso, & si illum exegerit, non propter hoc dicitur remissa caducitas. Ità *Paris. consil. 86. num. 17. lib. 4. Menoch consil. 460. num. 14. lib. 5. Afflict. decis. 129. num. 11. Surd. decis. 181. num. 10. Gratian. in decis. March. 49. nu. 29.*

Tandem non obstat, quod dicatur concessa ad 29. annos cum pacto renouandi in perpetuum singulis 29.
3 annis, quia intelligitur primo si pacta seruentur, & emphyteuta non cadat in commissum, vt *in d. l. cum dubitatur, §. sin autem, C. de iur. emphyt.*

Secundo intelligitur, quatenus duret vita eorum, qui sunt in inuestitu-
4 ra comprehensi, quia Verbum *perpetuum* recipit interpretationem secũdum subiectam materiam, & intelligitur quandoque durante vita, vt per *l. 1. ff. pro soc. cap. transmissa de eo qui cognouit consag. vxoris suæ. Glos. in l. in perpetuum 1. ff. de procur. Butruus cons. 49. circa finem. Ruin. consil. 143. num. 6. Alexand. consil. 86. num. 2. l. 1.* quod procedit quando in casu nostro concessio facta est personæ. *Seraphin. decis. 874. num. 5.* & in terminis emphyteusis Ecclesiastica, quod importat vsque ad quartam generationem, *ex Auth. de non alienand. §. emphyt. & ex alijs*, quæ in proposito deficit, & quatenus ostaret ob alienationem fictam in personam prohibitam bona sunt deuoluta Sacro Monasterio Cassinensi.

SVMMARIVM.

1 *Ius quæsitum ex prima concessione vni cuique ex beneficio primi acquirentis sit, quando res non esset hereditaria.*

2 *Feudum concessum pro se, & liberis non est hæreditariũ, sed ex pacto, de quo nil potest disponere feudatarius.*

3 *Pater acquirens emphyteusim, vel feudum pro se, & filijs non addendo, & hæredibus quod acquirit illis, vt filijs non vti hæredibus.*

4 *Successor in feudo quæsito non facta mentione de hæredibus, succedit ex persona primi acquirentis ad vitam vnius cuiusq; datum.*

5 *Argumentum de feudo ad emphyteusim validum.*

6 *Feudatarius feudum tenens, & confirmationem petens primam inuestituram, seù concessionem ostendere non cogitur.*

7 *Reuocatio non est noua alienatio.*

8 *Contractus libellarius ad renouandum singulis 29. annis est concessionis perpetuæ.*

9 *Datio ad libellum, & cautelarum renouationes, vel ex pacto, vel ex consuetudine fieri solet.*

10 *Dominio rei ab initio semper transfertur.*

11 *Præscriptio nè currat contra Dominum renouantur cautelæ.*

12 *Error nemini obesse debet.*

13 *Confessio geminata si esset erronea reuocatur.*

14 *Pro-*

Digitized by Google

14 *Protestatio quandò iuuat ignoranti.*
15 *Præsumptio non obstat quando protestatio fit per illum, contra quem insurgit præsumptio.*
16 *Præiudicium nullum generatur ex clausula protestatiua.*
17 *Error in inuentario per quæ patet.*
18 *Protestatio in inuentario apposita quid operatur.*
19 *Prælatio datur mulieri habenti expressam hypotecam in bonis, postea constante matrimonio quæsitis.*
20 *L. non possunt, ff. de leg. adducitur.*
21 *Glos. in l. assiduis declaratur.*
22 *Dos semper assidua vbique præcipua.*
23 *Receditur à regulis iuris ob publicam vtilitatem.*
24 *Fiscus præfertur in bonis postea quæsitis.*
25 *Fiscus non est priuilegiatus, nisi in certis casibus.*
26 *Instrumenta duo reperta vnũ pro Fisco, alterum pro mulieris dote profertur.*
27 *Dos Fisco præfertur.*
28 *Fauendum est magis doti, quam Fisco.*
29 *Ius minus constituitur per generalem hypotecam, quàm per specialem.*
30 *Attendi debet, quod principaliter agitur.*
31 *Lex semper loquitur.*
32 *Decisum non dicitur, quod non fuit discussum.*
33 *Communis opinio pro dote vidua est communis.*
34 *Opinio illa quando doti fauet amplecti debet.*

ALLEGATIO. XXX.

Pro Io: Petro de Transo, cum creditoribus quondam Io: Camilli, & Aloysiæ de Gallutijs.

IN causa Petri de Transo cum creditoribus quondam Ioannis Camilli, & Aloysiæ de Gallutijs hæsitari contingit, an territorium de Casamare in iudicio deductum sit hæreditarium, & consequenter obnoxium dictis creditoribus, & ad probandum, quod re vera non hæreditarium, sunt productæ concessiones antiquæ de anno 1523. & 1553. ab Ecclesia Sancti Lazari factę, quodã Fabio Gallutio prędecessori eiusque liberis, & descendentibus in perpetuum ad renouandum singulis 29. annis, & verbum nullum de hæredibus, ibi exprimitur quo casu vnus ex descendentibus alteri præiudicare nequit cum non sit res hæreditaria, & vnicuique ex beneficio primi acquirentis ex primeua concessione fit
1 ius quæsitum, *Grat. consil. 22. num. 9. lib. 1.* latè *Iul. Clar. lib. 4. sententiar.* quem rogo legatur *in §. emphyteusis, quæst. 16. versic. & hæc quidem,* & hãc conclusionem firmant etiam *DD. in materia feudali*; accepto enim feudo
2 pro se, & liberis non erit hæreditarium verum ex pacto, & prouidentia, & tunc de nihilo feudatarius disponere potest, *Andr. de Iser. in cap. 1. colum. 1. tit. an agnat. & in cap. 1. §. & si libellum, 3. col. versic. quid ergò de alienat. feud. pater.* Congerit multos, & de cõmuni attestatur *Iaf. in l. & post mortem num 3. ff. de legat.* tradens proin-
3 dè, quod si Pater acquisiuit emphyteusim, vel feudum pro se, filijs, & nepotibus non addendo, & hæredibus videtur acquirere filijs vti filijs, & nõ vti hæredibus, & in hoc nulla cadit altercatio, & dum territorium hoc nõ est hæredibus concessum, meritò nec erit hæreditarium, & successor non ex persona morientis, sed primi acqui
4 rentis habet, & censetur ad vitam vniuscuiusque datum, ideòque vnus alteri in re illa non hæreditaria (vt dixi) præiudicium afferre non potest, vt latissimè hæc, & alia explicat eleganter post *Isern. in cap. 1. 3. colum. in tit. Imperat. Lothar. Marin. Frecc. in lib. 3. de subfeud. in differ. inter feud. ex pact. & prouident. & hæredit. nu. mihi* 2. & huiusmodi conclusio absque difficultate, tùm in feudis, tùm quoque
5 in emphyteusi militat; etenim validiũ

est

Digitized by Google

est de vno ad aliud argumentum; *Soccin. consil. 167. num. 24. lib. 2. & Socc. Iun. consil. 72. num. 57. vol. 1.* & idcircò Ioannes Camillus, & Aloysia successores nullum æs alienum super tali termino contrahere valuerunt, nec Petrus possessor primam concessionē perquirere, & afferre tenetur, cum illa non reperiatur tanquam antiquissima excedens metam centum annorum, ex quo productæ concessiones, siuè renouationes, & confirmationes eiusdem Ecclesiæ, etiam antiquæ sufficiant, sicuti feudatarius feudum tenens, & confirmationem petens primam inuestituram, siuè concessionem ostendere non cogitur Ioannes, *Andr. in addit. in tit. de feud. §. 1. versic. porrò*, quem refert, & sequitur *Iacobut. de Franch. in feud. vsu prælud. post Circumspecti Præsidis decisiones nu. 106. & 107.*

Et demum duę partis oppositiones minimè aduersantur, vna est, q vltima renouatio in personā Petri ab Ecclesia prædicta facta sit collusiua in præiudicium creditorum; dico enim, quod si creditores Ioannis Camilli, & Aloysiæ Gallutiæ successorum, nullum ius super hoc territorio non hæreditario adepti fuerunt, ergò nullo pacto, quod sit coll usiua, & in ipsorum perniciem facta opinari potest, sed tantummodo fuit illa obtempta respectu Ecclesiæ directæ Dominę, nè caducitatem territorij prætenderet, propter renouationem non factam vigore pacti in concessionibus adiecti, & ipse Petrus possessor non ex hac renouatione vtile dominium, verùm ex antiquis concessionibus quondam Fabio factis adeptus fuit vt supra fundaui, & idcircò tradunt, docet, quod renouatio ista non est noua alienatio. Ità *Alex. in consil. 29. num. 23. in 1. volum. Cassan.* 7 *in Consuet. Burg. rub. 2. de conces. num.* 19. siquidem libellarius contractus ad renouandum singulis 29. annis esse concessionis perpetuæ, *And. in tit. si-* 8 *militer, §. libellario quibus mod. feud. am. lib.* 1. & durat perpetuò etiam si non dicatur, *Bal. in tit.* 1. 2. *colum. de alien. feud.* ergò meminit *Capyc. in suis animaduer. inuestitur in feud.* 9 *locationes in verb. & datio ad libellum*, istæq; cautelarū renouationes, vel ex pacto, vel ex cōsuetudine fieri consueuerūt, *Bald. in auth. si quas ruinas, C. de sacros. Eccles. num. 4. & seqq.* notant de nouo dominium rei transferri, cum illud ab initio perpetuò sit translatum, sed nè longitudine temporis, 10 pereat memoriæ contractus. Ità pulchrè inquit *Glos. in cap. 1. in vers. retro-uenduntur extra de præcar.* & renouantur cautelæ, nè currat contra Do- 11 minum aliqua præscriptio, ità post *glos. in d. auth. si quas ruinas. Iser. in d. §. libellario num. 28. in fin. quib. mod. feud. am. lib.* 1. Altera verò oppositio minus obstat, quod Petrus territorium hoc in inuentario tanquam hęreditarium descripserit, ex quo multipliciter diluitur; & primo, quia talis descriptio fuit erronea, & per publicas scripturas iam de errore docuit, & prætextu erroris quælibet confessio, 12 & positio reuocatur, cum error nemini obesse debeat, ad *text. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra colum. 5. in ver. Confessionem de probat. & reuocat.* etiam si erronea confessio esset gemi- 13 nata, *Bal. in l. 1. in 1. notab. C. de errore Calcul. Catell. Cott. in memor. vers. confessio potest.*

Secundo respondetur, quod Petrus tempore dicti Inuentarij erat minor, & iuxtam ignorantiæ causam 14 habebat territorium, etiam in hæreditate credebat, & tamen non erat de hęreditate, ptestatio iuuat ignorantē, tradit *Bart. nig. contr. §. nouerant n. 4. tit. de off. præf. vrbis.*

Tertio, in eodem inuentario fuit expressa protestatio apposita, quod eaque non erant describenda non intelligantur descripta, & apposita, quādo quidem casu, præsumptio quæ oritur ex confessione, & descriptione

præ-

Digitized by Google

prædicta tollitur, quandoquidem etiã contra præsumptionem iuris, & de iure, si fiat protestatio per illum, con-
15 tra quem insurgit præsumptio, tunc non obstat *Villalob. in tract. commun. lib. 4. tit. 9. de probat. num.* 372. *volum.* 1. *cart. mihi* 512. Ex clausula illa protestatiua nullum fiat præiudicium generale, *Bald. in l. ordinarij, & l. fin. C. de reiuend. Roland. de inuent. verb. causis num.* 92. *Milanensis latè*
16 *d. l.* 1. *ver.* 187. *& seqq.* Eoque vehementius, quam contra dictam descri ptionem videntur deducta publica instrumenta, per quæ patet error inuentarij, de vtroque attestatur *Socc. in suis fall. in reg.* 314. *in* 2. *&* 3. *fal-*
17 *lent.* cum igitur Petrus sit descendẽs à Fabio primo acquisitore, qui nullum super hoc territorio contraxit debitum, & territorium, de quo agitur non sit hæreditarium Ioannis Camilli, & Aloysiæ de Gallutijs; meritò illorum prætensi creditores nil super eo pretendere possunt, præsumptio enim in præterito apposita satis operatur, in beneficium protestantis, *Angel in l.* 1. S. *hic, num.* 24. *si non plusquam per*
18 *leg. Falc.* & consequenter iustè oculatissimus Commissarius in præscripta hac vetusta concessione nouiter perducta pro liberis, & descendentibus superaddendum in ipsius venditione prouidit, & hodie pariter decernendum fore arbitror, quod alia bona hereditaria vendantur, non autem hoc territorium, non hereditarium; prout sic supplicatur. Cætera autem suppleat optima religio iudicantium, & ità referente Consiliario Iulio Palermo peritissimo fuit per Sacrum Consilium iudicatum.

Articulus à Sacro Consilio decidendus iuris est, nũquid vxor expressã hypotecam hominis habens, pro eius dotibus, veniat anterioribus etiam ex-
19 pressam habentibus præferenda in bonis, tamen postea constante matrimonio quæsitis, in quo articulo fundabo partem affirmatiuam esse veram, & communem, quod mulieri detur prælatio, quidquid alij dixerint, & ad id moueor authoritate iuribus, atque ratione, & primò inficiari nequit quin talis opinio maiori, atque grauiori numero, & authoritate *DD.* firmetur, *DD.* enim maximè authoritate hanc firmarunt opinionem, videlicet.

Iacob Butr. in l. assiduis, C. qui pot. in pign. hab.
Cinus ibidem.
Cald. illic post nu. 5.
Angel. ibid. num. 8.
Salyc. ibid. num. 4. *versic. & attende veritatem.*
Io: Faber in §. *fuerat,* 2. *col. instit. de actio.*
Bald. nouellus in tract. de dote part. 10. *priuil.* 1. *num.* 2.
Negusant. in tract. de pign. 4. *memb.* 2. *par. num.* 11. vbi asserit hanc esse veram conclusionem.
Ripa in l. priuil. num. 29. *& propriè num.* 31. *versic. Item attende, ff. de priuil. credit.*
Regens de Ponte in cons. 82. vbi cõmunem asserit opinionem, quibus addo *Vinc. Maxillam in Commentarijs ad Consuetudinem. Barri. in rub. de iure dotium,* §. *dotis causam num.* 4.

Vltrà doctissimos Hispanos, qui pariter eamdem sequuntur opinionem, vt non immeritò communis dicetur opinio, secundum quam communem omninò iudicandum. *Iuxta notata in cap. nouimus de verb. signif.* dato, quod sequitur partem, de eo quod communis opinio determinat non haberemus, *Corset. num.* 206. *Neuizan in sylua nuptiali lib.* 5. *in tit. quo modo iudican. num.* 20. qui ex multorum authoritate *nu.* 29. comprobat, quod si in omni particularem legem reperire cogeremur infiniti, vtique casus indecisi remanerent, & quod perindè communis opinio satis sufficere debet; ideòque inquit *text. in l. non pos-*

sunt,

Digitized by Google

Iunt, ff. de legib. quod non possunt omnes articuli, aut legibus, aut Senatus
20 Consultis comprehendi, sed de similibus ad similia procedi mandatur.

Nec *de glos. in l. assiduis* est curandum, quia loquitur per verbum fortè
21 & sic dubitatiuè, & ratio, quam allegat non subsistit, & sic de alijs fortè contrarium sentientibus, loquuntur enim contra communem opinionem tot grauissimorum Doctorum, à quibus non est recedendum.

Præterea huiusmodi opinio iuribus etiam fulcitur siquidem generalitas *text.* comprehendit hoc priuile-
22 gium *in l. 1. ff. solut. matrim.* dum expresse cauetur, quod semper, & vbiq; dos sit præcipua, vbi *Marian. Soccin. num. 63. in fin.* id intelligi debere explicat omni tempore, omni loco, omnique respectu propter Reipublicæ vtilitatem, dum liberis hominibus per vxores Ciuitates replentur, propter
23 quidem publicam vtilitatem etiam à regulis iuris communis recedi permittitur, *Alexand. & relig. in l. 1. in 1. notab. ff. eod.* & demum *text. in d. l. assidùis*, hoc idem indicat ibi potiora iura habere contra omnes mariti creditores, satis dicitur bonus istis constante matrimonio per virum quæsitis, vt etiam vxor sit in fortioribus. *Vaconius à Vacuna in consilium. d. l. in declarat. 92. num. 6.*

Insuper præfata opinio vtica corroboratur ratione desumpta ex *text.*
24 *in l. si is, qui ff. de iur. fisci*, sicut enim Fiscus præfertur Anterioribus in bonis postea quæsitis, ità prærit ipsa mulier, quod sua dote quibuscumque eadem Fiscus cum dote pari passu ambulant, vt *in l. dotium, C. de priuil. fisci, & l. do-*
25 *tis, ff. de iur. dotium*, quia imò Fiscus non est priuilegiatus, nisi in certis casibus, tamen præter illos vtitur iure communi, *glos. in l. item veniunt, §. in priuatorum. ff. de petit. hared.* sed in dote secus est, ipsa enim regulariter dicitur priuilegiata, *d. l. ff. solut. matrim.* vbi *Soccin. Iun. num. 19. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 93. nu. 4.*
26 quinimò mulierem pro dote esse magis priuilegiatam ipso Fisco, & idcircò si reperiantur duo Instrumenta, vnum pro dote, & alterum pro Fisco præfertur illud dotis, *Bald. in l. dotis, C. de iur. dotium, & in l. ad exactionem, C. de dotis promis. Nicolaus de Neap. in l. 1. ff. solus. matrim. & Socc. ibidem, nu. 5. Soccin. Iun. cons. 19. num. 26. lib. 3. & in d. l. 1. num. 38. & 260. Bulgarin. ibid.* dicens tutiorem *num. 10. Alciat. ibid. num. 22, & de præsumpt. regula 3. præsumpt. 41. num. 3. Cauer. lib. 1. cap. 16. num. 6. variar. resolut.* dicens veriorem, & hanc tenendam opinionem; *Rossi. de Fisco, num. 77.* dicens magis communem esse, quod dos Fisco præ-
27 feratur, *Menoch. loco citato, num. 18, & seqq. & Peregrin. de iur. fisci lib. 6. tit. 6. num. 33. pagina mihi 549.* magis ergò fauendum doti, quam Fisco, cum
28 sit illo magis priuilegiatus, *Gazadin. in cons. 97. Villalob. commun. opin. tit. 32. lib. 7. num. 6.* Si Fiscus in bonis posteà quæsitis præfertur, quanto magis ipsa mulier, quæ est plus ipso fisco priuilegiata, ergò foris cum non esset ponere os in Coelum assequetur creditoribus credi. um afferri, præiudiciũ ex hac communi conclusione respectu bonorum postea quæsitorum; enim verò sunt bona futura subgenerali hypoteca contenta, per quam generá-
29 lem hypotecam minus ius creditoribus constituitur, quam per specialem, vt *in auth. de non alienando, §. nuos igitur in princ. memb. 2. post. num. 19.* Si minus ius acquiritur per generalem, ergò magis ius, & ex consequenti facilius ex causa dotis restringi permittitur, eoquè magis cum contrahentes principaliter intuitu præsentium bonorum contrahant, & non
30 principaliter futura contemplentur, cum de futuris contingentibus quam possit esse, & esse non sit vera determinatio, & nihilominus semper id, quod principaliter agitur erit attendendum, *ex regul. vulg. d. si quis nec causam,*

causam, & ibi *Bart. num. 6. ff. si certum petatur cum concord.* & pondero in casu, de quo agitur non tractari, de tollenda generali expressa hypoteca, sed de illa restringenda, etiam in bonis postea quæsitis, saltim mulier omninò præferri debet propter publicam vtilitatem, quia ex hac dote ista pauperecula mulier seipsam, & quatuor filias nobiles alet, & ipsas nuptui tradet, alioquin fame perire coguntur, ac nubere non possent, & in hoc maximum Reipublicæ interesse consideratur, quod interesse publicum priuato proponi debet *iuxta notatas regulas.*

Nec refert quod in tot annis non inspiciatur decisus iste casus, nam si
31 communis affertur opinio, quę habet vim legis, & lex semper loquitur *l. Ariani*, ibi *semper pro virili obseruantia, C. de hereticis.* ergò nunc quod proponitur, iste casus erit secundum dictam opinionem decidendus, & si forsan reperiretur aliqua sententia in hac materia, quam re vera non inspexi; attamen non facta discussione articuli in individuo nil pœnitus obest, enim verò non dicitur decisum, quod non fuit
32 particulariter discussum. *Bal. in l. receptitia C. de Constit. pecun.* vt in simili refert. *Præs. de Franchis dec. 285. n. 8. vers. nec obstat.* Et si millies in fauorem mulieris secundum præfatam communem opinionem decisum fuisse arbitror, quæ exempla ob pecuniæ carentiam mulier habere nequiuit, quãuis nullo pacto exemplis sit iudicandum *vulgatis iuribus.*

Vltimo, aut opinio prædicta pro vidua est communis, & vera, prout *Ne-*
33 *gusant. sollemnis Doctor*, & nemini secundus asserit *in d. 4. memb. 2. part. num 100. ver. & sic vera est conclusio*, & habeo intentum, aut est dubia opinio (quod nego) & in dubio quando contrariæ essent opiniones, illa proculdubio amplectenda esset opi-
34 nio, quæ magis fauet dotis; *Imol. & alij in d. l. 1. 4. colum. ff. solut. matrim. Capyc. decis. 176. num. 22. & sunt text. vulgati*, quod in dubio iudicandum sit pro dote, *l. in ambiguis, ff. de regul. iuris, & in l. in ambiguis, ff. de iure dotium.* Hæc mihi pro nunc occurrũt, alia verò pro causa dotis pauperrimè viduæ, eruditissimi Iudicantes altiori stilo excogitari dignentur.

Fabius de Falco.

Filius familias, an gaudeat beneficio, l. quod cum eo non obstante renunciatione facta.

SVMMARIVM.

1 *Metus reuerentialis solus cum blasone sufficit ad rescindendum contractũ.*
2 *Contractus meticulosus ob nimiam reuerentiã præsumitur, licet non probẽtur minæ, & verbera.*
3 *Præsentia sola quando sufficit pro rescissione contractus.*
4 *Metus illatus quando dicatur.*
5 *Minæ, verbera, & similia illata coniunctis Domini alijs consanguineis illatæ vtuntur.*
6 *Paria sunt aliquid coactè facere, vel de facili cogere.*
7 *Metus patet ex qualitate personæ superbæ.*
8 *Metus iustus præsumitur secundum qualitatem personæ.*
9 *Metus illatus detegitur ex coniecturis, & indicijs.*
10 *Metus verus quando colligitur.*
11 *Metus causa gestus ratum non habetur.*
12 *Restitutio in integrum datur filio aduersus obligationem contractam.*
13 *Filius fide iubendo pro patre restituitur.*
14 *Filius pro patre non tenetur.*
15 *Filius pro patre tenetur in quantum facere potest.*
16 *Filius emancipatus nouus homo est.*
17 *Exceptio iuramenti quando non obstat.*
18 *Iuramentum quãdo intelligatur præstitum.*

19 Be-

Digitized by Google

19 *Beneficio* l. quod cum eo, *cur renunciari non possit.*
20 *Beneficium cessionis bonorum miserationis causa concessum est.*
21 *Renunciatio Macedoniani non officit.*
22 *Beneficium* l. quod cum eo *introductū est de iure prætorio.*
23 *Iuri publico pactis priuatorum derogari non potest.*
24 *Renunciatio generalis non obstat renunciationi* l. quod cum eo.
25 *Renunciatio beneficij* l. 2. quod cum eo *exigit specialissimam renunciationem.*
26 Decis. 181. & 164. Præs. de Franch. *declarantur.*
27 *Relatum est in referente.*
28 *Certioratio beneficij* l. quod cum eo *quando censetur facta.*
29 *Certioratio fieri debet in principio contractus.*
30 *Forma certiorationis beneficij* l. 2. ff. quod cum eo *quando fauenda.*
31 *Decisio S. C. affertur pro filijs fam. & num.* 34.
32 *Emancipatio filij fam. quando fieri debeat.*
33 *Executio ordinata non militat stante causa metus.*

ALLEGATIO. XXXI.

Pro Io: Petro de Tutijs V. I. D. cum Duciſſa Turris Maioris.

PLuribus rationibus Ioannem Petrū de Tutijs in anno 1591. inſimul cū Patre Eligio obligatum in Duciſſæ Terris Maioris ad aliquid non teneri arbitror; Primò ſiquidem cum in facto ſit pleniſſimè probatum vltra reuerentialem metum, Eligium de Tutijs patrem ſatis terribilem, atque ſuperbum ſemper fuiſſe, cui à filijs obtēperari omninò opus erat, ipſumque Ioannem Petrum filium tunc minorem, & in huiuſmodi obligatione enormiſſimè leſum fuiſſe, cum nil tam de bumbalis Duciſſæ, quā nec de alijs paternis bonis ad ipſum peruenerit, quo fit, vt omnes contractus taliter geſti ſint ex iuris diſpoſitione reſcindendi, exprobati enim iuris eſt, metum ſolum reuerentialem cum enormiſſima læſione, ad reſcindendum contractum ſufficere, iuxta communiter tradita in *l.* 1. §. *quæ oneranda, ff. quar. rer. act. non det. Aym. conſ.* 11. *num.* 12. & *conſ.* 114. *num.* 1. *volum.* 1. *Aiet. in conſ.* 24. *col.* 2. *Dec. in l. pactum num.* 7. *verſic. & tali caſu C. de Collat. Curt. Iun. in conſ.* 141. *nu.* 18. *Paul. de Caſtr. in conſil.* 174. *num.* 2. *volum.* 1. *Riminald. iunior. in conſil.* 5. *num.* 31. & *in conſil.* 42. *num.* 49. *vol.* 1. *Roder. ſuarum alleg.* 24. qui quæſo legatur, & optimè hoc tradit *Couarr. in cap. quamuis de pact. in* 6. *par.* 3. *relect.* §. 4. *num.* 7. & *Grammat. deciſ.* 103. *num.* 49. latè fundat contractus meticuloſos, ob nimiam reuerentiam argui, licèt non probentur minæ, & verbera, & quod in hoc caſu ſolus conſenſus naturalis ad intentionem fundandam attenditur, *arg. text. in l. ſcire oportet,* §. *ſufficit firmare, ff. de excluſ. tut.* quod tantò magis in præſenti themate militare dignoſcitur, ſtante patris nimia terribilitate probata, poſtquam potius verbera, quam verba iſte terribilis pater habebat, accedente quoq; minori ætate, atque obedientia filij obligati, quibus erit etiam addendum, quod quando ſumus in perſona, cui debetur reuerentia, & eſt talis, quod niſi ei moreretur veriſimiliter aliquod mali accideret, tunc ſola præſentia iſtum induxit metum, & in hoc qualiter inſpicitur potentia nocendi, ſicut actus ipſe nociuus, vt per *Anchar. in conſil.* 159. *num.* 4. notant *DD. in l. labeo, ff. de ſtat. liber.* ibi nocere poterit, at in caſu, de quo agitur, nedum de dicto metu reuerentiali, enormiſſima læſione, ac minori ætate pleniſſimè conſtat, verum quoque de veriſimili actu nocendi, etenim hic Ioannes Petrus minor iam antea inſpexerat Ioannem Vicentium eius maiorem fratrem ali-

Digitized by Google

quanti ſper ſeipſum præfatæ Ducissæ pro hac eadem cauſa obligari recuſantem, peſſimè à patre tractatum, & ob illius minas, ſæuitiam, atque ſæueritatem à domo per plures menſes aufugiſſe, vt paternas violentas manus, & verbera euitaret, & tandem, cum extra domum fame periret, & actu redeuntem, quicquid pater voluit egiſſet; vt ſatis, ſuperque in facto probatum fuit, quò circa ex hoc præcedenti facto timidior effectus, eò fortius primo contradicere timuit, nec recuſare ob timorem valuit, ex quibus clariſſimè metum ſufficientem interueniſſe liquet; metus enim alicui illatus dicitur, 4 cum coniunctis ſanguine inferatur, *Bald. in l. 1. C. de indict. viduit. toll. & Fælyn in cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ num. 99. de conſtit.* aſſerens, quod iniurię, danda verbera, & minæ illatæ coniunctis ſanguine, 5 alijs coniunctis dicuntur illatæ, notat etiam *Roland. à Vall. in conſ. 2. nu. 62. & ſeqq.* etenim ſi metus fratri maiori eadem cauſa illatus extitit, vtiq; formidare magis debuit ipſe Ioannes Petrus ſibi etiam inferri; paria enim ſunt 6 aliquid actu facere, vel de facili cogi poſſe, *l. nouiſſimè*; vbi *Bald. ff. quod falſ. tutor. Dec. conſ. 690. num. 10. Pariſ. conſ. 139. num. 17. vol. 4* & pleniſſimè ſectatur, aliaque congerit *Senat. Pedam. in deciſ. 179. num. 24. & ſeqq.* & 7 vltima allegata metus etiam patet ex qualitate ſuperba perſonæ patris, vt dixit, *Bald. in cap. 1. §. item Sacramenta de pac. iuram. firmand. 3. col. verſic. 4.* quæsò qui quidem metus etſi in virum conſtantem cadere debeat, nihilominus ille arbitrabatur 8 iuſtus ſecundum perſonarum qualitatem, *Innoc. in cap. cum delictus, de q. met. cauſ. Dec. in l. in omnibus 39. ff. de regul. iuris*; profectò minor metus cadit in fœmina, quam in viro, & minor pariter conſideratur metus in puero, & minore, vt in hoc caſu, quã in homine maiori, vt latè explicat *Menoch. in tract. de arbitrar. iudic.* 9 *l. 2. centur. 2. caſ. 135. num. 5.* & non ambigitur metum illatum fuiſſe etiã coniecturis, ac inditijs detegi poſſe, *Bald. d. l. interpoſitas, C. de tranſact. Dec. in præcit. l. in omnibus num. 7.* eoque magis metus iſte verus colligitur quandoquidem aſſiduè filius de 10 eo fuit proteſtatus, atque conqueſtus, *Alciat. in reſponſ. 5. num. 8. verſic. 2. Decius in conſ. 219. num. 2. in fin. Menoch.* qui latè congerit *lib. 3. præſumpt. caſ. 126. num. 23. in 9. coniect.* cum itaque obligatio filij meticuloſa appareat proculdubio reiicienda, & de iure annullandam eſſe, diuina propè ſunt verba illa edicti prætoris, quod metus cauſa geſtum erit ra- 11 tam nõ habebo, vt in *l. 1. ff. de eo quod metus cauſ.* vt teſtatur *Menoch. loc. cit. de arbitr. Iudic. caſ. 135.*

Prætereà aduerſus talem obliga- 12 tionem competit huic filio in integrum reſtitutio, per *text. in l. 1. C. de filiofam. minor. fideiubendo*, enim minori pro patre citato ambiguitatem 13 reſtituitur à iure, vt per *Iac. de Sancto Georg. d. l. 1.* & abundè per *Sforzam Odd. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 54. artic. 4.* vbi de communi atteſtatur, & quod contra ſtimulum communis opinionis calcitrari non poteſt, quæ quidem reſtitutio in beneficium filij, eò magis viget, cum pænès eum nil de bumbalis, nec de alijs bonis peruenerit, & ſic vſque nunc ſatis pauper, & nudus reperitur, & iniquum cenſetur, vt filius pro patre 14 teneatur *tot. tit. C. ne filius pro patr.*

Et vltimo indubitati iuris eſt, quod 15 filiusfamilias cum patre obligatus, ſi deindè ſui iuris, vel per emancipationem, vel per mortem patris efficiatur de perſona non tenetur, & in bonis eatenus, quatenus facere poteſt deducto ne egeat, ex notorio beneficio, *l. 2. ff. & C. ac tot. tit. quod cum eo*, & ideò vigore talis beneficij filius nul- 16 lo pacto poteſt carcerari; filius enim dum eſt emancipatus nouus homo per mutationem ſtatus cẽſetur, *Vinc. de*

Digitized by Google

de Franch. decis. 181. *num.* 5. Nec obstabit iuramentum, quoniã nunquam exceptio iuramenti ex aduerso fuit
17 apposita, vltimo quod ex probatis iam est detecta iniquitas iuramenti, vt per *Aflict. decis.* 263. & vltimò cum per emancipationem sit nouus homo effectus, & consequenter non videtur ille qui iurauit, *Vincent. de Franch. vbi sup.* & iuramentum intel-
18 ligitur rebus in eodem statu permanentibus, *l. quod seruius cum simil. ff. de condit. caus. dat. notat Minad. cons.* 17. *col. fin. versic. non obstat, & in repet. constit. in aliquibus notab.* 2. *num.* 34. *in fine.*

Nec est facienda vis in renunciatione tali beneficio facta ex pluribus, primo siquidem ea facilitate, & metu, quo quis ad se obligandum eisdem similiter ad renunciandum fuit inductus, *Felyn. in cap. si diligenti de for. compet.* & ob id obstare nequit, Se-
19 cundo, nam tale beneficium fuit personæ concessum, & miserationis causa introductum, nè in carceribus moriantur filij, quo casu illi renunciari non potest *glos. in l. quia tal. & l. alia, §. eleganter in fin ff. solut. matrim. Specul. in tit. de renuncias. versic. item quod beneficium, Ioannes And. in cap. Odoardus de solut. dictum glos. in omni priuileg. personæ concesso procedi, Bart. Imol. Cuman. & alij in dicto §. eleganter, Cyn. in l.* 1. *quæst.* 10. *C. qui bon. cedere poss.* sicuti dicimus in beneficio
20 cessionis bonorum miserationis causa concesso, vt per *Doct. vbi sup.* quicquid alij dixerint, hæc magis communis, & qua iudicatur opinio secundũ quam pluries fuisse iudicatum, firmat *Guido Papæ decis.* 211. & antè eos copiosè *Bald. in l.* 1. *versic. quærunt DD. C. de cess. bonorum*, & ad saturitatem omnibus relatis hanc eandè tenaciter opinionem, *Matth. Brun.* qui quæso legatur *in tract. de cess. bonorum qu.* 20. *præsenti per tot. & num.* 55. licet ergò renunciationem nullius esset momẽti, quemadmodum dijudicatur
21 renunciatio Macedoniani, *glos. in l. tam, & si, ff. ad Macedon. & l. fin. C. eod. & glos.* 1. *in cap. si diligenti de for. compet. Bart. in l. quis pro eo num.* 10. *ff. de fideiuss. & in l. nemo potest num.* 22. *ff. de legat.* 1. *Abb. in cap. cum contingat num.* 22. *de iureiur.* eòque
22 vehementius viget hæc conclusio cum tale beneficium, *l.* 2. *quod cum eo fuerit introductum de iure prætorio, d. l.* 2. ibi ait prætor, quod quidem edictum est de iure publico, & pro publica vtilitate *Iaf. in §. pænales nu.* 30.
23 *instit. de act.* & iuri publico derogari non potest, nec cum iuramento renunciari; *l. ius publicum, ff. de pact. Decian. in cap.* 21. *num.* 71. *& seqq. volum.* 1.

Prætereà, & tertio aduerto, quod si tali beneficio posset renunciari, q ex præallegatis expressè negatur adhuc specialissima opus fuisset renun-
24 ciatione habita prius plena informatione beneficij, cui renunciatur, exploratí enim iuris est generalem renunciationem non sufficere, vtputa omni legum auxilio, nec etiam specialem vtputa beneficio, *l.* 2. *& ibi glos. quod cum eo*, omnimuerò specialissima requiritur renunciatio, hoc est, vt post beneficij ampliſſimam certioratione specialissimis verbis huic beneficio renuncietur sub hac forma, videlicet, licet ipse filius familias sit benè certioratus propter beneficium,
25 *l.* 2. *&c.* non posset ad solutionem prædicti debiti adstringi, vltimamq; facere possit, cum beneficio prædicto renunciando contentatur, quod eo non obstante teneatur insolidum, colligitur hoc ex *decis. Bald. in l.* 1. *antè fin. versic. tu dicis quod interdum, ff. si quis in iudic. vocat. non ser.* & sequitur *Mandos. ad Roman. in cons.* 219. *in verb. specialissima, & ipsemet Roman. ibi num.* 3. & alij scribentes hoc idem firmant, & melius pro cæteris *Hipp. de Marsil. in tract. de fideiuss. communiter in rubr. versic.* 37. qui omninò legatur cõmuniter, fatentur congesti,

per *Tiraq. in l. si vnquam num.* 124. *C. de reuoc. donat.* Ratio verò præfatæ conclusionis est, quia hoc beneficium filio familias est concessionum miserationis causa, vt fundat *Franch. decis.* 181. *num.* 7. cui non intelligitur renunciatum, nisi in individuo esset renunciatum, *l.* 1. *vbi Cyn. quando imper. inter pupill. & viduas*, quem allegat ipsemet *Franch. vbi sup. num.* 8. & ideò non minus est si *Alber. in rub. ff. quod cum eo*, dum quærit, an huic beneficio renuncietur, exemplificat ipse formam huius specialissimæ renunciationis, ibi & renunciauit ipse.

Nec dicat pars aduersa adesse decisiones dicti de *Franch. in contrariũ*, enimuerò in *decis.* 181. *in fine*, inquit 26 articulum non fuisse decisum, tantò magis cum ibi non fuit tractatum de tali renunciatione, sed de renunciatione generali facta omni legum auxilio, vt ibi, & in *decis.* 164. *numer.* 17. licèt obiter id tractet, potius inclinat pro hac opinione, dum adducit *Alberic. in d. rubr. ff. quod cum eo*, qui exemplificando formam huius specialissimæ renunciationis nil determinat, sed agnoscere videtur, quod quatenus iniustè possit renunciari, requiritur specialissima renunciatio seruata forma ab ipso exemplificata, adeò, quod doctrinæ *Alber.* nedum non obest, sed magis prodest pro hac quã tueor opinione, & licet *in dicta decis.* 164. *num.* 7. dicat, quod sic multoties fuit iudicatum, tamen aduersus *Alberic.* primò alluditur communis, & secundo nõ dicit ibi fuit individuam: Tertiò contrarium probatur ex literis Sacri Consilij productis, &c. *l. si quis instaret*, quod in renunciatione expressè est dictum, *d. l.* 2. & quod 27 relatum sit in referente, *l. esse tot. ff. de hared.* adhuc animaduerto, quod non facta certioratione de efficacia istius beneficij, individualiter censetur generaliter, & subinuoluero verborum facta, ità *Bart. in l. fin. §. idem quæsijt, ff. de condit. indebit. numer.* 21. vbi ait quod, & si vt communiter fit contractibus renunciatur conditioni indebiti sine causa, & actione in factũ, non propterea tollitur conditione indebiti, licèt illi sit renunciatum, quia idem error, qui est in principali promissione, est in hac renunciatione, & sicuti indebitè promisit, ità indebitè renunciauit, sed vt prædicta essent, subdit *Bart.* quod periti Notarij in principio contractus facere de- 29 bent certiorationem iuris, cui renunciatur, idẽ voluit *Bar. in l. sed si quis* 4. *§. fin. verb. vltimo scias, vbi add. in ver. exceptio erroris, ff. si quis caut. & Ias. in l.* 1. *col.* 2. *post n.* 12. *ff. de condit. indebit.*

His adstipulatur id, quod tradit *glos. in l. fin. §. penult. in verb. nam asserant. ff. ad Velleian.* & denique cumulatissimè omnia recensit, & eandem tuetur opinionem, *Scaglion. in Comment. super pragm. incip. Considerantes de Senat. Consulto Velleiano à* 30 *num.* 36. *per totum*, vulgariter describens formam istius certiorationis sub *num.* 49. vt licet possit mulier beneficio Velleiano renunciare requiritur, tùm quod per prius sit benè, & in specie certiorata de eo beneficio, & quod illud importet, renunciatio non valet, quæ opinio *glos.* communiter approbatur, vt per *Dyn. in consil.* 5. *versic. quod autem Padill. in l. fin. num.* 10. *C. de iur. & fact. ignor. And. Gail. pract. observ. lib.* 2. *observat.* 77. *num.* 3. *Thesaur.* qui alios cumulat *decis.* 118. *num.* 3. *in fin.* ampliat hoc etiam procedere si interueniat iuramentum in illa renunciatione facta, absque præfata certioratione. At in casu nostro producta magis militant, eo quia filius familias sic renuncians eo tempore puer, ac minor erat, qui absq; aliqua certioratione quicquid egit merè quam ignorauit, & iniquum est renunciationem ad incogitata, & non debet extendi *l. cum Aquilana, ff. de transact. l. qui cum tutoribus, §. fin. ff. eod. cum simil.* sed vt omnis tollatur difficultas in hac pro-

cessus

cessus sunt productæ copiæ Authenticæ sententiarum, & decretorum Sacri Consilij, etiam iunctis aulis referente doctissimo Ioanne Andrea de Curtis in causa Marci Antonij de
31 Actia, qui licèt beneficio, *l. 2. quod cum eo*, specialitèr per binos contractus cum iuramento renunciauerit, fuit sollemniter iudicatum, quod gaudeat hoc beneficio non obstante renunciatione, & sic pariter in alijs quamplurimis causis ad relationem Theodori, & aliorum sic passim fuit iudicatum, prout ipsemet Ioannes Petrus in hac causa iudicandum fore sperat, cum non fuerit in specie certioratus; Nec emancipatio in fraudem facta dici potest, ex quo non incontinenti post contractam obligationem fuit celebrata, sed ex interuallo temporis latè *Cardin. Paris. in cons. 44.*
32 *num. 47. volum. 1.* & in specie hoc comprobat *Carauit. in Coment. prag. ad Senat. Consult. Macedon. num. 69. in fin.* talis enim cautela emancipationis est introducta ab ipsa *l. 2. ff. quod cum eo*, quo casu aliquam fraudem facere non dicitur, qui actum lege permittente facit *vulg. l. Graccus C. ad l. Iuliam de adult.*

Nec memoriale Ducissæ porrecti per hunc pauperem Iuuenem, aliquid operatur, quandoquidem illud processit durante eadem causa metus, erant enim expeditæ litteræ executoriales, etiam de persona contra
33 ipsum; & nè carceraretur quicquid dixisset, vel egisset nil sibi præiudicasset, quia metus causa processit, *Dec. in consil. 468. num. 23. & consil. 498. num. 17. & DD. in l. qui in carcerem, ff. quod met. caus.* Vltrà quod si ponderatur benè, memoriale potius iuuat obligatum, quia ibi expressè veritatem fatetur, quod debitum est patris, & quod ipse nil habuit, nec habet de bonis illius, & proindè petit non molestari, & Ducissa tunc de hoc informata iussit supersederi, quod vtique non egisset, si contrarium in facto fuisset. Quo circa ex omni capite iste pauper Iuuenis à tali vexatione venit liberandus, prout sic decernì humiliter circumspecto, eruditissimo, ac religiosissimo Regenti Martos supplicat. Cumque de vita, ac libertate pauperis agatur, qui vel in carceribus mori, vel tota eius vita pro alieno morbo indebitè latitare cogeretur, meritò iustum implorat Iudicantis auxilium.

Nec denique omittam, ità nouissimè referente Consiliario Valdouescio fuisse sollemniter decisum per Sacrum Consilium vociferantibus nonnullis creditoribus in consimili causa Ioannis Andreæ Mormilis, filij quondam Scipionis in Banca Chiaiæ Mormilis, quod licet expressè se obligasset, & dicto beneficio renunciasset, attamen non obstante tali simplici renunciatione fuit iudicatum filium prædictum debere gaudere beneficio præfato, cui in specie specialissimam non aliter renunciatum erat, ipsam quidem sententiam vti iustissimam, & in hac causa spero Sacrum Consilium amplexurum fore, eò magis qa maior ratione viget pro filio fuit; in hoc casu, quam in illo, hæc pro nunc occurrunt.

Fabius de Falco.

Additio. Conferunt consimiles Decisiones nouissimè relatæ per *Molfes. cons. 42. in 2. volum. num. 17. ad 27.* ac aliæ per nos relatæ *in Compendio decis. in ver. filiusfam. par. 1. 2. & 3.* vbi plura Thoro.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas testatoris vti Regina regulat voluntates vltimas.*
2 *Recedendum non est à verborum significatione.*
3 *Verba non sunt cauillanda.*
4 *Qualitas verborum expressa testi-*

Digitized by Google

monium certius prohibet.

5 *Coniecturis in claris non egemus.*

6 *Præcepto testatoris obtemperandum.*

7 *Vivius decis.333.adducitur.*

8 *Boer.decis.66. ponderatur.*

9 *Couarr. in cap. filius de testam. nu. 2. adducitur.*

10 *Alexand.cons.9.lib.2.refertur.*

11 *Roder.de ann.reddit.lib.2. citatur.*

12 *Menoch.cons.997.lib.7. declaratur.*

13 *Disponat testator, & fiat lex.*

14 *Interpretatio facienda est, vt legatum valeat.*

15 *Costa de ratione rata quæst. 72. conciliatur.*

16 *Hæres quando teneatur ad onera legati.*

17 *Text. l. si res obligata, ff. de legat. 1. adducitur.*

18 *Testator legando censetur illud legare ius, quod habet.*

19 *Hæres liberatur si legatario rem talem, quam habuit attribuit.*

20 *Text. d.l. si rem, & l. prædia, C. de fideicommiss. S. sed si res instit. de legat. & l. licet, ff. de dot. præleg. declarantur.*

21 *Iac. & alij distinguentes concordant altercationem.*

22 *Tex. in l. alienatio, ff. de contrahend. empt intellectus.*

23 *Verba generalia generaliter intelliguntur.*

24 *Gomes. variar. resol. tit. de legat. cap. 12. num. 39. & 40. explicatur.*

25 *Hæres ad æstimationem tenetur quãdo seruitus lui non potest.*

26 *Testator hæredem magis, quam legatarium diligere videtur.*

27 *Text. in d. l. si res, & l. prædia enucleantur.*

28 *Testator censetur legare, quod ad eum spectabat & ratio affertur.*

29 *Hæres quando tenetur luere rẽ legatã.*

30 *Res qualis legata est, ità præstari debet.*

31 *Gratian. cap. 955. tom. 5. refertur.*

32 *Onera in legato, quando ab hærede luenda.*

33 *Illatio ex diuersis non fit.*

34 *Coniuncta persona est illa, quæ sanguine coniuncta est, non comprehendit Ecclesiam.*

35 *Dec. 447. Præsid. de Franch. declaratur.*

ALLEGATIO XXXII.

Pro Hæredibus quondam Io: Francisci de Pizzis, cum Reu. Capitulo Ecclesiæ Cathedralis S. Thomæ Apostoli Ciuitatis Ortonæ.

AD duo requisita requisitus faciam satis pro viribus. Ad primum non diù morabor, sed citò me expediam, cum, & nos cum parte aduersa parem sequamur non singularem, sed communem sententiam, nempè legatum à quondam Io: Francisco de Pizzis Vniuersali Capitulo Ortonæ relictum eidem Capitulo præstandum, postquã Camilla debitam corporis terram, terræ persoluerit. Consonant expressa testatoris verba præcipuè in codicillo prolata, à quibus nullatenus recedere sano iure permittitur. Addam pauca, ad quæ in hoc plenè scripsit Doctor, nè videar, vt aiunt illotis manibus accedere, dum namque apparet de apertissima testatoris voluntate expressis patefacta verbis, ipsam voluntatem, inquam sedulo insequi debemus, & circa hæc hæsitare esset nedum inscirpo quærere, cum defuncti voluntas, veluti Regina veneranda sit, quæ

1 vitimas regulat voluntates, sic iuris *Con. in l. in conditionibus*, primum locum obtinent in principio, & *l. non aliter, ff. de leg. 3.* confert quod à natura, & propria verborum significatione non est aliter recedendum,

2 *ex l. si alij ff. de vsufr. leg.* insuper verba non sunt cauillanda, *ex Valp. in l.*

3 *2. §. vlt. ff. ad Trebell.* & alibi, & nullum mentis humanæ certius testimonium reperitur, quàm ipsa expressa

4 verborum qualitas, perbelle *Surdus decis. 247. num. 19.* & latius per *Pirquell.*

Digitized by Google

quell. in l. si vnquam num. 17. in verbo liberti; vltra quod in claris non egemus coniecturis, *ex l. continuus*, §. *cum ità, ff. de verb. obligat. Caphal. cons. 138. Rolan. cons. 62. volum. 3.* in puncto, *Magon. decis. 54. num. 31.* innumeris alijs consultò omissis; luuat tamen adnotare testatoris voluntatem etiam, atque etiam obseruandam fore, adeò, vt potius testatori, quam legi sit parendum, hinc adhuc testatoris in sano præcepto est obtemperandum, vel saltem de facto luculenter multis comprobat iuribus *Franciscus de Petris*, ille quondam meus candidissimus amicus I. C. Summus Poeta, summopere à me dilectus, *Festiuar. lect. lib. 1. cap. 5. num. 2. vsque ad 3.*

Secundum verò articulum longioti calamo non immeritò prosequar, firmiter asserendo prædium Zogatti legatum Reuerendo Capitulo deberi eidem legatario cum annexo onere annui redditus, nec onus prædictum ad hæredes spectare, prout aduersarij contendere autumant. Consideremus paulisper præcipuos *DD.* à Capitulo in eius fauorem tractos.

Allegatur *Viu. decis. 333.* qui verba habet in materia feudali, & in materia legatarij; tangendo tantummodo, annuum redditum, onus hæreditariũ esse, non igitur habemus propriam singularem nostri facti materiam.

Boer. dec. 63. similiter, nec nostrum particularem dixerit articulum, & forsan disparem casum sectatur, vt patebit subtiliter illum consideranti.

Et *Couarr.* cum ipsis allegatus in *cap. filius num. 2. de testam.* fatur, cum ad legatarium nil emolumenti ex legato peruenerit (non enim fas est ad onera obligari, & commodum non accipere) ibi *Couarr. num. 2. versic. hic viam, & versic. hæc tamen*, nos verò sumus in facto, quo maximum emolumentum Capitulum sequitur, onus enim ascendet ad duc. at lucrum ad duc.

Alexand. consil. 9. in fine lib. 2. pariter est in casu nuper habito, per *Coouarr.* quando ex legato nihil prorsus legatarius assequeretur *ibid. num. 12. & 13. per totum.*

Roderic. de ann. reddit. lib. 2. tenet equidem contrariam opinionem, sed perfunctoriè, non tractando professo calamo hunc articulum, & tamen ipsemet *Roderic.* fatetur, quod *Padill. & Salazar* aduersam tuentur opinionem, *ibi nu. 6. circa finem.*

Parum pro Capitulo confert allegatũ *Menoch. consil. 997. lib. 10.* cum potius nostram faueat sententiam, facta eo in consilio aliter se habebat, hoc est concurrebant adminicula; Primo, ibi testator expressè mandauerat suis hęredibus, vt ipsi omnia, & quæcumque debita omnibus debitoribus persoluerent, *d. cons. num. 14. versic. 3.* comprobatur. Ecce quod sumus in claris, quia sic testator voluit, & disponat testator, & fiat lex ex decantato, §. *disponat, auth. de nupt.* Secundo ibi debita, seù annui redditus totum assumebant, seù euincebant legatum palatium, Testatur idem, *ibi num. 21. 22. 23. 24.* meritò hæres tenebatur luere, nè legatum redderetur elusorium; sumenda est interpretatio, vt legatum potius vtile afferat, *text. est in l. Mœuius, l. qui concubinam*, §. *qui hortos, ff. de leg. 3. & d. l. si res obligata*, Mitto quod *Menoch. eo consil.* est pro nobis, & roborat inferius nostram cum distinctione enucleandam sententiam ex communi, & germano *DD.* sensu, quod si onera absorbent, teneatur hæres luere, si verò non absorbent, teneatur legatarius recipere rem legatam, prout inferius demonstrabo.

Allegatur *Cost. de rat. rat. quæst. 72.* hinc distinctè affirmat onus annui introitus hæreditarium esse, nec non hæredem, hoc onus luere teneri citat supracitatos *DD.* ipse tamen in responsione ad obiectum, ibi *num. 1. in fine*, hanc ponit distinctionem, vel

lega-

legatur à testatore res propria, vel res aliena si res propria, tunc hæres teneatur ad onera, si verò legatur res aliena eo casu ad legatarium pertinet
16 onus, ad hoc quamplures cumulat *DD. Bart. in l. prædia, C. de fideicomm. Iaſ. in l. apud Iulianum, §. ſi Titius, Bal. in l. cum alienam, C. de legat. Caroc. deciſ. 31. num. 22. Nacl. conſil. 100. num. 8. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 1. num. 39. & lib. 9.* Habita igitur pro vera eius opinione, adhuc ſecundum hanc diſtinctionem *Conſt.*, conſtat veram eſſe noſtram ſententiam, & ipſe nobis fauet; legauit namque Ioannes Franciſcus partem territorij: Rogati (vbi eſt onus) dum erat res aliena, & non propria, quia erat pars Octauij de Pizzis, quæ pars non poterat ſpectare ad Ioannem Franciſcum, niſi poſt mortem Hyppolitæ de Bernardis, & ipſe Io: Franciſcus præmortuus fuit Hyppolitæ, igitur illam partem territorij legando, rem quaſi alienam legaſſe videtur, & conſequenter onus redditus ad legatarium ſpectare, ſecundum *Conſt.*

Verum enimuerò articulum altius proſequendo, & de veritate quæſtionis ſerio, & radicitus indagando, num redditus annui, ſeù onera in re legata implicata ſpectent ad hæredem, an potius ad legatarium; Fatèdum quod hæc materia ſatis ſuperque caliginoſa ſit varijs, legum anfractibus, ac *DD.* ambagibus perturbata, & vt cõmunis aſſerit in *l. ſi res obligata, ff. de leg. 1.* eſt ſatis inuoluta, & peius ei *DD.* declarant.

Pro coronide fundamentum iacto, quod cum teſtator aliquid legat, cenſetur illud legare, prout habet cum
18 onere, & ſolum ius, quod in re habet adſunt conſoni, *text. in l. ſi domus, §. fin. ff. de legat. 1. l. idem Iulianus, eod. tit. l. Sticho, ff. de vſufr. leg.* Hinc hæres proculdubio liberatur ſi legatario tẽ talem, qualem habuit, attribuit *l. legatum, §. fin. & l. ſeruo legato, §. ſi fundus l. à ſubſtituto, ff. de legat. 1.* In noſtri facti contingentia teſtator legauit fundum Rogatti, & per conſequens ex nuper allegatis legibus talis qualis reperitur, cum onere redditus erit capitulo legatario tradendus.

Porrò non ſatis officiunt *texti*, pro contrarijs allegati, puta *d. l. ſi res obligata, ff. de legat. 1. l. prædia, C. de fideic.*
20 *commiſſ. §. ſed & ſi rem ſuam inſtit. de legat.* adde *text. in l. licet, ff. de dot. præleg.* Ex quibus ſummatim perceptis inſurrexit definita opinio, hæredem cogi ad luendum, & liberandum rem legatam; Sed parcant mihi, illaqueantur enim ſic generaliter aſſerendo, & nè videar temerè hoc aſſerere recurro (prout ſoleo) ad *Iaſ.* mihi ſemper Venerabilem, qui hos *texts.* inter sè pugnantes, mira verborum claritate enucleat, cum alijs *DD.* diſtinguendo, ponendo, vt aiunt, gladium ad radices. Ea eſt diſtinctio, quam lucidando refert; Vel obligatio, ſeù onus rei legatæ eſt tale, cuius cauſa poteſt à legatario funditus auerti, & reuocari legatum, vel per tale onus euictio legati totaliter non pullulat; primo caſu hæres tenetur luere, cum diſtinctione, tamen *text. in præcitata l. ſi res obligata, & d. l. prædia.* Secundo verò caſu ſeruandi ſunt *texts.* contrarij, ſcilicet legata eſſe tradenda, prout ſunt cum oneribus, vt *dicta l. ſi domus, §. fin. l. idem Iulianus*, & cæteri ſuperius allegati, ſic clariſſimè diſputat, & refert *Iaſ. in d. l. ſi res obligata*, & teſtatur de communi *ibidem num. 5. verſic. & iſta ſolutio*, communiter tenetur *Bart.* præſertim *in l. ſi domus, §. de euictione circa finem verſic. ſed ſi rem in totum, ff. de legat. 1.* idem aſſerunt *Alexand. Paul. de Caſt. num. 9. verſic. aut eſt extrinſeca, Imol. & alij in eadem l. ſi res obligata, Glaſ. apertiſſimè in §. ſed, & ſi rem ſuam inſtitut. de legat.*

Et quamuis idemmet *Iaſ. dicat, Com. Bar. & aliorum diſtinctionem*, non in totum dubia eneruare, attamen paulo poſt eam benè ſaluat, &
21 robo-

roborat, respondendo *ad text. in l. vxor patrui, C. de leg. & ad text. in l. quod in rerum*, §. 1. *ff de leg.* 1.

Pro nostra vallanda sententia accedat ad *text. in l. alienatio, ff. de contrah. empt.* sumpta regula, quod res in alium transit cum sua causa, vel onere; Nec obest dicere hunc *text.* intelligi respectu tributorum, & collectarum, prout plures asserunt *DD.* & signanter *Const. supracitato loco nu.* 4. & 5. alios referens.

Nam respondetur *text.* esse generaliter intelligendum, quia generaliter loquitur, & verba generalia gene-
23 raliter debent accipi; *l.* 1. §. *& generaliter, ff. de leg. præst. l. regula*, §. *fin. ff. de iur. & fact. ignor. l. pluribus, ff. de Acceptil.* Insuper quæ est disparatio circa collectas, & circa annuos reditus? deindè *glos. ibid. in l. alienatio*, loquitur generaliter respectu creditoris, non tantum Fisci.

Denique non officit, quod subtiliter more suo asserit *Gomez variar. resolut. tit. de leg. cap.* 12. *num.* 39. & 40.
24 conatur enim disparem afferre rationem, vt scilicet *text. in l. seruo legato*, §. *si fundus, & d. l. Mœuius, &c.* habeāt locum, quando onus seruitutis est annexum legato, non de alio onere, dans rationem, quia seruitus est qualitas intrinseca, quam testator, vel hæres remouere non potest, meritò transit ad legatarium; at pignus, vel hypotheca, quia fundatur in debito pecuniario, illa hæres potest remouere.

Patet multifariam responsio; primo quis dicit, quod seruitus nequeat auferri, concordando se hæres cum
25 Domino illius? Secundo dato, quod seruitus lui non possit, hæres deberet ad extimationem teneri, liquet ex similibus *text.* nempè *l. non dubium* §. *fin. ff. de leg.* 3. & §. *non solum instit. de legat. & l. qui concubinam*, §. *si hæres & §. fin. ff. de leg.* 3. sic pariter dicere possemus in tributis, & collectis, vel quod poterunt à Fisco lui, vel quod extimatio esset præstanda. Tertio nec consonat sequela, onus potest tolli, ergò illud tollere debet hæres, quinimò potius sequelam facerem, onus potest tolli, ergò illud deberet luere legatarius, ipse enim commodum legati sentit, & qui sentit commodum debet incommodum adhuc pati, ex decantata *l. secundum naturam, ff. de regul. iur.* Cæterum idemmet *Gomez* nostram distinctionem quasi compro bat, & pro hac sententia est fere allegandus, vt ibidem est videre.

Quid plura? illa pro nobis canit regula testatorem magis hæredem, quã legatarium diligere, præcipuè verò
26 cum hæres est coniunctior persona, (vt in nostri facti serie) sunt, *text. in l. Titia*, §. *qui in vita, l. vnum ex familia*, §. *si rem tuã, ff. de leg.* 2. *l. nũmis, l. qui cõcubinã* §. *cum ità* il primo, *ff. de leg.* 3. *l. Sticho in fin. ff. de vsufr. leg.* plenè *Crauett.* licèt pro contraria ex errore allegetur *cons.* 52. *num.* 4.

Conferunt coniecturæ voluntatis testatoris, tex. *enim in d. l. si res obliga-*
27 *ta, & l. prædia asserunt*, quod si hæres ostendat contrariam testatoris voluntatem, tunc onera legatorum transeunt ad legatarios in casu nostro inspiciendo mentem Ottauij de Pizzis, non fuit velle implicare territorium Rogatti in beneficium Capituli legatarij, sed illud implicare territorium in extinctionem suorum debitorum, vt ex eius testamento clarè apparet. Neque ea fuit voluntas Ioannis Frãciscí, nam ipse velut in recognitionem, & compensationem oneris, & annui redditus, quod erat in parte territorij Octauij, reliquit integram aliam suam eiusdem territorij partẽ magni valoris, item capitale duc. 500. cum redditu annuorum ducatorum 35. volens, quod casu, quo legatarius capitulum recusaret, vel diminueret mandata in legato, statim legatum aboleretur tanta fuit voluntas testatoris, vt simpliciter prædium legatum, prout erat, transiret.

Mitto, quod ex praxi in dies legata

præ-

Digitized by Google

prædia, vel domus recipiuntur á legatarijs cum eorum oneribus, & redditibus, dummodó sint in lucro.

Mitto pluries, & pluries DD. quos adhuc possem pro nostra fundata sententia adducere, sed placet potius *text.* in testes afferre, quam longam seriem DD. in nauseam coaceruare.

Per hæc omnia licet hoc leui papyro non tamen leuiter patefactum censeo, hæredes quondam Ioannis Francisci de Pizzis non teneri ad liberandum territorium Rogatti ab onere census debito Rocco.

Vidimus DD. pro contraria allegatos, vel nostram non oppugnare sententiam, vel cum distinctione concordari pro nobis, vel quosdam perfunctorié loqui, & non in concusso calamo *Text.* apertissimos superius adduximus, quos nequeunt aduersæ responsiones profligare, vel excludere; legibus contrarijs cum communi distinctione satisfecimus concludendo, tunc hæredem teneri, cum onera, seú redditus totam rem legatam absorbent, sin veró, secus ostensus fuit, *text. in d. l. alienatio*, qui generaliter est intelligendus pro hac sententia; Parum obest differentia, quam conantur DD. ponere in tributis, collectis, & annuis introytibus. Habemus regulam satis tritam, Testatorem magis diligere hæredem, quam legatarium. Coniecturas non parui momenti attulimus, quibus mens testatoris dilucidatur pro hæredibus. Denique inueterata indubitata praxis inspicitur. Quæ omnia cuique saniori iudicio humiliter submicto, cum Ianuarius, vel Ianua sim, quibus suis iustis censuris patefacta.

Subtilissimé, ac clarissimis cum distinctionibus more suo acutissimus, ac peritissimus I. C. Ianuarius Grossus, meus Dominus enucleauit nodos, lucemque
28 attulit nebulosæ, *l. si res obligata, ff. de legat. 1.* Cuius opinioni assentior ex cõiecturata mente testatoris per eum considerata, quod nempé voluerit tantum, quod ad eum spectabat legare, & non vltra hæredem grauare, quod consonum est eidem *l. si res obligata*, & videatur *Cardin. Mantica in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 1. à num. 11. in antea, & eod. lib. tit. 9. num. 11.* Ratio est, quia legatum censetur factum de eo, quod testator disponere poterat, vt minus hæredem grauet; *Marta latè in decis. 20.* qui loquitur de emphyteusi antiqua.

Accedat insuper pro confirmatione opinionis prædictæ, quod legatum fuit
29 in specie, nempé talis territorij, non autem in genere, si plura videlicet testator habuisset territoria, & legatarius obligatum eligerit, nam iste casu, hæres hypotecam luere teneretur, iuxtá *text. l. si res obligata*, & hic non est casus noster, sed primus exemplificatus, in quo hæredem non teneri, dixit *Marta in decis. 108. & Bart. in fin. 85.* qualis enim res le-
30 gata est, itá præstari debet, dixit *Consultus in l. seruo legato, §. si fundus, ff. de leg. 1.* & ítá sentio.

Hac visa allegatione per Reuerendũ Capitulum tunc acquieuit, & voto huic dato per Ianuarium Grossum, ab vtraq; parte in aduocatum arbitrum electum illico paruit.

Misso postmodum hoc iuris responso, (vt eius diceret sententia) Iulio Cæsari Ianuario I. C. peritissimo, ille quidam excitauit motiua, & si pluribus laudibus responsum extollerit, quibus rescribere fas est.

Ad disertissima dubia agitata per D. Iulium Cęsarem Ianuarium Compatrem meum dilectissimum, qui & dilectissimus est Astreæ ob eruditissimam legum explanationem, prout iugiter demonstrabunt eius volumina quæstionum legalium Typis citó tradenda, Aduocatum numquam satis laudabilem; conabor respondere.

Ad. allegat. Gratian. in disceptat. 955. tom. 5. qui asserit num. 24. & 25. quod hæres teneatur proculdubio luere
31 onera legati, hæc adaptatur responsio. *Gratian.* etenim in eius facti serie supponit, quod testator fuerit in pleno, ac perfecto dominio rei legatæ, & nulla

pars

Digitized by Google

pars ei defecerit, talis non est casus noster, nam Franciscus Antonius de Pizzis testato cũ legauerit territorium Reuerendo Capitulo non erat in pleno, ac perfecto dominio dictæ rei legatæ, adhuc etiam vitam in humanis degebat Hyppolita de Bernardis, quæ possidebat territorium prædictum, vt hæres vsufructuaria, & proindé Franciscus Antonius tunc nec perfectum dominium habebat rei legatæ, & sic vita est functus.

Ad illud obiectum, quod hoc sit legatum pium, quapropter totum deberi legatario, & onera illius esse ab hære-
32 de luenda, ex *Tiraquell. de priuileg. Pia causa priuileg. 66.* Respondeo casum *Tiraquell.* fuisse longé varium á nostro. Ibi loquitur circa *text. in l. non dubium, §. vltim. ff. de leg. 3. l. cum alienam, C. de legat. & §. non solum instit. eod.* in terminis videlicet num debeatur legatum rei alienæ ignoranter factum, & ibi nullum verbum adest in materia nostra, *text. in l. si res legata,*
33 *ff. de legat. 1.* vndé ex diuersis non fit illatio per vulgatam regulam, nitto, quod etiam in materia *Tiraquelli*, innumeri *DD.* tenent contra eius opinionem, vt per ipsum est videre *in eod. priuileg. 66. versic. contrarium tenent.*

Vt satisfaciam inductioni factæ de coniuncta persona ad Ecclesiam, meminisse oportet, quod *Panormitan. & alij in cap. filius eod. tit. & Iason in l. cum*
34 *alienam, C. de legat.* asserunt coniunctam personam intelligi ratione sanguinis, & ideó non comprehendi Ecclesiã. & ad *glos. in l. si res obligata*, dicimus, quod non loquitur de Ecclesia, sed de coniuncta persona, & quando aliter diceret, esset intelligenda secundum distinctionem á nobis superius allatam, hoc est, quando onus absorberet integram rem legatam.

Non obstat *decisio de Franchis 547*, quia dispar est casus, ibi namque lega-
35 tum fuit in totum eiectum, quod non est in casu nostro, quinimó illa decisio confirmat nostræ distinctionis phœdus propé enucleatum.

Ianuarius Grossus.

Additio. Fundo legato si hypoteca inchaderat, vel vsusfructus non erat testatoris hæres luere tenetur, & onus redimere. *Aluarard. de coniect. ment. testat. lib. 4. cap. 1. num. 64.* & quod legatum factum á testatore rei non suæ, licet sit nullum si in eo habet aliquod ius censetur illud ius relinqui, probat; *Molfes. de contract. tom. 2. tract. 13. cap. 5. num. 71.* & onus soluendi censuum fundi relicti, vel ad hæredem aliquando, vel ad legatarium spectat, non tamen fauore piæ causæ legataria, nam tunc ad hæredem spectabit, dixi probando in *Summa priuileg. piarum causarum priuileg. 188.* conferunt hijs tradita per *Ciarlin. controuers. forens. tom. 1. cap. 70. Carena variar. resolut. in resol. 16. per totum.* Nec pro confirmatione dictorum I. C. præstantissimi Ianuarij Grossi. Thoro.

SVMMARIVM.

1 *Compensare, & soluere nihil refert.*
2 *Compensare est soluere.*
3 *Qui compensat, censetur realiter soluere.*
4 *Compensatio solutio est.*
5 *Compensatio quando intelligitur facta.*
6 *Compensatio est facta solutio.*
7 *Compensatio fit per contrapositionem partitarum.*
8 *Contrapositio partitarum permittitur mercatoribus approbatis.*
9 *Libris mercaturum non creditur, si alia diuersa vltra mercaturam continent.*
10 *Statutum permittens, quod libris mercatorum credatur qualiter intelligatur.*
11 *Partitæ descriptæ in libro, debent esse conferentes ad mercaturam.*
12 *Compensatio non fit ex debitis diuersis inter diuersas personas.*
13 *Compensatio, & extinctio debiti quãdo dicatur facta, vel non facta.*
14 *Hæreditas non adita representat personam Domini.*

15 Hære-

Digitized by Google

15 *Hæreditas adita desinit esse hæreditas, & transit in dominium hæredis.*
16 *Hæreditas adita non dicitur amplius testatoris.*
17 *Hæreditas adita, desinit esse hæreditas.*
18 *Compensatio non admittitur de indebito, cuius dies non cessit.*
19 *Compensatio ad hoc, vt fiat dies, debet cedere.*
20 *Voluntas testatoris est lex.*
21 *Dolus præsumitur si quis quod facere debet, & non fecit.*
22 *Tutor præsumitur in dolo, quod non fecit, ad quod tenetur.*
23 *Administrator tenetur reddere rationes.*
24 *Administrator tenetur edere libros, nec excusatur dicendo amisisse nu. 25. nec sufficit ostendere listam, seù bilancium nu. 26.*
27 *Pater quando tenetur, vel non tenetur reddere rationes filio.*
28 *Pater conuenitur à filio actione negotiorum gestorum ad reddendam rationem.*
29 *Dos data ab Auo nepti, an imputetur in legitimam filij: contraria opinio num. 35.*
30 *Dos non imputatur in legitimam filij ex coniecturis.*
31 *Auus quando stipulatur dotem, sibi reddi non imputatur.*
32 *Mentio de patre non facta in stipulatione, nè dos in legitimam non imputetur.*
33 *Pater quando habet plures filios, dos non imputatur in legitimam.*
34 *Filius quando est pauper, non imputatur dos data ab Auo nepti in legitimam.*
36 *Donatio facta inter viuos, non imputatur in legitimam vt fuit decisum.*

ALLEGATIO XXXIII.

EX hac facti serie ostenditur post institutionem factam per D. Mariam Lomellina in personas Nicolai, & Io: Francisci filiorum Iacobi Pinelli, & D. Violantis vxoris suorum nepotum, hoc est pro duabus tertijs præfatus D. Nicolaus, ac pro alia tertia parte Io: Franciscus sub conditione augumenti, & multiplici in eorum beneficium faciendum per D. Iacobum eorum patrem Administratorem relictum assignandi tempore, quo á paterna potestate fuerint absoluti, aut vnus ipsorum respectiué; fuisse indé per ipsum D. Iacobum adnotatas quasdam partitas in eius libro ad debitum, & creditum ipsius D. Nicolai, hoc est, ad debitum summę ducatorum nonaginta millium, & ad creditum summæ scutorum triginta millium, ex hæreditate ipsius D. Mariæ peruentorum pro duabus tertijs: subsequuta indé ordinatione facta in testamento ipsius D. Iacobi, vt nempé obseruari, & executioni mandari deberet omne quod receptum fuisset, & esset scriptum in libro ab eo scripto, tám ad debitum, quám ad creditum, itá quod totum debitum ipsius D. Nicolai quantumcumque esset dissolueretur, & extingueretur, adeó, quod ipse teneatur soluere, seú conferre eius fratri tertiam partem eius, de quo debitor esset tempore mortis testatoris.

Ex ijs ante omnia comperitur, si inducta videatur compensatio ex dicta contrapositione debiti, & crediti, & si
1 benè compensare, & soluere nihil refert *Afflict. decis. 121. num. 4.* nam com-
2 pensare est soluere, itá *Surd. decis. 19. num. 1. Maur. Aretin. in tract. de solut. cap. 2. S. 5. num. 7.* & qui compen-
3 sat, censetur realiter soluere, *Mandell. consil. 501. num. 8.* & compensatio so-
4 lutio est, idem *Mandell. cons. 704. nu. 2.* quo circa compensatio intelligitur facta
5 quando creditor in vna parte libri se facit creditorem, & in alia debitorem, & est in facultate debitoris in casu prædicto, in quã causam compensare velit, *Vrsill. decis. 121. nu. 3.*
6 Adhuc tamen talis compensatio dicitur ficta solutio, *Surd. consil. 142. nu. 12. cons. 112. num. 56. consil. 82. nu. 4. decis. 161. num. 12. decis. 186. num. 3.*

decis.

Digitized by Google

decis. 191. *num.* 5. *Honded. consil.* 41. *num.* 11. *vol.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 48. *num.* 35. *Cancer. var. resolut. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 59. *Ludouis. decis.* 342. *num.* 5. *Giurba obseruat.* 106. *num.* 5. *Maurus Aret. vbi supra. Farin. dec. ciu.* 650. *tom.* 1.

7 Et si benè hoc procedere videatur inter mercatores quedam compensatio fieri per contrapositionem partitarum, vt inquit *Magon. decis. florent.* 3. *num.* 30. *Maur. Aret. d. tract. d. cap.* 2. §. 13. *num.* 2. *cum alijs apud Anton. de Amat. variar. resolut. tom.* 1. *resolut.* 41. *nu.* 3. hoc verificabitur in illis mercatoribus, dumtaxat, quod fuerunt approbati, vt inquit *Genua de script. priuata lib.* 4. *tit. de libris mercatorum num.* 25. & vltra alia circa hoc requisita ab eo tradita eorum libris non creditur, regulariter si alia diuersa con
9 cernentibus mercaturam continentur, *Monac. decis. Bonon.* 7. *num.* 23. & ad hoc subiunxit *Genua vbi supra*
10 *num.* 30. quod statutum dictans, quod libris mercatorum plenè credatur, interpretatur, ac intelligatur dumtaxat in pertinentibus ad mercaturam, & eorum officium, non autem in aliis, & rationes reddit *in sequenti num. & num.* 25. dixit requiri, quod
11 in dicto libro sint descriptæ partitæ, pertinentes ad mercaturam, siuè exercitiũ, de quo tractatur, & non ad aliud, imò subiunxit *num.* 88. quod exposcitur in ipso rationũ libro, q̃ sint descripta data, & recepta, & à quo, & ex qua causa, vt veritas, & falsitas ex eo deprehendi valeat.

In casu autem nostro non aliter inter mercatores agebatur, sed inter personas qualificatas, neque pro rebus continentibus mercaturam, & inter diuersas personas, quo fit, vt compensatio fieri non debeat de debito ex diuersis causis, nec de omne debito, & credito diuersarũ personarum, *Mandell. consil.* 166. *num.* 11. *volum.* 2. eo quia compensatio, & extin-
13 ctio debiti non dicitur facta per appositionem partitarum ad nomen debitoris per creditorem adnotatam, non per modum solutionis, sed constituendo in eis debitorem soluentem vti creditorem per modum, vt vulgariter dicitur *dare, & hauere*, vt probat *Anton. de Amat. vbi sup. num.* 2. prout in facto isto ostendebatur.

Comprobãtur prædicta, quod cum hæreditas ipsius D. Mariæ adhuc non fuerat adita per dictum Dominum Nicolaum dici non poterat bona esse quæsita, nam certum est, quod hære-
14 ditas nedum adita representat personam Domini, *Mandell. consil.* 232. *nu.* 9. & per aditionem hæreditas desinit esse hæreditas, & transit in dominium hæredis *l.* 1. §. *veteres, ff. de acquirend.*
15 *poss. vbi Glos. & Doct.* cum alijs apud *Monticul. de inuent. cap.* 1. *num.* 156. & sic hæreditas adita non amplius te-
16 statoris dicitur, sed benè hæredis, *Bart. in Auth. de non elig. Secund. nub.* & talis hæreditas adita desinit esse
17 hæreditas, *idem Bart. in l. bona nu.* 4. *ff. de bon. poss.* quo fit vt compensandi animo cum debito, cuius dies nedum venerat legatum factum non censetur, plenè *Surd. decis.* 119. *num.* 9. &
18 sic compensatio non datur cum debito, cuius dies non cesserit, *Gratian. discept. forens. cap.* 224. *num.* 25. & compensatio ad hoc, vt fiat requiritur,
19 quod debitum tunc possit exigi, *Cornaz. decis. Lucens.* 54. *num.* 36.

Ad secundum obiectum accedendo concernens ordinem datum ab ipso D. Iacobo mandante omnia, quæ scripta sunt in suo libro seruari, tàm ad debitum, quàm ad creditum, & quod attendi, & stare debuerat omnibus, & singulis in eo contentis, ex quibus videbatur ipse D. Nicolaus debitor potius quam creditor; Replicabatur nullam esse habendam rationem dicti libri; & contentorum in eis postquam
20 non fuerat principaliter seruata voluntas testatoris, quæ lex est, §. *disponat, Auth. de nupt.* mandauerat enim ipsa testatrix multiplicari hæredita-

Digitized by Google

tem suam in beneficium suorum nepotum, vt indè de effectibus suis assignaretur multiplicum, de quo nil apparet fuisse gestum per ipsum administratorem, vndè ex hoc videbatur do-
21 lus resultari; nam dolus præsumitur in eo; quod quis non fecit id, ad q tenetur, & scit se teneri, *l. tutor, qui repertorium, ff. de admin. tut. l. dolo, ff. ad l. Falcid. Celsus Burgal. de dolo lib. 2. cap. 3. nu. 21.* & propterea tutor præsumitur in dolo, qui tenetur ratione officij, & non fecit id, quod tenebatur, sic administratores rerum alienarum
22 eodem modo, quo tutores in dolo præsumuntur, *Mascard. de probat. conclus. 139. num. 16.*

Et vltra prædicta de iure est comprobatum, quod administrator tenetur reddere rationem administratio-
23 nis, *Berouf. cons. 112. nu. 31. volum. 2. Mandell. consil. 369. num. 4. Monac. decis. Bonon. 39. num. 33. Muta decis. 32. num. 1. Escob. de Ratio. cap. 32. nu. 2.*
24 & debet ostendere libros illos, & tradere videndos, & calculandos, *Honded. consil. 109. num. 44. volum. 1. Escobar. d. tract. cap. 10. num. 103.* ità quod administrator, qui tenetur exhibere
25 librum non excusatur, si iurat illum non habere, sed dimisisse pænès factorem, seù Castaldum, & fuisse deperditum, *Honded. consil. 19. num. 26. volum. 1.* quod adeo verum est, quod si difficultas, vel impossibilitas inesset in exhibitione librorum, vt ex illo rectè perpendi possint partitæ acceptorum, & datorum non sufficit ostendere li-
26 stam, seù bilancium, vel alios libros perfunctoriè scriptos, vt ex *Soccin. consil. 24. lib. 1.* & in terminis *Rota Genuens. 187. Bald. consil. 353. lib. 1.* probat *Escob. d. cap. 10. num. 70.* quo fit, vt cum fuerit relictum multiplicum ex hæreditate ipsius D. Mariæ; neutiquam ex ea ipse vsusfructus acquirebatur, & licèt vti administrator bonorum ipsorum esset ipse D. Iacobus, & per consequens ad rationem com-
27 putorum teneri non videretur, sed tantum ad bona tradenda, vt inquit *Escob. d. tract. cap. 3. num. 23.* tamen subdit ibidem si administrauerit, vt tutor, vel curator, vel si Castrensia, vel quasi administrauerit proculdubio rationem ipse reddere debet. *Bart. in l. si quis, §. fin. ff. de neg. gest.* sicque pater si administrauerit bona filij per
28 eum conueniri potest actione negotiorum gestorum, & tunc fit compensatio de fructibus exactis cum alimētis filio præstitis, optimè *Gratian. cap. 252. num. 34. & 35.* & sic non de capitalibus.

Restat postremò differere si dos data per ipsum D. Iacobum, D. Iacintæ filiæ ipsius D. Nicolai, ac nepti ipsius D. Iacobi Aui imputari debeat, in legitimam filij, ità vt conferri debeat,
29 nam & si iuxtà communem traditionem *DD.* asserentium imputare debere, post *Valasc. in praxi partit. cap. 13. num. 24. & Consil. Pascal. de vir. patr. potest. part. 2. cap. 7. num. 17. & 28. cum alijs apud Mangil. in tract. de imput. & de tract. qu. 20. Paul. Bellon. in tract. de potest. eorum, quæ in contin. fiunt lib. 1. cap. 183.*
30 Adhuc tamen id limitare videntur, secus esse quando ex coniecturis contrarium appareret, post *Gamba decis. Lusit. 34. numer. 2. Mangil. eod. tract. quæst. 21. num. 32.* Prima siquidem
31 coniectura elicitur quando Auus stipulatus esset dotem ab eo datam sibi restitui, quoniam tunc dos in legitimam patris non imputabitur, latè *Mangil. eodem tract. loco supra citato num. 22.*

Secunda, quando in stipulatione constitutæ dotis nulla fuerit facta mentio de patre neptis, quo casu non
32 imputabitur in legitimam filij, *Merlin. in tractatu de legitima, quæst. 7. num. 17.*

Tertia coniectura est quando Auus plures filios haberet, & dotaret filiam
33 vnius filij, *Merlin. d. tract. quæst. 19. num. 21. & Mangil. eod. tract. quæst. 21. num. 39.*

Quar-

Digitized by Google

Quarta coniectura est quando filius esset pauper, quo casu ipsa dos, sic data
34 non imputaretur in legitimam filij, *Mangil. eod. tract. quæst.* 19. *num.* 2. & melius *quæst.* 20. *num.* 8. *Merlin. eod. tract. lib.* 2. *art.* 2. *q.* 10. *nu.* 7.

Nam hoc casu Auus tenetur neptem dotare, post *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 3. *num.* 1. *Mangil. d. tract. quæst.* 21. *num.* 58. *sectatur Iulius Capone quæst. legal. de solut. matrim. q.* 4. *nu.* 71.

Hæc omnia concurrebant coniecturæ in præsenti facto, at in summa hanc negatiuam sententiam sectatur,
35 *Molfes. ad Consuetud. Neap. part.* 3. *quæst.* 18. *num.* 8. *ex Peregr. Mascard. & Farin.* ibi relatis asserentibus non aliter in legitimam filij imputari dotem ab Auo nepti datam, cum præsumatur illi data propter affectionem, & amorem, quem erga illam Auus præsumitur habere, sicque dos ab Auo data contemplatione neptis, & non filij non confertur, nec computatur in legitimam filij, *Gama vbi supra nu.* 9.

Et sic pariter in donatione facta per Auum eidem nepti non esse imputandam in legitimam filij cum tales
36 donationes factæ inter viuos non imputantur, nec conferuntur in diuisione, & quemadmodum in filio procedit, ità in nepotibus, decisum tradit *Seraphin. decis.* 568. quem sectatur *Merlin. d. tract. d. lib.* 1. *quæst.* 29. *à num.* 41. latè *Cutell. in tract. de donat. contemplat. matrimon. tom.* 1. *tractat.* 2. *discurs.* 1.

Hæc sub breuitatis compendio recollexisse sufficiunt pro veritatis indagatione saluo semper meliori iudicio Iuris peritorum, qui, &c.

Ego V. I. D. Io: Antonius Parisius Baro Paniscoculi visis doctissimis allegationibus libenter subscripsi.

In suprascripta consultatione à D. Io: Baptista Thoro exarata non est quid addendum, etenim ea, quæ præstat doctrina, & eruditione clientis iustitia insinuat, qua de re meum præbeo calculum iurique consonum censeo, sicut cætera scripta posteritati commendata, ex quibus dati euadere potuimus, vt in fide Ego Franciscus Maria Pratus me subscribo.

Supradicto iuris responso edito per doctissimum, ac celeberrimum I.C. nostra tempestate satis commendatum libenter adherere tanquam validè iuri consono, & rationibus, & auctoritatibus munito, vt in fidem subscriptione requisitum, Ego Io: Franciscus Marotta I. C. Neap. patritius Tarentinus, & eques subscribo.

Supradicto iuris responso exarato per D. Io: Baptistam Thoro I. C. doctissimum, & nemini secundum me subscribo. Ego Vincentius Sergius.

Visis supradictis doctissimis ex more allegationibus non habeo quid addere, & libenter me subscribo. Ego Berardinus Sassus.

Sat satisque esset in hac re consilium præbuisse D. Io: Baptistã Thoro integerrimum currenti sæculo famigeratissimum I.C. sed vt sensum quoque nostrum, licèt minimum impartiamus libentissimè eiusdem superius fundante sententia nos subscribimus, die 29. Augusti 1652. Io: Hieronymus de Philippo.

SVMMARIVM.

1 *Metus quilibet abesse debet, tàm in matrimonio carnali, quàm spirituali.*
2 *Actus professionis est contractus inter Deum, & hominem.*
3 *Actus metu factus irritatur.*
4 *Professio facta per metum irritatur, & num.* 9.
5 *Ingressus liber erit habendus ad religionem.*
6 *Libertas si in aliquo læditur actus corruit.*
7 *Metus species multifariam considerantur.*
8 *Alimentorum denegatio, vel mortis comminatio paria sunt.*

Digitized by Google

10 *Credendũ est principali profitenti religionem.*
11 *Actus difficilis probationis coniecturis probatur.*
12 *Testes consanguinei, & affines admittuntur, & quando.*
13 *Domestici testes quando sunt examinandi.*
14 *Domestici testes de auditu faciunt probationem.*
15 *Decisio causæ professionis factæ per metum, &* 16.

ALLEGATIO XXXIII.

Pro Fratre Nicolao de Neapoli, contra Venerabile Monastrium S. Ioannis ad Carbonetum super nullitate Professionis.

SIc igitur facto præmisso facilis est probanda conclusio, professionem emissam per Dominicum Antonium Ferraro, in Cõgregatione Carbonariæ Fratrem Nicolaum, tunc nuncupatum minus validam, & inefficacem fuisse, vtpotè nulla prorsus accedente in ea voluntate, quinimò expressa resistente voluntate; Voluntas autem in huiusmodi actibus à iuribus expetita adeò libera requiritur, ac soluta, vt
1 omninò metus quilibet absit ab eis, prout sic docuerit in matrimonio carnali, *Iurisconsultus in l. 1. ff. de eo, quod met. caus.* ac statuerit Summus Pontifex in spirituali. *in cap. 1. extra eod. tit.* quæ quidem matrimonia ad effectum illa irritandi per metum à sacris Canonibus parificantur, *cap. notificasti 33. quæst. 5. cap. veniens de sponsa.* secũdum quæ pluries Romanam Curiam sic decreuisse testatur, *D. Episcopus Ricc. in prax. decis. 253.* ea nempè ratione, quia cum actus professionis sit
2 quidam contractus inter Deum, & hominem, quo peracto non licet ab eo discedere, *Authent. de Monach. coll. 1. idemque Ricc. in prax. resolut. 311. num. 2.* quemadmodum interueniente metu in contractu, actus illo
3 irritatur, *l. 1. §. quæ onerandæ*, vbi *DD.* & præceteris *Bald. ff. quar. rer. act. non datur. Gabali. Miscellaneo. 786. Gramat. decis. 103. num. 62. & seq. vsque ad num. 68. Capyc. decis. 95. num. 5. Ludouic. decis. Lucens. 18. Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 8. num. 24.* sic facta
4 professione per metum inanis est illa dijudicanda, *Panorm. in cap. 1. de probat. Sebast. Medic. de casu fortuit. part. 1. quæst. 7. num. 62. Tusc. in verbo metus concl. 221. num. 1. 14. & 22.* his accedat, quod dum ad Religionem
5 adeo liber sit habendus ingressus, vt omnis metus absit suspitio, *cap. cum procliuis 20. quæst. 3.* ac de substantia actus requiratur. *Boss. in tit. de plurib. violent. num. 79. Cæsar de Grass. decis. 2. de his, quæ metus causa fiunt. Ricc.*
6 *resolut. 211. num. 2.* quoties libertas in aliquo læditur actus corruit. *Paris. consil. 2. num. 29. & consil. 53. num. 49. Felin. in cap. propterea num. 35. de sponsa. Menoch. consil. 2. num. 170. volum. 1. Alciat. consil. 5. Soccin. Iun. consil. 77. num. 20 volum. 1.* quam sententiam communem dixit *Suar. commun. opin. in verbo metus.*

Quamuis autẽ multifariam à DD.
7 forma metus diuidatur, attamen omnes conueniunt, quod quoties inconstantem virum cadere potest, sufficit ad inualidandum actum; Species autẽ illius in proposito plures enumerat. *Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. in princip.* inter quas potissima est comminatio mortis, *cap. 1. de his, quæ vi metusque caus.* mutilationis, atrocis cruciatus, amissionis omnium, vel maioris partis bonorum, minarum, & maletractationis, prout diffusè habetur *tot. tit. ff. & C. de his, quæ vi, &c.* Vnde cum ex superiori facto sit compertum, grauiora ex prædictis in casu conuenisse, ac signanter denegationem alimentorum, quæ nedum mortis
8 comminatio, sed illatio dici potest, per *tex. in l. 4. ff. de lib. agnosc.* non est ambigendum quin ex tali metu, actus professionis sit habendus pro irrito,

inua-

Digitized by Google

inualido, & inefficaci, eoque iustius cum prædicta omnia ad professionem extorquendam fuissent à Patre ipso
9 patrata iuxta terminos *d. §. quæ onerandæ, ac l. pen. ff. de furt.* ac vtrobique tradita per *DD. & Pacian. consil.* 54. *Dian. tract.* 5. *Miscell. ref.* 20. *part.* 3. *Honded. consil.* 29. *numer.* 17.

Nec officit ad metus probationem admississe testes consanguineos, & affines, nam licet in facto constet cuncta benè probari per testes exteros omnique exceptione maiores, nihilominus ad exuberantiam fuerunt reproducti prædicti Affines, & consanguinei, non quod eorum fidei sit aliquid derogandum; sed multò apprimè deferendum, quippè quia si sola iurata confessio principalis, se nunquam habuisse animum profitendi credenda
10 est, *cap. significasti de homic. vbi glos.* & rursus *glos. sollemnis in §. item si quis* el secondo *Instit. de act. Abbas in cap. penult. numer.* 7. *de raptor. Ricc. decis.* 182. *num.* 2. *in fine part.* 1. cum tota vis actus dependeat à voluntate, &
11 animo agentis, qui vtpotè difficilis probationis cõiecturis, & præsumptionibus demonstratur. Innumeri traditi per *Pascal. de virib. patr. potest. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 38. quanto magis, vbi nedum depositio iure iurando vallata, sed consanguineorum, & Affinium testium Sacramento munita interuenit attestatio?

Quod verò talium depositiones nõ sint respuendę præter ea, quę tradiderunt *DD. in l. consensu per illum text. C. de repud.* quod quando factum aliter haberi non potest, vel non de fa-
12 cili potest probari, Domestici testes admittuntur (quod in casu optimè congruet) dum sæua illa patris verberatio, ac minæ illæ, diraque tractatio paternum modum, ac ferè humanum excedentes, vtpotè de iure punibilia, non poterant nisi clam, ac semotis arbitris patrari, vt propterea Domestici, Affines, & Consanguinei omni exceptione maiores sint extimandi. *Fræch. dec.* 538. *Mascard. Gabriel. Viu. Velasq.* & alij, quos refert *Viscont. in addit. ad d. dec.* 136. *Benint. dec.* 43. *num.* 3. & 10. *Menoch. de arbitr. quæst.* 73. *num.* 32. *Ricc. decis.* 217. & 218. *num.* 4. *part.* 1.) Nihilominus in propria specie nullitatis professionis. *Franch. decis.* 538. *Mascard. Gabriel. Viu. Velasc.* & alij, quos refert *Viscont. in add. ad d. decis.* 538. *Benint. decis.* 43. *in fine*, & Consanguinei admittuntur, ad instar causæ nullitatis matrimonij, *cap. videtur de his, qui matrim. accus. poss.* imò quod maius est, adhuc de au-
14 ditu faciunt probationem, ex *Decis. Rot.* 1119 *part.* 3. & *Ricc. d. decis.* 182. *num.* 3. præsertim vbi agitur de metu violento, prout est in casu, ad quem probandum sufficiunt coniecturæ, *Paris. consil.* 134. *lib.* 4. & *consil.* 382. *num.* 12. *idemque Ricc. sæpè citatus dicta resolut.* 411. *in fine*, & *Boer. omninò videndus, in decis.* 101. qui loquitur de metu illato in Camera, ità vt nominatim desint doctrinis per eum relatis.

Ex quibus omnibus currenti calamo congestis ritè speratur professionem prædictam nulliter emissam censeri debere, melius tamen ex eis, quæ optimè subdet Reuerendissimus Dominus, eiusque Doctissimi Collegæ, quibus annuo adducta in simili mate-
15 ria metus, in causa Reuerendi Didaci Basso, pro quo fuit decisum, nè incidam in adagio illo *Thesaur. decis.* 172. *ante num.* 3. *in fine.*

Occidat miseros crambè repetita Magistros.

Per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quampro Tribunali sedente, etiam de voto Congregationis habi-
16 tæ coram Eminentissimo Domino Cardinali Philamarino Archiepiscopo Neapolitano sub die 15. instantis mensis Decembris, ferimus in his scriptis, dicimus, decernimus, pronunciamus, & declaramus. Professionem per dictum Fratrem Nicolaum per vim, & metum emissam cadentem inconstantem virum in dicta Religione

Digitized by Google

Sancti Ioannis, seù Congregatione Sancti Ioannis ad Carbonaram, & aduersus illam, seù illius nullitatem infra quinquennium reclamãtem fore, & esse nullam, & inualidam, ac nullius roboris, & momenti esse, prout præsenti nostra diffinitiua sententia illam nullam, & inualidam, ac nullius roboris esse declaramus, & proinde (stante nullitate prædicta) dictum Fratrem Nicolaum Religionis prædictæ astrictum non esse, ac habitum regularem dimittere, & ad sæculum redire, & in paternis, maternis, alijsque sibi legitimè obuenientibus bonis succedere posse, & ità dicimus, decernimus, pronunciamus, declaramus, & diffinitiuè sententiamus non solum isto, sed & omni meliori modo, &c.

Ità pronunciaui Ego Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

Ità pronunciaui Ego Frater Ioannes Baptista de Anchora Prior.

Die Lunæ 20. mensis Decembris 1649. Neap. lecta lata, &c.

Anellus Rotundus pro C. Actorum Magister, &c.

Hæc sub tutela Magnifici Francisci de Laurito I. C. Neap. & Aduocati Neap. Francisci de Laurito senioris similiter I. C. & Aduocati celeberrimi Almi Collegij Neap. Senatoris Vicequе Cancellarij meritissimi, ex Michaele filio, Nepotis.

SVMMARIVM.

1 *Differentia affertur inter cessionem modico soluto pretio, & inter cessionem partim soluta, & partim donata, & num. 7.*
2 *Actio datur cessionario pro summa soluta tantum.*
3 L. ab Anastasio, C. mand. *declaratur.*
4 *Intellectus* l. ab Anastasio, & l. per diuersas, C. mand. *referuntur.*
5 L. per diuersas *quando procedit.*
6 *Doctrina* l. ab Anastasio, & l. per diuersas *est fraudibus obuiare.*
8 *Statutum loquens in casu simplici non procedit in casu mixto.*
9 *Prohibitio non procedit in cessionario, cuius ex necessitate fit cessio.*
10 *Causa vexandi quæ sit remissiuè.*
11 *Ignorantia in facto proprio nemo excusat.*
12 *Cessio facta erroneo possessori ignoranti non excusat.*
13 *Nemo facit meliorem suam conditionem per possessionem vitiosam.*
14 *Possessio acquisita per intrusionem nil operatur.*
15 *Euentus formatur à primordio tituli.*
16 *Origo obligationis, non titulus actionis consideratur.*
17 *Origo nanciscendæ possessionis inspicitur non ratio retinendæ.*
18 *Commodum ex malitia non percipiendum.*
19 *Possessio iure familiaritatis non acquiritur.*
20 *Cessio facta pro modico pretio dicitur simulata.*
21 *Simulatio arguitur ob modicitatem pretij.*
22 *Simulatio resultat quando actio pro parte ceditur, & pro parte donatur.*
23 *Simulatio colligitur ex titulo nõ vero.*
24 *Cessio quando fit ex necessitate vti possessori, tunc etiam modico pretio operatur.*
25 *Ius congrui non datur quando res empta hodie, donatur cras, sed donatio debet esse vera sine fraude nu. 26.*
27 *Simulatio per coniecturas sufficientes probatur iuxta Iudicis arbitrium.*

ALLEGATIO. XXXIV.

In causa Pauli de Medio Capite, cum Francisco Antonio, & Raphaele de Piro.

IVris regula est cessionarium magnæ quantitatis modico soluto pro summa tantum soluta agere posse in odiũ redemptorum litium. *l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mandati*; Vndè cum Fratres de Piro modico soluto maioris quantitatis cessionem obtinuerint ab V. I. D. Nuntio de Piro pro summa verè soluta cessionis commodo

Digitized by Google

modo vti tantummodo posse concludimus.

Non obstat, quod prædicti fratres opponunt, dum dictarum legum pœnam non procedere aiunt contra possessorem modico soluto possessionis tuendæ causa, cessionem obtinet, vt *In d. l. per diuersas* innuere videtur, cum nullo pacto possit in casu nostro practicari ex pluribus,& primo differt, namque cessio totius quantitatis modico soluto;de qua *in l. per diuersas* ab altero modo cessionis factæ pro summa tantum soluta datur actio cessionario,quærit ibi *Glos. in verbo quam alijs causis* pro restanti quantitate cessa quis aget,& respondet;aget cedens vt in *l.seq.secundo casu in sequenti l.ab Anastasio* Iustinianus Imperator asserendo ab inhiantibus alienis rebus,& fortunis multas excogitatas esse fraudes, quibus optima Anastasij Imperatoris dispositio elidebatur contractus fraudulentos declarat, & pœnas contra eos statuit; dum enim simpliciter Anastasius decreuerat *in l. per diuersas* cessionem valere pro summa tantum soluta, & pro reliqua summa cessio fieret pro summa partim soluta, & partim donata, quandoquidem cum non reperiretur vetitum ab Anastasio, & eundem produceret effectum fraudulentam,& prohibitã huiusmodi cessionem declarauit *Iustinianus ind. l.ab Anastasio*, & in pœnam fraudis annullando has cessiones cum donatione mixtas decreuit pro summa donata, & non soluta,neque cessionarium,neque cedentem agere possead id, q̃ per prius nullatenus ab Anastasio prouisum reperiebatur. Hinc vbi Aduersarij allegant *l. per diuersas* non procedere contra possessorem intelligant, oportet in illa cessione, prout *dicta l.* loquitur,nempè in cessione totius quã titatis modico soluto, vbi pro restanti quantitate agere potest cedens, vt *glos.*ibi declarat secus in cessione fraudulenta, qualem declarauit *Iustinianus in d.l.ab Anastasio* cessionem cum donatione mixtam, & vbi pro summa donata cedens,&cessionarius amplius agere non possunt,anima enim, mens, & medulla dictarum legum fuit tantummodo fraudibus obuiandi, prout communis est scola, ibi *Petr. de Bella pertic. Odoff. Bart. Bald. Castr. Salyc. & aliorum*, vndè *cum l. per diuersas* loquatur in simplici cessione totius quãtitatis modico soluto,& *l. ab Anastasio* procedat in cessione mixta, vbi cedens partim cedit, & partim donat, sequitur dispositionem, *l. per diuersas* non procedere in terminis; *l. ab Anastasio*,ex quo lex,seù statutum loquẽs in casu simplici non comprehẽdit casum mixtum, vt ad literam est *text. in l.cum passam, §. præscriptione, ff. ad l. Iul.de Adult.* statuerat enim *Iurisconsultus in l.mariti, §.præterea,& §. hoc quinquennium,ff.eod. tit.* Crimen stupri adulterij, vel lenocinij quinquennio deleri, quærit deindè *Iurisconsultus in d.l.vim passam, §. præscriptione*, an crimen adulterij cum stupro mixtum exceptione quinquennij sit deletum, & determinat quod non, ex hoc colligimus legem loquentem de casu simplici non procedere in casu mixto, quinquennium enim quod debet adulterium, vel stuprum, vel lenocinium, non debet adulterium mixtum cum stupro comprehendere.

Secundo, si finalis ratio fuit tantummodo fraudes,& calumnias euellendi conclusionem vno ore admiserunt DD. prohibitionem non procedere in eo cessionario, cui de necessitate iuris fit cessio, *ad reg. l. si fideiussores, §. item respondit, ff. de fideiuss.* tunc enim,quia ex præcedenti iusta causa fit cessio,cessat præsumptio calumnię, & valida est cessio,quod secus est in cessione voluntaria, & quæ fit causa vexandi, vt perbellè declarat *Reg. de Ponte consil. 77. lib. 1. & iterum consil. 84. nu. 5. lib. 2.*

Indè oritur,vt ibi post Instantiam Caterinę de Fenitia 26.Ianuarij 1624. pro exhibitione bonorũ dictis de Piro

cum

Digitized by Google

cum cautione relaxandi,tãta temeritate, ac mendatio suffulti replicauerunt dicti fratres bona esse propria, & super hoc lis fuerat contestata per dationem termini 13.Maij 1624. & per annos ferè 23.dilatata fuerit expeditio causę,in manifestam calumniam dicti fratres inciderint,quare dum posteá cessio sequitur eis non suffragatur,tanquam calumniosis, quibus expresse,iura prædicta aduersantur,& DD. omnes declarant.

Nec prodest allegare ignorantiam iuris, quippé quia ignorantia est in facto
11 proprio, á qua nemo excusatur, *l.item quæritur,§.si falso, & l.sed addes,* §. 1. *ff.locat.l.cum falsum, ff. de acquir. hæred.* & quatenus esset in iure,adhuc facta publicatione, nemo excusatur teste, *Affict.dec.59. Surd. dec.262.numer.11. Reg.Capyc.Latro dec. 65. per totam,* ex
12 quo fit,vt cessio erroneo possessori,etiam ignorantia iuris non prosit, prout in proprijs terminis,*l.per diuersas,& l.ab Anastasio,concludit Reg. de Ponte præcitato consilio 84. num.6.vol.2.*

Tertio mediante vltimo decreto S.C. fuit saltim virtualiter declaratum bona prædicta esse hæreditaria , sed ex declaratione partis fuit expresse acceptatum, indé possessio fratrum de Piro redditur vitiosa , itá vt non amplius eos possessores , sed intrusos nuncupemus,
13 nam per vitiosam possessionem meliorẽ conditionem suam nemo facit, itá *Innocent.in cap.nihil num.4.de elect.*& hanc
14 possessionem vitiosam, per instrusionem acquisitam nihil operari,nomen , & effectum possessionis non sortiri docet, *Reg. Salernit.dec. 56. num.11. & Bald. ait in l.1.num. 13. C. de testament.* possessionem iniustam nihil operari in ijs, quæ iuris sunt.

A primordio enim tituli posterior fir-
15 matur euentus,*l.fin.C.de impon.lucrat. dscript.lib. 10.* & origo obligationis,
16 non titulus actionis consideratur, *l.3.C. ad S.C. Maced.* origo nanciscendæ pos-
17 sessionis inspicitur non ratio retinendæ, *l.clam possidere,ff. quod vi, aut clam*, ex quibus si vitiosè possessio in aliquem peruenit tenutam confirmandam non esse tradidit,*Cacher. dec. Pedemont.34. num. 26.* & primordium tanquam principalius propositum debet attendi, *l.si quis nec causam, ff.si cert.petat. l.quæritur, ff.de stat. homin. l.1. ff. de orig. iur.cum similibus.*

Quarto,si mens , & Imperatorum intentio omnis directa fuit calumnijs malignantium obuiandi, quæ maior vnquam considerari poterit calliditas aduersariorum, vbi calumniosé, & temeré per annos 23.dilatata expeditione causæ, postquam succubuerunt ad effugiendum depositum cessionem impetrauerunt á cre-
18 ditore modico soluto, & comodum percipere intendunt ab eorum nequitia, contra *text.in l.1.§.si quis tamen,& §. filius,ff.de vi,& vi arm. cap. ex literis de dolo,& contum.cum simil.* & totam hanc materiam in conie cturis,& præsumptionibus versari dixerunt, *Fulgos. Salyc.Castr.& alij in d.l.per diuersas.*

Quinto,vbi possessionem iure proprio non habent aduersarij, quando gratiosius procederemus,alium titulum non haberent, quã iure familiaritatis , & ad-
19 huc per illum possessionem non acquiri docet, *text. in l. quod iure familiaritatis,ff.de acquir.poss. Alex. in l.si certis annis, & ibi Salycet.in fine C. de pact. Grat.disceptforens.cap.450.*

Ex quibus omninó concludimus cessionem non prodesse vltra summam solutam, non possessoribus, sed intrusis temeré,& calumniosé , & cum mendacio ad finem euitandi solutionem rerum per eos acceptarum vexationem litis per annos 33.Cætera suppleant.

Ad comprobationem Conclusionis Domini Consulentis,& asserentis cessio-
20 nem factam pro modico pretio,vt præsumatur simulata sequuti sunt eandem opinionem, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.129. num.1. Anton. Gabriel lib.2.tit.de action. conclus.num.2.Cancer.variar.resol.lib.2. cap.13.num.74.*
21 Item ob modicitatem pretij arguitur simulatio, *glos. in c.ad nostram de empt. cum alijs apud Carenam pract. resolut. in*

Digitized by Google

in resolut.22.Surd.dec.34.nu.1.

Similiter quando pro parte actiones essent cessæ,& pro parte donatæ, vt quoque simulatio resultat iuxta dispositio-
22 nem,*l.fin.C.mand.*pariter idem probant *Menoch. vbi sup. num.17. Anton. Gabriel.vbi sup.num.43.Soccin.Iun.cons. 97.num.71. volum.2.Cancer. vbi sup. num.76. Anton. Fab. in eius Cod.lib.4. tit.29. defin.5. Farinac.de simulat. & falsit.quæst.163.num.99.& seq.*

Simulatio etiam colligitur ex titulo
23 non vero,quo facta fuit cessio, *Menoch. vbi supra num. 29. Anton. Gabriel. ibi num. 2.*

Cessio quando fit ex necessitate vti
24 possessori, tunc etiam modico dato operatur, quoad finem agendi, *Costa de remed.subsid.remed.36.num.2.*

Prædictis addenda sunt,quæ dicuntur in donatione facta de re empta ad eui-
25 tandum ius congrui,nam licet sit permissa talis fraus ex vulgato illo dicto hodie emo,& cras dono,*vt per Napodan.in Consuetud.si quis emit de iure congrui num.42.*vbi Addentes lit.A.& B. adhuc
26 tamen donatio facta debet esse vera, & non simulata, & sine fraude, vt ibidem probat ex multis *Scipio Buccin.in addit. incip.hodie emo,*sequitur *D. Reg. Capyc. Latr.dec.46. nu.5.*

Et in summa talis simulatio per con-
27 iecturas sufficientes probatur, *Honded. consil.32. nu.20.& consil.46.num. 11. vol. 1.* latè *Mascard. de probat. concl. 1270. num. 23.* iuxta Iudicis arbitrium, *Surd. dec.23. num. 17. Honded. consil. 46.num.13.tom.1.Mascard.de probat. concl.1231.nu.9.& 13.*

Io:Baptista de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Contractus alienationis rei Ecclesiæ requirit assensum,alias esset ipso iure nullus.*

2 *Forma iuris si non fuerit seruata in alienatione re Ecclesiæ nullum haberet effectum alienatio.*

3 *Res Ecclesiæ alienata sine assensu non potest retineri in foro conscientiæ, nec præscribi potest nu. 4.*

5 *Assensus in re solita alienari, an requiratur.*

6 *Clausula reseruationis assensus, conditionem importat.*

7 *Reseruatio assensus conditionalem actũ facit.*

8 *Exceptio de assensu non habito solum Ecclesiæ competit.*

9 *Nullitas contractus Ecclesiæ ad ipsam spectat allegari.*

10 *Ius nulliter acquiritur in contractu conditionali.*

11 *Conditio nil ponit inesse.*

ALLEGATIO XXXV.

SVpponitur, quod elapsis annis fuit res cõcessa in emphyteusim sub annuo Canone á Prelato antecessore V.I.D. Ioanni Martini, & alijs fratribus de Gaudiosi, tám pro se, quám pro suis hæredibus, & successoribus sub Canone certæ quantitatis, post aliquod tempus inter se partes concordarunt de augendo Canoné prædictũ, reseruando tamen assensum Apostolicum infra sex menses determinatos procurandum, itá vt non aliter valeret talis contractus,nisi prius præstito assensu prædicto; sed quia nunquam fuit procuratus prædictus assensus prædicta pars nunc prætendit pro Ecclesia, quod illa quantitas, quam promisit augere in secundo instrumento emphyteotico teneatur præstare.Pro parte tamen aduersa scilicet pro illis de Gaudioso asseritur, quod talis secundus contractus nullum habuit effectum, cum fuerit celebratus sub conditione assensum impartiendi infra tantum temporis spatium, quod posteá non fuit factum,quæritur nunc, quid iuris; in quo quidem dubio quæsito de voto.

Respondeo nullam habere pro se rationem Prælatum Ecclesiæ,siué eius Procuratorem pro illo Canone constituto in
1 secundo instrumẽto,probatur; quia contractus emphyteoticus, siue alienationis

bono-

Digitized by Google

bonorum Eccleſiæ requiritur de forma aſſenſus, ità vt ſit ipſo iure nullus, vt in *cap. ſine exceptionibus 2. quæſt. 2. cum gloſ. in Clement. 1. de rebus Eccleſiæ nõ alienandis*, quæ forma iuris ſi non ſeruetur in alienatione prædicta; ità & taliter vitiatur, vt ſi nullum habuerit effectum
2 *per text. in d. Clement. 1.* quia cum talis contractus deficiat in forma per conſequens nullus eſt; imó non poteſt rem te-
3 nere in bona conſcientia ſine titulo, *teſte Rodoano in tract. de rebus Eccleſiæ non alienandis in rubr. 30. caſ. 6.* quam quidem rem ſic poſſidens præſcribere ne-
4 quit, *teſte Rodoano vbi ſupra num. 11.* quod cum in caſu noſtro ſit factus contractus ſine authoritate Principis, per cõſequens nullo modo valet, ſic non tribuit ius Eccleſiæ.

Quid ſi dicatur per Prælatum prædictum, quod aſſenſus in hoc caſu nullo modo requiritur, cum ſit res ſolita alienari: imó de facto alienata reperiebatur; tunc dico, quod vera eſt concluſio, quod in re ſolita alienari nullus requiratur aſ-
5 ſenſus, vt dixit *Rota Romana pluries teſte Riccio in praxi part. 1. reſolut. 26.* tamen procedit ſanè concluſio, quando illud ſolitum non alteratur, ſed in caſu noſtro fuit alteratum ſolitum circa Canonem, cum alijs qualitatibus appoſitis, quod nullo modo tenet conceſſio, tùm quia in caſu noſtro partes ſic contraxerunt in ſecundo inſtrumento, vt alienatio non valeret ſine aſſenſu prædicto, qui impetrari deberet infra ſex menſes, vbi notanda concluſio illa generalis, quod
6 in alienatione rei Eccleſiæ, in qua eſt reſeruatus Aſſenſus Apoſtolicus cum clauſula, alias non valeat contractus; omninó neceſſarius eſt, quamuis ſine tali reſeruatione, non requireretur, quia iſta clauſula conditionem importat, *per gloſ. in l. ſiquidem, C. de except.* licet cum cõmuni ſic reſolutum *in Rota Romana*,
7 refert *Riccius vbi ſup. reſolut. 33.* quia reſeruatio aſſenſus conditionalem actum facit, *per gloſ. in l. item labeo, §. 1. in verbo purè, ff. familiæ erciſcundæ, Riccius vbi ſupra num. 4.* qui querit vtrum in alienatione prædicta pendente aſſenſu Apoſtolico lucretur poſſidens fructus.

Quod ſi aduerſarij dicũt, quod opponere de aſſenſu prædicto non habito ſit
8 ſolum conceſſum Eccleſiæ tanquam ſibi fauorabile, *text. in l. non eo minus, C. de procuratoribus*, quoniam poterit dicere aduerſarius, quod Eccleſia ſit manutenenda in ſuo contractu facto, quantumvis nulliter, quia ad ipſam pertinet nulli-
9 tatem allegare, *teſte Cardinale Seraphino deciſ. 256. & Cardinale Mantica de tacitis conuentionibus lib. 3. tit. 12. nu. 16. Gratian. cap. 202. nu. 23.*

Reſpondeo dicendum, quod nunc prædicta concluſio procederet quando alienatio facta eſſet ſine reſeruatione aſſenſus Apoſtolici, ſiue ſine vlla conditione expreſſa, quia quando præfatus contractus taliter eſt factus, puta conditionaliter, tunc nullum ius acquiritur parti
10 ſiue Eccleſiæ, latiſſimé *Riccius in praxi part. 1. reſolut. 70.* quia conditio nihil ponit ineſſe, *cap. 1. de ſponſalibus in 6.* &
11 dixit *Rota Romana pluries teſte Riccio vbi ſupra cum Barboſa in lib. 3. de iure Eccleſiaſtico cap. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens eſt, dum cauſa conuẽtionis non fuerit terminata.*

2 *Reconuentio locum non habet coram delegato, quando ſine ſpeciali commiſſione de ea tractari non poteſt.*

3 *Regij Conſiliarij ſunt Iudices delegati, & non poſſunt procedere ſine ſpeciali commiſſione.*

4 *Laicus pro noua cauſa debet Iudicem Eccleſiaſticum adire contra clericũ.*

5 *Reconuentio denegari debet ſecundo loco intentata contra clericum.*

6 *Reconuentio in cauſa conuentionis denegatur etiam ad effectum prorogandi iuriſdictionem contra non ſubditum.*

7 *Reconuentio ſecunda denegatur ex iuris diſpoſitione.*

8 Text. in l. Papinianus, C. de ſent. & interlocut. omn. Iud. *ponderatur.*

9 *Ser-*

Digitized by Google

9 *Sermone simpliciter prolato, de primo intelligitur.*

10 *Lex de reconuentione loquens de prima intelligitur, sicuti de electione.*

ALLEGATIO XXXVI.

Pro Clerico Ascanio Scampa V. I. D. contra Mutium de Ponte V. I. D.

CLericus Ascanius Scampa V.I.D. conuenit in S.R. C. Doctorem Mutium de Ponte ad soluendum quasdam pecuniarum quantitates, qui Mutius eundem Clericum reconuenit ad ei soluendum alias quantitates: prætentio Clerici, consistebat in tribus actionibus simul cumulatis, & reconuentio in duabus, vt ex processu in Banca de Amico coram Regio Consiliario D. Thoma de Carleual. seruatis seruandis, fuit Clericus absolutus ab impetitis in reconuentione & obtinuit etiam in eius beneficium, decisionem in vna ex dictis tribus actionibus in conuentione cumulatis, vt ex sententia eiusdem S. C.

Mutius post prædictam decisionem, ex quo remanebant alij duo articuli cõtra ipsum decidendi, pròcurata quadam cessione contra eundem Clericum minabatur, etenim eum reconuenire, asserens, quod adhuc Iudex laicus erat competens, dum non erat tota causa conuentio-
1 nis terminata, *per text. in l. cum Papinianus, & Authent. consequens, C. de sentent. & interloquut. omn. Iudic.* sed morte præuentus non voluit intentare prædictam nouam, seú secundam reconuentionem.

Sed eius prætentionem futilem esse, ex inferius dicendis de iure demonstrabimus.

Et primó Mutius procurauit cessionẽ contra Clericum in eius beneficium, non solum post conclusum in causa conuentionis, sed etiam decisionem primæ reconuentionis, & ex tali cessione oritur noua actio, & causa, & sic egebat noua
2 commissione, & reconuentio locum non habet coram Iudice delegato, quando sine speciali commissione de ea tractari, & cognosci non potest, vt post *Soccin. in tract. de mutui petit. col. 12. versic. limitatur, glos. in cap. dispendia, §. Reus de rescript. in 6. per text. in cap. si Episcopus 6. quæst. 4. & cap. 1. & cap. 2. de confir. util. vel mut. Menoch. quæst. 44. num. 11. versic. declaratur primò de arbitr. Iud. lib. 1. tenet Petr. Foller. in addit. ad Marant. in Specul. iudicior. definit. 6.* an sit iudicium conuentionale, vel reconuentionale *num. 18. versic. limitatur tamen* mihi fol. 121. & tenet *Ludouic. de dispend. rescript. versic. 2. limitatur*, Sed Regij Consiliarij sunt Iu-
3 dices delegati, & de illis causis cognoscunt, quæ sunt eis commissæ, vt post *Carauis. in Rit. M. C. 265. num. 28. Reg. Rouit. ad prag. 1. in fin. de cauf. decidend.* probat *Regens Capyc. Galeot. controu. Iur. controuer. 58. num. 7. lib. 2.* & legitur in prima prouisione aduersus supplicata, quæ fit á Regio Consiliario, post causam sibi delegatam, ergó pro dicta noua causa debet adire Iudicem Ec-
4 clesiasticum petentem ipsius Clerici, ex *text. in cap. si diligenti, § fin. & ibi glos. in verbo manifestè de foro compet. & cap. Clerici de iudic. cum concord.*

Secundó prædictus Mutius conuentus fecerat reconuentionem, & succubuit post conclusum, & ceptum iudicari in causa conuentionis, procurauit cessionem, pro qua intendebat iterum reconuenire, vt ex hoc apparet eius manifesta fraus in præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticæ, quo casu etiam reconuentio denegari debet, non solum secunda, quę de iure non datur, sed prima etiam Cle-
5 rico consentiente, vt per *Aufrer. de potestate Iudicis laici*, quem sequitur *Grass. de effect. clericat. effect. 1. num. 769. versic. sublimita quarto*, nam fraus nemini patrocinari debet.

Tertió reconuentio post conclusum in causa conuentionis negatur, etiam ad
6 effectum prorogandi venditionem contra actorem non subditum Iudici laico, vt latè post *Marian. Soccin. in cap. ex literis extra de mutuis petition. nu. 97. in 6.*

Digitized by Google

in 6. princ. art. Gomes. in d. cap. dispendia in prima limitatione, Petr. Foller. ad Marant. loco citato nu. 6.

Et dicta prætensa secunda reconuentio omninó denegatur in iure ex dispositione dictæ *legis cum Papinianus*, vbi idem Iudex non solum de absolutione rei iudicatæ, sed etiam potest ipsum actorem, si eum inuenerit debitorem condemnare, tamen ex ratione decisionis, quæ assignatur ab Imperatore, in fine dictæ legis, his verbis (*cuius enim in agendo obseruat arbitrium, eum habere contra se Iudicem in eodem negotio non dedignetur*) vbi obseruanda sunt illa verba in eodem negotio, idest in eadem lite, & causa; ex quibus intelligitur, *in d. l. non agi de diuersis actionibus, & petitionibus*, cum non sit eadem lis, sed diuersa, & sic non de pluribus est accipiẽda, vt post *Cuiacium ex Alberico in nouella 96. cap. 2.* optimé aduertit *Hubert. Giphanius in explicatione dictæ legis cum Papinianus.*

8

Et sermonem simpliciter prolatum, de primo intelligi, idest primo, atque vno actu consumi, perfici, & finiri, ità vt amplius locum non habeat, vt per *Didac. à Seguza in repet. legis si ex legati causa nu. 267. ff. de verb. obl. Albert. Brun. in tract. de reb. dub. ad dubias dispositiones ratione numeri, vbi nu. 3.* idem affirmat *Euerard. in loeis argumentorum à vi numeri loco 97. per text. in l. boues, §. hoc sermone, ff. de verbor. signific.* vbi latè *Tiraquell. & Petr. Rebuff.* qui in materia reconuentionis, quod intelligatur de prima tantum, qua data, denegetur secunda dixit *in versicul. 7.* Septimó Iudex, qui potest eligere arbitrum, intelligitur de prima electione, & si possit fieri reconuentio, intelligitur de prima reconuentione, citans *glos. Panor. & alios in cap. fin. de mutuis petit. & ipsũ Rebuffum*, sequitur *Bernardin. Vrsinus in tract. de reconuent. cap. 7. num. 1. in fine* inducens *textum in d. §. hoc sermone.*

9

10

Et sic dum cessio fuit obtenta post cõclusionem in causa conuentionis, præcedente reconuentione pro alijs actionibus primo loco facta, in qua succubuit, & ex diuersis causis, coram Iudice delegato, & sumus in secunda reconuentione, inanis redditur prætensa recõuentio.

Ascanius Scampa V. I. D.

LAVS DEO.

Digitized by Google

INDEX

RERVM, SENTENTIARVM, ET Verborum notatu digniorum,

QVÆ IN ADDITIONIBVS AD REGIAS REGNI NEAPOL. Pragmaticas continentur.

A

Abbreuiatura quando facit fidem, pag. 156. n. 11.

Absens excusatur à contumacia post primum decretum, stante præscriptione 30. annorum, pag. 33. n. 27.

Absentia allegata non admittitur per procuratorẽ ad apponẽdum, pag. 216. n. 76.

Absentiarum species quæ sint, pag. 33. nu. 28.

Absentia iuxta causa probata, sententia reuocatur, pag. 34. n. 31.

Abusus detestandus pag. 251. n. 97.

Abusus malum vsum significat, pag. 251. n. 98.

Acta à quo scribantur, pag. 54. n. 38.

Acta successori consignanda sunt, fol. 93. n. 36.

Actentata quando reuocantur lite pendente, pag. 8. nu. 12. & pag. 9. n. 21.

Actio mercenaria quomodo dicatur, pag. 51. n. 42.

Actio, quæ competit maioribus aduersus minores dignitate in sedendo, pag. 249. n. 85.

Actionem cedere nemo potest lite pendente, pag. 9. n. 15.

Actor dicens velle vti instrumento, tanquam verò si in eo reperitur falsitas, an in totum, an in partem corruat, & an sit simplex declaratio, pag. 144. num. 34.

Actor eligens viam primi decreti, an possit reddere ad dationem termini, pag. 33. n. 23.

Actor quomodo per vniuersitatem constituatur, pag. 158. n. 2.

Actor sequitur forum rei in consil. pag. 201. nu. 5.

Actor tenetur accusare primam contumaciam, vt procedere possit, pag. 32. nu. 10.

Actor veniens reo licentiato, habetur, ac si non venisset, pag. 32. n. 11.

Actore, & reo non comparentibus in iudicio, negligentia cum negligentia excusatur, pag. 34. n. 30.

Actuarius quando est absens, quid fiet, pag. 92. n. 21.

Actuarius secundum quam formam expedire debet citationẽ, pag. 21. n. 34. pag. 25. n. 60. & pag. 26. n. 61.

Actuarij pro quibus actis debent recipere mercedem, pag. 92. n. 22.

Actuarij quando sunt annales, ibid. num. 20.

Adiudicatio datur vbi concurrit possessio, pag. 135. n. 4.

Adiudicatio vitiatur tota, licet sit locus redemptioni, quando missio sit in plus, & facta adiudicatione non habet locũ ius offerendi, pag. 135. nu. 10. limita ibid.

Aduersarius primò in ius vocandus est, pag. 18. n. 1.

Adulatio fugienda pag. 260. n. 194.

Adulatio haud est sine peccato, ibid. num. 197.

Adulatio, quæ pariat mala, ibid. num. 196.

Adulatoris lingua, quibus comparatur, ibid. n. 193.

Adulatores, quibus adulantur, ibid. num. 195.

Digitized by Google

INDEX

Aduocatus, an possit lite pendente contrahere cum cliente, pag. 82. n. 52.

Aduocatus docens clientulum dicere falsum, ad quid teneatur, pag. 61. n. 16.

Aduocatus, & Procurator studentes dare dilationes, quomodo puniantur, pag. 99. n. 33.

Aduocatus quando potest recusare, praestare patrocinium, pag. 81. n. 50. & pag. 82. n. 51.

Aduocatus quando salarium habere debet pag. 81. n. 48.

Aduocati differentes expeditionem causæ, quomodo puniuntur, ibid. n. 49.

Aduocati, vt reddant cliētes securos, quomodo curant contrahi, pag. 185. num. 69.

Aetas attenditur in delictis, pag. 212. nu. 44.

Agere, quid significat, pag. 172. n. 8.

Alguzerij gratis debent seruire pupillis, pag. 166. n. 1.

Alguzerij indebitum extorquentes, qua pœna puniuntur, ibid. n. 2.

Alguzerij possunt detrudere aliquem in carceres, ibid. n. 5.

Alguzerij, quod salarium habere debent, ibid. n. 3. & 4.

Alienari in quibus causis possit res litigiosa. pag. 9. n. 18.

Alimenta carceratis, quando præstari debent, pag. 229. n. 24.

Alimenta naturaliter debentur à patre filio sub potestate nato, ibid. n. 23.

Amor singularis ad studium requiritur, pag. 255. n. 141.

Amoris conditiones, quæ sint? ibid. num. 142.

Animus decipiendi, quibus modis cognoscitur, pag. 178. n. 13.

Antiquum factum, quomodo articuletur, & in praxi, pag. 74. n. 15.

Apocas falsas scribens, quando puniatur, pag. 142. n. 8.

Appellando à maiore ad minorem, nocet error, pag. 120. n. 38. & pag. 121. num. 73.

Appellans ad diuersos Iudices, quando variare, & eligere potest, pag. 121. num. 67.

Appellans, debet se defendere apud Iudicem appellationis, pag. 120. n. 49.

Appellans faciendo aliquem actum coram Iudice, à quo an denunciare videtur, pag. 119. n. 23.

Appellans, in causa appellationis, an possit purgare moram, pag. 9. n. 26.

Appellans iustificare debet appellationem, pag. 121. n. 68.

Appellans si non admittitur, adeat Superiorem, & causam delegando superior ad se auocat, pag. 119. n. 31. & 32.

Appellans stat sub protectione Iudicis, pag. 120. n. 57. & 58.

Appellantes frustrà mulctantur, pag. 121. n. 70. & 72.

Appellantes primò non admittebantur, nisi præsentatis litteris dimissorijs, & vbi confirmatur sententia ducatorum 200. amplius non reclamatur, pag. 120 n. 55. & 56.

Appellare licet à rescriptis falso impetratis, ibid. n. 37.

Appellari à laudo, coram quibus debeat, pag. 109. n. 66.

Appellari an possit ab interloquutoria capturæ, pag. 116. n. 72.

Appellari non potest à sententia lata ab interdicto Saluiano, pag. 135. n. 9.

Appellari quando potest ad Iudicem secundarum causarum, pag. 120. n. 47.

Appellatio ab interloquutoria quid operatur, & an reuideatur ex eisdem actis, pag. 119. n. 18.

Appellatio non excludit Ius offerendi, & an possit mutari actio, pag. 120. nu. 51. & 52.

Appellatio in quibus casibus non suspendit exequutionem, pag. 118. à num. 10. vsque ad 17. pag. 119. à num. 22. vsq; ad 27. & n. 35. & 36. pag. 122. nu. 79. 84. & 85.

Appellatio procedit ab apertura, pag. 118. num. 8.

Appellatio quando fit omisso medio, pag. 120. n. 46.

Appellatio, quando interponitur, & quando currat, & infra quos dies tenetur appellans præsentare processu, & quid si appellatio, etiã differat à Supe-

Digitized by Google

Superiore, & restitutione in integrum, pag.118.n.1.2.3.& 4.pag.120. n.42. & 44.& pag.122.n.81.82. & 83. & pag.123.n.92.

Appellatio quibus casibus non ad finem retardandæ exequutionis fit, pag. 137. num.1.

Appellatio si deseritur, non excluditur dicere de nullitate, pag.119.n.28.

Appellatio suspēdit liquiditatem fructuū, pag.137.n.3.

Appellatione deserta Iudex quando exequi potest suam sententiam, pag. 119. n.19.& pag.121.n.71.

Appellatione interposita omnia manent in suo statu, pag.121.n.62.

Appellatione interposita infrà decem dies, etiam in casu assistentiæ decretū exequi non potest, pag.137.n.4.

Appellatione Regni venit Bentuentum in ampliſſima significatione, pag.262.nu. 210.

Appellationi est fauendum, pa.119. n.33.

Appellationis Iudex non potest esse M. C. in feudalibus, pag.120.n.54.

Appellationis loco habetur iter, arreptio ad Superiorem, pag.123.n.87.

Appellationis omissio purgat vitiū Turpilliani, & nō vitium nullitatis, pag.118. n.9.& pag.120.n.40.46. & 50.

Appellationum duarū interloquutoriarū, qualis ex eis valeat, pag.123.n.93.

Appellationum tempora currere, quæ impediant, & excusent, pag.118.n.5.

Appellatorij libelli, quæ continere debent, pag.120.n.39.

Appensatus insultus quomodo, & quale, pag.219.n.89.

Arbiter, & Arbitrator differunt, pag. 109.n.60.

Arbiter, an possit esse testis in causa, pag. 108.n.49.

Arbiter, an possit ferre sententiam partibus non citatis, pag. 109.n.54.

Arbiter cogitur iudicare, & secundū compromissum acceptare, ibid.n.61.

Arbiter ferens sententiam contra formam cōpromissi, an sit nulla, pag.112.n.84.

Arbiter non potest delegare aliquem loco sui, pag.108.n.42.& pag.113.n.87.

Arbiter, qui dolosè fuit arbitratus punitur, pag.108.n.50.

Arbiter quo in loco procedere debet, ibid. n.34.

Arbiter tertius electus reddit nouum compromissum, ibid.n.52.

Arbitrarij Iudices, qui dicantur, pag.10. n.39.

Arbitri acceptato laudo, quæ facere debēt, pag.110.n.14.

Arbitri, an possint tractare de incidenti emergenti in compromisso, pag.111.n. 75.76.77. & 78.

Arbitrij conditio attenditur tempore acceptationis, & eo die currit instantia, pag.108.n.27.& 32.

Arbitri duo electi quando discordāt, quid faciendum, pag. 107. n. 12. & 20. & pag.108.n.30.& pag.109.n.63.

Arbitri quo tempore procedere possint, pag. 108.n.28.

Arbitrium potestati datum, ad quod extendatur, pag.109.n.55.

Arbitrium in mulctandis testibus, quantum extendatur, pag.71.n.9.

Argumentum ex exemplo validissimum est, pag.256.n.159.

Arma defensiua, & offensiua, quæ, pag.214 n.58.& pag.215.n.62.& 63.

Arma impropria, quæ sunt, pag. 214.nu. 59.

Arma quæ, comprehendantur in statuto, pag.214.n.60.

Arma tractare, ad quem spectat, pag.215. n.61.

Articuli impertinentes per Fisci patronū in causis criminalibus reijciuntur, pag. 85.n.3.

Articuli impertinentes, quando dicantur, pag.61.n.15.& quomodo, pag.84.n.1. & pag.85.n.2.4.5.6.& 7.

Articuli positiones diuersis nominibus nūcupantur, pag.60.n.7.

Articulorum rubrica, quomodo fit, pag. 60.n.6.

Articulus Item, quod de omnibus prędictis, *qualiter ponitur, pag.68.n.28.*

Assensus Regius pro mulierum obligatione, quomodo hodie dispensatur per Collaterale Consilium, pag.185.n.70.

Digitized by Google

Asserenti ordinẽ esse Superioris non creditur, pag. 189. n. 3.
Assistentes siue Nuntij ad duellum, quæ pœna puniantur, pag. 218. n. 84. & 85.
Assistentia conceditur pro dote, & vsufructu dotis, pag. 135. n. 7.
Assistentia qua sit, & quam probationem requirat, pag. 135. n. 8.
Assistentia decretum dicitur affirmatiuũ, pag. 137. n. 2.
Auctor laudatus quando est certus de lite, an certiorari debeat, pag. 120. n. 9.
Auctor comparens, si fuerit oppesita exceptio concernens personam, quo modo proceditur, pag. 131. n. 20.
Auctor laudatus, quando non inuenitur in loco Iudicis, quid fieri debet, pag. 130 n. 6. 7. & 8.
Auctori quomodo denunciatur, pag. 131. n. 21.
In Autorem quis aliquem laudatus, duo requiruntur in denunciatione facienda videlicet litem esse motã, & petitionẽ, quam defendat, pag. 130. n. 2.
Audientia testium, an committatur in causa repulsæ, pag. 67. n. 17. & 18.
Audientia testium, quando committi debet, pag. 66. n. 5. 6. 10. & 13.

B

Baiuli, de quibus possint cognoscere, pag. 171. n. 3.
Baiuli excedentes salarium, quomodo puniantur, pag. 171. n. 2. & pag. 172. n. 6.
Baiuli infra quot tempus debent causas expedire, pag. 171. n. 5.
Baiuli quomodo debent æstimari damnum in herba, pag. 172. n. 7.
Baro quis sit, pag. 261. n. 201.
Baro, quæ vox sit pag. 260. n. 200.
Barones repræsentant feudum, & dicuntur esse de Regno, pag. 261. n. 202.
Baronia dignitatis feudum est, pag. 257. n. 169.
Bellum Campestre, & Iudiciale æquiparantur in cons. pag. 201. n. 6.
Bellum Campestre, & litterarium æquiparantur in cons. pag. 202. n. 8.
Bellum Iudiciale, & litterarium æquiparantur in consil. pag. 261. n. 7.
Beneficia in prima instantia concessa, an concedantur in causa liquidationis, pag. 42. 43. & 44.
Beneficio nominationis renuncians, an, & quando admittatur, pag. 57. n. 25.
Beneficium cessionis bonorũ, an impediat litis contestationem, pag. 226. n. 8.
Beneficium vbi reperitur introductum in fauorem illius personæ, quæ solvit per errorem, repetit illud solutum, secus si in eius odium, pag. 177. n. 10.
Beneficium minoris ætatis potentius est Velleiano, pag. 180. n. 41.
Beneficium peti persuadens, an eadẽ pœna mulctetur, pag. 115. n. 6.
Beneficium petitum contra plures, an pluribus pœnis mulctetur petens; si non vtitur eo, pag. 115. n. 5.
Beneuentum de Regni Iurisdictione non dicitur, pag. 262. n. 211.
Bona cedentis creditores non possunt propria authoritate capere, pag. 228. num. 17.
Bonorũ demonstratio, an sit particulariter facienda, pag. 226. n. 5.
Bonis cedens, an sibi feudum, emphiteusim Ecclesiasticam, & commoditates seculares possit retinere, pag. 232. num. 41. & seqq.
Bonis cedens debet excuti vsq; ad saccum, & peram, pag. 227. n. 11.
Bonis cedens debet omnia bona, & iura in actis indicare, pag. 225. n. 2. & 3. Et per circumstantias in actis inscribere, pag. 226. n. 6. Et quantitatem debitam confiteri, ibid. n. 7.
Bonis cedens non debet excuti à creditoribus in bonis quæsitis, post quam cesserit, pag. 227. n. 16.
Bonis cedens, panitere potest vsq; ad sententiam diffinitiuam, pag. 227. n. 9. & pag. 229. n. 26.
Bonis cedens seruare debet, quæ sunt priscis legibus statuta, pag. 227. n. 10.
Bonis cedens si sit carceratus, ille cuius causa incarceratur, non vocabitur per proclama, pag. 229. n. 29.
Bonis cedere debet debitor à creditoribus instigatus, pag. 228. n. 18.

Digitized by Google

INDEX

Bonis cedere non possunt Falliti, & Decoctores, pag.230.n.32.

Bonorum cessio potest fieri per Nuncium, & per solam professionem, pag.229.nu. 27.

Bonorum cessionis ad tollendam frequentiam, imponere licet determinatam ignominiam, pag.228.n.20.

Bonorum cessionis causa, egestas est, ibid. n. 21.

Bonorum in cessione, an ordo iudiciarius, vel probatio requiratur, pag.229.n.25. & 26.

C

CAlumnia præsumpta, quæ dicatur, pag.103.n.1.

Calumniari præsumitur, qui non probat, pag.96.n.1.pag.99.n.31.& quãdo excusetur à calumnia, & quæ personæ excusentur, pag.115.n.1.2.& 3.

Calumniator quando quis præsumatur, pag.60.n.3.& 4.

Capitanei minores, qui hodie Capitanei de Infanteria *appellantur, Nobilitate gaudent, pag.246.n.56.*

Capitula noua quomodo intelligantur, pag.86.n.17.

Capitulum post contractum delictum, quomodo intelligatur, pag.26.n.66.

Carcerari nemo debet, nisi Iudicis præcedente commissione, pag.167.n.3.

Carceratorum cura ad quem spectet, pag. 165.n.1.

Carceratus, an debeat relaxari sub fideiussoria cautione, pag.167.n.2.

Carceratum capere quis propria authoritate non potest, pag.167.n.1.

Carceratum quanto tempore detinere potest, pag.168.n.5.

Carcererius extorquens indebitè, quomodo punitur, pag.165.n.8.

Carcererius si passus est aliquem ire sine vinculis, quomodo punitur, ibid. num. 3. & 4.

Carceres frangens, qua pœna puniatur, ibid.n.7.

Cassatio reperta in imargine instrumenti, vbi dicit, quod fuisset cassus de voluntate partium, an tenet, pag.154. n.6.& 7.

Casus non expressus habetur pro omissis his, quæ sunt stricti iuris, pag.184.nu. 66.

Causa, an debeat exprimi in citatione, pag.21.n.31.

Causa lis, & controuersia, an sit idem, vel in quo differant, pag.7.nu.6. & pag. 9. n.23.

Causa media quæ dicatur, pag.4.n.23.

Causa modica, quæ dicatur, & vtrum appelletur à decreto modicæ quantitatis, pag.63.n.25.

Causa quid differat à conditione, & modo, pag.2.n.12.

Causam malam fouens, non debet cofidere in Aduocato, pag.98.n.26.

Causarum genera quot sunt, pag.4.n.21.

Causæ ciuiles, criminales, & mixtæ, quæ sint, & quid differant inter se, pag.10. n.35.& seqq.

Causidici, qui sunt hodie, & qui dicantur, pag.172.n.9.

Cautio de soluendo debitum, & pœnam, præstatur facta præuentione, pag.126. num.1.

Cautio expensarum in iudicijs, qualiter præstetur, pag.11.n.44.

Cedere actionem nemo potest lite pendente, pag.9.n.11.

Cedere bonis, & alia quoad materiam cessionis bonorum, vid. verb. Bonis cedere.

Cedens bonis debet omnia bona, & iura in actis indicare, pag.225.n.2.& 3.

Certamen, & duellum in quo differant, pag.214.n.56.

Certioratio mulieri contrahenti requiritur, vt tollatur dolus, pag.182. n.54.

Charta vnde dicta, pag.259.n.190.

Charta latius de omni, & quacumque materia, quæ scriptioni sit apta, intelligitur, ibid.n.191.

Chirurgia, ars illiberalis exiſtit, ac sordidissima, & Nobilitati opponitur, pag. 247.n.70.

Circumstantia sufficiunt ad demonstrandam citationem, pag.23.n.46.

Citandi forma, quæ sit, pag.18.n.4.

Citãs q salariũ debet habere, pag.21.n.29.

Digitized by Google

Citare Iudex quando poteſt in alieno territorio, pag. 21. n. 30.
Citari debent creditores, quorum intereſt, in bonorum ceſſione, pag. 229. n. 28.
Citari inquiſitus, quomodo debeat, pag. 216. n. 19.
Citari præſens, an debeat, pag. 20. n. 15.
Citari quinam debent, pag. 20. n. 19.
Citari quis in quo loco debeat, & ad quem locum, & quid ſi non compareat, pag. 20. n. 22.
Citari reus quo in loco debet, pag. 22. n. 41.
Citari vbi debet vxor, pag. 23. n. 51.
Citatio ad dicendum cauſam quare, ſententia non debet exequi, quid operetur, pag. 19. n. 29.
Citatio, an debeat continere cauſam, pag. 21. n. 31.
Citatio, an, & quando præſumatur per proceſſum, pag. 56. n. 20.
Citatio, an requiratur poſt primum decretum, pag. 33. n. 24.
Citatio debet continere dilationem ſecundum diſtantiam locorum, pag. 21. nu. 26.
Citatio domi non ſufficit ſuper ſecundo decreto, pag. 39. n. 8.
Citatio exigit iudicis authoritatem, pag. 19. n. 6.
Citatio non continens pœnam, qua pœna intelligitur appoſita, pag. 21. n. 32.
Citatio non continens tempus, quid faciendum, pag. 20. n. 16.
Citatio non requirit verbum Peremptorium, *pag. 22. n. 43. & pag. 27. n. 73.*
Citatio num poſſit tolli per Principem, pag. 23. n. 48. & 54.
Citatio quandoque fit per actuarium cauſæ, pag. 18. n. 3.
Citatio quandoq; fit viua voce, pag. 18. nu. 2.
Citatio quando legitimè non procedit, eſt nulla, pag. 21. n. 27. & pag. 23. n. 47.
Citatio quando poteſt fieri per nuncium ſine litteris, pag. 20. n. 15.
Citatio quando poteſt fieri domi, pag. 19. num. 5.
Citatio, quæ exigat, pag. 19. n. 9. & pag. 25. n. 59.
Citatio quid continere debeat, pag. 21. nu. 25.
Citatio quomodo explicari debeat, pag. 22. n. 40.
Citatio quo tempore feriato poſſit fieri, pag. 20. n. 10. & 11.
Citatio ſola ſufficit in præuentione, pag. 127. n. 11.
Citatio ſuper tenore inſtrumenti requiritur, pag. 127. n. 8.
Citatio tempore Imperatoris Federici, quo modo fiebat, cap. 25. n. 58.
Citatio vbi eſt fraus, quid faciendum, pag. 27. n. 75.
Citatio vbi fieri debeat, quando ignoratur locus, pag. 27. n. 72.
Citatio vbi fieri debet, pag. 20. nu. 14. & pag. 27. n. 70. & 71.
Citatoria littera, cui committitur, pag. 21 n. 33.
Citationes non debent fieri in anguſtia temporis, pag. 28. n. 76.
Citationes num impediãtur per Procuratorem non idoneum, pag. 20. n. 21.
Citationis dies non computatur, pag. 21. n. 28.
Citationis forma, ſecundum quam Actuarius debet eam expedire, pag. 21. n. 34. pag. 25. n. 60. & pag. 26. n. 61.
Citationis locus reſpectu feriarum, qui attenditur, pag. 21. n. 35.
Citatus ad deponendum ſuper poſitionibus non habetur pro confeſſo, pag. 61. num. 14.
Citatus ad videndum iuramenta teſtiũ, an mulctetur, pag. 67. n. 21. & quid ſi omiſit proteſtationem contra teſtes, eorumque dicta, an poſſit repulſare, pag. 85. n. 10. 11. 12. pag. 86. nu. 13. & pag. 87. n. 21.
Citatus ad videndum iuramenta teſtium quid faciet, pag. 78. n. 6. & quando fieri debeat hæc citatio, ſeu monitio, pag. 100 nu. 5.
Citatus ad vnum actum, quando recedere poteſt, pag. 20. n. 23.
Citatus ad vnum actum, & pro vna cauſa, an teneatur reſpondere in alia cauſa pag. 21. n. 24.
Citatus coram diuerſis Iudicibus, coram

quo

Digitized by Google

quo comparere debet, pag. 23. n. 52.
Citatus debet offerre se incontinenti probaturum exceptionem altiorem indaginem requirentem, pag. 127. n. 10.
Citatus in causa criminali, quando debet comparere, pag. 20. n. 18.
Citatus mortuus, quid faciendum, pag. 20. n. 20.
Citatus præsumitur iuratus, pag. 73. nu. 11. & 12.
Citatus quando potest, & tenetur respondere, pag. 57. n. 26.
Citatus, seù citatio quando dicatur, pag. 19. n. 8.
Citatus si sua putauerit interesse, *efficitur reus voluntarius, pag. 23. n. 50.*
Citatus super vno capite de pluribus, quid faciendum, pag. 128. n. 19.
Citatus sufficit, quod demostretur ex circumstantijs, pag. 23. n. 46.
Citatus ter, an intelligatur confessus, & an possit perueniri ad sententiam, pag. 22. n. 28. & pag. 23. n. 49. & 53.
Citatus triduo expectatur post primam contumaciam, pag. 21. n. 36.
Citatus veniens ante diem, num tenetur expectare diem, pag. 20. n. 12. & pag. 27. n. 74.
Cito *verbum, quid significat, pag. 22. nu. 39.*
Clausula De Plano, *quid importet, pag. 10. n. 41.*
Clausula Ipso iure *in foriudicato, quomodo intelligitur, pag. 217. n. 79.*
Clausula, omni meliori modo *in instrumento quid operatur, pag. 181. n. 48.*
Clausula omni tempore valitura, *quid importat, pag. 257. n. 164.*
Clausula sine figura Iudicij *quid importat, & quid operatur, pag. 11. n. 42. & pag. 14. n. 57. cum seqq.*
Clausula, Sola facti veritate inspecta, *quid importet, & operetur, pag. 11. nu. 43. pag. 12. n. 46. & 47. pag. 14. n. 55. & 56. pag. 15. à n. 64. vsq; ad finem.*
Clericus, an possit capi per Iudicem laicũ, pag. 216. n. 71.
Clerici, an possint se intromittere in electionibus laicorum, & è conuerso pag. 169. n. 7. & 8.
Clericus, qui coram laico deposuit falsum, an per laicum possit cognosci, & puniri, pag. 144. n. 28.
Comitibus, & cateris Titulatis eorum tituli exarari debent, pag. 260. n. 198.
Commentarienses non possunt retinere carceratum pro expensis, pag. 165. n. 2.
Committens rem suam imperito nautæ tempore periculoso, si amittantur, cui adscribendum, pag. 98. n. 23. & 25.
Communio discordias parit, fol. 253. num. 126.
Comparens Reus præsumitur citatus, pag. 56. n. 19.
Comparere in iudicio nomine alieno quatuor modis quis potest, pag. 95. n. 4.
Comparere non dicitur, qui copiam sui non facit, pag. 32. n. 8.
Compendia quæ dicantur, pag. 7. n. 2.
Compromissi clausulæ remissiuè, pag. 109. n. 64.
Compromissi potestas non extenditur vltrà concessa, pag. 108. n. 41.
Compromissi prorogatio, quomodo, & quando fieri debeat, pag. 107. n. 19. & pag. 108. nu. 35.
Compromissum, an fieri possit de vita, & militia, pag. 109. n. 53.
Compromissum, an impediatur per promissionem de stando iuri, pag. 107. n. 13.
Compromissum facere non potest, qui deliberare non potest, pag. 109. n. 59.
Compromissum factum simpliciter, non prorogatur ad lites factas, pag. 108. n. 47.
Compromissum fieri debet parte petente, pag. 107. n. 16.
Compromissum impedit currere fatalia, pag. 107. n. 18.
Compromissum non potest fieri vbi negatur coniũctio, nisi constito de coniũctione, pag. 109. n. 57.
Compromissum num transeat ad hæredes, pag. 108. n. 36.
Compromissum peti non potest, quando causa est in calculo ferendæ sententiæ, pag. 107. n. 14.
Compromissum plenum quando dicitur, pag. 108. n. 33. & pag. 112. n. 83.
Compromissum quando finitur. Et quan-

Digitized by Google

quando petitur, si procedit Iudex, acta an sint nulla, pag. 107. num. 22. & 24.

Com promissum quando petatur, pag. 107. n. 26. & pag. 109. n. 58.

Compromissum quando potest stipulari, pag. 108. n. 48.

Compromissum quid sit, & quando fuit inuentum, pag. 106. n. 1. & 2. & pag. 110. n. 73. & pag. 113. n. 86.

Compromissum recipere, quomodo intelligatur, pag. 112. n. 81. & 82.

Compromittere, an possit pater pro filio, & quid filius sine patre, pag. 107. nu. 9. & pag. 107. n. 25.

Compromitti causam an possit petere venditor laudatus, pag. 107. n. 11. & pag. 109. n. 62.

Compromitti non possunt causæ criminales, & quare, pag. 113. n. 89.

Compromitti, quæ causæ possunt, & debent, pag. 106. n. 7. & pag. 107. n. 8.

Concludere, & renunciare, an differant, pag. 90. n. 1. & 2.

Conclusio quare non fiat in causis criminalibus, pag. 79. n. 30.

Conclusio quid operetur in causa, & an debeat iterum fieri in causa appellationis, pag. 92. n. 27. 28. & 29. & quid si fuerit illi expressè renunciatum, pag. 92. n. 30.

